
IVNII IVVENALIS AQVINATIS SATY-ROGRAPHI OPVS.

NVNC DEMVM AB OMNIBVS MENDIS Purgatum, & pluribus collatis exemplaribus suo candori restitutum.

INTERPRETE IOANNE BRITANNICO Viro eruditissimo, Vna cum IODOCI BADII ASCENSII Familiaribus explanationibus. Atq; cum Figuris, & Argumentis in cuiusq; Satyræ principio apte appositis.

Inest præterea INDEX omnium rerum copiosissimus, quæ in margine sunt appositæ, dignæ notatu, secundum ordinem Alphabeticum: ut facilius quæcunq; uolueris inuenire possis.





VENETIIS apud Franciscum Bindonum, & Mapheum Pasinum. Anno a uirginis partu. M D XLVIII.

Ioannes Britannicus Brixianus Salutem plurimam dicit Senatui, populoq; Brixiano.



COnſiderāti mihi, āpliſſimi Patres Brixiani hoīes (ut placet Stoicis) hominū cauſa eſſe generatos, ut ipſi inter ſe aliꝰ ꝓdeſſe poſſit alii, in mētē ueniebat eū demū illiberali cenſendū eſſe ingenio, qui omnia, quę aut diceret, aut faceret, aut deniq; cogitaret, nō ad aliquā alioꝝ utilitatē, ſed ad ſuū dūtaxat cōmodū referret. Nec īmerito. Nā (ꝙ & Plato ſēſit) illud ſemꝑ nobis ī animo fixū eſſe debet, nos nō ſolū nobis. ſed patriæ & amicis natos eſſe, ut nō magis nr̄a, q̄ alioꝝ cōmoda quęrēda ſint. Quare Patres āpliſſimi, cū ī toto ætatis meæ tractu omnia tēpoꝝ momēta ad ꝑcipiēdā doctrinā cōtulerim, uiſusq; ſim clemētia Dei noſtri eo ꝑueniſſe, ut ex his ſtudiis aliquē omnino retulerī fructū, putaui ōpæpretiū me facturꝫ eſſe, ſi eū non ſolū ad meā, ſed ad cōmunē omniū in literis uerſātiū utilitatē, & beneficētiā cōferrē. Sed cū multa ī hac re literaria extarēt: quæ nō magis delectabilia, q̄ fructuoſa eſſe uiderēt: in q̄buſq; nō ſine aliqua laude uerſari poſſē: exiſtimaui eū mihi poetā interp̄tādū, cuius doctrina ex omni fere parte ad noſtrā inſtitutionē eſſet accōmodata. Iuuenalis igiť Satyras, & ſi tēporibꝰ noſtris a nōnullis aliis egregie literatis cōmētatoribꝰ, uel cū magna ipſoꝝ laude enarratæ fuerāt aggreſſi ſumꝰ: ꝙ omnio animaduerteremꝰ ī toto oꝑe multa ab iis, ſiue īcuria q̄dā, ſiue cōſulta oꝑa p̄terita eſſe: ꝙquę ipſi forte intelligerēt, eadē & cæteris ꝑſpicua arbitrarent: multaq; etiā lōge aliter expoſita, q̄ ſēſus auctoris expoſceret. Hocq; eo libētiꝰ fecimꝰ, ꝙ Iuuenalē eū eſſe nouimꝰ poetā, qui ueluti flagello, atq; enſe peccātiū uitia ꝑſequēs, ſaluberrimo carminis ſui ſtilo docet a ſemita turpitudinū declinādū, honeſtatēq; apprehēdēdā ita, ut in ſcolis (q̄do adoleſcētes poeticæ īſtituēdi ſint) nihil fere utilius, fructuoſiusue legi queat. ii. enim mihi tū demū ꝓbatiſſimi uidēť auctores: quoꝝ doctrina nō tā ad uoluptatē, q̄ ad īſtitutionē noſtrā referť. Cōfido aūt in toto oꝑe p̄ter fortaſſe tria, aut quatuor ad ſūmū loca: quæ aut ingenii mei imbecillitate, aut moꝝ ignoratiōe ueteꝝ: nō intellecta altioribꝰ igeniis enodāda reliquo: nihil prorſus relictū quod a me nō ſit optime dilucidatū: multaq; etiā lōge rectius explicata, q̄ ab omnibus aliis, qui ante me in poetā ſcripſere. Quod aūt lucubratiōes meas uobis āpl. Pa. dicādas eſſe cēſuerim, illud me maxime impulit, ꝙ meminerā ſuꝑioribꝰ ānis, cū in Achilleida Statii, & Satyras Perſii cōmētarios ediđiſſē: uobiſq; nūcupaſſē alteros: ita uobis placitos, fuiſſe: ut me non mediocris ſolū laus & gratulatio ueſtra ſecuta ſit: ſed inſuꝑ āpliſſimū mihi munꝰ publico totius ſenatꝰ cōſulto decretū fuerit. Qua una liberalitate, ita me uobis prorſus deuīxiſtis, ut ſtatuerī ſi q̄d unquā in his ſtudiis laude dignū ꝑficerē: id totū uobis tradere atq; dicare. Et cur nō facerē? cū hæc noſtra ciuitas bonaꝝ ſemꝑ artiū ſtudiis delectata ſit, ī dieſq; uehemēter delecteť? Quod enī ex hac ciuitate (ut a cultu diuino exordiar) ſāctiſſimi Epiſcopi, atq; etiā Cardinales? Quod uerbi diuini ſaluberrimi (ut dicunt) Prædicatores? Quod iuriſcōſulti, uel ueteribꝰ legū cōditoribꝰ cōparādi? Quot Phyſici præclariſſimi? Quot in omni genere doctrinæ cōſumatiſſimi uiri ꝓdiere? Sed q̄d ꝓbatiſſimos ciuitatis mores celebrē? cū ipſe Piniꝰ Iunior fateať ipſā multū antiquæ uerecūdiæ, & frugalitatis retinere, ac ſeruare? Labores igiť noſtros āpli. Pa. quos forte maiori uolūtate, q̄ facultate ꝑfecimꝰ, uobis afferimꝰ, obſecrātes, ut q̄do nihil ſit tā bn̄factū: q̄d nō uellicare malignitas poſſit: eos ī tutelā ueſtrā ita recipiatis: ut omnibꝰ ꝑſpicuū ſit Britānicum, omniaq; eius oꝑa uobis eſſe cōmēdatiſſima. Quod ſi a uobis (ut cōfidimus) fiet, ſtudiū ꝑfecto noſtrū ad grauiora maxime excitabiť. Vobis aūt Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti clemētia incolumitatē ꝑpetuā, & ſalutē æternā largiať. Valete.

Iodocus Badius Aſcenſius Henrico Valuphino artium bonarum profeſſori optimo, ac clariſſimæ Lugdunēſiū ciuitatis grammatico diſertiſſimo, & amico primario Salutem plurimam dicit.



CVm hiſce diebꝰ in ludo tuo Lugduneñ. uirorū præſtātiſſime Virgiliana Bucolica accuratiꝰ interp̄tarere: animaduerti diuinū illum, ac plane incōparabilē artificē: in quitæ Aeclogę Bucolica phraſi: amicitiæ ueræ: cuius inter nos indiſſolubile fœdꝰ ꝑcuſſimꝰ, omnes explicuiſſe numeros. Quippe ī qua ſibi Menalcas & Mopſus paſtor ales illi amici mutuo cedūt: honores īpartiūt: ſtudioꝝ paritatē exhibēt cōmunē amicū prædicāt: munuſcula cōferūt: & ſexcēta id genus alia: quæ & pariūt: & augēt: & conſeruāt amicitiā: nō oſcitabūdus lector offenderit. Quorū quidē omniū nūc mihi præſertim in mētē uenit: cū memoria repeto: q̄ iucūda ſtudia: quaſq; amicas cōfabulatiōes habuerimꝰ. Tecū etenim, ut Perſianū illud citē, lōgos memini cōſumere Soles: Et tecū primas epulis decerpere noctes: Vnū opus & requiē pariter diſponimꝰ ambo. Is ſiquidē tibi uiſus ſum: Ennianū quoq; uerbū adducā: qui cū ſæpe libēter mēſā, ſermoneſq; tuos, rerūq; tuaꝝ comiter īpartires. Cui res audacter magnas, paruaſq;, iocūq; exprimeres. Tu uero mihi exploratiſſime cognitꝰ es is: de quo ſic idē poeta ſubſeq̄ť: Doctus: fidelis: ſuauis homo: facūdus: ſuoq; Cōtētus: atq; beatꝰ: ſcitus: facūda loquēs In tēpore: cōmodus & uerboꝝ uir paucoꝝ. Multa tenens ātiqua ſepulta: & ſæpe uetuſtas: Quæ facit & mores uetereſq;, nouoſq; tenētē. Multoꝝ ueteꝝ leges, diuinūq;ꝑ rudētē: Qui multa loquiue, tacereue poſſet. Addamꝰ ad has tuas uirtutes quotidiana tua in me beneficia: quæ me ſaneq; ſolicitū habēt: ut q neſciā: Quæ tibi: quæ tali reddā pro munere dona. Multo tamē ſolicitiorē haberēt: niſi animi tui cādorē, libertatēq; uel ī cute cognoſcerē. Neq; tamē idcirco aut minꝰ debere arbitror: aut negligētius referre conabor, ubi facultas erit. Interea uiroꝝ optime amice ſuſcipe manu has noſtras in Iuuenalē tā familiares explanationes: ut ſi quæ ſint ſatyricæ muſæ, eas mihi nō minos offenſas uereri poſſē: q̄ Macrobius in priore de ſomnio Scipionis libro Eleuſinas deas Numenio philoſopho ſacra eaꝝ reuelaturo offēſas prædicat: quippe abs quo ſe ꝓſtitutas cōqueritarenť. Nullū enim uerbū prætermiſi: cuius aut explanationē, aut cōtextū, ſiue ordinē non cōſecutus fuerim. Quod non eo tamen animo feci, quo literas bonas ꝓſtituerem. Multa etenim bonis ingeniis ſubtilius explananda: multa doctis addēda: multa ſtudioſis latius exponēda conſulto reliquimus: ſed quo bonos mores: uel ex hoc poeta addiſcere uolētibus aditum facerem. Nā cōplures altioribus uacantes negotiis: aut propter commentariorum prolixitatem: aut propter auctoris obſcuritatem, hunc poetā legere recuſantes: nunc uno intuitu, & ordinem & explanationem (ſi non fallor) libēter amplectentur. Propoſuimus autem Ioannis Britannici uiri erudiſſimi commentarios: ut qui maiora uelint: ad manum habeant. Hanc autem opellam noſtram incredibili dexteritate peractam: idcirco nomini tuo nuncupo, atq; dedico: ut quicūq; eam uidebunt (ſi qui forte uidebunt) intelligāt te non ſolum Lugdunenſibus tuis, quos incomparabili eruditionis tuæ beneficio deuinxiſti: gratum ac iucūdum eſſe: ſed uel Aſcenſio cariſſimum. Acceſſit Simonis Vincentii bibliopolæ optimi, & utriuſque noſtrum amātiſſimi: cui hāc operam nauamus: plenum & totis punctis ſuffragium. Accipe igitur igitur, ut rurſus dicam, amica manu uir egregie exiguum hoc munuſculum: non cuius egeas: doctior enim es, q̄ ut hanc facilitatē deſideres: ſed ut multos mortales in literatura rudiuſculos demereare. Hæc ſumma eſt. Vale literarum decus. Lugduni. ad. XIII. Calendas Decēbris. Anno ſalutis noſtræ. M.CCCCCXVIII.

¶ Annotationes quædam Ioannis Britannici in Aſinum Apuleii, & Siluas Statii. & non nullę in Plautum.



Verat mihi in animo Dominice Bonomine, & Gabriel Cimine, multa quæ apud uarios auctores, in primiſq; Aſinũ Apuleii Sermones & Epiſtolas Horatii, Siluas Statii, & Plauti Comœdias, uel mendoſa, uel parum curioſe a cõmentatoribus explicata, legebãtur: colligere, ac publicare, ut una cũ cõmẽtariis Iuuenalis ad cõmunẽ ſtudioſorũ utilitatem imprimerẽtur. Verum inſtantibus impreſſoribus: quorum ſtudium non minus plerunq; ad ſuum, q̃ ad aliorũ cõmodum feſtinat: coactus ſum in præſentia maiori huius laboris parte ſuperſedere. Nec aliud mihi licuit, q̃ paucula quædam apud Apuleiũ & Papinium annotare: quæ literatis omnino placitura confidimus. Reliqua alias cum plus otii dabitur, proſequemur. Principium igitur ſumemus ab exordio Apulei de aſino aureo. Vbi quæri a multis ſolet Epigramma ne ſit: Et legẽdũ At ego: an ut ego. Quare ut utrũq; diſcutiamus, nemini uel mediocriter erudito dubium eſt principium factum eſſe de epigrammate ex iambico trimetro, quod octo conſtat carminibus ſic.

Vt ego tibi ſermone iſto mileſio
Varias fabellas conſeram, atq; aures tuas
Beneuolas lepidulo ſuſurro permulceam,
Modo ſi papyrum ægyptiam tu argutia
Nilotici calami inſcriptam non ſpreueris
Inſpicere, figuras hominum in alias imagines
Conuerſas, & in ſe rurſum nexu mutuo
Refectas: ut mireris hic exordior.

Legendũq; eſſe ut ego, non at ego. ut ſit ſenſus & ordo: Exordior figuras hominũ conuerſas in alias imagines: ut Apuleius conuerſus fuit in aſinum: & rurſum in ſe refectas mutuo nexu. nã & in ſeipſũ ex aſino reformatus eſt & refectus: mutuo nexu: hoc eſt alterna ligatione: ut modo in aliam tranſeant imaginẽ: modo in priſtinam redeant: ut mireris: ideſt ita conuerſas in alias imagines, & rurſum in ſe refectas: ut mireris: ut poſſis mirari: quaſi dicat mirum tibi uideri poſſit ita conuerti: & rurſum in ſe reformari. Exordior autem hæc: ut ego tibi ſermone iſto mileſio uarias fabellas conſeram: ſinq; rationem affert quare exordiatur has figuras mutatas: ut ſcilicet opus cõponat ex uariis fabellis: & pro inde eum delectet: ut omnino legendũ ſit ut, nõ at. Modo ſi papyrũ: hoc eſt ſi modo papyrũ ægyptiã non ſpreueris inſpicere illud addo, fortunaſq; ſuperfluum eſſe: atq; ideo tollendum: nã nec uerſus dictionẽ patitur, nec fortunæ hominũ in alias mutantur imagines, ſed tantum figure.

Illud præterea legitur in primo. Modico ſecuri⁹: in quo duo emendanda eſſe contendimus. falluntur enim qui legunt mordico ſecurius: cum omnino modico ſecurius legẽdum ſit: ut aduerbium: ideſt paulo incautius & imprudentius, tanquam qui nihil timerem. qui enim nihil timent in mandendis cibis ſecure comedunt. ut ſit ſenſus & ordo: Ego minimo minus interii dum geſtio contruncare modico ſecurius offulam grandiorem polentæ caſeatæ in conuiuas æmulos: emendat etiam legendum eſt, inter conuiuas, non, in conuiuas.

In eodem quæri ſolet an legi debeat cõuectore illo tuo cum reuera conuector is appelletur, qui eodem uel uehiculo uel naui uehatur: & hic Socrates quem conuectorem appellat, non naui uectus ſit, ſed pedibus iter cum eo fecerit: quare illic indubitato legendum eſt conuentore, a conueniendo: hoc eſt ſimul ueniendo ſicut aduentorem alibi appellat, qui aduenit: quem etiam uernaculo ſermone Auantorem appellamus: quaſi qui crebro ad officinas noſtras aduenIat.

Apud eũdem in primo legitur: Plane quod eſt mihi ſumme principium: ego diligenter pẽſitatis uerbis arbitror legendum prætipuum. ut ſit ſenſus & ordo: Fotis emito iſtis numulis fœnum & ordeum equo, qui me ſtrenue uexit: quod eſt mihi ſumme præcipuum: hoc eſt quod mihi maximæ eſt curæ.

Item in ſecundo legitur: Quid cum frequẽti ſobole ſpiritus cumulat uerticẽ. ubi quærit ſpiritus ne an aliter legendum ſit: quare non ignorãdum ab Apuleio capillum ſpiritum in capite capi pro capillo in ſpiram & reuolutionem multiplicem collecto & cumulato: quẽadmodum uidimus in nũmiſmate Diuæ Fauſtinæ, cui in capite capillus duplici ordine in gyrũ ductus cumulatur. a ſpira deducto uocabulo media producta, ſicuti a turre turritus: a crine crinitus. Eſt autem ſpira (ut expoſuimus apud Iuuenalem) collectio funis in orbem unde & anguem dicimus collectum in ſpiram: hoc eſt gyrum & reuolutionem. Et circulum illum eminentem in baſi columnæ.

In eodẽ in tertio legit̃: Specta denique q̃ paruiſ, quãq; futilibus tanta res procuretur Herculis. ubi nos corrigimus herbulis. ut ſit ſenſus: Specta q̃ paruis, q̃ futulibus herbulis tãta res procuretur ſequitur enim anethi modicum cum lauri foliis immiſſum.

Apud eundẽ in tertio ſic legitur: Ain inquit Vulpinaris amaſio? meq; ſpõte aſciam cruribus meia illidere compellis? Siginer meũ ipſa lupulis conſeruo Theſſalis? ubi mendas duas eſſe tollendas dicim⁹: ut legatur: An inquit Vulpinaris nõ Ain. Item non Siginer, neq; ſaginer, ſed ſic agnum meum. ut ſit ſenſus: An Vulpinaris amaſio? meq; compellis aſcia crura mea lædere. ſic agnum meum conſeruo lupulis Theſſalis: hoc eſt ſic amatorem meum trado meretricibus Theſſalis: ut recte metaphoricos dixerit lupulis: quia agnum nominauerit amatorem.

Apud eundem in tertio ſic ſcribitur: Reſpicio pilæ medię quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. In ipſo uere meditulio Hipponæ Deæ ſimulachrum reſidens ædiculæ. corrigo in ipſo fere meditulio.

Apud eundẽ in quarto ubi de Cupidine loquit̃, ſcriptũ eſt ſic: Qui malis ſuis morib⁹ cõtempta diſciplina publica flãmis, & ſagittis armatũ per alienas domos nocte diſcurrens. ubi quæri ſolet, quid tria illa uerba ſignificent contẽpta diſciplina publica. Quare ut locus omnibus ſit perſpicuus: ita nos intelligimus Cupidinem nocte per domos alienas diſcurrere. & adulteria multa commitere contempta diſciplina publica: ideſt contemptis legibus: quibus caueturne tempore noctis cum armis diſcurratur, neue adulteria, & id genus flagitia committantur.

Apud eundem in quinto ſic legitur: Sed prius, inquit, ſenties moriar, q̃ tuo iſto dulciſſimo connubio caream: ubi nos legendum eſſe centies contendimus, & non ſenties, ut ſit ſenſus: Ego me centies prius neci tradidero. q̃ tuo iſto connubio caream. ut ſit quaſi prouerbiale dictum. Nam ſic dicere ſolemus: Prius millies moriar, q̃ tibi iniuriam faciam.

Apud eundem in ſexto ubi mentio fit de curru donato a Vulcano Veneri, ſit legitur: Lunæ tenuantis detrimento conſpicuum, & ipſius auri damno pretioſum. ubi pro Lunæ tenuantis limæ legendum eſſe dicimus. Nam Apuleius oſtenſurus eſt currum illum duplici ratione in pretio fuiſſe: & ipſo artificio & materiæ abundantia. ait ergo currum conſpicuum eſſe detrimento limœ tenuantis: hoc eſt detritu, & politione pulcherrimum. pretioſum autem damno ipſius auri: hoc eſt iactura magna auri: quaſi in quo multum auri fuerit, & ueluti magnum damnum.

Apud eundem in ſeptimo ſic ſcriptum eſt: Prætereunte me Orato fueram aggreſſus. ubi nos pro prætereunte me: prætereuntem. & pro Orato Orico. ut dicat Hemus ſe aggreſſum fuiſſe procuratorem principis prætereũtem

Orico:

Orico: hoc est prætereuntem & transeuntem iuxta Oricum. Nam Oricum ciuitas est Macedoniæ, quam totam Hemus se uastasse prædicat. Et hæc uera est lectio.

Apud eūdē in septimo legitur: Sed plane cōcinnatū solutū, & solitariū ob indicinæ præmium occupasse, ubi mendū esse dicimus: ut legendum sit cōcitatum & non cōcinnatū. Nam ille peierauit se occupasse: hoc est apprehendisse asinū, & solutum, & solitarium concitatum ad fugam: ut præmium indicinæ: hoc est indicii consequeretur.

Apud eundem in octauo legitur: In profundā Roman cupidinis sese paulatim nesciens præcipitauit: corrigo in profundam ruinam cupidinis, modica enim literarum mutatione commissum est mendum.

Apud eundem in octauo scriptum est: Arreptum seruulum eius, qui causam tāti sceleris luxuriæ suæ præstiterat ubi duo ita corrigimus: ut tollatur eius: & pro luxuriæ uxori legatur: ut sit sensus & ordo: Dominus eorum arreptum seruum, qui causam tanti sceleris præstiterat uxori suæ: ut se suspenderet, in puteumq; se cum infantulo demitteret, alligauit arbori ficulneæ.

Apud eundem in octauo scriptum est: Et ilico me tumida parte deligatum tradidit Philebo: ubi nos corrigimus: & ilico me tomice sparteo deligatū tradidit. ostēdit enim asinus se statim nouo domino traditum, fuisse deligatum capistro sparteo. Nam Tomex restem & funiculum significat. Victruuius in septimo ait asseres tomice religandos. ab eodem tomices ex sparto hispanico commendantur: quod uocabulum deduci uidetur a græco ἀποτῆς τομικῆς idest a sparto.

Apud eundē in nono legit: Asellus iners, & nihilominus morbo detestabili caducus: ubi aliqui alioquin literati falso exponunt morbū comitialem dici, & morbum caducū: quare putaui illud sciendum morbum illum, quo non modo homines, & uaria animantia uexantur, comitialē dici non caducum. Cū caducus is dicatur, qui cadat. morbus enim nō cadit sed homo. unde dicimus & poma caduca, q̄ cadāt. & bona fortunæ caduca, sed nō morbum caducū.

Apud eūdē in nono legitur: Magnas & postremas domino illi fundorū clades annuncians: corrigimus sic: magnas & postremas domino illi filiorum clades annuncias. Nam tres liberi eius occisi fuerant.

Apud eundem in decimo legitur: Dedi non uenenū, sed somniferum mandragoræ illum. Quid si legatur mandragoræ succum?

Apud eūdem in decimo legitur: Sed bene q̄ utrinque secus sermone prolato, iactare mediū quæritur: corrigimus: Sed bene, q̄ utrinque secus sermone prolato, facto remedium quæritur.

Apud eundem in decimo legitur: Atq; hæc omnia perfacile obediebā: nos corrigimus: obibam. ut sit sensus: Hęc omnia facile faciebam. idest exequebar.

Apud eundem in eodem legitur: Gitato & intorto genere, gesticulatione alacri demonstrabat, lego ego: citato & intorto itinere, & non genere.

Apud eundē in undecimo sic scriptum est: Sopor circūfusus oppressit, nec dum satis consperam. Quid si legatur consopiueram. i. nondum cœperam dormire.

In statiū, apud Papiniū in prima Silua legitur: Nec ferro aut ære laborat sub genio. lego sed genio, ut sit commendatio ipsius Domitiani, qui ut Deus magno esset oneri ipsi terræ. ut sit sēsus: Hum? nō ferri, aut æris pōdere tātū premebatur: quātū pōdere genii: hoc est ipsius Domitiani.

Apud eundem in Epithalamio Stellę legitur: Et de pieriis uocalē fontibus undā. Qui locus, quia siccis (ut aiunt) pedibus prætéritur a cōmētatoribus: uisum ē lectorē monēdū: poetā intelligere ab ipsis musis nō solū ignem, sed & aquā in nuptiis adhibitā: hocq; ex ueteri ritu quo illud custodiebat: ut ignis & aqua adhiberent: q̄a hæ duæ res humanā uitā maxime cōtinet. unde Valerius Flaccus in ultimo libro: Ignē Pollux, undāq; iugalem Prætulit.

Apud eundē in Tyburtino Vopisci legitur: An emissas per cuncta cubilia nymphas. nos corrigim? lymphas. ut intelligamus describi lymphas calidas: quæ p parietes cubiculorū mittebantur ad calefacienda cubilia. De quare ita Seneca ad Lucilium: Quid loquar suspensuras balneorum & impressos parietibus tubos, per quos circūfunderetur calor: quo ima simul & summa fouētur æqualiter.

Apud eundē in Soteriis Rutilii Gallici legūtur hæc carmina: Tunc Deus Alpini, qui iuxta culmina dorsi Signat Apollineos sancto cognomine lucos. Respicit (heu tanti pridē securus alumni: Progressusq; morans) hinc mecum epidaurea proles: Hinc alti gaudens datur aggrediēda facultas Ingentē recreare uirum tentemus adorti. Quorum sensus cum aliquantulū obscuritatis habeat: uisus est mihi ad cōmunem studiosorum utilitatem illustrandus. Sensus est ergo talis: Apollo, qui iuxta Vercellas ad radices alpiū colebatur. unde Vercellæ Apollineæ sunt nominatæ a Martiale: sentiens Rutiliū Gallicum ægrotare, ad eum uenit, uocato secum filio suo Aesculapio: quem ad præstādā ei ualetudinem mira hortatur arte. Est autem ordo: Tūc Deus, qui signat lucos apollineos sancto cognomine iuxta culmina Alpini dorsi, respicit subaudi Gallicum ægrotantem: aut (quod magis placet) Aesculapium: & ait Hinc mecum epidaurea proles: hinc inquam subaudi ueni. Alti gaudens: corrigo altis gaudens: ut eum sic laudando ad officiū excitet: quasi dicat qui, rebus tātum magnis gaudes: nec nisi uiris primariis: aut (quod non displicet) grauibus morbis opitulatis. Datur aggredienda facultas: offertur, iquit, res capienda & digna uiribus tuis, cum sit Rutilius uir magnæ auctoritatis. Tentemus inquit adorti recreare ingentem uirum. reliqua illa: Heu tanti pridem: dicuntur per parenthesim a poeta, quasi qui doleat Apollinem tāti alūni fuisse tam immemorem. Totaq; hæc oratio est Apollinis usq; ad illud carmen: Dixerat inueniunt positos &c. Securus negligens & parum curans alumnum suum Rutilium. progressusq; morans: hoc est tardās p̄gressus ad medēdū.

Apud eundem in eisdem Soteriis legitur: Hunc igitur (si digna loquor) rapiamus iniquo Nate Ioui: ubi per Iouem iniquum intelligimus Plutonem: qui iniquus est, cum tales studeat habere animas. Iouem autem appellari Plutonem docet Ausonius sic: Aut Iouis Elisii, qui catamitus eris. Sic etiam Iunonem dicimus Proserpinam. Papinius in secundo libro de Glaucia: Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno.

Apud eundem in eodem legitur: Neu filis flamma caminos Vreret. corrigo uilis flamma.

Apud eundem de pietate Abascantii in Priscillam leguntur carmina. xiii. illic: Sera quidem tanto, quorum sensus cum a commentatoribus silentio prætereatur: & aliqua tamen egeat interpretatione: uisus est mihi explicandus. Sensus est ergo: Scio quidem tardam esse meam consolationem: cum annus iam præterierit: ex quo Abascantius amisit uxorem. Sed tunc inquit in recenti dolore solamen erat flere miserias amici, & cum eo dolore. Quod si uoluissem in ipso primo uulnere, cum amisit uxorem consolari eum, nullo quidem modo potuissem: immo, inquit, ne cantus quidem Orphei uel musarum ualerent mulcere tantum dolorem. Sicq; pietatem Abascantii commendat.

Item in eodem legitur: Sic plena maligno Afflantur iumenta noto: sic alta senescit Imbre seges nimio. lego uineta: & non iumenta,

Apud eūdē in Epicedio in patrē legitur: Tuus ut mihi uultib? ignis Irrubuit. Cuius loci sensus est: tres, inquit, mēses præteriere postquam uultus meus rogo tuo calefactus rubuit: ex quo mortuus es: & cinerē uidi tuum oculis

meis humētibus:cū interea nihil prędolore potui scribere.
Apud eundem in eodem leguntur quinq; illa carmina: Cur magis incessat superos. quorum sensum ita explicamus:Poeta ostendit non minore se affici dolore amisso patre, q̄ aut mater,quæ amisit filium, aut uxor quæ iuuenem maritum. leguntur que cum interrogatione. Cur magis incessat superos idest de Diis conqueratur, & conuitio afficiat, q̄ ego ? Liceat. i. si liceat,si non retineatur.
In eodem sic legitur: Et phrygium silicem. In quo interpretes aiunt poetam intelligere de Hecuba,quæ conuersa fuerit in lapidem:sed cum hoc nullis auctoritatibus possit sustentari,arbitror intelligendum de Niobe:quæ (ut notum est) conuersa fuit in lapidem sipylum.fuit enim ex Sipylo urbe Mæoniæ,quæ Phrygiæ contermina est.
In eodem legitur: Saltusq; ingressa uiriles.Non formidata temeraria Chalcide Sappho:lege Leucade non Chalcide:referturq; ad historiam. Nam ad templum Acciacū, quod in sinu ambratio est,petra prærupta esse ferebatur: unde qui se dimitterent in mare,amoris flamma leuarentur.id egisse Sappho scribit Strabo ex Menandri auctoritate,ideo temeraria q̄ se ex Leucade deiecerit.
Apud eundem in Epicedio in filium legitur:Mens flumine tanto Inferior.cuius loci sensus est:Mens, inquit, mea inferior tanto flumine idest quæ tanto infringitur fletu, & supatur:ac p̄ hoc inferior:nihil reperit dignū quod cātet.
In eodem sic legitur: Infātem lingua simium, salibusque proteruum.corrigo nimium.
Apud eundem in Epicedio in Glauciam melioris legitur Cum tibi quas uestes: quę non gestamina mitis Festinabat herus.Ego uero corrigo: Quas tibi non uestes, quæ non gestamine mitis Festinabat herus.
Item in eodem legitur:Hunc quanquam Hectoreos cineres,Troiamq; perosus Turribus e Phrygiis esset missurus Vlysses.corrigo flesset.
Item in eodem legitur:Desertas exutus opes:placet magis ut legatur:Desertas exosus opes.
Apud eundem in Epicedio pileti ursi legitur:Qualis bellis iam casside uisa.Parthenopeus erat:corrigo missa:ut sit qualis erat Parthenopeus in bellis cesside missa pro demissa: hoc est deposita.
Apud eundem de lachrymis Hetrusci scriptum est: Et Inferna regimē timet Aeacō urna.lego rigidū pro regimē.
Apud eundē de coma Earini legitur:Haud ullo concussum uulnere torpens De sexu trāsire iubet.corrigo: Haud ullo concussum uulnere corpus.
Apud eundem ad Claudiam uxorem legitur: Cui mite. solum trans æquora uectæ Ipse Dioneæ mōstrauit Apollo columbæ.lego Dionea colomba:non Dioneæ columbæ.ut sit augurio columbæ.Constat enim Parthenopen secutam esse augurium columbæ.cum ex Chalcide delata est in Italiam.unde in quarto libro ad Iulium Menecratē: Tu ductor populi longe migrantis Apollo, Cuius adhuc uolucrem lęua ceruice sedentē Respiciens blande felix Eumelis adorat.
Aupd eundem in consulatu Domitiani: Mecum altera sæcula condes:Et tibi longæui reuocabitur ara parentis. corrigo Ara Terenti:ut dicat ipsum Domitianum uictorum tam diu:ut uisurus sit alteros ludos sæculares,qui centesimo & decimo quoq; anno celebrabantur in campo Martio:in eo loco:qui Terentus dictus est:ubi ara fuit Diti & Proserpinę consecrata.De quibus Valerius lib.secundo.& Festus Pompeius.
Apud eundem in Epulo Domitiani legitur: Non centū insigne columnis:Sed quantæ superos, celumq; Atlante remisso Sustentare queante, super hoc uicina Tonantis Regia.ubi duo corrigimus.ut leganus:Quante superos: nō quam te.In Plautū,Et stupet:ubi scriptuū est super,

Apud Plautum in Captiuis legitur: Nam hoc pene iniquum e comico coragio:conari desubitontos agere tragœdiam.ubi commentatores male locum intelligētes alii exponunt desobitontos unam esse dictionem,eamq; ueterem.alii alia multa deliramenta astruunt.nos uero corrigimus:Conari de subito nos:ut duæ sint dictiones desubito aduerbium:& nos pronomen. ut sit sensus: Hoc pene iniquum est nos conari de subito agere tragœdiam e comico coragio:hoc est statim ex stilo comico transire ad tragicum.Desubito ergo legendum est & nos: ut fiat distinctio dempta literat.Nec mirum aut una tantum literæ interpositione,aut immutatione,aut ademptione præclara hominum ingenia plerunq; defatigari. Quā multi enim transuersi feruntur a pud Amphytrionem in fine comœdiæ illic:Hec sola sarcam gestat mearum familiarium: ut nos in commentariis Iuuenalis super eo:Sarcophago contentus erit:docuimus legendum esse: Hæc sola sana mihi restat mearum familiarium.Occurrebant prætereamulta alia apud ipsum auctorem,quæ ut mendosa castigaturus fueram. Verum cum Plyades noster,quem græce,latineque apprime doctum agnoscimus,id oneris susceperit:ut omnes eius comœdias solertissima diligentie recėleat:omnesq; uersus a d pristinam pedum legem reducat: ac uelut totum auctorem in aliam iam imaginem conuersum reformet:multisq; adhibitis tum nouis,tum ueteribus exemplaribus iam plusquam tria millia mendorum ex eo sustulerit:cum noua etiam & mirabili commentatione:omnia mihi silentio prætereunda duxi: cum ipse omnibus cumulatissime sit satisfacturus.

Ad Lectorem.



Ector cum forte in manus absolutos commentarios sumpsissemus:eosq; transcursim legeremus:offendimus nō nullos ab impressoribus commissos errores:sed minutos tamen. Inter quos illi sunt.
In primo commentario ubi mentio fit de Victoria ut Colitur Pax,atq; Fide s,Victoria,Virtus:scriptum est mutilato sensu:Eam enim filiam. Tu uero scribe:Eam enim filiam fabulantur Arcades fuisse Pallātis,qui fuit Lycaonis.
Et super illo Pensilibus plumis: Nec illud obstandum: corrige obstabit.
In secundo ubi de mollicie sacerdotum Mineruæ scriptum est:Malum & delicatorum.corrige Mollium.
In tertio scriptum est:Hæc tibi quæ torta uenerunt cō ditamenta. Tu distingue & corrige condita meta:ubi metam tortam uasculum intelligit:quo condita coctana mittebantur.
In sexto ubi de serpente argentea fit mentio: scriptum est mutilato & abscisso sensu: Dextra parte caput canis exoritur mansueta specie blandientis,pars uero læua ceruicis. Tu ad de:Rapacis lupi capite finitur, easq; formas animalium draco connectit uolumine suo,capite redeunte ad Dei dexteram, qua conspicitur monstrum. de quo dracone nunc poeta uidetur intelligere:eundem etiam serpentem in imagine Isidis extitisse docet Valerius Flaccus libro quarto Argonauti con:Aspide cincta comas, & ouāti persona sistro.
In undecimo scriptum est:Sonet enim arcæ potentiorum aduersus rapinas. Tu corrige solent.
In tertiodecimo illic:Sed censes te nunc delicias ponendum extra conuiuia.corrige communia.
Item alibi:pannum inuenies positum pro pannis.
Item in undecimo scriptum est Tiryuthis oppidum: tu corrige Tiryns.

INDEX VOcabulorũ omnium in margine poſitorum ſm ordinem alphabeticum.

Fuscinæ

FINIS.



Atyra carmen eſt(ut Diomedi placet)apud Romanos maledicum, ad hominū uitia carpēda, comœdiæ priſcę charactere compoſitum:a qua in hoc tantum differt,ꝙ illa iambicis,& eiuſmodi uerſibus conſtat, & perſonis ītroductis nouę fere comœdiæ par eſt: & uitia hominum cum denominatione cōtinet perſonarū. In hac Satyra ſcripſerunt, ut Laertius affirmat, Demetrius Tharſenſis, & Menippus ſeruus, ut aſſerunt Apuleius & Gellius, Cuius libros M. Varro in Satyris ſequutus eſt & eas Menipeas appellauit. Hæc autem: id eſt Satyra in exametros aſſurgit libertate ſimplex, Neq; enim perſonas aperte nominat. Priſcæ comœdiæ princeps & inuentor ſint Suſarion Megarenſis Tripodiſcius Philum filius: qui cum prauæ mulieri coniunctus eſſet: abeunte muliere in pompa Dionyſiorum theatrum ingreſſus, quatuor cecinit carmina iambica: quæ ſola ex omnibus eius ſcriptis extant: Audite populus Suſarion: hæc dicit filius philini Megarēſis Tripodiſcius: malū ſunt mulieres:ſed tamen o populares non adeſt inuenire domum ſine malo, Sic enim prima comœdia ſcōma habebat apertum. Licuit itaq; aperte ſic uituperare uſq; ad tempora Eupolidis unde Horatius. Eupolis, atq; Cratinus, Ariſtophaneſq; poetæ: Atq; alii:quorum comœdia priſca uirorū. Si qs erat dignus deſcribi.ꝙ malus,aut fur,Quod mœchus foret,aut ſiccarius,aut alioquin Famoſus multa cum libertate notabant. Sed cum poetæ abuti licentius ſtilo,& paſſim lædere ex libidine cœpiſſent plures bonos: ne quiſquam in alterum crimen infamię poneret:lata lege p Alcibiadē ſiluerunt, Ex priſca igitur comœdia,q̄ maiore laſciuit licētia Satyra,quę (auctore Quintiliano libro.x.) tota noſtra eſt,manauit. In qua primus inſignem adeptus laudem eſt Lucilius: qui quoſdam (ut ſcribit Fabius) ita deditos ſibi amatores habuit: ut eum omnibus poetis præferre non dubitarēt:quāuis Horatius(nō ſine tamen ſuſpitione æmulationis)eum in ſermonibus ſuis lutulētū fluere diceret: & aliquid eſſe quod tollere poſſis. Secundus poſt hunc Horatius,qui etiam Lucilio multo terſior, ac purus magis habetur:& ad notādos mores magis præcipuus. Tertius Perſius annumeratur:qui(iudice Fabio) multum & ueræ gloriæ,quamuis uno libro meruit. Quartus uero Iuuenalis habetur: qui & uenuſtate carminis & Satyræ dignitate ſeruata ita cōmēdatur:ut ſi aliis omnino præponēdus nō ſit, certe uel eis par habēdus. Satyrā nomē accepiſſe a uariis cauſis ſcribūt, Diomedes grāmaticus,porphyrio,& Acron:ideſt a Satyra lance,quę inferet a uariis,multiſq; primitiis in ſacra inferebat: & a copia & ſaturitate rei Satyra uocabatur, Siue a lege Satyra,quæ uno rogatu multa ſimul comprehendit:ꝙ ſcilicet & Satyra multa poemata comprehendantur: cuius Satyrę legis Lucilius meminit in primo: Per Satyrā ędilem factū, qui legibus uiuat. & Salluſtius in Iugurtha: Deinde quaſi p Satyrā ſentētiis exquiſitis in deditionem accipitur. Siue a Satyris, ꝙ ſimiliter in hoc carmine ridiculæ res,pudendęq; dicūtur:quę uelut a Satyris Diis ſilueſtribus proferūtur & fiunt: hocq; ueriſimilius. Nam in comœdia priſca, quæ in uitia hominū apertius (ut dictum eſt) inuehitur, ſalibuſq;,& iocis abſoluitur,Satyri introducti ſunt Dii ſilueſtres,& procaces iocularia & laſciua inter ſe iactantes. Hi ſunt(ut auctor eſt Pollux)Satyrus canus,Satyrus impubis, Satyrus adoleſcens,& Silenus pater,atq; id genus perſonæ fictæ. A Satyris igitur ītroductis Satyra noīata eſt:quod nomē hæc,quæ tota(ut diximus) noſtra eſt, & ab illa antiquiore defluxit, accepit,ſeruauitq;. Hoc poematis genere Iuuenalis ſexdecim ſcripſit Satyras. De Iuuenale uidetur intellexiſſe Quintilianus in.x.ubi ait. Sunt nos tractare nonnulli ingenio celebrem quorum fama in poſterum clara & illuſtris emerget.

Iunii Iuuenalis Vita.



Vnius Iuuenalis, quibus parentibus natus fuerit, pro comperto nō habetur. Ex Aquino oppido Volſcorum oriundum fuiſſe docet ipſe in fine tertiæ Satyræ: Et quoties te Roma tuo refici pperātem reddet Aquino, Temporibus Traiani Satyras ſuas ſcripſiſſe nemo,niſi parum peritus diffitetur. Nec audiēdi ſunt, qui exiſtimarunt eum regnante Domitiano floruiſſe: cum is poeta ſcribente iam defunctus fuiſſet, Quod abunde ſatis ipſe multis in locis indicat. ut illic in ſecunda Satyra: Qualis erat nuper tragico pollutus adulter. Nam cum ait erat nuper: planiſſime oſtendit eum mortuum fuiſſe præterea in tam apertam eius reptehenſionem uiuentis nō inſurrexiſſet, Et alibi i eadem Satyra: Cum tot aborti uis fœcundam Iulia uuluam Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas. ubi intrepide demonſtrat ab eo uiolatā fuiſſe fratris filiam: quod ne utiq̄ feciſſet,ſi tunc temporis uixiſſet. Et alibi deceſſiſſe apertiſſime docet: Cum iam ſemianimum laceraret Flauius orbem Vltimus,& toto ſeruiret Roma Neroni. Et alibi: Sed olim Prodigio par eſt in nobilitate ſenectus. Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigantum. Quibus omnibus ſatis conſtat poſt mortem Domitiani poetam ſcripſiſſe. Qua uero ętate,quoue loco mortuus fuerit,cum certi nihil habeatur. aliis inquirendū relinquimus. Nec aliis aſſentimur qui eum a Paride hiſtrione,& delitiolo Domitiani in exilium actū fuiſſe autumant, & ibi mortuum:deq; eo intellexiſſe Sydonium Apollinarem,cū ait: Nec qui cōſimili deinde caſu Ad uulgi tenuem ſtrepentis auram Irati fuit hiſtrionis exul. Neq; enim fieri potuit:ut a Paride in exilium miſſus fuerit:cum Satyras ſuas (ut diximus) ſcripſerit ſub Traiano:& Paris gratia. & auctoritate tātum ualuerit apud Domitianum. unde cum Sydonius,nec Iuuenalē,nec aliū quenq̄ nominauerit: de quouis alio intelligere potuit.

Argumentum Satyrarum Iuuenalis per
Antonium Mancinellum.

Prima docet Satyræ cauſas,formamq; libelli.
Qui ſimulant Curios Satyra patuere ſecunda.
Ex urbe Vmbritii digreſſum Tertia narrat.
Quarta quidem Criſpinum odit,caluumq; Neronem.
Ganeo quæ tolerat paraſitus Quinta notauit.
Sexta hæc infidas mulieres pandit abunde.
Septima demonſtrat Romam nil ferre poetis.
Nobilis octaua propria uirtute uocatur.
Turpia qui tolerant Nona carpuntur auari.
Curæ hominum Decima,rerumq; libido notantur.
Arguit Vndecima uates conuiuia lauta.
Biſſena arguitur Satyra captator auarus.
Tertia poſt decimam ſolatur damna dolentes.
In Decimaquarta dant praua exempla parentes.
Numina diuerſa Ægypti Penultima monſtrat.
Vltima militiæ felicis præmia narrat.

IOANNIS BRITANNICI COMMENTARIA IN SATYRAS IVVENALIS.

IOAN. BRIT.



Emper ego auditor tantum: Temporibus Iuuenalis magna in urbe poetarum copia uigebat: q fere quotidie aliquid recitabant. Ad hos audiendos rogabantur & noti & amici. Vnde scribit Tranquillus Augustum recitantes benigne & patiēter audiuisse: nec tantum carmina & historias: sed & orationes & dialogos. Horatius item: Hic sponsum uocat: hic auditum scripta relictis Omnibus officijs, Hoc tamē multis molestum omnino erat: unde ē illud Plinij: Magnū prouentum poetarū annus hic attulit: toto mense Aprili nullus fere dies fuit: quo non recitaret aliquis. Iuuat me q uigēt studia proferunt se ingenia hominum & ostentant: tametsi ad audiendum pigre coitur: pleriq; in stationibus sedent: tempusq; audiendo fabulas conterunt: ac subinde sibi nunciari iubent: an iā recitator intrauerit, an dixerit præfationem, an ex magna parte euoluerit librum. Et paulo inferius: Nūc otiosissimus quisq; multo ante rogatus: & identidē admonitus: aut non uenit: aut si uenit: quæritur se diem, quia nō perdiderit, perdidisse. Idem etiā indicat Cor. Tacitus de claris oratoribus loquēs de poetis: Rogare ultro: & ambire coguntur. ut sint qui dignentur audire: & ne id qdem gratis. Poeta igitur ueluti audiendorū diuturna carminum alienorum molestia affectus erumpit: nō tñ tam audiendi fastidiū indicans suum, q̄ diutinam ignauiam suam accusans: q ipse nihil adhuc scripserit: cū & ipse possit scribere. Sed cum uaria sint poematum genera, ī quibus uersari possit. Satyram ait se uelle potius q̄ aliud genus poematis tractare: adhibita ratiōe: q ampla sibi ad scribendū suggeratur materia. Principium igitur more satyrico ex abrupto fecit, ut Persius: O curas hominum. Horatius: Qui fit Mecœnas: ¶ Semper: hoc dicit cū ex nimio audiēdi fastidio: tū ex diuturno silētio quasi qui magnam ætatis suæ partem per inertiam absumpserit: cū nihil interea ipse scripserit. ¶ Auditor tantum: subaudi extrisecus ero. s. alienorum scriptorum & nunq̄ ego sicut cæteri aliquid scribam & recitabo: ¶ Reponā: nō ignoro a commentatoribus hunc locum uarijs exponi modis: ut alij dicant reponere idem esse quod reficere & resarcire, ut sit sensus: Non ne aliquando scribendo resarciam hoc tempus quod alijs audiendis consumpsi: ita enim poetæ reponere dicuntur. Alij uero reponere idem esse quod scribere, scribendo enim reponimus rem de qua agitur: unde si talia non scripsisset: haud reposita nobis essent: & reseruata. Alij inquiunt repono quandoq; est retro appono: & quasi acceptam cœnam restituto, ut siquis mihi hodie cōuiuiū apponat: ego cras ei reponā large ac liberaliter Reponere: Euomere. Et in hūc sensum hoc uerbo usus est Iuuenalis, cum inquit: Semper ego auditor tantum nunquā ne reponam: Ignauiæ enim seipsum accusat: & ut mos satyricorum est, ex abrupto incipit. Semper ne eorum quæ alij apponunt ero auditur nunquā ne ipse aliquid reponam: idest restituam. Quę omnia etsi ex aliqua parte conuenire uidētur. Ego tamen hoc sumptum esse a debitore contenderim: qui cum pretium creditori reddit, reponere dicitur, unde Seneca in epistola. 82. ad Lucilliū: Ergo nec quod debet creditori suo reponere quisquā scit alius q̄ sapiens. Differentiam enim facit inter referre & reponere. Nā referre inquit est ultro q debeas afferre. Reponere autem est creditori suo tantum reddere, quātum debeas. Idem libr. 6. de beneficijs: Ideo non est trepidandū q̄ cito reponamus. loquitur enī de beneficio referēdo. unde Plautus in Persa: Des mihi nummos sexcentos: quos continuo tibi reponam in hoc triduo: aut quatriduo. In ea significatione est etiā illud Horatij in epistola ad Mecœnatem: Inspice si possum donata reponere lætus: hoc est reddere & restituere. Ergo inqt poeta: cum alios poetas audiuerim: eorumq; sim debitor: tanquam qui ab eis multa acceperim: nunquam ne eis reponam: nunquā ne eis reddam quantum acceperim: ac per hoc nunq̄ ne & ego scribam: Reponere rursus capitur quasi pro renouare & reparare: sicut exposuimus apud Persium in ultima satyra: Neu dicta repone paterna: sed hoc nihil ad rem. ¶ Vexatus toties: nam (ut diximus) nō sine aliqua animi molestia audiebant recitātes. ¶ Theseide: recitatione Theseidos. i. gestorum Thesei. de quibus multa Plutarchus & Diodorus in. 5. & Ouidius in Meta. Nam Theseus Herculis certaminū imitator & uirtutum, animum adiecit ad ea certamina, quę laudem & gloriā sibi essent allatura. Filius fuit Ægei & Æthræ Pitthei filiæ aliqui Neptunum eius fuisse patrē tradūt. ¶ Codri nomen est poetę sui temporis: quem in tertia Satyra pauperem fuisse ostendit Lectus erat Codro pcula minor. ¶ Rauci: clamosi: ut referas ad fastidiū poetę: quasi, qui nimio eius clamore offensus sit. nam Raucus τὸ μέσον est: ut & pro eo qui sit uoce magna & sonanti ponatur unde Virg. appellat cicadas raucas. i. clamosas, & ualde strepētes. Ouidius in Fastis: Ecce rudens rauco Sileni uector asellus: Intempestiuos edidit ore sonos. Virg. Cygnos bene canentes raucos appellat: Dant sonitū rauci per saxa liquentia cygni. Mar. Perlegat ut tumidus rauca te uoce magister. Porphyrio exponēs illud in saty-

Reponere

Rauci

IVNII IVVENALIS AQVINATIS.

SATYRA PRIMA.



IN PRIMAM SATIRAM IVVENALIS ARGVMENTVM.

Commune argumentum satyricis omnibus adeo exacte & plene describitur a poeta in hac satyra, vbi ait. Quicquid agunt homines, votum timor, ira, voluptas. Gaudia discursus nostri est farrago libelli, vt nihil sit pręterea requirendum, quod sonantius totum hoc negocium assequatur atq; exprimat. Presentis vero satyrę argumentum est. Taxat ineptos poetas sui temporis enumeratione communium thematum & ad satyrā, vt pote ab illis magis alienum poema, & humanę vitę conducibilius se vertit, damnat muliebrem petulantiam, delatores, ignobilium hominum delitias, & eos qui vetularum patrimonia inguine mercabantur. Contra peculatores prouinciarum inuehitur. Contra prostituentes vxores, & auaros affectantes clientum studia quam minimo qu cunt dispendio. Notat etiam sordidam diuitum in muneribus largitionem & accipientium minus decoram submissionem cum profusa aliquorum Luxurie. Vaticinanti similis indicat minores in iisdem vitiis versaturos cum nequeant deteriora edere facinora. Deniq; pręscribit qugnam scribenda sint poetis qui malint tuti esse quam ueridici. Tandem concludit uelle in mortuor experiri cum in viuos non liceat.



EMPER Ego auditor tātum: nunquam ne reponam
Vexatus toties rauci theseide Codri:
Impune ergo mihi recitauerit ille togatas:
Hic elegos: impune diē consumpserit ingens
Telephus: aut summi plena iam margine libri
Scriptus & in tergo, nec dum finitus, Orestes:
Nota magis nulli domus est sua, q̄ mihi lucus
Martis, & Æoliis vicinum rupibus antrum

ris:Rauci:male ait Sulcium & Caprium delatores & causidicos fuis-
se:& ideo raucos appellatos ꝙ contentione iudiciorum clamarent.
Et pro eo cui uox sit oblisa & contusa nimio clamore. Quintilianus
Et raucas fauces ac latus fatigatū deformi cantico reficere. Solinus
de gruibus loquens: Volatus desidia castigat: uoceq; cogit agmen.
Ea ubi obraucata est succedit alia. ¶ Impune ergo mihi, ergo inq̃t
alius mihi recitauerit togatas: & alius elegias: & alius alia: & ego
non reponam? Sic enim uerbum reponam repetēdum est usq; ad
illud: Nota magis nulli domus est sua. ¶ Impune: passim & cū uoluit.
Nam impune dicitur sine punitione: & quę sine punitione fiunt, pas-
sim aguntur. Vnde Hora. in ultima epistola: Sed mēte recepta Ob-
turem patulas impune legentibus aures. Et in arte poetica: Ne spis-
se risum tollant impune coronæ. Nam poetæ dicuntur passim scri-
bere, cum diuersi diuersa scribunt. unde illud Horatij. Scribimus in
Comœdiarū genera quatuor — docti, doctiq; poemata passi. ¶ Ille. i. alius. ¶ Togatas. s. comœdias.
Erant. n. togatæ & palliatæ: togatæ romane erant ab habitu togæ,
quæ romana est: palliatæ uero græcæ a pallio: quod græcorum est.
Togatarū autē quatuor sunt genera. sunt. n. togatę quę prętextatę
dicuntur: in quibus Imperatores negotia agebant publica, & reges
Romani uel duces inducuntur, personarum dignitate & sublimita-
te tragœdijs similes. Prætextatę autē dicūtur, quia fere regum, uel
magistratuum in eiusmodi fabulis acta comprehendūtur: quorum
habitus est prætexta. Secundum genus togatarum tabernariæ di-
cuntur humilitate personarum: & argumentorum similitudine co-
mœdijs pares: in quibus non magistratus, regesue: sed humiles ho-
mines & priuatæ domus inducuntur: quę, quia olim tabulis tegerē-
tur comuniter tabernariæ sunt appellatæ. Tertiū genus Attellanæ
ab Attella ciuitate Oscorum: in qua primum cœptæ: argumentis,
dictisq; iocularibus similes satyricis fabulis græcis. Quartum pla-
nipediæ, quę gręce dicuntur mimi. dictę ob humilitatem argumen-
ti ac uilitatem actorum: qui nō cothurno, aut socco utuntur in scę-
na, aut pulpito, sed plano pede. uel ideo ꝙ non ea negocia continēt
quę in personarum turribus, aut in cœnaculis habitantiū sunt: sed
in plano & humili loco. lege Diomedem grammaticū. & Dona. in
Teren. ¶ Hic: alius. ¶ Elegos: elegi uersus sunt impariter iuncti: exa-
metro. n. & pentametro constant. Quis autē eorum inuentor fuerit.
Grāmatici (auctore Horatio) certant, & adhuc sub iudice lis est. In-
stituti aūt primo fuerūt deflendo desiderio mortuorū: mox ad amo-
res traducti: sed tñ nomen retinuerūt a flebili cantu: quo olim mor-
tuos deplorabāt. nam ἔλεγος idem est ꝙ luctus. unde Sapho: Elegia
Teleph⁹ — flebile carmen. ¶ Ingens Telephus: ingens tragœdia de Telepho.
Qui (ut auctor est Diodo. in. 5.) Herculis & Auges filius fuit. Hūc
Teutrantus rex Mysiæ successorem regni instituit: qui cū bello tro-
iano auidius gręcos a Mysia arceret: uite implicitus ab Achille p-
cussus in femore, sinistro: cōsulto oraculo accepit: nullo modo pos-
se sanari: nisi ab eodē repcuteret: a quo uulnus accepisset. Ad Ahil-
lem profectus, nouo genere medicinę, & tūc primū excogitatę: hoc
est rubigine, siue ab ęrea, siue a ferrea cuspide fuerit, sanatus est. Ita
enim (auctore Plin. li. 25. ca. 4. & . 34. ca. 15.) depingebatur eā de-
cutiēs ex gladio. hinc nata est fabula: ꝙ eadē repercussus est cuspi-
de, qua fuerat ab Achille uulneratus. Ouid. Vulnus Achilleo quæ
quōdā fecerat hosti: Vulneris auxiliū Pelias hasta tulit. Alij uero tra-
diderūt sanatū fuisse non rubigine, sed herbarū remedio per Achil-
lem. unde Claudia. ad Adrianum: Sanus Achilleis remeauit Tele-
phus herbis. Notat igitur sui temporis poetas, qui lōgo uerborum
amfractu & Telephi & Orestis tragœdias scripsere. apud ueteres
Actius scripsit fabulam Telephi. ¶ Orestes scriptus. i. tragœdia de
Oreste: cuius magnitudinem tantā fuisse satyrice ostendit: ut ne uo-
lumine quidem ipso quāuis extrema paginę parte: & a tergo scripto
Orestes — contineretur. Orestes. n. Agamēnonis Mycenarum regis filius, &
Clytemnestræ. cū accepisset patrem ab expeditione iliaca reuersum:
ab Ægysto adultero, & Clytemnestra interemptum: sibiq; ab eisdē
insidias tendi: capta opportunitate utrunq; necauit. Cuius parrici-
dij conscientia exagitatus in insaniam & furorem uersus: uidere si-
bi uidebatur matrē se ardentibus facibus & serpentibus atris inse-
quentē. unde Virg. Armatam facibus matrem & serpētibus atris,
Cū fugit, ultricesq; sedent in limine diræ. Cęterum cū monitu Pyla-
dę, ut furijs liberaretur, Apollinis tēplū ingressus esset: & inde exire
uellet: ei furias occurrisse tradit Pacuuius. ad quod respexit Virgil.
Vltricesq; sedent in liminę dirę. Omitto quomodo in tauricā regio-
nē: ubi Iphigenia erat sacerdos Dianę peruenerit: indeq; abrepto
eius simulachro, cum sorore sua in Italiam Aritiam usq; cōfugerit.
De Oreste multæ scriptæ fuerunt tragœdiæ. unde Virg. Aut Aga-
memnonius scænis agitatus Orestes. Orestem tragœdiam canta-
uit in Scæna Nero, auctore Tranquillo. Orestem autem sic dixit tra-
gœdiam de Oreste: ut alibi Atreum. i. tragœdiam de Atreo: Cuius &
alueolos & lenā pignerat Atreus. ¶ Plena iam margine: plena etiā
exteriore parte paginæ: quæ solet ad ornamentum libri relinqui ua-
cua. Margo autem capitur pro extremitate omnium rerum: unde
dicimus in margine ripæ. Plin. loquens de testudinibus: Sed rostri
margines acuti. Apule. lib. 4. Meta. Ripæ fluuialis marginem den-
sis arboribus septam uideo. genere autem muliebri enunciauit uo-
cabulum: cum & masculino inueniatur. Ouid. longo margine terra-
rum porrexerat Amphitrytes. ¶ Summi libri. i. magni. ¶ Et in tergo:
ostendit Plin. Iunior lib. 3. in ea epistola: quæ incipit Pergratum est
mihi: ad Macrum: Ea uolumina quæ etiam in tergo scripta fuissent,
Opistographa fuisse appellata: ab ὄπισθεν. i. retro: & γράφω scribo. sic — Opistographū
enim scribit. Electorum quoq; commentarios centum sexaginta re-
liquit epistographos quidem & minutissime scriptos. Vulpia. de bo-
norum possessione secundū tabulas sic ait: Carthæ appellatio & ad
nouam cartham defertur & deleticiam: proinde & si opistographo
quis testatus sit: hinc peti potest bonorum possessio. Quod ergo scri-
ptum dicit poeta in tergo: gręci Opistographon appellauere. Quod
ostendit & Porphy. apud Horatium in epistolis his uerbis: Nemo te
ornabit, atq; describet. Sed aut carie consumeris: aut fient ex te opi-
stographę epistolæ. Nam apud ueteres libri in uolumina complica-
bantur ita, ut interiori tantum parte scriberentur: dicebanturq; uo-
lumina ꝙ inuoluerentur. unde Iuue. Quę psaltria penem Maiorem — Volumē
q̃ sint duo Cæsaris Anticatones. ex quo apparet libros solitos colli-
gi in uolumina: unde contra dicebant euolui, cum explicabantur.
Carpens ergo poeta longas poetarum ambages in scribendis fabu-
lis: ostendit non solum tota uolumina interiore parte: sed etiam ex-
teriore contra consuetudinem scribi: cum libri (ut dixi) in uolumi-
na colligerentur, nec scriberentur in tergo. Quod & Martia. osten-
dit alloquens librum: Ad salariorum curras scrinia protinus lice-
bit: Inuersa pueris arande charta. In tergo igitur. i. exteriore parte
membranæ. Inde illud est Sidonij Apollinaris ad Constantinum:
iam copiosum te ni fallor pulsat exemplar. Iam uenitur ad margi-
nes umbilicorum. Iam tempus est (ut satyricus ait) Orestem no-
strum uel supra terga finiri. ¶ Nota magis nulli: tam multi inquit tē-
poribus nostris existunt scriptores qui quotidie opera sua mihi reci-
tēt: ut nulli magis nota sit domus sua: q̃ mihi est lucus Martis: & alia
huiusmodi fabulamēta per eos sæpe recitata: ut hoc totum ad mul-
titudinem recitantium referat: quos audiuerat: simulq; ostendat se
etiam posse scribere: quando docti & indocti passim scribant. ¶ Lu-
cus Martis: hoc est historia de origine urbis. Nam in luco Martis sa-
cro ad Albam inclusa Rhea ab Amulio patruo: tanquam per spe-
ciem honoris sacerdos electa Romulum & Remum urbis condito-
res: incertum stupro, an ex Marte cōceptos, enixa est. De hoc mul-
ta Iustinus lib. 43. Liuius primo ab urbe condita: & Diony. primo.
Lucus item fuit Martis in Ponto: ubi uellus aureū seruabatur. Mar-
tialis: Custodem scythici fuisse luci. Qui autem Athenis appellatus
est Areopagus: non lucus, sed Martis uilla dicitur. ¶ Et Æolijs uici-
num rupibus antrum: multi hoc loco dubitant: de quo antro Vulca-
ni poeta intellexerit. Nonnulli enim Hieram putant unam ex septē
insulis Æolijs intelligi: quas Itali uno uocabulo Vulcanias appel-
lāt. Nam existimatur natura solis ignea: per occulta commertia: aut
mutuari Ætnæ incendia: aut subministrare. Sed cum omnes Deo
ignium sacratę sint: Hieram uolunt Vulcano præcipue sacratam:
cum plurimum colle eminentissimo nocte ardeat: de hac q; poeta
intellexisse. uerum hoc non procedit: cum enim dicit Antrum uici-
num rupibus Aeolijs: ostendit antrum ipsum inter septem insulas
non numerari: sed segregari ab eis: uicinumq; & proximum esse ita
ut de hiera nequaquam sit intelligendū. unde nos exponimus an-
trum Vulcani uicinum rupibus Æolijs Ætnam mōtem Siciliæ: qui
Vulcano sacer est: & ex quo insulæ (ut diximus) aut accipiunt in-
cendia: aut ei subministrant. Estq; uicinus rupibus Æolijs: qui etiā
Cyclopes tulit: nunc assiduis ignibus flagrat. Sacrū fuisse Vulcano
docet Soli. his uerbis: Vulcano Ætna sacer est. In Ætnæ uertice hia-
tus duo sunt: crateres nominati. per quos eructatus erumpit uapor — Crateres
præmisso prius fremitu per æstuātes caruernarū latebras &c. Sic &
Valerius Flaccus in. 2. Argonau. Accipe ait bellis, medięq; ut pul-
uere pugnæ Sit comes Aetnei genitor: quæ flammea gessit Dona
Dei: hoc est Vulcani. nam non minus Ætna mons dictus est a poe-
tis domus Vulcani, quam Lemnos & insulæ Æoliæ: unde Valerius
Flaccus: Lēnos cara Deo: nec fama notior Ætnę: Aut Lipares do-
mus.

mus. Montem autē Ætnam uicinum eſſe Æolijs teſtatur ſic Strabo: Imminet autem Ætna littori Catanenſi: & Liparitanis inſulis: quas pleriq; Æolias uocant. Ita ut omnino de Ætna intelligendum ſit: de cuius incendio, rationibuſq; incendij multi ſcripſerant ante Iuue. ſicut Virg. Cuius carmen licet multum mendoſum adhuc extat: in quo perpetui ignis multas oſtendit rationes: docetq; a poetis falſo traditum ſedem eſſe Vulcani, his uerſibus: Principio ne quē capiat fallacia uatum Sedes eſſe Dei, tumidiſq; e faucibus ignem Vulcani ruere, & clauſis reſonare cauernis. Poetæ enim cecinere Vulcanum in antro Ætnæ habitare. & ex faucibus ſuis ignem euomere. unde Iuue. Ætnam appellauit antrum Vulcani. Ait ergo nulli domum ſuam magis eſſe notam: quā ſibi eſt deſcriptio Ætnæ: & eius incendij: quod eſt uicinum rupibus Æolijs. Inſulæ autem Æoliæ ſeptem ſunt numero in freto Siciliēſi Epheſtię nominatæ. i. uulcanię: Lipare: Hiera: Strōgile: Cidyme: Eriphuſa. Phœnicuſa: Euonymos: dictę ab Æolo: qui ibi temporibus iliacis regnauit.

is in- .7.

¶ Iodici Badij Aſcenſij familiariſſima Iunij Iuuenalis Satyrici, eiuſq; interpretum explanatio.

Cen.



SEMPER ego auditor tantum. Quatuor in hac Satyra proſequitur poeta. Primum ægre ferens q̄ toties poetas recitātes audiuerit: nec quicq̄ ſcripſerit: & ita illis uicem quodammodo repēderit: innuit ſibi quoq; ſcribendum eſſe. Deinde animaduertēs etiam ſe poetices ac oratorię artis peritum: infert ſe quoq; poſſe ſcribere. Tum conſiderans fabulas fere omnes deſcriptas eſſe: & nihil ad bonos mores conducibilius, q̄ uitia reprehendere: quorum tunc prouentus fuit maximus. Nam (ut inquit.) Nil erit ulterius quod noſtris moribus addet. Poſtremo loco animo cōplectens quam utilitatem priſca illa, qua Lucilius gauiſus eſt, libertas bonis moribus attulerit: dolet ſibi præſcriptam eſſe legē: cui tamen ſe ob temperaturum concludit. Primū facit in principio. ſecundum ibi: Nota magis &c. tertium ibi: Cur tamen hoc potius, & quartum ibi: Securus licet &c. ¶ Incipit ergo ex abrupto & quadam indignatione animi quippe ægre ferētis: q̄ cum ipſe quoq; ſcribere poſſet, hactenus. i. ad medium uſq; ætatis: auditor tantum fuerit. Cohortans ergo ſeſe ad ſcribendū inquit: Nunquid ſup. ego qui ſum uir peritus fabularū & artis dicendi ero ſup. tm̄ auditor aliorū ſup. recitantiū opera ſua. Ne. i. an: an nunq̄. i. ne ſemel ſaltē in uita. reponā. i. emendatius quid ſcribam: aut ſcribendo illis paria faciam. aut quod debeo rependam. Ego inquā uexatus. i. moleſtia affectus toties Theſeide. i. fabula de Theſeo uulgatiſſima. Codri. i. illius poetę rauci. i. diſſoni ob nimiam recitationem raueſcentis. q. d. minime. Ego ſup. ero tam patiens: tam iners: & tam ignauus: ut ille. i. quiuis poeta uulgaris. recitauerit. i. frequenter pronūciauerit uiro perito, impune. i. paſſim uel libere ſine pariū redditione. togatas. i. comœdias factas de togatis. i. de romano populo. & hic. i. alius ſup. recitāuerit impune elegos. i. uerſiculos hexametro & pentametro conſtātes: & de miſerijs mortuorū: aut miſere amantium. uel cōſtruitur ſic Ergo ego auditor tm̄ & ille recitauerit mihi impune. i. paſſim togatas. hic. i. alius elehos. & ingens Telephus. i. maxima tragœdia de Telepho. cōſumpſerit dū recitatur diem. i. tp̄s unius diei: ſicut Mar. dicit. Auditur toto ſæpe poeta die. Aut Oreſtes. i. tragœdia de Oreſte. ſcriptus. i. conſcripta. & . i. etiam in tergo. i. in dorſo mēbranę. & margine. i. extremitate libri ſummi. i. membranę ſummę exiſtente plena. q. d. minime gentiū. hęc familiariſſime potui. Ceterū qa cōſtitui non ſolū auctorē ipſum: ſed etiā interpretes eius: qui interdū difficiliores arguuntur explanare: dicā primo loco cur non inuocent Satyrici. Secūdo cur ex indignatione incipiāt. Tertio qua ſpē indignationis hic noſter: & qua alij (quos habemus) inceperint: pgreſſurus ad ſingulorū increpationē. Nō iuocāt qdē poetę: ſi mō poetę dicēdi ſunt: Satyrici: qa familiori ſtilo de rebus humilib⁹ utpote de hominū uitijs loquūtur. Sed ut monet Flaccus in arte: Nec Deus interſit niſi dignus uindice nodus Inciderit: hoc eſt poeta nō dicet aliqd geſtum eſſe opera ſolius Dei: nec inuocabit Deū: ut dicatur: aut fiat qđ humanis operibus & dici & fieri poſſet. Incipiunt uero ex indignatione q̄dā: qua ſignificāt ſe hoium uitia ferre nō poſſe: ne odio cuiuſpiam: aut maleuolētia & petulātia animi ſcripſiſſe cenſeantur. Quod uitiū a ſe remotiſſimū contēdit Horat. oſtendens ſe ad Satyram ſcribēdā natū: nec poſſe dormire ſi nō ſcripſerit. Neminē inſontē uelle lædere. Et quia Satyra eſt carmē maledicū: maluit opus ſuū ſermones q̄ ſatyras appellare: tametſi fateatur ſe ſatyras ſcribere dicēs: Sūt qbus in Satyra uideor nimis aſper &c. Ideoq; leuiter cū q̄dā interrogatione: nō tm̄ ſine indignatione q̄dā ad amicū ſic exorditur: Qui fit Mecœnas &c. Perſius autē petulāti ſplene cachinno, & acerbiſſimus irriſor: & uehemētiſſimus uitiorū exploſor pfationē a ſcōmate & irriſione incipit dicēs: Nec fonte labra prolui caballino. Et Satyrā ab exclamatione acerrima: O curas hominū: o quātum eſt in rebus inane. Auctor uero noſter Iuue. quāuis oratione ſatis ſuperq; (ſi dicere audeo) fluat: aio tm̄ uehemētiſſime in uitia excandeſcēs incipit ab apoſiopiſi. i. obticētia: qua uti ſolēt uehemētiſſime irati: cū nō inueniant qđ ſatis malū minētur: aut imprecētur. ut pri. Æneid. Neptunus in uētos: Quos ego: ſed motos præſtat cōponere fluctus. Dicitur aūt ab apo ppoſitione græca: & ſiopo uerbo: qđ ſignificat ſileo. Vtitur pterea figurata interrogatione q̄ nullā rñſionē nunq̄ mere cōtraria ſunt: & qa ſola nō ſunt: eſt ēt cōtentio. i. ſniarum repugnātia: qa alios impune recitare. & ſe nunquā contēdunt. Vtitur ad hoc emphaſi: qua utimur cū per excellentia aliquid alicui attribuimus: aut p maius minus excludimus: ad quā ſignificādā p nomina cū uerbis primę uel ſecūdę perſonę neceſſario exprimūtur ſecus. nō ut: Et tu puer propheta altiſſimi uocaberis: q̄ſi p excellentiā. Ego ſum panis uiuus: qa nō alius. Tytire tu patulæ &c. qa nos patriā fugimus. & Geor. 1. Cū iam ſacrę deficerēt ſiluę: qa ſi ſacræ: ergo potius alię. Et hic ſemper ego auditor tm̄. Ego inquā fabularū peritiſſimus: qa Nota magis nulli domus eſt ſua, q̄ mihi lucus Martis. Si ergo ego: ergo potius alius. Pręterea ut ex ordine dicā ſingula uocabula uidētur ſuā uim habere & ſignāter poſita. Semp enim habet uniuerſalitatē & antithetū. Ego emphaſim. Auditor indignitatē & contēptū. Nam ſi audio a uoce, quę gręce audes dicitur, deducitur: Auditor uidetur eſſe meræ uocis captator. & nihil ad rē reſpiciēs: quo nihil uilius. Tantū habet uim excluſiuā alterius cōmodi. Nunquā uniuerſalitatē in negādo, & antithetū ſemper. Tūc aūt elegāter plus ſignificat, q̄ nō: quādo ponitur pro nō: hoc eſt cū alio aduerbio tēporis particularis. ut. 2. Æne. Nunquā oēs hodie moriemur inulti. & in Eunucho: Nunquā ædepol quicquā iamdiu &c. Ne præfe fert indignātis interrogationē. Reponā utilitatē & indignitatē. Nā ſi ignominioſum & ingloriū eſt non poſſe ponere. i. primū qd excogitando effingere: quāto ignominioſius erit nō poſſe reponere. i. iterato ponere: hoc eſt ſcribere uel paria facere Quo circa altius repetā uocabuli huius naturam. Dicit enim Calderinus ſic: Reponere & impune cū in uarias ſignificationes accipiātur: a Iuuenale: uſurpata ſunt nō ſecus q̄ ab Hora. Repono: reficere: & reſarcire eſt qđ fuit detractū. Iuuenalis: Meliora ac plura reponit Perſicus orborū lautiſſimus. Virgil. Hæc rapta p uirginitate reponit. Papinius: Qui damna dolēs aliena repono. Infelix lachrymas. ſ. meas q̄s reparo & renouo. Martia. Qui amiſſum ſomnū in urbe in puincia reparabat. Ingēti fruor, improboq; ſomno. Et totū mihi nūc repono Quicqd terdenos uigilauerā p annos Surgētē focus excipit. Quāuis quidā Martialis ſenſus nulla habita rōne repono pro ſcribo traduxerit: cū dormiēs nihil minus agat, q̄ ſcribat. Inde reponere poetę dicūtur: cū auditas fabulas ſcribūt. Nā ita tēpus audiēdo cōſumptū reponūt. i. reparāt & ſarciūt. Hor. in arte: Scriptor honoratū ſi forte reponis Achillē. Scriptū iam. ſ. ab Home. Et ibidē: Fabula quę poſci uult & ſpectata reponi. Impune ſine pœna dicitur: quę aūt ſine pœna fiūt, paſſim aguntur. Qua ratione Hora. impune pro, paſſim uſurpauit in arte poetica: Ne ſpiſſę riſum tollāt impune coronæ. &c. Hæc ille. Geor. Val. ſic: Pono ſcribo plerunq; ſignificat. ut apud Perſiū: Ecce modo heroas ſenſus afferre uidemus Nugari ſolitos gręce: nec ponere lucos Artifices. Ponere ſculpere & pinguere. Hora. Solers nūc hominē ponere nūc Deū. Nā de ſculptore aut pictore loqtur. Repono aūt reuoco: reprimo: ſiue cohibeo. Statius: Quoties iam torta reponā Fulmina. Repono reddo. Hora. Inſpice ſi poſſum donata reponere lętus. Plau. in Perſa: Des mihi nummos ſexcētos: quos pro capite illius pendā: quos tibi cōtinuo reponā in hoc triduo aut quatriduo. Repono depono. Mart. Vllus ſi pudor eſt repone cœnā. Repono reduco & reficio. Virg. in. 2. Georg. Et quantū longis carpēt armēta diebus: Exigua gelidus tantū ros nocte reponet. Repono ſuperaggero. Idē in tertio eiuſdē: Atqui non maſſica Bacchi Munera non illis epulę nocuere repoſtę. Repono ſcribo. Horatius. Scriptor honoratum. ut ſupra. ita & hic exponendū eſt. Hæc ille. Verum ut aperiamus cauſam tātæ diuerſitatis: Re in compoſitione interdum uacat: ut quādo compoſitum pro ſimplici accipitur: ut docet Valla. ut redeo pro eo. Interdum ſignificat contrarium ſimplicis: ut quando iungitur dictioni clauſurā: aut uelamē importāti. Vnde recludo & claudo: reſero & ſero: reuelo & uelo: retego & tego: retexo & texo:

Apoſiopiſis

Figuræ qbus utitur poeta

Emphaſis

Semper

Ego

Auditor

Tātum

Nunquā

Ne

Reponā

Repono

Impune

Repono

Re ppoſitio

uiſio yræ

fere contraria sunt, Interdum & id quidem proprie significat itera⸗
tionem. Ponere autem quid sit notum est. nam interdum ponimus
nummos accepturo eos: aliquādo escam comesturo. Aliquādo po⸗
nimus primā effictionē: aut figurā. qđ effingere aut ꝓtrahere uocāt.
Reponere est iterum ponere, seu quia, qui quod accepit reponit: red
dit: & satisfacit: ideo dicūt ꝙ sit reddere: & qui escas unde prompse
rat reponit: tollit eas: dicunt ꝙ sit deponere. Et qui quod positum. i.
semel pictum aut scriptum est reponit, iterato scribit aut pingit: ideo
sic quoqꝫ accipit: & sic de alijs. Si ergo accipit reponā hic. i. red dā.
Sensus est: Ero ne semper auditor? & ita obnoxius ijs: qui mihi sua
carmina recitarunt. ut nunquam reponam. i. faciam illis paria etiā
scribendo saltem: quod scriptum est. Vel in malā partē: ut significet
se affectū iniuria ab improbis recitatoribus: de quibus in uerbo re
citatuerit dicam. & ita uelle repēdere uicē: nec sinere amplius impu
ne eos recitare: ut pro pœna quadā sit: & quasi genus uindictę scri⸗
bēdo eos cogere audire: nec semper recitare. Sin accipitur pro scri⸗
bo: utroqꝫ modo stat pondus indignitatis. Nā si (ut Tullius inquit)
Acceptor beneficij debet imitari agros feraces: qui longe plus q̃ ac
ceperint, conferunt: q̃ indignū erit eum, qui semper audiēdo obno
xius factus est, nunqnā reponere. Vel si in malam partē: erit lacessi⸗
tū & prouocatum: immo uexatum toties nihil posse referre. Et si glo
riosius est inuenire q̃ inuētis uti. Et ut Horatius in arte inquit: Re⸗
ctius iliacum carmē deducis in actus. Quam si proferres ignota in
dictaqꝫ primus. ignominiosissimū erit eū q semper audiuerit: immo
audiēdo uexatus sit: non posse saltē reponere. i. emēdatius quod se
mel scriptū est rescribere. Emēdatius dico: quia id operępretium est
ut laudē assequaris. unde Liuius in prologo. I. Noni semper scripto
res: aut in rebus certius allaturos aliquid se: aut scribendi arte rudē
uetustatem superaturos credunt & non immerito: quia nisi melius
scripseris, frustra rescripseris. Nā qa facilius est uti inuētis: & ea imi⸗
tari: ideo lex amœbœi carminis uult ut sequēs: aut plus aut contra⸗
Vexatus rium dicat. Sed hęc alias. Vexatus aūt (ut A. Gel. docet) pręcipuā
uim habet. Nam frequētatiuū uidetur a uehor: sed quod illius signi
ficationē seruat uector uectaris dicitur. Vexari autē est uiolēter huc
Toties illucqꝫ impelli: aut maxima animi molestia affici. Toties aduerbium
Rauci multiplicandi est. Raucū dissonū: aut malū significat poetam. Quin
Theseide etiam Theseide affectanter dixit. Nam noua & inaudita licet nō fa⸗
cunde dicta utcunqꝫ delectant: nota aūt rauce & male pronunciata
audientē cruciant. Ideoqꝫ Virg. circa principium. 3. Georg. signifi
cat se nolle uulgata dicere his uerbis. Cętera quę uacuas tenuissent
carmina mētes Omnia iam uulgata &c. Nihil aūt uulgatius The⸗
seide. i. fabula de Theseo. Nomina enim librorum formantur ut pa
tronimica fœminina ut Iliū ilij ilias. æneus: sic enim græce dicitur:
ænei æneis. Achilleus achillei gręce achilleis. Theseus thesei the⸗
seis. Masculina aūt apud nos contra hn̄t ei in i longū: & addūt des:
ut ęneides. Virg. Sit satis ęneide &c. alibi ab Ænea fit æneades &c.
Hāc fabulā prosequitur Mancinellus. Codri quoqꝫ nomē signāter
protulit. Nā aut sui, aut operis sui, aut utriusqꝫ cōtemptū præsefert.
Si enim dicimus cum Mancinello esse illū miserū & pauperē poetā
cuius meminit auctor alibi: Lectus erat Codro &c. certū est uilē esse
quia raucū: & contēptibilē. Sin Georgiū Vallam secuti: dicimus per
Codrū argute intelligi quemuis nobilem romanū: significatur utili⸗
tas operis eius: quia nobiles laboris impatientes raro bona opera
edunt sed interdū fragmenta uersiculorū, quę Persius per contēptū
utens diminutiuo elegidia uocat dicēs: Elegidia crudi dictarūt pro
ceres. Ratio aūt quares per Codrū quemuis nobilem intelligat, hęc
est: ꝙ sicut romani nobiles troiugenæ, aut romulidę uocari gaude⸗
bāt: ita Athenięses codridæ: ꝓpter nobile facinus eius Codri: cuius
meminit Virg. in Buc. dicēs: Aut Alconis habes laudes: aut iurgia
Impune Codri. De quo quidē facto Georgius Valla loqtur. Impune, siue ut
Calderinus accepit pro passim. i. per singulos fere passus accipiat:
siue ut Mancinellus & Geor. Val. ꝓ eo quod est frustra & incassum
siue in natiua & propria significatione: quæ est sine punitione & pœ
na: mirabilem uim habet. Nam ægre ferendū est: quod ab alijs pas⸗
sim fit: abs te nusquā posse fieri. Indigna etiā res est te tam stolidū &
ignauū esse: ut eorū uexatio & assidua recitatio sic icassum fiat: & ne
queat te ad scribendū compellere. Inertis aūt & ignaui hominis est
toties uexatū rauca recitatione, non sumere uindictam uicissim sua
recitādo: & sinere alios impune. i. sine pœna recitare. Mutatur autē
oe diphthongus in u ut pœna punio: pœnus punicus: mœnia mu
nio. Ergo item habet illationē summę amaritudinis: ut apud Augu
Ergo stū de testamento Virg. Ergo ne supremis potuit uox improba uer⸗
Mihi bis Tam dirū mandare nefas? ergo ibit in ignes? &c. Mihi rursus

emphasim habet. Recitauerit: frequentiam, est enim frequētatiuum **Recitauerit**
a re & cito: & insuper uim habet per prępositionem. Significat autē
summam molestiam propter improbitatem & importunitatem reci
tantium. De qua alibi: Et Augusto recitātes mēse poetas. Et Hora.
in epist. Hic sponsum uocat: hic auditum scripta: relictis Omnibus
officijs. Et in fine de arte poetica ostēdit malos poetas tam auide re
citare: & tam rauce: aut recitando enecent auditorem. Præterea idē
in sermonibus ostendit nonnullos præ diuites pecuniam ad fœnus
dare ea lege: ut si soluendo non sint, auditū ueniant. Erat ergo sum
mæ molestiæ audire ineptorum nugas. Ille in hoc uim habet ꝙ co **Ille**
piam significat. Est enim idem ac si dicat: Quiuis quantumlibet ine
ptus. Solet habere hoc pronomen significationem rei notissimæ: ut
Alexander ille magnus: Plato ille philosophus diuinus &c. Toga⸗ **Togatas**
tas quoqꝫ affectate dicit: per quas humilem compositionem signifi
cat. Togatæ enim sunt fabulæ: siue comœdiæ de populo romano
humiliore facili stilo compositæ. dico humiliore: quia de nobilibus
fiebant prætextatæ. Prætexta enim est uestis nobilium romanorum
& toga uulgarium. Vnde per togatos romanos intelligimus. ut. I.
Æneid. Romanos rerum dominos, gētemqꝫ togatam. inde Varro
togatorum. i. romanorum doctissimus appellari solet. Et dicitur to⸗ **Toga**
ga a tegendo. Est enim uestis oblonga: qua cæteræ teguntur: qua
tempore pacis uti solebant: ideo pro pace poni solet. ut apud Cice⸗
ronem: Cedant arma toge: concedat laurea linguæ. Et apud Mar.
Claro militiæ Fronto, togæqꝫ decus. Hic. i. quiuis alius. eandē uim **Hic**
habet quam ille. Elegos etiam per contemptū dixit sicut togatas. **Elegos**
Nam sicut togatas utcunqꝫ quiuis græcarum literarum imperitus
facere poterat: fiebant enim de argomento ramano ita: ut elegos. i.
uersiculos de mortuis aut misere amantibus. Proprium enim argu
mentum elegiacorum uersuum est querimonia. Vnde Horatius in
arte poetica: Versibus impariter iunctis querimonia primum: Mox
etiam uoti compos sententia clausa est. Eorum autem facillima ui⸗
detur compositio quia secūdo quoqꝫ uersu potest claudi sententia:
& ideo breues sunt & modici contextus. unde Horatius ibidem:
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor: Grammatici certant,
& adhuc sub iudice lis est. Contemnit ergo togatas & elegos pro⸗
pter uilitatem: sequentia propter prolixitatem. Diem consumpserit **Dies**
pondus habet propter amissionem temporis quo nihil prætiosius
& propter diuturnitatem. Nam sicut diecula pro paruo tempore: ita
dies pro magno capi potest. unde diu aduerbium: uel reuera satis
longum est diei tempus: quod audiendo consumptum dolet. sicut
Mart. Auditur toto sæpe poeta die. Consumi autem est hic sumi: ut
nihil remaneat reliquum. Ingens Telephus, i. ingens tragœdia de **Ingens**
Telepho: cuius historia materiam tragicis præbuit: sicut tangit Ho **Thelephus**
ra. in arte: Telephus & Peleus cum pauper & exul uterqꝫ &c. Plus
autem est ingens q̃ magnum. ingens enim dicitur quasi sine gente
.i. genere: quod excedit genus debitæ magnitudinis. & ideo parasi
tus gnato assentator ille apud Teren. in Eunucho: Cuius est de ma
gnis maiora loqui: ubi de Thraso dixerat: Magnas uero Thais age
re gratias mihi? respondit: Ingentis. quod secundum Donatum ibi
dē plus est q̃ si magnas diceret. Telephi ergo recitatio: quia fabula
fuit ingens & notissima, tædium peperit. eam Mancinellus recitat.
Plena iam margine: & scriptus in tergo Orestes: amplissimam fabu
lam & uulgatissimam de Oreste significant. unde Virg. in. 4. Ænei.
Scęnis agitatus Orestes. Mutat autem genus poeta. Nam margo
solet masculinum poni. sicut apud Stat. 4. Thebaide: Soluerat he⸗
sperij deuexit margine libri. Præterea Terentius quia Eunuchum
pro fabula accepit: dixit in prologo Eunuchū genere fœminino, &
Virg. in 5. qa cētaurū ꝓ naui dixit: Cētauro inuehit magna: hic tn̄
dr̄: Script⁹ ī tergo Orestes &c. de quo Calderinus ex usu antiquoꝝ
hoc ait: qui in pugillaribus membraneis scribebāt ita: ut scripta pos
sent deleri tanq̃ ex tabulis. Qui uero interiore pagina nō cōtenti in
tergo scribebāt: dānabātur tanq̃ loquaces & nimij. Mar. Scribit in
aduersa Picēs epigrāmata charta: Et dolet aduerso ꝙ facit ille Deo.
Nota magis nulli: in hac secunda parte ostēdit auctor se quoqꝫ pos
se scribere: ut potissime historiarū, fabularūqꝫ peritum & rhetori ces
eruditū. Duo. n. sunt ad poeticen necessaria: res & uerba: sed rē no⸗
uit ex historijs & fabulis: uerba ex in declamationibus rhetoricis.
Sed aīaduertere lector inuidiam & contemptū eoꝝ: qui solas fabu⸗
las sectātur & scribunt: auctorē solum fabulaꝝ se peritū iactare. Cū
tn̄ bona & utilia scripturus debet philosophiæ non esse ignarus. ut
Hora. in de arte poetica: Rem tibi socraticæ poterunt ostēdere char
tę. Ordo igitur est: Nulli. i. non ulli: ulli sua domus nō est magis no
ta, q̃ lucus Martis, i, quo filius Martis Romulus a lupa nutritus dici

tur

Vulcani. Quid agant uenti, quas torqueat umbras
Aeacus, unde alius furtiuæ deuehat aurum
Pelliculæ, quantas iaculetur Monychus ornos,
Frontonis Plani, conuulsaq́ marmora clamant
Semper, & assiduo ruptæ lectore columnæ.
Expectes eadem a summo, minimoq́ poeta.
Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ, priuatus ut altum
Dormiret. stulta est clementia, cum tot ubiq́
Vatibus occurras, perituræ parcere chartæ.

tur: est sup. notus mihi. Ne uero calumnier a grāmaticulis: q̄bus hęc
expono ꝙ datiuū ulli pręcōstruxi: sciant hoc factū oportuisse ut re-
latiuū suum habeat antecedens: quo sine non haberet locū in con-
structione. Sed pergamus: & nulli est magis nota domus sua: q̄ an-
trū Vulcani: in quo Vulcanus dn̄atur: qui fulminis faber est uicinū
rupib⁹.i. rupturis saxoꝝ. Æolijs: i q̄bus Æolus rex uētoꝝ regnabat.
¶ QVID agāt uenti: q̄ natura
sit uentorum. Horum enim alij
sunt frigidissimi: q̄les a septētrio
ne spirant. ii .n. & reliquos cōpe
scūt, & nubes abigūt. Alij humi
di: ut Auster: Africus. & p̄cipue
Auster Italię. Alij sicci: ut Corus
& Vultur. Alij niuales: ut Aqui
lo & Septētrio. Grādines Septē-
trio iportat, & Corus. Æstuosus
Auster. Tepidi Vulturnus & Fa
uonius. Saluberrimus aūt oīum
Aquilo: noxius Auster & magis
siccus. Vētus aūt est (ut q̄dā diffi
niūt auctore Sene.) aer fluens in
unā partē: q̄a nunq̄ aer tā immobilis est: ut nō in aliqua sit agitatio
ne. Victr. uero sic diffinit: Vētus aūt ē aeris fluēs unda cū icerta mo
tus redūdātia. De uētis igit̄ multi scripserāt: ut Sene. in naturalibus
Veteres q̄tuor tatū seruauere p̱ totidē mūdi partes. Ideo nec Home.
plures nominat. Mox āt posterior ętas octo addidit: rōne nimis sub
tili, & cōscissa. Sūt ergo bini in q̄tuor cęli partibus. de q̄bus abūde
li. 2. ca. 47. Pli. Victru. & Gel. (ut diximus) Se. in naturalibus: Ordo
aūt talis est: ut poti⁹ inferioribus q̄ supioribus ꝯiūgātur: Platani Frō
tonis clamant q̄d agant uenti &c. Sicq́ ostēdit in ædibus Fronto-
nis uaria quot. die a poetis recitari. ¶ Quas torqueat umbras Aea
cus: aliqui hunc locum simpliciter accipiunt .i. quæ de inferis scri-
bantur: apud quos Aeacus iudex sit constitutus. Cæterum ad id
poeta respicit: q̄d scribit Plato in Gorgia suo. sic enim inducit Iouē
loquētem: Constitui tres alios meos iudices: duos quidem ex Asia:
Minoem .s. & Rhadamāthum. unum uero ex Europa: Æacum. qui
mortuos iudicabunt in triuio. ex quo portāt uię: altera ad beatorū
insulas altera ad tartaꝝ. & Asiaticos quidē Rhadamanthus iudica
bit. ab Europa igitur qui uenerint Æacus. Minoi autē committā: ut
iudicet si quid alijs occultum existat: ut sic iustissime procedat iudi-
cium: rectaq́ sit animaꝝ transmissio. Ait ergo poeta sibi notum es-
se ex frequenti poetaꝝ recitatione: Æacum iudicem esse apud infe-
ros: qui animas europeas iudicet tm̄. ¶ Torqueat: iudicet, & puniat.
Ouid. Noxia mille modis lacerabitur umbra, tuasq́ Æacus in pœ-
nas ingeniosus erit. ¶ Vnde alius furtiue deuehat aurū pelliculæ .i.
expeditionem Argonautarum uidelicet unde Iasoni aureū uellus su
stulerit. Cuius rei historia nota est ex Diodoro in. 5. Strabo autem
li. 11. aurei uelleris fabulam sic interpretatur. Apud Colchos torrē
tes deferre aurū quod barbari perforatis tabulis, pellibusq́ uillosis
excipiunt: unde fabulæ ortum est figmētum. De Argonautis autē
apud latinos scripsit Vale. Flac. apud Gręcos uero Orpheus prius
mox Apollonius. ¶ Furtiuæ: hoc est quę furtim & inscio Æeta sub-
repta fuit. Nam furtiuū appellamus q̄cquid furtim surripitur. unde
Pli. lib. 19. cap. 7. sic scribit: Rutam furtiuam tantam prouenire fer
tilius putauit. sicut apes furtiuas pessime. ¶ Quantas iaculetur Mo
nychus ornos: pugnam dicit quę fuit inter Lapythas & Cētauros
populos Thessaliæ: quę historia ita se habet. Cum enim (ut diximus
in Achilleida) Perithous Hippodamiā duxisset uxorem: circumui-
cinos populos, omnesq́ Deos cōuocauit ad nuptias p̄ter Martē.
Quare indignatus cētauros iam mero calefactos ad rapiēdam Hi-
podamiā concitauit aduersus Lapythas: eo certamine ferant Cen-
tauros deletos fuisse. Sed hoc ueritas habet. Centauros (ut scribit
Stra.) aut funditus a Perithoo deletos fuisse: illoꝝ agro prorsus de
solato: aut ipsarum nomine gētium, nusquā amplius existente: nec
tali eorum conuentu perdurante: si quid tamen adhuc restat adu-
natum, mentione non insigniri. ¶ Monychus: nomen est proprium
Centauri. Ouid. Fecerat attonitos nouares, heu dedecus ingens
Monychus exclamat. Luca. Aut te iactantem Monychon ornos.
dictio est composita. μόνος enim solus dicitur: & ὄνυξ unguis: equi-
nos enim pedes Centauri habuisse feruntur. Home. autē sæpe dat
hoc epitheton equis: ꝙ solidis sint ungulis & non fissis. ¶ Ornos:
Orni arbores sunt quæ maxime in montibus proueniunt. Virgil.
Fronto
Cantando rigidas deducere montibus ornos. ¶ Frontonis platani:
partem posuit pro toto: idest ędes Frontonis. Hic est ille Fronto de
quo & Mart. Vota tui breuiter si uis cognoscere Marci Clarum mi
litię Fronto, togaq́ decus. Militauit sub Tito in euersione Hiero-
solymorum. nam unus fuit ex libertis & amicis eius: de quo multa
Iosephus lib. 7. de bello iudaico. Frontonum cognomina a Fron-
te sunt dicta: sicut Capitonum a capite. auctor est Cice. in primo de
natura Deorum. Est autem sen-
sus: In ædibus Frontonis quoti
die poetę aliq̄d recitāt ita: ut tota
domus quotidie assiduis clamo
ribus resonet: ac p̱ hoc sciat quę
a uarijs poetis tractētur. Nā no
biles Romani ædes suas recitan
tibus cōmodabāt. unde & alibi:
Maculonus commodat ędes. Et
Cor. Tacitus de claris Orato. lo
quēs de poetis sic scribit: Nam &
domū mutuatur: & auditoriū ex
truit: & subsellia cōducit: & libel
los disp̱git &c. Per Platanos aūt
ædiū luxū & magnificētiā ōndit.
Platanus enim umbrę gratia ex alieno petebat orbe. tam late enim
rami uagabātur: ut etiā in scānis patulis arboris epularentur quin-
decim conuiuæ: adsistentibus etiam ministris: umbræ causa alebā-
tur. unde illud Virgil. in. 4. Georgi. Iamq́ ministrantem platanum
potantibus umbras. Tantumq́ honoris postea increuit. ut uino in
fuso enutriretur: compertum maxime id prodesse radicibus. quod
primus excogitauit Hortensius. Lege Plin. lib. 12. cap. 1. A Plata-
no est possessiuum plataninus: sicut a balano balaninus. ¶ Marmo
ra conuulsa: quæ assiduo recitantium clamore ex parietibus con-
uelli: & labefactari uidentur. Nam potētiorum parietes marmorum
crustis integebantur. Sene. ad Lucilium: Vt parietes adiectis trans-
mari marmoribus fulgeant. & alibi ad eundem: Quid loquar mar-
mora: quibus templa: quibus domus fulgēt. Primus autem fuit Ma
murra Formianus præfectus fabrorum Cæsaris in Gallia: qui Ro-
mæ crustis marmoreis parietes domus suę in monte Cęlio operuit
auctor Plin. libr. 36. cap. 6. ¶ Clamant: resonant: reboant. ¶ Colum-
næ ruptæ: ita dictum: ut illud Virgil. Et cantu querulæ rumpunt ar-
busta cicadæ. & illud: Fregit subsellia uersu. & illud: Soluentur risu
tabulæ. ¶ Assiduo lectore: assiduo lectoris & recitatoris clamore.
¶ Expectes eadem: cum indignatione legendum, ꝙ non solum do
cti scribant: sed etiam indocti. iuxta illud Horatij: Scribimus indo-
cti, doctiq́ poemata passim. ¶ Et nos ergo manum: sensus est: Cum
docti inquit & indocti scribant: possumus ergo & nos scribere: cum
& grammaticem, & rhetoricem didicerimus. Erit autem ordo: Er-
go & nos scribemus: manum enim ferulæ subduximus: & consiliū
dedimus Syllæ. Potest etiam alius esse sensus ut sit: Ergo & nos iam
grammaticem & rhetoricen didicimus: ut sileamus, & nihil scriba-
mus: cum omnes, & docti, & indocti pariter scribāt: ut omnino sen
sus sit nimia indignatione intercisus. Estq́ legēdum ea interroga-
tione: qua contrarium uidemur uelle facere, quasi dicat num didici
grammaticem & rhetoricen: ut sileam: & nihil scribam: ut omnino
hæc extrinsecus subaudiamus. Et ita dictum est: Et nos ergo manū
sicut illud impune ergo mihi. ¶ Ferulæ subduximus: idest subtraxi-
mus: ac per hoc iam a grammaticis eruditi recessimus, ita didici-
mus, ut subducere manum licuerit. ¶ Ferulę: uirgę qua manus pue Ferula
rorum feruntur. de qua Columel. Nec manibus mitis ferulas: nec
cruribus æque. & infra: Capparis, & tristes hinulæ, ferulæq́ mina-
ces. Martia. sic in apophorentis: ingratæ nimium pueris, gratæq́
magistris. Est autem infirmissimum uirgultum fœniculo perquam
simile. unde Plin. lib. 13. cap. 22. Folijs fœniculo, inani caule, natu
ra eadē quæ anetho, & fructu similis. De hac multa & Theophra.
Nulli (auctore Plin.) fruticum leuitas maior q̄ ferulæ. ob id gesta-
ta baculorum usum senectuti præbet. ¶ Consilium dedimus Syllæ:
ostendit (ut diximus) artem oratoriam se etiam didicisse: in qua cū
uersaretur, sępe exercitationis gratia suasorias declamauit. Nam in
scholis suasoriæ tractandæ proponebantur adolescentibus. Delibe
rat Agamennon: an Iphigeniam imolet, negante Chalcante naui-
gari posse. Item deliberant Athenienses: an trophea persica tollant,
Xerse minitante rediturum se, nisi tollerentur. Deliberat Cicero an
promittente salutem Antonii. orationes suas comburat. Item deli-
berat Sylla an deponat dictaturam promittente Senatu impunita-
tem. Ait igitur Iuuena. talem declamando suasoriam suasisse Syllæ

ut dictaturam deponeret. nam dare consilium Syllæ est suadere.
Quint.lib.3.Cũ Cice.dabimus cõsilium:ut Anto roget.⁋Priuatus
ut altum Dormiret citra periculũ:hæc erat ratio suasionis: ut depo
sita dictatura,quã sibi ipse ad centũ & uiginti annos asciuerat:tanq̃
grauissimis solutus curis altius dormiret. Nã Sylla cũ imperiũ eius
rogatione Sulpitia trãsferetur ad Mariũ:indignatus ex Asia ĩ Italiã
reuersus est: & ante urbẽ aduersariorũ septuaginta amplius millia
ad portã Collinã occidit. Ingressus urbẽ q̃tuor millia inermiũ nulla
seruata fide in uilla publica interfici iussit. Marij cineres erutos ĩ Ty
berim piecit. Post tantã hãc crudelitatẽ p summũ animi & corporis
cruciatũ expirauit Puteolis:cũ dictaturam deposuisset. morbus aũt
quo cõsumptus est,phthiriasis est appellatus.i.pedicularis ἀπὸ τῶν
φθειρῶν:quos pedes & pediculos uocamus: corpore seipsum erodẽ
te & suppliciũ sibi gignẽte:unde est illud Sereni: Sylla quoq; infelix
tali languore peresus Corruit: & misero se uidit ab agmine pasci.
Quã fœditatẽ ne uisentes intelligerẽt: somno dissimulabat. De quo
Pli.ita scribit lib.7. Age nõ ex tus uitæ eius oĩum pscriptorũ ab il
lo:calamitate crudelior fuit:erodẽte seipso corpore: & supplicia sibi
gignẽte: qđ ut dissimulauerit: & supremo somno eius,cui imortuus
quodãmodo est:credamus ab uno illo inuidiã gloria uictã: ad qđ
poeta uidet alludere: cũ ait: Vt altũ Dormiret:eo genere morbi ostẽ
dit Pli.li.7.ca.52.& Apuleius.3.Floridoꝝ: Pherecydẽ oĩonis pro
saicæ auctorẽ cõsumptũ esse. Alemã ẽt:ut docet idẽ Pli.li.11.c.34.
ex clarissimis gręcię poetis eadẽ infirmitate obijt.⁋Priuatus:deposi
to imperio.⁋Dormiret altũ.i.pfundo somno. Hora. Ter uncti trãs
nato Tyberim somno: qbus est opus alto.⁋Stulta est clemẽtia:an
tipophora est:q̃si aliquis dixerit chartã nõ esse pdẽdã: & ipse rñdeat.
Stulta est hęc clemẽtia.i.stulta & ridicula est benignitas tanti facere
tã modicã chartæ iacturã. & ita extenuat nõ sine summa animi mo
destia uires ingenij sui:q̃si sciat paucos fore a qbus opus suũ legat.
Mart. Scribere uersiculos miseras & pdere chartas. Clemẽtia aũt p
prie ẽ lenitas supioris aduersus iferiorẽ: & tẽperãtia ai ĩ ptãte ulciscẽ
di. auctor Sen.⁋Periturę:q̃ scio pitura: cũ nemo lecturus sit carmẽ
meũ.⁋Cũ tot ubiq; Vatib⁹ occurras: cũ tã multi poetę passĩ scribãt.
ASCen. ⁋PLATANI.i.arbores illæ a latitudine dictæ. & pp umbras
cõsitę. Frõtonis:illius doctissimi,ad quẽ poetę ꝯueniebãt. & quo se
ẽt A.Gel.ꝯuenisse testatur.q; p &.marmora.i.podia marmorea.cõ
uulsa:hypbolicos dicit.i.exhausta & cauata frequẽti reuerberatio
ne uocis recitãtiũ. & colũnæ marmoreæ in hortis illius deãbulacrũ
faciẽtes. ruptę assiduo lectore.i.recitatore. uel tritæ a lectore:q car
mina affixa legeret. clamãt.i.referũt & indicãt semp qd uẽti agãt. q̃s
umbras.i.aĩas Æacus filius Iouis & iudex ifernalis torqueat. & uñ
.i.a quo loco:qa a Colchoꝝ isula alius:uidelicet Iasõ deuehat.i.sub
uehat. & capsula auferat auꝝ pellicule furtiuę.i.aurei uelleris furti su
blati. & q̃tas.i.q̃ magnas. ornos.i.tales arbores. Monychus.i.ille cẽ
taurus hñs ungulas pedũ solidas more equoꝝ.iaculetur.i.proijciat
ĩ hostẽ. Expectes.i.expectare posses. eadẽ.i.easdẽ fabulas iã dictas
a sũmo & mĩnimo poeta. Quia ut dicit Hora.in epist. ad Augustu.
Scribimus indocti,doctiq; poemata passim,& in poetica: Qui uer
sus nescit tñ audet &c. Ergo cũ ita sit:q oẽs scribãt. &.i.ẽt:nos sub
duximus.i.supposuimus secundũ Mãcinellũ:uel subtraximus secũ
dũ alios. ferulæ.i.ligno ex ferula:quo pceptores triuiales feriũt ma
nũ.i.secũdũ Mãcinellũ.nos tulimus & ppessi sumus ferulas: ut grã
maticẽ disceremus. uel nos(ut Calderinus sentit) metu uerbeꝝ sub
traximus ferulæ manũ. q minus placet:qa dischol & a studio auer
si manũ sic subtrahũt. uel secũdũ Georgiũ q argute sentit: subtraxi
mus ideo qa iã ĩ ludo grãmatico emeriti: & satis eruditi nobis uide
bamur: qđ maxime ꝯtextui quadrat. uult.n. dicere se grãmatices pe
ritũ euasisse. & nos dedimus Syllę dictatori consiliũ. ut priuatus.i.
abiẽs a dictatura. dormiret altũ.i.pfundo & quieto somno: hoc est
nos declamauimus sub rhetoricis: & peruenimus ad summã pfectio
nẽ. nã pfectissimis auditoribus dabatur declamãdũ thema aliquod
in genere deliberatiuo summopere arduũ,quale erat: An cõducat
Syllæ deponere dictaturã: quã sic tenebat: ut rusticus lupũ auribus
tenẽs: nã neq; diu tenere poterat. Nullũ.n.uiolentũ est ppetuũ:neq;
dimittere ppter crudelitatẽ cõmissam. Vnde tot hostes sibi cõpara
uerat: ut priuato nihil tutũ foret. Est aũt profundũ nomẽ pro aduer
bio.s.pfunde positũ. Cũ igitur occurras.i.quilibet occurrat: sicut &
ego.tot uatibus.i.tot poeticẽ profitẽtibus, stulta est clemẽtia parce
re chartis perituris.i. ideo nõ scribere:qa scripta tua pereãt: ut Mãci
nellus sentit. uel potius petituris etiã si nihil scripseris. Nulla.n.inui
dia aut impietas est chartas uetustate & carie perituras scriptis: licet
nõ sane cõditis occupare. Hæc de textu,redeamus ad ampliorẽ ex

planationẽ. Nota magis nulli: hiperbole est. Nihil.n.notius cuiquã
esse solet domo sua: & tñ sibi notiorẽ dicit lucũ Martis p quẽ oẽm hi
storiã romanoꝝ intelligit. Est aũt lucus silua incędua.i.quę cędi aut
amputari ob religionẽ nõ potest. In locis.n.religiosis: aut pp sepul
turã: aut pp numina uisa gẽtiles lucũ faciebãt: quẽ quidẽ a cõtrario
sensu a lucẽdo dictũ putãt eo: q minime luceat. alij a luce numinis:
qa nullus lucus sine numinibus credebat: nec tẽplũ sine luco fiebat
Lucus aũt Martis uarie exponit. Nã erat lucus Martis dictus locus Lucus
ille ubi Romulus asylon ꝯstituit. ut Asconius Pedianus asserit. Erat Martis
pterea lucus Martis (ut dicit Varro) ĩ uia Appia Romę iuxta tẽplũ
Iunonis lucinę: q̃ uel a luco illo: uel ab eo q uenietibus in lucẽ pest
Lucina dicta est: approbãte Ouid.in.2. Fastoꝝ sic: Gratia Lucinæ
dedit hęc tibi noĩa lucus: Aut q principiũ tu Dea lucis habes. Est
pterea lucus Martis. ubi Remus & Romulus filij Martis a lupa nu
triti sunt. ut Liui.in.1.ab urbe cõdita late declarat. & Vir.in.1.Æn.
tãgit sic: Donec regina sacerdos Marte grauis geminã partu dabit
Ilia prolẽ. Quã historiã sic pstrinxit Iustinus lib.43. Post multos Al
banę urbis reges ad postremũ Numitor, & Amulius regno potiti
sunt. sed Amulius cũ in ætate potiorẽ Numitorẽ oppssisset, filiã eius
Rheã ĩ ppetuã uirginitatẽ: ne qs uindex regni sexus uirilis ex gene
re Numitoris oriret, demersit: abolita iniuria specie honoris: ut non
dãnata: sed sacerdos electa uidet. Igit inclusa in luco Marti sacro
duos pueros: incertũ stupro an ex Marte cõceptos, enixa est. Quo
cognito Amulius multiplicato metu p euẽtu: duos pueros exponi
iubet: & puellã uinculis onerat: ex quorũ iniuria decessit. Sed futura
origini romanæ pspiciẽs pueros lupæ alẽdos obtulit: q̃ amissis ca
tulis distẽta ubera exinanire cupiẽs, nutricẽ se infantibus pbuit. Cũ
sæpius ad puulos ueluti ad catulos reuerteret: rẽ Faustulus pastor
animaduertit: subtractosq; ferę inter greges pecoꝝ agresti uita nu
triuit. Martios pueros fuisse: siue q in luco Martis enixi sunt: siue q
a lupa: q̃ ĩ tutela Martis est nutriti: manifestis argumẽtis creditũ est.
hæc ille & plura alia. Sũt tñ q credãt Faustuli uxorẽ meretricẽ fuisse
& lupã uocatã: sicut nos locũ meretricũ lupanar uocamus: sed lon
gũ esset singula psequi. Æolus rex uentoꝝ dictus putat, qa cũ (teste Æolus
Varro.) apud nouẽ insulas Sicilię: & Italię ppinquas tpe belli troia
ni regnaret: ex cõsurgẽtibus nebulis futuros uẽtos ita ueridice pdi
cebat: ut eos a rudib⁹ sit creditus ĩ sua ptãte habuisse. Pli.li.2.c.43.
aũt dixit eũ uẽtoꝝ rõnẽ inuenisse. Sũt q cęsa silua dicũt eũ mare ui
cinũ uẽtis exposuisse: & ob id dictũ uẽtis imperasse. Certũ est eas re
giones uẽtos generare plurimos: sicut Ætnã, Siciliã, Vulcani antrũ Vulca
fulmina. nã uapores pingues & sulfureos exhalãt. Vulcanũ aũt fa nus
bricare Ioui fulmina ob id fingit. Quid agãt uẽti: sic ostẽdit Geor.
Val.i.quos uoluãt turbines cetæ: qa alij pestilentes sunt ut Auster. Venti
alij aquas in glaciẽ cõuertũt ut Boreas. alij arborũ & seminũ fœtus
educũt ut Zephyrus. hæc & id genus alia apud Arist.in libris me
theoroꝝ legas. Motus aũt huius cã prima & pcipua sunt stellę & pla
netę: sicut Iupiter: q mouet a septẽtrione salubres uẽtos: Sol ab oriẽ
te: Luna ab occidẽte: Mars a meridie. Signa quoq; uẽtos pariũt. nã
tria signa quę hñt calidas qualitates: q̃ ignea triplicitas appellãtur:
Aries: Leo: Sagittarius oriẽtales mouent uentos. Altera triplicitas:
Taurus: Virgo: Capricornus terrea: uentos excitat meridianos: quę
qualitates habet frigidas & siccas. Tertia qualitates calidas & hu
midas habet: aeria ab hoc appellata: Gemini: Cancer: Libra occi
duos. Tria uero reliqua signa, quę dicuntur aquea triplicitas: quali
tates habent pituitosas, uentosq; exuscitant septemptrionales. Æa Æacus
cus Iouis & Æginę filius: qui ex Endeide Chironis filia Thelamonẽ
& Pelea habuit. tantę dum uiueret fuisse dicitur iustitię: ut apud in
feros animaꝝ creditus fuerit a Plutone delectus iudex. unde Hor.
Quã pene furuæ regna Proserpinæ: Et iudicãtem uidimus Æacum
Socrates apud Platonem Iouis dicta referens: Ego igitur inquit: ut
pote qui ante uos hoc pręuiderim cõstitui iam meos filios iudices
duos quidem ex Asia: Minoẽ & Rhadamanthum, unũ uero ex Eu
ropa: Æacum. hi ergo posteaquã mortui fuerunt: iudicabunt in pra
to quodã: ibiq; in triuio: ex quo geminæ extant uiæ. altera quidem
ad tartarum. alia uero ad insulas beatorum. & asiaticos quidẽ Rha
damãthus. eos uero q ab Europa uenient Æacus iudicabit. Minoi
uero ad id munus iniungam: ut ipse dijudicet si quid alijs ambiguũ
fuerit: ut iustissime procedat iudiciũ: recteq; fiat transmissio animo
rum. In Socratis uero apologia addit etiã Triptolemũ inquiẽs: Qui
illic iudicare perhibẽtur: Minos, Rhadamanthus, Æacus, Triptole
mus. Hæc omnia Geor. Val. Errat ergo Seruius, qui Europæ filios
dicit: quod tñ Diodoꝝ Siculũ asseruisse Landinus affirmat. Stra.di
cit Rhadamãthũ antiquissimũ Cretę regẽ fuisse: & primum legibus

Cretēſes inſtituiſſe. Cuius imitator Minos deinde extitit, fratremq;
habuit: ex huius imitatione Rhadamāthum appellatū. Sunt q horū
trium officia diuidāt: & Rhadamātho inquiſitionē attribuāt. Iuxta
illud. 6. Æneí. Gnoſius hæc Rhadamāthus habet duriſſima regna:
Caſtigatq;, auditq; dolos, ſubigitq; fateri. Quæ quis apud ſuperos
furto lætatus inani Diſtulit in ſeram cōmiſſa piacula mortē. Minoi
iudiciū. unde Hora. Cū ſemel oc
ciderís, & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria. Æaco uero exe
cutionē: Vnde hic quas torqueat
umbras. Sed Valla exponit. i. q̄s
iudicet. & Horat. dicit iudicantē
uidimus Æacū. Oēs nimirū ſunt iudices. Quod ideo fictū reor: qa
credebant idē ſtudiū & exercitiū fore defunctis: qđ fuit uiuentibus
unde. 7. Æne. Quę gratia curruū, Armorūq; fuit uiuis: quæ cura ni
tētes Paſcere equos: eadē ſeqtur tellure repoſtos. Quia ergo optimi
dū uiuerēt iudices erāt: tales nūc quoq; fingūtur. Monychus apud
Lucanū nō dicitur ornos iaculatus: ſed Rhœtus. dicit. n. li. 6. Aſpe
rate Pholeos frangentē Monyche ſaxa: Teq; ſub ętheo torquētem
uertice uulſas Rhœte ferox: quas uix Boreas īuerteret ornos. Oēs
autē centauri poſſent dici Monychi. i. unius uel ſolidi unguis: quia
finguntur a patre media ſurſum uerſus humanā effigiē habere: &
deorſum equinā: qđ ideo fictū eſt: qa ſunt populi Theſſaliæ, qui pri
mi in equis cōſpecti de longe uidētibus partim hoīes: partim equi
uidebātur. Tāgit aūt poeta breuiter quę a poetis fere deſcribi ſolēt
ut maris tēpeſtates: quas agūt uēti. ſicut Virg. 1. Æneí. Aut nauiga
tiones. Vnde alius furtiuæ deuehat aurū Pelliculæ. Aut inferoꝝ pœ
nas. ſicut Virg. in. 6. Vnde hic quas torqueat umbras Æacus. Aut
bella. ſicut Virg. in ſex ultimis libris. & ideo hic Quātas iaculetur
Monychus ornos: quas in bello cōtra Lapythas iaculatus eſt. Aut
mirabiles reꝝ ortus. Vnde hic. Nota magis nulli &c. Ferulæ manū
ſubduximus: qd ſit ſubducere expoſuimus. Ferula aūt uti pręcepto
res triuiales teſtatur Columel. dicēs: Ferulæq; minaces minātur. n.
ſcholaſticis. & Martia. Teſteſq; ferulę ſceptra pędagogoꝝ. Ingenui
tū uapulabant pellibus anguillarū: ut auctor eſt Pli. Syllæ hiſtoriā
ſic quoq; colligit Geor. Val. Sylla gētis patriciæ. i. de patrib⁹, ſeu ſe
natoribus ortus uſq; ad quęſturę ſuę initia uitam libidine: & uino
coinquinatā continue produxit. poſtea Iughurthæ cathenas inie
cit: Marium ſuperauit. Cinnę dominatum fregit: Sulpitium proſcri
pſit: Seruum Sulpitij, qui dominū prodiderat de Tarpeia arce p̄cipi
tari iuſſit: Mithridatē compeſcuit: eūq; ex omni Europa: & Eubœa
reppulit: & intra auitū regnū coegit. Pugnauit ante urbē ad portam
Collinā: ubi Romanorum octoginta millia fuſa dicūtur. Mox urbē
ingreſſus: quatuor hoīum millia: quę ſe ei dederāt: nulla fide ſerua
ta inermia bellator. ſ. ſtrenuus occidit. Plurimi quoq; tūc in ſontes
& qui eius ſequebātur nutū: occiſi ſunt ab hoc naturæ efferato mō
ſtro. Hos quidā ſupra nouem millia fuiſſe tradunt. Deinde infamē
illam proſcriptionis tabulam producit: quā octoginta hoīum millia
quidā ſcribunt continuiſſe. Secunda inde tabula quingētos dicitur
habuiſſe. M. Marium. Caij fratrē necari iuſſit oculis prius effoſſis: &
deinde mēbris minutim amputatis: Carinatē Marij pretorem iugu
lauit. Tāta deniq; cædes facta: non ut urbs modo ipſa: ſed & cūcta
Italia illius cruēta rabie ac peſte, tremendoq; furore ſanguine inun
dauerit: fortis ad uitia: & ad ſecura facinora ſatis ſtrenuus. Fides ei
nulla: nullus Dei timor: nullaq; clemētia. Quatuor legiones maria
nę partis fidē eius fiuxam & uanā ſecutas trucidauit: miſericordiā,
quæ in ipſo nulla erat, fruſtra implorantes. Quinq; prędeſtinorum
millia fide prius data trucidauit: & ſpargi per agros iuſſit: ut iacerēt
inſepulta. Quin & aduerſus fœminas diſtrinxit enſes. Multorū uiro
rū abſciſſa capita ad ſe iuſſa deferri ſpectauit illudens. Caij Marij ci
neres eruptos ſparſit in Tyberim. Sed tādem Dei in ſe iram ſenſit
ultricem. Cū enim dictaturā: quā ſibi aſciuerat depoſuiſſet: laruis ue
xatus ſæpe nocturnis: eſt e lecto aliqñ tractus in pauimētum: eūq;
aliqñ in ſublime eleuatum: in terramq; demiſſum a laruis: ſemine
cem famuli in lectū reportarunt: ac tandē ſpiritum rabie ac cruore
plenū (ut ſcribunt quidā) uomuit. Alij uitæ exitū fuiſſe adhuc atro
ciorē ſcribūt: erodente. n. ſe corpore & ſupplicium gigente cædis &
calamitatis multoꝝ uermiculis: quos pediculos dicimus: ferunt ab
ſumptum. ēt Sereno docēte ſic: Sed q̄s non pareat Pherecydis fata
tragœdi: Qui nimio ſudore fluens animalia tetra Eduxit turpi mi
ſerum quæ morte tulerunt. Sylla quoq; infelix tibi languore pere
ſus Corruit: & fœdo ſe uidit ab agmine uinci. Hoc de uita & mor
te eius Georgius. Ne quis autem tardiuſculus credat Iuuenalem de

Cur tamen hoc libeat potius decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus,
Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.

diſſe ueraciter Syllæ uiuēti conſiliū: ut dictaturā deponat: ſciat. xii.
imperatores inter Syllam & Iuuenalem fuiſſe: neq; uult dicere qđ
pro themate ficto declamauit. i. exercuit ingenium ſuum in ſcholis
rhetorum: qui artem rhetoricā docebant argumentādo pro utraq;
parte: probādo. ſ. modo quod utile eſſet deponere, modo quod inu
tile. Si hęc uerba non intelligis lector, nihil intelligis. Dixi autē diffi
cillimū eſſe thema: propterea qđ
neq; ſatis commode tenere pote
rat dictaturā: neq; dimittere: erat
autem dictatura ſummus magi
ſtratus: ſummaq; dignitas poſt
exactos reges ſupra conſules: p̄
tores: tribunos equitū: unde imperatores orti: qui perpetuam dicta
turam occupabāt. Dicta autē eſt eo q̄ ex dictamine nullo obſiſtēte
oīa gerebat dictator. Quod aūt dicit: Priuatus ut altū Dormiręt. al
ludit inquit Calderinus ad hiſtoriam. nā (ut Pli. ſcribit) pedicularē
morbū in quē incidit Sylla: ſomno diſſimulabat, ne adiret licet Syl
la morbo pediculari interierit, tamen altum dormire, ut hic ſigni
ficat, non poteſt ad hoc accommodari. Valla dicit q̄ profundior in
paupere ſomnus eſt. Vnde Statius: Inuitat tenues ad dura cubilia
ſomnos. Lucanus: In quoꝝ pectora ſomno Dat uires fortuna mi
nus. Chartę. i. libro ex chartis. Dicitur aūt græce hic chartes: latine
hæc charta. Sunt. n. pluſcula noīa alterius generis apud græcos, q̄
apud nos: ſed fere terminationē mutāt: ut chataracta: catapulta: mar
garita: charta: cęra: amphora. Panther & lynther q̄ nos fœminina,
ipſi maſculina proferūt, ſed & antiquoꝝ plurimi apud nos hic lyn
ter dixerūt: Probo & Capro teſtibus. Frequēter aūt ſecūda pſona p
quauis ponitur. ut. 4. Æneí. Migrātes cernas. i. qlibet cernat. & hic
occurras. i. qlibet occurrat. uel cū ego occurrā. uel loqtur de ſe: q̄ſi
de alio: cum o tu Iuuenalis occurras: ſed primus modus placet.
¶ CVR tū hoc potius: rōnē affert: q̄re potius Satyrā, q̄ aliud poe IOAN.
matis genus ſit ſcripturus. ordo aūt erit & ſenſus: Edā. i. dicā & ma BRIT.
nifeſtabo, cur tū potius libeat mihi decurrere hoc cāpo. Hoc cāpo
hoc genere poematis ſatyrici: ſumpta metaphora ab ijs q equos &
currus agūt p ſpatioſos cāpos. (Magnus alūnus: periphaſis eſt Lu Lucilius
cilij: q ex Arūca Rutulorū ciuitate natus: primus apud latinos ſcri
pſit Satyrā: In eo mira fuit (ut docet Quint.) eruditio & libertas:
atq; inde acerbitas: & abūde ſalis. natus aūt eſt anno anteq̄ Cartha
go īditionē Romanoꝝ p Scipionē redacta eſt: mortuus quo anno
Furius Bibaculus poeta natus eſt Cremonę: & Cymbri ſupati ſunt
a Mario. Alūnus: is ꝑprie dicit: q alitur: Plin. Italia alūna oium ter Alūnus
raꝝ, eadē & parēs. Ouid. Pax nutrit Cererē: pacis alūna Ceres. Non
ignoro ab diuo Augu. nominari Iouē alumnū: q̄ſi q oīa alat. Pli. itē
lib. 24. ca. 17. paſſiua ſignificatione poſuit ſic: Alia deinde Adamā
tidē, Armenię, Capadocięq; alūnā. Verū apud auctores tali ſignifi
catione: aut nunq̄: aut rarēter inuenias: unde fallūtur: q putāt Italiā
dictā alumnā a Plinio q̄ alat: cū hoc dicat Italiā tanq̄ filiā ab omni
bus terris alimenta accipere: eandēq; tanq̄ matrē omnibus p̄bere.
ſed cū hoc lōge clarius ſit q̄ a nobis indigeat explicari, plura nō ad
demus. Flexit equos: perſtat in trāſlatione: qa dixit cāpo. equos er
go. i. ſtilum ſuū. Si uacat: ſi otiū eſt audiendū. Dicimus. n. mihi nō
uacat per impersonale. i. otiū non eſt. Et ego uaco. i. otioſus ſum: & Vaco
habes otiū. Seneca: Nō uacat mihi uerba dubie cadētia conſectari.
Et paulo inferius: Nō uaco ad iſtas ineptias: ingens negociū in ma
nibus eſt. Vaco itē capitur p operā do. ut Cic. uacat diligenter ſtu
dijs liberalibus. Item uſurpatur pro careo: ut Ego uaco culpa.
¶ CVR tamen &c. Hæc eſt tertia pars principalis huius Satyræ: ASCen.
in qua auctor oſtendit cauſam cur potius ſatyram q̄ aliā quāuis rē
ſcribere uelit: & ea eſt quod multa uideat in hominibus uitia: quoꝝ
plurima enumerat: quæ potius exagitāda cōcludit, q̄ fabellas ſectā
das. Ordo eſt: Tamen o uos auditores: ſatyrici enim quaſi uerbi di
uini declamatores: quos prædicatores uocāt ad populū loqui ſe fin
gūt. unde & ſermones Horatij dicti, igitur tamē. i. tametſi. iam explo
ratum eſt quod debeā uelle ſcribere: & qđ ſciā: & quod poſſim ſcri
bere: tamē quia nō ꝯſtat quid mihi potiſſimū ſcribēdū ſit. o uos au
ditores mei ſi uacat. i. ſi otium uobis eſt: & ſi uos placidi. i. beneuoli
admittitis rationē quā daturus ſum, ego edā. i. expreſſe dicam. Cur
. i. qua ratione: quāobrem libeat ſup. mihi decurrere. i. me exerceri
potius in hoc campo. i. in ſatyrica palæſtra: per quē magnus alum
nus Aurūcæ uel Aruncę. i. Lucilius princeps ſatyræ nouæ in Au
runca parte Italiæ alitus: ut plures intelligunt. flexit equos ſup. ſuos
. i. exercuit uires ingenij ſui. de hac metaphora poſtea dicam. Poteſt
autē hyperbati ſequentis ordo eſſe: difficile eſt ſatyram nō ſcribere.

Cum tener vxorem duca ſpado, Meuia thuſcum
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma,
Patricios omnes opibus cum prouocet vnus,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba ſonabat,
Cum pars niliacæ plebis, cum verna Canopi
Criſpinus, tyrias humero reuocante lacernas
Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum,
Nec ſufferre queat maioris pondera gemmæ,
Difficile eſt ſatyram non ſcribere. nam quis iniquæ
Tam patiens vrbis, tam ferreus, vt teneat ſe?
Cauſidici noua cum veniat lectica Mathonis
Plena ipſo, & poſt hunc magni delator amici,
Et cito rapturus de nobilitate comeſa
Quod ſupereſt, quē Maſſa timet, quē munere palpat
Carus, & a trepido Thymele ſummiſſa Latino,

IOAN. BRIT. ¶ CVM Tener uxorem: una eſt ex rationibus: quare potius Satyrā, q̃ aliud genus carminis ſit ſcripturus. Eſt enim ſenſus & ordo: Difficile eſt non ſcribere Satyram: cum tener ſpado ducat uxorem &c. i. difficulter te contineas, quin Satyrā ſcribas, ſequitur. n. Nam qs tam patiens: & illud facit indignatio uerſum. Quaſi dicat etiam ſi nolis: non poſſis tibi tēperare: quominus Satyrā ſcribas. ¶ Ducat ſpado: indignatio eſt in libidinē mulierum: quę cū a Domitiano (auctore Trāquillo) reuocata eſſet lex Iulia in adulteros: mœchis ſuis nubebant: ne ſupplicio afficerētur. Inter mœchos aūt erāt & ſpadones. Mart. li. 6. Quod nubis Proculina cōcubio: Ne lex Iulia te notare poſſit. Non nubis Proculina: ſed fateris. & alibi. Cur tm̄ Eunuchos habeat tua Gellia quæris Pannniche: uult futui Gellia: non parere: Alibi: At prius o mores & ſpado mœchus erat. Alibi: Cū ſene cōmunē uexat ſpado dydymus Aeglē. Simul etiā poeta ridet legē ipſam: cui iam excogitata eſt fraus. Nā cū reuocata ſit ad pudoris ſanctitatē tuēdā: mulieres impudenter ſpadonibus nubebant: qbus oblectatæ fuerant. Spado autē & Eunuchus dictiones ſunt grecę: idē ꝙ ſignificāt, ſpado nomē eſt a uitio naturali uel uiolento: Eunucus uero eſt nomē officij. dicitur aūt Spado a σπάω qđ eſt auello & aufero: ꝙ ab eo teſticuli auellātur. Vulpia. ait Spadonū noīe eos etiā cōtineri: qui natura ſpadones ſunt. Eunuchus autē dicitur ἀπὸ τῆς εὐνῆς. i. cubili. & ἔχω cuſtodio. qa id genus hominū adhibebat̄ ſeruandis cubilibus regū & principum. ¶ Tener: nam ſpadones molles ſunt: & effœminati. ¶ Meuia thuſcū: alia indignatio in mulierū impudentiā: quæ tpibus Domitia. in uenationes & pugnas theatrales deſcendebāt. unde Mart. Hæc iā fœminea uidimus acta manu. Statius in Siluis: Stat ſexus rudis, inſciuſq; ferri: Et pugnas capit improbus uiriles Credas ad Thanaim, ferumq; Phaſim Thermodonciacas mouere turmas. Meuia autem nomen eſt impudicæ mulieris: & pro quacūq; impudēti muliere ponitur: quæ in uenationes: & pugnas theatrales deſcenderet. ¶ Aprum thuſcū: emphaſim habet: quaſi qui cæteris eſſet ferocior. Mart. Thuſcæ glandis aper populator, & ilice multa Iam piger: Ætolę fama ſecunda feræ. ¶ Nuda mamma: habitū expreſſit procūbentis in uulnera feræ. ſic. n. mămæ e ſinu exerūtur. Illud autē eſt fatuū: quod aliqui ad ritum Amazonū referūt: quę ſibi dextram mamillam adurebant. ſimpliciter. n. locus eſt accipiendus. ¶ Māma: eadem dicitur & mamilla & papilla

Mamma & uber. Māmam item ueteres ꝓ matre acceperūt: ſicut Tata pro patre. Mart. Māmas atq; tatas habet Afra: ſed ipſa Tatarū dici, & māmarum maxima māma poteſt. ¶ Patricios oēs: de Cinamo tonſore ſui tpis intelligit: qui muneribus mulieris locupletatus eſt uſq; ad cenſum equeſtrē: mox dānatus in Sicilia exulauit. de quo ſic Mart. Qui tonſor fueras tota notiſſimus urbe: Et poſt hęc dominę munere factus eques. Sicanias urbes, Ætneaq; regna petiſti Ciname: cū fugeres triſtia iura fori. Qua nūc arte graues tolerabis inutilis annos? Quid facit infelix & fugitiua quies? Non rhetor: non grāmaticus: ludiue magiſter: Non Cynicus: nō tu ſtoicus eſſe potes. Vendere nec uocē ſiculis, plauſumq; theatris. Quod ſupereſt: iterū Ciname tonſor eris. ¶ Patricios: nobiliores denominatos a patribus. Nā cōdita urbe Romulus centū elegit ſenatores: quibus reip. curā demandauit. hos patres ob uenerationem appellauit. Aucta mox ciuitate: reliqui reges numerum ſenatorū ampliauerunt: eoſq; patres conſcriptos appellauere. unde hoc poſtea ſeruatū eſt: ut Senatores patres conſcripti nominarentur. Qui ergo ex his patribus naſcebātur: patricij ſunt appellati. ¶ Prouocet: poſſit opibus prouocare & ſe ſuperiorē oſtēdere. ¶ Grauis: moleſta: & minime grata: qualis ſolet eſſe iuuenibus. ¶ Sonabat: tondēdo. ¶ Cum pars: indignatur Iuuenalis Criſpinum hominem Ægyptiū ex ſeruili conditione ad cenſum equeſtrem eſſe prouectū. Nā Domitiano fuit gratiſſimus, eiuſq; cōfiliorum particeps. eum Iuuenalis ubiq; inſectatur: & præcipue ea ſatyra: Ecce iterum Criſpinus. e diuerſo Martia. laudat: Sic placitū uideas ſemper Criſpine tonantem: Nec te Roma minus: q̃ tua Memphis amet. Ordo autē eſt. Cum Criſpinus pars niliacæ plebis: ut ſit expoſitiue pars. ¶ Pars niliacæ plebis. i. ſeruus ex plebe. q. d. ex in- Seruus
fimo loco apud Ægyptios natus. hincq; eſt potiſſimū indignatio. ¶ Niliacę: Ægyptię. Nilus. n. fluuius eſt Ægypti. ¶ Verna: alumnus. Verna
Inter ſeruū & uernā hoc intereſt: ꝙ ſerui appellantur, qui in poteſtatē noſtram uenerunt, aut iure belli, aut ære comparati. Vernæ uero qui domi ex ancillis naſcuntur. nā & ij in ſeruitute ſunt. omnis. n. ancillæ fœtus domini eſt. Dicti (auctore Feſto) ꝙ tpe ueris nati ſunt: ꝙ id tempus ad fœturā ſit ualde aptū. Inde dicimus uernaculū omne quod ītra parietes domeſticos alitur: ut gallinā uernaculā: equum uernaculū: & linguā uernaculā. ¶ Canopi: Cano- Canopus
pus ciuitas eſt Ægypti. dicta (auctore Strabone) a Canopo gubernatore Menelai: qui ibi ſepultus eſt. Quinti. docet primo lib. antea Canobon ab Ægyptijs uocitatam. ¶ Ventilet: hinc pendet Ventilare
oīs poetæ fremitus: ꝙ homo Ægyptius, & ſeruili ꝯditione: ea ſit mollicie: ut annuli ęſtiui ſint etiā ei ponderoſi. ¶ Ventilet: q̄ſi refrigeret annulū eximēdo illū e digito: & in aera leuiter iactando. Nā uētilare eſt ī aerē aliquid iactare. Apul. in Aſino aureo: Aureos refulgētes manu mea uētilabā. Inde dicimus uētilare frumentū: & uentilabrū inſtrumētū iactādi fru- Ventilabrum
mēti. Vētilare etiā eſt uentū facere. Tranq. in Aug.: Atq; etiā aliquo uētilāte cubabat. ¶ Aurū æſtiuū. i. annulos quos tēpore æſtatis geſtabāt. nam eo delitiarū peruenerant Romani: ut annulos haberent alios æſtiuos: alios hyemales. ac ſi dicat leuem bracteam: & filum aureum. nam quod tēpore æſtatis per leuitatē geſtamus, æſtiuū appellamus: ut ueſtes æſtiuas. In annulis autē (ut ſcribit Pli. li. xxxiii. cap. 1.) alij pondera & magnitudinem auri oſtentabant. Alijs plures q̃ unum geſtare labor erat. Alij bracteas inſerebāt leuiore materia: & ꝓpter caſum gēmarum totam ſolicitudinē amputabāt: quibus pro annulis utebātur. per annulum autē aureum oſtendit poeta Criſpinū equeſtris fuiſſe & cenſus & dignitatis. Nam annuli (ut ſcribit Plinius) diſtinxere alterū ordinem a plebe: ut ſemel cœperāt eſſe celebres: ſicut tunica ab annulis ſenatum tantū. Sed annuli plene medium ordinem, tertiumq; plebi, & patribus inſeruere. ¶ Humero reuocante lacernas. i. reiectis lacernis in humeros: quaſi nimis ponderoſis. tali habitu fuiſſe & Coloſſum Domitiani oſtendit Statius in prima Silua: It tergo demiſſa Chlamys. Humeri (auctore Plin.) hominis tantum ſunt: Armi quadrupedum. ¶ Tyrias: purpureas. nam Tyrus inſula fuit Phœnicię: pręalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa. Nunc uero (auctoribus Plinio lib. 5. ca. 19. & Quinto Curtio) Alexandri oppugnantis operibus ꝯtinens. Omnis eius nobilitas Conchilio, atq; purpura conſtat. ¶ Lacernas: lacernæ cō- Lacerna
ficiebantur ex uarijs coloribus: unde apud Martialem in diſtichis loquuntur lacernæ coccinæ: Si Veneto, praſinoue faues: qui coccina ſumis: Ne fias iſta transfuga ſorte uide. Item Lacernæ beticæ loquuntur ſic: Non eſt lana mihi mendax: nec mutor aheno: Sic placeant tyriæ: me mea tinxit ouis. Lacernæ aūt tum albę: tum purpureæ ſumebantur in ſpectaculis. Martia. Spectabat modo ſolus inter omnes nigris munus Horatius lacernis: Cum plebs & minor ordo: maximuſq; Sancto cum duce candidus ſederet. Toto nix cecidit repente cælo, Albis ſpectat Horatius lacernis. Alibi in diſtichis: Amphitheatrales nos cōmendamur ad uſus: Cū tegit albētes nr̄a lacerna togas. Idē in quinto: Edictū domini Deiq; nr̄i: Dū laudat modo Phaſis in theatro: Phaſis purpureis rubet lacernis, & paulo infra: Illas purpureas & arrogātes iuſſit ſurgere lectus lacernas. ¶ Gēmę maioris. i. p̄grandē gemmā: ut ſit deſcriptio annuli leuioris bracteæ: cui lapis p̄grandis ſit inſertus. Appellatione gēmę intelligimus oēs lapillos pretioſos. Sabinus tñ ad uitelliū ait: Gemmas eſſe perlucide materiæ, uelut Smaragdos: Chryſolitos: Amethyſtos. Lapillos autē contrariæ ſuperioribus naturę. ut Obſianos: Vedubientanos. Margaritas autem nec gemmis: nec lapillis contineri. Margarita
¶ Nam quis tam patiens: quis enim inquit poſſit pati tantā urbis iniquitatem: ut non moueatur ad ſcribendum. Eſt autē ratio: quare ſit Gemma
difficile

difficile nõn ſcribere:cũ etiam ali a ſint notatu grauiora.¶ Vt teneat
ſe:tẽperet ſibi ne ſcribat.¶ Cauſidici noua : hinc maxime mouetur
poeta ad ſcribendã ſatyrã ꝙ ſub Domitiano frequens: & pene pu
blice accuſandi rabies exiſteret:quæ oĩ bello ciuili grauius togatã
ciuitatẽ cõficeret:adeo aures imperator delationibus patefaciebat:
ut nihil ꝓpemodum tutũ eſſet ita:ut delator delatorẽ timeret. Vnde
ſic cõqueritur Plin. in Panegyrico de Domitiano: Vidimus delato
rũ iudiciũ:quaſi graſſatoꝝ: quaſi latronũ:nõ ſolitudinẽ illi nouerãt:
ſed templũ:ſed forũ ĩſederãt:nulla iam teſtamẽta ſecura:nullus ſta
tus certus:nõ orbitas:nõ liberi ꝓderãt. Multi igit̃,ĩter quos & Cau-
ſidici,cũ in ea re quæſtũ & principis gratiã eſſe cognoſcerẽt:relictis
actionibus forenſibus ad delationes ſe conferebant, ut Matho, &
Põpeius,Falco:q ĩjſdẽ tẽpibus accuſabãt:ut alibi notat̃ a Iuue. Sæ-
uior illo Põpeius tenui iugulos aperire ſuſurro. Cauſidicũ fuiſſe Põ
peiũ oſtendit Plinius epiſtola:q̃ incipit: Conſulis an exiſtimem te in
tribunatu cauſas agere decere. Notat igit̃ oẽs delatores ſub ꝑſona
Mathonis:quẽ ex paupere diuitẽ factũ eſſe uideri uult quæſtu dela
tionũ. Pauperẽ fuiſſe oſtẽdit alibi Iuue. Matho deficit. Martia. Par-
ua rogas magnos:ſed nõ dãt hęc quoq; magni. Vt leuius pudeat:
iã Matho parua roga. Eũ alibi Iuuen. oſtẽdit uilẽ cauſidicũ: Dic tibi
q ſis Orator uehemẽs,an Curtius,an Matho. ¶ Lectica:ea proprie
dicebat̃ lectica:qua geſtarent̃:nõ tam primores uiri, q̃ matronæ.
Inſtar cubiculi erat:& Lecticarij dicebant̃ ſerui: q lecticã geſtabãt
humeris. græce exaphoꝝ dixere lecticam:q̃ a ſex ſeruis: octophoꝝ
uero:q̃ ab octo geſtaret̃. In ea erãt & feneſtræ. unde alibi. Clauſa le
ctica feneſtra. Trãquillus in Auguſto: A cœna in lecticulã ſe lucu-
bratoriã recipiebat. Alibi Iuuenalis. Latis ſpecularibus antrũ. nam:
antrũ appellat lecticã:cui ſpecularia adhibebant̃. Quemadmodũ
& nr̃a ætate uidimus fœminã quandã primariã gallicã geſtari lecti
ca ex corio cocto cũ feneſtris:adhibitis ſpecularibus uitreis: ea aũt
geſtabat̃ nõ a ſeruis: ſed a duobus equis mediã lecticã intercipiẽti
bus. Lecticã aũt uelis,auleiſue circũſeptã fuiſſe docent & Plutarc.
in Eumene ſic: Quo accepto Eumenes ĩcitatis lecticarijs:curſu de
latus:ex utraq; Lecticæ parte ſummouit auleũ:magna lęticia ma
nũ ꝓtendens: Et Mart. lib. ii. Quẽ grex togatus ſequit̃: & capilla-
tus. Recenſq; ſella,linteiſq; loris. nã pro lectica ſellam poni mani-
feſtũ eſt. ¶ Noua:nuper cõparata delationibus:cũ antea eſſet paup.
¶ Plena ipſo:quaſi q cõmodius geſtaretur ſolus:ut delicatus, & lu-
xurioſus. ¶ Delator:de Marco regulo intelligit:q(ut ſcribit Plinius
in epiſtolis)oĩum bipedũ fuit nequiſſimus. Multorũ enim nobiliũ
ſub Domitiano cædes molitus fuerat. Caſſios enim & Camerinos
accuſauit:q ſub Nerone interempti ſunt Et hunc(ut ipſe refert) tã
Bebius Maſſa,q̃ Metius Carus ualde timebant. Nã Regulo intẽ-
peranter laceranti Herenniũ Senetionẽ:rñdit Carus: Quid tibi cũ
mortuis? Nunqd ego Caſſio, aut Camerino moleſtus ſum? quos il
le ſub Nerone accuſauerat. ¶ Delator:occultus accuſator. nam de-
ferre ẽ occulte accuſare. Mart. Ecce reũ Carus te detulit: adſit agel
lus. ¶ Magni amici.i.imperatorij:hoc eſt ĩperatoris amici & familia
ris. nã magna amicitia appellat̃ imperatoris:ut alibi poeta:in quo-
rũ facie miſeræ magnæq; ſedebat Pallor amicitiæ. ut oſtendat ne
amicos quidẽ imperatoris tutos fuiſſe a delationibus. ¶ Rapturus:
abſumpturus:nã partẽ bonoꝝ delationibus cõſequebãtur nobili-
bus ipſis:aut ĩ exiliũ eiectis:aut trucidatis ab ĩperatore. ¶ Nobilita-
te comeſa:nobilibus abſumptis. & laceratis ab ĩperatore. Nã(au-
ctore Trãquillo)nihil penſi habuit:quin prędaret̃ omni modo. bo
na uiuoꝝ,ãc mortuorũ uſq; quaq;, & accuſatore, & crimine corri
piebant̃. Satis erat obijci qualecunq; factũ,dictumq; aduerſus ma
ieſtatẽ principis. Hinc eſt,ut alibi cõquerat̃ poeta: Vnde fit,ut ma-
lim fraterculus eſſe gigantũ. Eius crudelitatẽ in Panegyrico Traia
ni ſic taxat Plinius: Cũ nuper imaniſſima bellua: uelut quodã ſpe-
cu:incluſa: nũc ꝓpinquoꝝ ſanguinẽ lamberet:nũc ſe ad clariſſimo
rũ ciuiũ ſtrages,cædeſq; ꝓferret. &c. De eius ſæuitia ſic & Cor. Ta
citus ĩ uita Iulij Agricolæ : p̃cipuæ ſub Domitiano miſeriaꝝ par-
ſerat:uidere & aſpici:cũ ſuſpiria nr̃a ſubſcriberẽtur: cũ denotandis
tot hoĩum palloribus ſufficeret ſæuus ille uultus & rubor:a quo ſe
cõtra pudorẽ muniebat. ¶ Quod ſupereſt:quod adhuc ab ĩperato
re nõ eſt corroſum & correptũ. ¶ Maſſa: Bebiũ Maſſam intelligit &
ipſum delatorẽ. Senſus eſt aũt: Bebius ipſe Maſſa:q delator erat: de
latorem timebat apud principẽ:q tantopere delatores fouebat. De
Bebio Maſſa ſic Pli. in ep̃la ad Macrinũ. Legati rurſus ĩducti iterũ
me iã præſentẽ aduocatũ poſtulauerũt:implorãtes fidẽ meã: quam
erãt contra Bebium Maſſam experti. De Maſſa Bebio ſic meminit
Cor. Tacitus in uita Iulij Agricolæ : Et Maſſa Bebius tũ reus erat.

Mox noſtræ duxere Heluidiũ in carcerẽ manus. ¶ Carus:delator &
ipſe fuit: de quo(ut ante diximus) Mart. Ecce reũ Carus te detulit
adſit agellus. Plin. lib. pri. ad Voconiũ(ut paulo ante dictũ eſt)eius
ſic meminit: Agnoſcis eloquẽtiã Reguli lacerat Herẽniũ Senectio
nẽ:tã intẽperanter quidẽ:ut dixerit ei Metius Carius : Quid tibi cũ
mortuis? Nunqd aut Caſſio:aut Camerino moleſtus ſum? ¶ Palpat:
cui munere blandit̃. Nã palpare,ſiue palpari idẽ eſt quod blandiri.
Horat. Cui male ſi palpere recalcitrat undiq; tutus. Lucilius: Hic
ubi me uidet ſublandit̃,palpat̃,caput ſcabit. Inde dicunt̃ Palpones
adulatores. Perſius: Ius hẽt ille ſui palpo, & palpator ꝓ adulatore. Palpo
Plaut. in Mercat. Vt palpator nullus eſt. Palpatio uerbale nitus pal
pandi: Plaut. in Merc. Aufer ſine palpationem . Ex palpo cõpoſitũ
elicio ſignificat. ¶ Trepido Latino: Latinus mimus fuit: cuius iocis
& uxoris Thymeles mimæ plurimũ delectatus eſt Domitia, unde
Mart. Qua Thymelẽ ſpectas:deriſoremq; Latinũ: Illa frõte precor
carmina nr̃a legas. Nã cõſtat(auctore Donato in Andriã Teren.)
uiros,mulereſq; ſolitas agere comœdias. ¶ Summiſſa: ad placan-
dũ.ſ. nõ ad coitũ. Ait.n. a ſuperiore quẽ palpat munere non coitu.
Impudicam tñ etiã extitiſſe ĩn. vi. Satyra innuit illic. Quẽ toties te-
xit perituri ciſta Latini. Oſtẽdit aũt poeta:ne ꝑſonã q̃dẽ gratã ĩpera
tori fuiſſe tutã a delationibus. Nã Latinus timẽs delatorẽ:ei clãcu-
lo ſubmittebat uxorẽ ad placandũ. Nõ ignoro a nõnullis : q ætate
nr̃a in liberalibus ſtudijs poſtremas partes nõ ferũt: lõga uerborũ
cõtentione diſputatũ: Thymelẽ mimã fuiſſe:quę itidẽ ut Latinus a
Domitia. populoq; fauorabiliter ſpectaretur. Sed nõ uxorẽ Latini:
q̃ oĩa cũ friuolis fulciant̃ argumẽtis:nihil uideo cur adhuc potius
uxorẽ Latini nõ credã:q̃ aliã mulierẽ. Cũ p̃ſertim Iuue. oſtẽdat ze
lotypũ fuiſſe Thymeles. Credibilius .n. eſt Latinũ zelotypũ fuiſſe
uxoris,q̃ alterius,q̃ corpꝰ uulgaret. Sed cũ res nõ magni ſit momẽ
ti, unicuiq; ſua ſit exiſtimatio. Illud tñ cõſtat mulieri nomẽ ĩditũ ab
arte ſcænica, θυμέλη .n. pulpitũ:ſiue ſcænã ſigñat: & θυμελικὸς hi-
ſtrionẽ. nã & ipſa placuit Theatris. Vnde Apuleius ĩ Apologia ap
pellat Choragiũ thymelicũ.i. ſcęnicũ:apparatũ & inſtrumentũ his
uerbis. Quid.n. ſi Choragiũ thymelicũ poſſiderem? nũ ex eo argu
mentarere ẽt uti me cõſueſſe Gragidij ſyrmate hiſtrionis: ubi Cho-
ragiũ accipitur pro apparatu: ſiue inſtrumẽto ſcænarum. Nõ me fu
git a Fulgentio Choragium falſo interpretari funus uirginale.

¶ CVM tener uxorẽ &c. uel ſicut uerba iacẽt:ſed ſcies lector ſen ASCEn.
tentiã nõ fore cõpletam donec dicetur: difficile eſt ſatyram nõ ſcri
bere. Abundantia ergo uitiorũ eſt prima & potiſſima ratio unde di
cit: Cũ ſup. ita ſit. quod ſpado .i. emaſculatus & caſtratus. tener.i.
mollis & lenis:quaſi ſine barba. ducat uxorẽ. & cũ Neuia uel Me-
uia mulier infamis. figat.i. transfigat uenabulo ſuo aprũ .i. ſuem
ſyluestrẽ. thuſcũ.i. ex thuſcia: ubi pingues & feroces in primis ſunt
& teneat uenabula.i. cuſpidẽ qua uenatores utunt̃. mãma ſua exi-
ſtẽte nuda.i. nudata:qa dñ manus ad figendũ aprũ eleuatur : cum
ſinus ſit laxior, nudatur & patefit ex alto ſpectãtibus mãma ſiniſtra
& ideo ſingulari uſus eſt: geſtũ, habitũq; uenatricis depingens. Et
cũ ſup. ita ſit quod unus uidelicet Cinamus. quo tondente: dum is
exiſtẽs tonſor me tonderet. barba grauis.i. moleſta ſonabat ꝓꝑ ha-
bilitatẽ & artificiũ tondẽtis: mihi iuueni: & ideo nõ dicam grauis
.i. põderoſa: qa nõ eſt iuuenibus barba põderoſa, ſed moleſta: cum
imberbes puellis gratiores ſint. Et cũ ita ſit quod Criſpinus exiſtẽs
pars Niliacæ plebis.i. unus ex ſeruis Ægyptijs: q a Nilo Romã ad-
ducebantur. & cũ ipſe Chriſpinus uerna.i. ſeruus uerno tẽpore ex
ancilla genitus Canopi.i. illius ciuitatis in Aegypto. uentilet.i. ex
ponat uento aurũ æſtiuũ.i. uirgulas aureas: ſiue annulos leuiores
q̃bus tẽpore æſtiuo delicatiſſimi utebantur. & hoc dignis ſudanti-
bus. & humero eius reuocante.i. repellẽte lacernas tyrias .i. chla-
mydes: aut obolas purpureas ex purpura tyria. quæ pretioſiſſima
erat: qa dibapha.i. bis tincta. nec pro & nõ: & nõ queat ſufferre .i.
ſuſtinere. põdera.i. ponderoſitatẽ & molẽ gẽmæ.i. lapilli maioris in
annulo hyberno. Cũ ĩquit hæc fiãt: difficile eſt nõ ſcribere Satyrã.
Nã pro qa: qs eſt tã patiẽs.i. tollerans iniq;.i. ſceleroſe, uerbis Ro-
mæ.ſ. & quis eſt tã ferreus.i. tam durus : & tam ſine affectione: &
quaſi improuocabilis ad indignationẽ. ut teneat.i. cõtineat ſe ĩtra
pelliculam ſuam: nec ſatyrã ſcribat: uel teneat ſe a riſu & indigna-
tione. cũ noua lectica.i. hominis noui: q nũq̃ fuit magiſtratus. lecti
ca.i. geſtaculũ in qua portabantur nobiles & prædiuites romani.
Mathonis illius uiri cauſidici.i. qui cauſas dicẽdo ad diuitias per-
uenerat. ueniat.i. obuiam portetur. plena.i. referta ipſo: qa pinguis
erat. & cũ ſup. ueniat poſt hũc.ſ. Mathonem delator magni amici.
nõ ſolũ parui,i. q ne magno q̃dem amico parcat.i. Regulus raptu

Cum te summoueant, qui testamenta merentur
Noctibus, in cælum quos euehit optima summi
Nunc uia processus, uetulæ uessica beatæ.
Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem,
Partes quisq; suas ad mensuram inguinis hæres
Accipiat sane mercedem sanguinis, & sic
Palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.

rus.cito.i.ppe diẽ:postpaulũ : seu paulopost.de nobilitate comesa
.i.comesta: hoc est de nobilibus iam fere p delationẽ deuoratis &
cõsumptis illud quod supest.i.reliquũ est: hoc est eos q reliq sunt:
quẽ delatorẽ tam imanem. Massa alius delator:sed minor timet:&
Palpor quẽ carus illius etiã delator palpat.i.palpãdo placat.i.mollitur per
Palpo adulationẽ.tractat munere.i.donis secrete datis.tractũ est ab eqs:
qbus dũ eos palpamus.i. dũ eis
palmas p dorsum ducimus quo
dammodo blãdimur. ad quod
respiciẽs Horat.in primo secun
di sermonum dixit de Augusto:
utẽs uoce deponẽtali cũ datiuo
Cui male si palpere recalcitrat
undiq; tutus.Et similiter Plaut.
in Amphitryone: Obseruato te
quã blande mulieri palpabitur.
Accepit ergo poeta hic actiue:
& in actiua uoce cũ accusatiuo:
& quẽ etiã palpat munere Thymele : mulier illa scænica summissa
.i.clam & secrete missa. a Latino marito suo trepido.i.præ timore
trepidante:tametsi.Cæsari admodũ carus sit. Sequẽtia eandẽ con-
structionem habẽt:ut dicemus. Sed repertamus hanc partẽ:Cur ta
Metha mẽ hoc potius &c. Auctor utitur metaphora.i.translatione cuius
phora lex est:ut sit persistens in uerbis:& cõformis in rebus. Si.n. dixero
amicos fictos esse similes hirũdinibus:qa ueniẽte hyeme.i.aduersi
tate abeũt:peccabo qa dicẽdũ erit:auolãt:quod hirundinũ est. Hoc
aũt loco qa dixerat decurrere cãpo:quod equorũ est in curruli cer-
tamine:ideo permãsit in methaphoram dicens. Per quem magnus
equos Aurunce flexit alumnus. Vtitur aũt signatis uocabulis : qa
decurrere est incipientiũ de carceribus suis currere uel deorsum
currentiũ. flectere aũt equos est eius:q iam ad metã peruenit. ergo
modeste sibi i cepturo prius dat:& urbane Lucilio posterius:utpote
iã uictori in satyrico cãpo:quẽ magnũ uocat. Et magnũ uocamus
eũ cui similis non est: Vt magnus dominus: & laudabilis nimis: Ma
Magnus gnus Alexander:Pompeius:Carolus &c. Amplus aũt est in hono
Amplus re. Clarus sanguine. Altus natalibus:ut miles alto loco natus. Alũ
Clarus nus etiã nutritor dr:licet Valla refragetur : quia Plinius dicit Italiã
Altus alũmnã. & Plin. Libyam. Sunt autẽ q negãt Luciliũ Aruncũ fuis-
Alũnus se: & ideo dicit Valla:quod locutus est p synecdochen accipiendo
partem p toto. Auruncã:uel(ut quidã legũt) Aruncam partem Ita
liæ pro Italia. Probus aũt dicit eũ loqui:aut de quodã Turno : aut
de Lælio:aut de Silio Satyricis:& Iuuenali contemporaneis: q oẽs
ex Aurunca fuere. sed sine dubio de Lucilio locutus est:qui si Au-
runcæ natus nõ est. nutritus tamẽ esse potuit. Non placet aũt ut di
cat edam sup.quod scripsit.i.proferã. sed edã:idest eloquar cur Sa
Edo tyrã libeat scribere:& est uerbũ cõpositũ ab e & do:quod aliquãdo
accipitur pro dicere. ut in Bucol. Attamẽ iste Deus qui sit da Tyti
re nobis.i. dic nobis. Inde edere aliquãdo expresse loqui:aliquãdo
sententiã nostrã e manibus nostris i lucẽ dare. ut i principio carmi
nũ Horatij: Mecœnas atauis edite regibus. Hinc liber ẽt editur dũ
emittitur. Cũ tener uxorem &c. Lex Iulia grauissime animaduerte
bat in adulteros:quã Domitianus iam obsoletã in pristinũ uigorẽ
uocauit:quãobrem multæ diuites mulieres ijs nupserãt: cũ quibus
cõsuetudinẽ uenereã habuerant. Delicatissimæ aũt qbus aut parẽ:
aut abortũ facere durũ erat:habebant rẽ cũ spadonibus.i.emascu
latis seu castratis:ut nõ parerent:unde Martia. Cur tãtũ Eunuchos
habeat tua Gellia q̃ris Panniche: uult futui Gellia: nõ parere. Idem
alibi Dyndymo: de quo qdã hũc locũ intelligũt dictũ: Cũ sene com
munem uexat spado Dyndymus Aeglem: Et iacet in medio sicca
puella toro. Tiribus hic operi nõ est hic utilis annis: Ergo sine affe
ctu prurit uterq; labor. Supplex illa rogat p se: miserisq; duobus:
Hunc iuuenẽ facias: hunc Cytherea uirũ. Cytherea ne ignores Ve
nus est. Bene aũt poeta uitia molestissime ferẽda primo loco taxat.
Nam si matrimoniũ uocatur:quia mulier ducitur:ut mater fiat : qd
magis detestandũ, q̃ spadonẽ ducere uxorem: cui genitalia euulsa
sunt. Distinguit aũt Vulpianus ponens duplicem spadonem:& di-
cẽs. Si spadoni mulier nupserit, distinguẽdũ arbitror: castratus fue
rit necne: ut in castrato dicatur dotem nõ esse:in eo q castratus nõ
est:quia matrimoniũ: & dos & dotis actio. Quid ẽt plus cõtra offi
ciũ & honestatem, q̃ ut mulier in arena:hoc est in publico spectacu
lo aprũ figat: de qua Martia. Hæc iã fœminea uidimus acta manu.
Quid præterea intolerabilius q̃ ut uilissimus tonsorũ adulatione &
delatione ditatus sit:ut prouocet.i.ad irã incitet iactando diuitias
suas. omnes patricios.i. nobiles ex patribus.i. senatoribus natos.
Vel quod uilissimus seruorũ ad eas delicias perueniret: ut oneri ei
sit uestis purpurea: aut annulus maioris ponderis. Vnde Plinius. de
annulis. Alij põdera eorũ ostentãt: alijs plures q̃ unũ gestare labor
est: alij bracteas inferũt leuiori materia. De mollibus aũt uestibus
idẽ sic: Nec puduit has uestes etiã uiros leuitate usurpare pp onera
æstiua: intantũ a lorica gerenda
discesserũt mores: ut oneri sint ẽt
uestes. Si ergo hoc uitio dabat
teneris utpote nobilibus: quan-
to magis uilissimo seruorũ. De-
lator: occult⁹ accusator. magni
.i. imperatorij. amici.i.(ut prius
diximus(ẽt pcipui amici sui &c.
Represserat autem Domitianus
in initio imperij sui delatores:
sed postea eosdem ita excitauit:
ut sic de eo Tranquillus scribat.
Bona uiuorum & mortuorum usq; quaq; quolibet & accusatore
& crimine corripiebantur. Satis erat obijci qualecunq; factum
dictumq; aduersus maiestatem principis.
❡ CVM te summoueant: alia est scribendæ satyræ indignatio: IOAN.
q. s. multi uetularũ cõsuetudine locupletarentur. Nam cũ uetulis BRIT.
prurientibus officiũ suũ præstitissent: ab eis postea defraudatis libe
ris hæredes scribebantur. Mart. Insectaris anus: o quantum cogit
egestas. quibus uerbis innuit talia adulteria: licet iucunda nõ fuis-
sent: fructuosa tamen extitisse. ❡ Summoueant: a bonis tuis pater-
nis. ❡ Noctibus: nocturno cõcubito. ❡ Merentur testamenta .i. bo-
na quæ per testamentũ assequuntur. ❡ Quos euehit: ordo est. Quos
uessica uetulæ beatæ: expositiue optima nunc uia summi processus
euehit i cælũ. ❡ Vessica pruritus & libido. ❡ Vetulæ beatæ: diuitis &
opulentæ. ❡ Papinius in Siluis: iam se(quisquis est) inops: beatus
Cõuiuam ducis esse gloriosum. Propter. Noli nobilibus: noli con-
ferre beatis. ❡ Euehit in cælum.i. ad excelsissimos opulẽtiæ gradus
pducit, & proinde tanquã Dij habentur. ❡ Optima nunc uia: adiu-
uandũ gestu: ut sit per irrisionem dictum. ❡ Summi processus: sum-
mi progressus ad diuitias. ❡ Vnciolam Proculeius: antiqui(ut reci-
tauimus apud Persium) Patrimonium in duodecim partes diuise-
runt ita: ut nomine assis totũ cõtineretur. unde dicitur hæredem te
reliquit ex asse.i. ex toto. As aũt in duodecim partes diuiditur: Sex
tantem, quæ sexta est pars assis. Quadrantem, quæ quarta. Trien
tem, quæ tertia. Quincuns a numero est unciarum. Semis dimi-
dium assis. Septunx a septem & uncia. Bes dempto triente. Do-
drans quadrante. Dextans sextante dempto. Deunx dempta una
uncia. Vncia autem erat minima pars & duodecima assis. Est
ergo sensus: Adulteros pro membri sui qualitate: & laboribus
accipere præmia Proculeius ergo tanquam male mentulatus:
unam tantum accipit unciam patrimonij ex testamento: Gillo au
tem impense Draucus reliquum patrimonij accipit. idest deun-
cem. quod est totum dempta una uncia: quæ iam debetur Procu
leio. per Proculeium autem intelligit uirum bonum, & parum men
tulatum, per Gillonem autem bene mentulatum. ❡ Quisq; hæres:
legendum est cum irrisione Satyrica & adiuuandum gestu. æquũ
inquit est: ut unus quisq; pro qualitate membri laboribusq; suis
accipiet patres patrimonii. ❡ Mercedem: expositio est. ❡ Sangui-
nis: nam semen hominis (ut tradunt physici) nihil aliud est, q̃
sanguis concoctus. & ideo mutat colorem. ❡ Inguinis: Inguem
ab auctoribus accipitur pro parte genitali: tam in mare, q̃ in fœ-
mina. unde Mart. A cessi quoties ad opus: mixtisq; mouemur in-
guinibus. Tranquillus in Nerone: Virorumq;, ac fœminarũ ad
stipitem deligatorum inguina inuaderet. Corn. Celsus libro. vij. di-
cit testiculos depẽdere ab inguinibus per singulos neruos. Ouid.
in fastis: Et tumidum cornu durius inguem erat. Idem in eodem:
Quiq; rubro pauidas inguine terret aues. ❡ Palleat: adulteri enim
exhausti sanguine intemperato coitu pallent non minus, q̃ qui pe-
dibus anguem calcauere. ❡ Vt nudis: ordo est: Et sic palleatur:
ut pallet ille qui pressit anguem calcibus nudis: aut ut pallet Rhe-
tor dicturus ad aram lugdunensem. ❡ Ad aram lugdunẽsem: hoc
autem est ex historia: Nam Caligula edidit in Gallia Lugduni mi-
scellos ludos: & hoc certamen quoq; græcæ, latinæq; facundiæ:
quo certamine ferunt uictoribus præmia uictos cõtulisse: eorun-
dem & laudes cõponere coactos. Eos autem qui maxime displi-
cuissent: scripta sua sponga linguaue delere iussos: nisi ferulis ob-
iurgari.

iurgari, aut flumine proximo mergi maluissent. Qui ergo in hoc certamen descendebant: incerti euentus rei pallebant. Lugdunum autem ciuitas est Galliæ: quam nunc uulgo Leonum appellant. quo ter & quater ex Italia & Gallia mercatores singulis annis conueniunt: mutua tractantes mercimonia. Eam condidit Numantius Plancus (ut tradit Euseb.) ubi Arar Rhodano commiscetur: ibi fuit templum ab uniuersis Gallis communi impensa in honorem Augusti Cæsaris extructum aderat & ara dignitatis eximiæ cum titulo gentium sexaginta: quæ singulæ singulas statuas ibidem erexerant. Lege Strabonem in. iiii. ¶ Rhetor: pro oratore posuit. Nam rhetor appellatur: qui Rhetoricam docet. Orator uero, qui secundum artis præcepta loquitur.

¶ CVM Te submoueant: aut submoneant. Recitat aliud genus sceleris. ob quod difficile sit Satyram non scribere & se continere: quin aut rideat aut indignetur. Quia uero sententiæ patent. Ordo est. Cum: idest quandoquidem ita fit q supple ii submoueant: idest clam de loco hæreditatis tuæ depellant & detrudant te: qui merentur testamenta: idest inscribi hæredes matronarum diuitum. noctibus. idest. adulterio & coitu nocturno: hoc est mœchi & adulteri: qui pupillos expellunt hæreditatibus suis: quos optima: idest dexterrima: paratissima: siue facillima uia. idest ratio summi. idest maximi processus ad diuitias suppple acquirendas: uidelicet uesica: idest uulua: siue membrum libidinis. uetulæ idest matronæ prouectæ ætatis: quæ propter speciem non amatur. beatæ: idest bene habentis: hoc est diuitis. euehit: idest exaltat in cœlum: idest per hyperbolem ad summam dignitatem. uel in cælum idest ad domum imperatoriam: ad quam diuites effecti admittebantur. Nam si Domitianus se dominum & Deum iussit appellari: uoluit nimirum & domum suam cælum uocari. Proculeius adulter alioquin uir bonus: habens membrum uirile paruum: habet ex testamento: uidelicet uetulæ. unciolam, idest solummodo paruam unciam: idest duodecimam partem hæreditatis & eam immunitam. sed Gillo uir bene membratus habet deuncem: idest undecim uncias: hoc est undecim partes hæreditatis. Nam quisque: idest quilibet hæres sic institutus. accipit supple partes suas: idest portiones hæreditarias. ad: idest: iuxta mensuram inguinis idest membri uirilis. Voluit dicere: accipit: sed satyrica petulantia: & quodam risu ac morsu subinfer sane: idest certe. iustum est ut accipiat: quia mercedem sanguinis: quia usq ad sanguinis emissionem: ut uetulis placeant, coeunt. omne etiam sperma ex sanguine fit. & propter exhaustum sanguinem palleat sic. ut: idest quemadmodum supple pallet is: qui pressit: idest conculcauit anguem: idest serpentem. nudis calcibus: idest pedibus: a parte totum. aut supple pallet: uel palluit rhetor dicturus: idest qui erat dicturus orationem compositam. ad: idest apud. uel iuxta aram lugdunensem: idest Lugduni ad confluentem constructam. De ijs, qui diuitias fœdo commertio uetularum cumulabant erat Caridemus: in quem sic Martialis: Nunc sectaris anus: o quantum cogit egestas. Proculeius secundum Calderinum uir optimus fuit: cuius meminit Horatius in Carminibus dicens: Viuet extento Proculeius æuo: Notus in fratres animi paterni. Is enim eques Romanus tantæ pietatis in fratres fuit: ut bona cum eis iterum æqua portione diuiserit: cum bellis ciuilibus attriti pauperes essent. hic autem pro optimo uiro & minime mentulato ponitur. Gillo pro mentulato. Pressit qui calcibus anguem: imitatio est illius secundi Aeneid. Obstupuit: retroq pedem cum uoce repressit: Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem. Pressit humi nitens &cæ. De Oratoribus Lugdunensibus adde cum Georg. ex commentarijs Cæsaris. Lugduni Galli Oratores quotannis concionem habere solebant: considebant in secreto loco: & controuersias habebant: undiq conueniebant: eorumq; iudicijs, decretisq parebant. Disciplina hæc in Britannia reperta: atq inde in Galliam translata esse existimatur. De ciuitate autem Lugdunensi: unde secundum Plinium tertia pars Galliarum denominata est: ex uarijs auctoribus hæc habeto. Ex Strabone in de situ orbis: Lugdunum in colle conditum: ubi Arar amnis Rhodano commiscetur: tenetur imperio ampliori & supra reliquas, excepta Narbone, ciuitates floret uirorum ordine. Nam & usa magno est illis emporium. Monetam argenteam atq; auream eo in loco Romani signãt duces. Templum etiam ab uniuersis Gallis communi designatum impensa: & Augusto Cæsari dedicatum ante hanc urbem ædificatum esse: ubi fluuiorum est coitio. Adest & ara dignitatis eximiæ: gentium quadraginta numero inscriptum habens titulum: earumq singularum statua una. Alia subinde locata est ara. Hanc urbem Segosianorum præsidem constat: quæ in Rhodani & Dubidis fluuiorum medio iacet. Reliquæ dehinc gentes urgentes ad Rhenum partim a Dubide: partim ab Arare discernũtur &c. Hæc Strabo. Ex quibus constat Lugdunum olim ut nunc floruisse: & emporium atq mercatum: monetariumq ut nunc habuisse. Aram autem cuius hic mentio fit: ubi cœnobium monachorum de ordine sancti Benedicti nunc est: quod Athanacum uocant constructam. Vrbemq in colle sitam fuisse: cui foro Veneris nomen est: quam deletam incendio fuisse Seneca sic in epistolis testatur. Liberalis noster nunc tristis est: nunciato incendio quo Lugdunensis colonia exusta est. Et infra: Nusquam tam infestum ulli exarsit incendium: ut nihil alteri superesset incendio. Tot Lugduni pulcherrima opera: quæ singula illustrare singulas urbes possent: una nox strauit. & in tanta pace: quantum ne bello quidem timeri potest, accidit. Quis hoc credat. Vbiq; armis quiescentibus cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit: Lugdunum quod ostendebatur in Gallia quæritur. Omnibus fortuna quas publice affixit: quod passuri erant timere permisit. Nulla res magna non aliquod habuit ruinæ suæ spatium: in hac una nox inter fuit inter urbem maximam & nullam. Deniq diutius illam tibi perijsse, quã perijt narro. Et paulo post. Huic urbi ab origine sua cẽtesimus annus est: ætas ne quidẽ homini extrema Plãco deducta. In hanc frequentiam, loci opportunitate conualuit. Quæ tamen intra spatium humanæ pertulit senectutis. hæc ibi. Multa enim & acria bella pro Romanis gessit: unde Cornelius tacitus libro decimoseptimo historiæ Augu. Frustra aduersus Heduos quesita belli causa: iussi pecuniam atq; arma deferre gratuitos insuper commeatus præbuere. Quod Hedui formidine: Lugdunenses gaudio fecere. Sed legio italica & ala taurina abductæ: cohortes. xviii. Lugduni solitis sibi hybernis relinqui placuit. Manlius Valens legatus italicę legionis: quanquam bene de partibus meritus: nullo apud Vitellium honore fuit. Secretis enim criminationibus infamauerat Fabius ignarum: & quo incautior deciperetur palam laudatum. Veterem inter Lugdunenses, Viennensesq discordiam proximum bellum accenderat. Multæ insuper clades crebrius, infestiusq q̃ ut tantum propter Neronem, Galbamq pugnaretur. Et Galba redditus lugdunensium occasione ire uetuerat. Multus contra in Viennenses honor: unde æmulatio & inuidia: & uno amne discretis connexum odium. Igitur Lugdunenses extimulare singulos militum: & in euersionem Viennensium impellere. Obsessam ab illis coloniam suam adiutos uindicis conatus: cõscriptas nuper legiones in præsidiũ Galbæ referendo: Et ubi causas odiorum prætenderant: magnitudinem prædæ ostendebant. Nec iam secreta exhortatio sed publicæ præces irent ultores: excinderent sedem gallici belli. Cuncta illic externa & hostilia se coloniam romanam: & partem exercitus & ꝓsperarum, aduersarumq rerum socios: si fortuna contra daret: iratis ne relinqueretur, his & pluribus in eundem modum perpulerant: ut nec legati quidem duces partium restringi posse iracundiam exercitus arbitrarentur. Cum haud ignari discriminis sui Viennenses uelamenta & insulas præferentes: ubi agmen incesserat arma genua: uestigiaq præsentando flexere militũ animos. Addidit Valens tricenos singulis militibus sestertios. Tum uetustas, dignitasq coloniæ ualuit: & uerba Fabij salutem, incolumitatemq Viennensiũ cõmendantis æquis auribus accepta. Publice me armis multatis: priuatis: & promiscuis copijs iuuere militem. Sed fama cõstans fuit Valentem magna pecunia emptum. Is diu sordidus: repente diues mutationẽ fortunæ mole tegebat. Sic ille. plura alibi legas. Manifestum est autem post incendium prioris urbis in colle (ut diximus) constructæ eam: quæ nunc est inter Ararim, quem Sagonã uocant: & Rhodanũ paulopost cõditã fuisse, quod monumenta antiquissima dijs manibus dedicata: q̃ nũc quoq passim uisunt, testificant amplissime. Sicut aũt (Cæsare testante) ad priorẽ illã ciuitatẽ cõueniebãt undiq oratores iudicijs. atq decretis parituri: ita ad eã q̃ nũc uisitur pulcherrima: undiq cõueniunt a galliarũ primario archiepiscopo sententiã habituri. Prima. n. illic sedes est. Vt uero cætera transeam: unũ addã inscriptum sarcophago imposito parietibus Fani sancti Petri diuarum monialium Lugduni a parte exteriori: ubi sic aræ huius fit mentio: Ioui. O. M. Q. Ioui optimo maximo. Quintus Adcinnius Vrbici filius: Martinus Sequanus sacerdos Romæ augur ad aram ad confluentes Araris & Rhodani flammen duumuir in ciuitate Sequanorum &c.

Quid referam, quanta siccum iecur ardeat ira:
Cũ populũ gregibus comitũ premat hic spoliator
Pupilli prostantis: at hic damnatus inani
Iudicio. quid enim saluis infamia nummis:
Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur Diis
Iratis, at tu uictrix prouincia ploras.
Hæc ego non credam uenusina digna lucerna:
Hæc ego non agitem: sed quid magis heracleas,

IOAN. BRIT. ¶ QVID referam quanta: alia indignationis causa: in spoliatores. n. cũ pupillorũ, tum ꝓuinciarũ inuehitur. ¶ Quid referam: qd dicã: quantũ mihi æstuent præcordia: cũ uideã quendã: qui spolijs pupilli locupletatus: eo delitiarũ peruenit. ut lectica magno grege comitũ sequẽte per urbẽ gestetur. Quẽ aũt poeta designet: nulla extat certa historia. Illud falsum est: quod de Cecilio Classico aliqui tradiderunt. In oẽs spoliatores nullo modo dici posse uidetur: cũ dicat hic spoliator: quasi qui tẽporibus suis oibus esset notissimus. (Prostare Prostituere Prostibulum Alicariæ meretrices) ¶ Prostantis: differẽtia est inter ꝓstare, & prostituere. Nam ꝓstare uerbũ est neutrũ absolutũ: & significat turpitudinẽ corporis quæstũ facere. Prostituere autem est actiuum: significatq; (quod proprium est Lenonis) marem uel fœminã publicæ libidini gratia quæstus exponere: unde & scortum ipsum appellamus prostibulũ: uel ꝙ prostet: uel ꝙ ante stabula hæ sedeant: q̃ dicũtur cõi uocabulo ꝓstibula: sicuti ante Alicariæ meretrices appellabantur: in Campania solitæ ante pistrina Alicariorũ uersari q̃stus grã. ¶ Præmat populũ: hinc maxime indignatur poeta: ꝙ rapinis pupilli locupletatus: tanto ꝑ urbẽ fastu & pompa icedat. premat ergo calcet & urgeat populũ: cum gestatur lectica. unde & alibi: Et ingenti curret sup ora liburno. (Comes) ¶ Gregibus: comitũ: uel clientũ: uel seruoꝝ. nã comitẽ accipere debemus (inquit Vulpianus de iniurijs) eum q̃ comitetur & sequatur. Et (ut ait Labeo) siue liberũ, siue seruũ, siue masculũ. siue feminã. Et ita comitẽ diffinit: q frequentandi cuiuscunq; causa: ut sequeretur destinatus est. Inter comites utiq; & pedagogi erant. ¶ At hic dãnatus: indignatio in auaritiã sui tẽporis: cũ publicã: tum priuatã. Cõqueriturq; iudicia uana esse & iniqua. Hocq; maxime pp Mariũ priscũ hoiem Beticũ. Hic. n. cũ Africam prouinciã: cui procõsul pfuerat spoliasset. nã ob innocẽtes cõdemnandos, interficiendos et pecunias acceperat: accusantibus Afris, Cornutus Tertullus septingenta millia: q̃ acceperat Marius: ærario inferenda censuit: Mario urbe, Italiaq; interdicendũ. Notat igitur poeta iniquitatẽ sui tpis detestãs maxime auaritiã (ut dixi) & priuatã pariter & publicã: cũ id quod ꝓuincialibus restituendũ fuit: i ærariũ sit delatũ. ¶ At hic Marius: adiuuandũ gestu: & eo risu: quo solemus, rem nefandã improbare, ut sit sensus: Tantũ abest, ut hic Marius, qui cõdemnatus est, solicitudine angatur: ut etiã hilare & splẽdide uiuat: quasi q talẽ condẽnationẽ paruifaciat. Sicq; innuit ex bonis ꝓuincialiũ apud eũ magnã partẽ esse relictã. Ordo aũt est: At hic Marius dãnatus inani iudicio ab octaua hora bibit exul reliq̃ dõr ꝑ parenthesim. At hic Marius ita dictũ poeta: quasi uiueret, præsensq; esset. ¶ Inani iudicio: inane iudiciũ appellat quod ꝓuincialibus nihil profuerit: cũ eis pecunia nõ sit restituta: sed in ærariũ delata. ¶ Quid. n. saluis infamia nũmis: antipophora est: q̃si aliquis dixerit: Inane iudiciũ nõ est appellandũ o poeta: qñ graui infamia sit aspersus. & proinde respondeat: Quid nocet infamia saluis nũmis: Ironice aũt enũciandũ & uultuose: ut ostendat hoiem improbũ infamia a uitijs nõ absterreri. ¶ Exul: nã (ut dictũ est) urbe & Italia ei interdictũ est in bienniũ. ¶ Ab octaua. i. statim post octauam horam. nã comedisse ante nonã horam. mensæ destinatã hois erat dissoluti & luxuriosi. post nonã igitur comedebãt. Mart. Imperat extructos frangere nona toros. i. lectos discubitorios. unde & Cic. in ultima epi. noni lib. sic scribit: Accubuerã hora nona. (A & ab) ¶ Ab: a & ab plerũq; pro post ponuntur. Pli. Cõceptu decimo die dolores capitis. A itẽ elegãter usurpatur: cũ inter partes dissidentes uolumus significare alterutrius ꝓpugnatores, & amicos: ut qui a Sylla erãt: in Mariũ arma sumpserũt. & q a me nõ erũt: ergo contra illos ero. In alia ẽt significatione accipit̃. cũ in seruis munus operamq; discernit. Nam cũ Romani ex seruis suis: alijs uterẽtur ad iter: ut mitterent eos quo liberet: eos appellauere a pedibus: ut ita diceret, uoca a pedibus: trade hoc a pedibus. A pedibus uenerũt ita: ut semp extrinsecus intelligant̃ serui. ut sit: Serui a pedibus uenerũt: & uoca seruos. s. a pedibus: & sic reliqua. Mart. Cur nõ mensa tibi ponit̃ a pedibus: i. cur a te mensa nõ ponit̃ a pedibus. i. seruis a pedibus: ut sit datiuus casus. Eosdem circũpedes appellat Cic. tertia actione in Verrem: Circũpedes aũt hoies formosos & literatos suos esse docebat. Verres ingt seruorũ nomine ab officijs desumpta. Cic. cõdicebat suos esse circũpedes. Maleoli fuisse negabat. unde & poeta in. vi. Satyra: Admotũ a pedibus. i. seruis a pedibus. Alijs aũt ad literas exscribendas cũ dictarent: quiq; libellos a suplicibus datos exciperẽt: curamq; haberẽt: illos a manu: hos a libellis dixere. Sueto. in Cæsare: Philemonẽ a manu seruũ: q necem suam ꝑ uenenum inimicis ꝓmiserat: nõ grauius q̃ simplici morte puniit. Idẽ i Aug. Gallo a manu ꝙ ꝑ epistola ꝓdita denarios quingentos accepisset: crura effregit: Amanuenses etiã eosdẽ appellauit in Nerone. Idẽ in Domitia. Epaphroditũ a libellis capitali pœna condemnauit. Idẽ in Claud. o: Suspexit Polybiũ a studijs: q sæpe iter duos cõsules ambulabat: sed ante oẽs Narcissum ab epl'is: & Pallantẽ a rõbibus: hoc est qbus uteretur ad studia sua: hoc est q legerent & pcurrerẽt: cũ studijs uocaret. Græci eos Anagnostas appellant. ἀναγινώσκω. n. idẽ est ꝙ lego: & qui scriberẽt epistolas: quiq; oium reꝝ rationes colligerẽt: ut accepti & expẽsi. ¶ Fruitur Dijs iratis: ille dicit̃ frui Dijs iratis: q licet eos infensos sibi ob scelera habeat: nullã tñ ab ijs sentit punitionẽ: sed interim p oia uitã hilarem agit. Marius ergo licet Deos haberet iratos ob flagitia sua: tamen summa hilaritate uiuebat: nullũ ab ijs sentiẽs incõmodũ. Idẽ etiam dictũ est a Iunone apud Sen. cõquerẽte Herculẽ abuti ira sua: Superat ingt & crescit malis, iraq; nostra fruitur: in laudes suas mea uertit odia, q. d. licet ei irata sim: nullũ tamẽ ex hoc sentit incõmodũ. ¶ Prouincia uictris. q̃ obtinuisti, ut Marius damnaret̃. Prouincia dicit̃ quasi procul uicta ab Italia. Nam Italia ꝓuincia nõ appellatur: sed q̃ extra Italiã sunt. unde Pli. Iunior: Italicus es, an prouincialis: Plin. lib. iiii. cap. iiii. de naturali historia scribens de Gallia Narbonensi: Italia, ingt, uerius est, q̃ prouincia. Et idem alibi in xix. loquens de cucumeribus: In Italia uirides & q̃ minimi: in prouincijs q̃ maximi & citrini, aut nigri. Col. lib. iiii. Non ꝓuincialis, sed Italicus ager est. Apud Colu. titulus est de natura ꝓuincialium uineaꝝ: ubi itelligit oẽs uineas pter Italicas. ¶ Ploras: pecunia non restituta tibi. Conquerit̃ etiam Sallu. in Iugurthino: ꝓuinciales sæpe spoliari: his uerbis. Non peculiatus ærarij factus est: neq; ꝑ uim socijs erepte pecuniæ: quæ q̃q̃ grauia sunt: tñ pro cõsuetudine iã ꝓ nihilo habent̃. ¶ Hæc ego nõ credam: sensus est: Ego nõ credam huiusmodi sæculi nostri scelera digna carmine satyrico: quale Hora. multa lucubratione scripsit: ¶ Venusina lucerna. i. carmine satyrico: quo maxime Horat. uitia tpis sui est insectatus. (Venusia) Venusia aũt ciuitas est in confinio. Appuliæ: & Lucaniæ. Patria Horatij quod ipse ostendit in sermonibus. Sequor hũc Lucanus, an Appulus anceps. Nam Venusinus arat finẽ sub utrũq; colonus. ea sita est in uia Appia. ¶ Lucerna: carmine lucubrato. ¶ Agitem: insequar: notẽt: ¶ Sed qd magis: tacitã obiectionẽ diluit. Rñdet. n. ijs qui possent dicere: longe satius esse si scribant fabulæ. ¶ Quid magis: subaudi scribã & fecter carmie. ¶ Heracleas. i. erõnas & fabulas de Hercule cõfictas. de quibus multa Diodo. in. v. Heracleas aũt legendũ est: nõ aũt herculeas. ἡρακλῆς. n. græce dr, Hercules latine. & possessiuũ Heracleus penul. prod. hac ratione: ꝙ apud græcos Heracleus scribitur per diphthongũ ει sicut Æneas, & spondæus, & Medæa: quæ diphthongus conuertit̃ in e longã apud latinos. Heracles aũt interpretat̃ Iunonis gloria. ἥρα. n. græce Iuno latine. & κλέος gloria quasi Iunone persequente magnã sit gloriam adeptus.

(ASCE) ¶ QVID referam &c. Tangit alias causas indignationis suæ sub uario modo dicens. Quid. i. ad quid: ad quã utilitatẽ referam. i. recitẽ: uel enarrem. q. d. ad nullã: cũ notũ esse debeat quãta ira ardeat iecur meũ siccum. i. exsiccatũ ex frequẽti ira: quæ est accensio sanguinis circa cor. cũ hic. i. qlibet utpote Irus aut alius. Credo tamen poetam ingeniosum artificem allusisse: ad nomẽ Iri dicẽtem: quanta ira &c. Spoliaror pupilli. i. orbati parẽte. prostantis. i. ad Venerem amore lucri expositi. premit populũ gregibus. i. multitudine comitũ. i. clientem: & seruorũ se comitantiũ. at. i. sed. cũ uideam sup. ꝙ hic. i. alius sit dãnatus iudicio inani. i. parũ reo nocẽti: & nihil actori cõducenti. Quia uero nõ est uerisimile iudiciũ datũ contra furem damnatũ repetundarũ. i. de pecunijs ab actoribus repetitis restituendis parũ illi nocere: efficitur infamis & fur probatus. Respondet ad hoc poeta ironicos: & ex opinione damnatorũ taliũ loquens. Enim pro quia: quid sup. est: aut nocet infamia saluis nũmis. i. dum nummi sint salui, q. d. nihil: & id quidem secundũ eos:

Aut diomedeas, aut mugitum Labytinthi:
Et mare percuſſum puero fabrumq; uolantem:
Cum leno accipiat mœchi bona, ſi capiendi
Ius nullum uxori, doctus ſpectare lacunar.
Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo,
Cum fas eſſe putet curam ſperare cohortis
Qui bona donauit præſepibus, & caret omni
Maiorum cenſu, dum peruolat axe citato
Flaminiam, puer Automedon nam lora tenebat
Ipſe lacernatæ cum ſe iactaret amice.
Nonne libet medio ceras implere capaces

non ſecundum ſe loquitur poeta : unde uultuoſe proferendum eſt quod aũt nihil uideatur nocerẽ probat exẽplo. Nam Marius priſcus exul.i.q exulabat pp ſpoliationẽ Africę: ab octaua ſup. hora.i. uoluptuoſus. indulget genio ſuo & agit lætũ cõuiuã incipiẽs ab hora octaua: cũ ſecundũ ritũ Romanum ſolũmodo hora nona inciperẽt diſcumbere: & frangere toros diſcubitorios. Nam octaua hora palæſtris & exercitantibus corpora debebatur. Nec ante nonam licebat meretrici publice proſtare. Vnde a Perſio nonaria dicta eſt. quãuis ergo Marius eſſet dãnatus: qa plus ſurripuerat: q̃ reſtituerat bibit.i. potat: & lætum uultum agit ab actaua hora: & fruitur.i. ad uoluptatem utitur. Dijs iratis .i. qui ipſi Mario uiſi ſunt irati: qa permiſerunt ipſum damnari. quẽ locũ: qa aliter itelligo, q̃ alij, ſic expono: Marius cum proconſul eſſet uidebatur Dijs fauentibus oĩa agere: & tamẽ pp procõſulatũ & magiſtratus onera erat haud dubie multis curis implicitus: ita ut præ ſolicitudine exporrigere frontẽ & hilarem conuiuã agere nõ poſſet. dãnatus aũt & priuatus magiſtratu illo: uiſus eſt Deos iratos habere: ſed fruitur Dijs iratis: qa capit uoluptatẽ ex dãnatione ſui. bibit.n. & obſonat libere & ſecure etiã ab octaua hora. at.i. ſed tu prouincia: uidelicet Africa uictrix in judicio: qa damnatus eſt Marius: ploras qa nihil utilitatis cõſecuta es. Pecuniæ.n. ablatæ : q̃ tibi reſtitui debebãt, ex auaritia publica ſenatus in ærariũ, ſeu fiſcũ conuerſæ ſunt: quod hodie i multis locis cõſpicimus: ubi ſi qs furẽ rerũ ſuaꝝ deprehẽderit: nihil ſibi: ſed dño loci recuperauerit. Quia uero talia ſunt iniq̃ſſima ideo indignabũdus poeta infert, nõ credam i. putas ꝙ nõ credã. q. d. nõ debes id putare: qa credo maxime. hæc.i. huiuſcemodi ſcelera digna ſup. eſſe lucerna.i. diligẽti lucubratione & aperta taxatione uenuſina.i. Horatij: q erat uenoſinus: & putas ꝙ ego nõ agitẽ.i. pſequar hæc? q. d. non debes putare. Sed quid ſup. putas ut debeam agitare. Nunquid heracleas.i. fabulas de Heracle.i. Hercule Iunonis gloria: quaſi dicat minime.

DAN.
RIT.

¶ AVT Diomedeas: fabulas. & quæ de Diomede & ſocijs eius narrant. Nã Diomedes Tidei & Deiphiles Adraſto genitæ filius, Ætoliæ rex: cũ bello troiano Venerẽ trãſfixa manu uulneraſſet conantem Æneę filio ſuo auxiliũ ferre: id paſſus eſt incõmodi, ut Venus in ultionẽ ſui furorem libidinis Ægialæ uxori eius immiſerit. Quæ correpta amore Stheneli cuiuſdã calamiſtrati : quẽ Diome. domi tanq̃ bonoꝝ ſuoꝝ gubernatorẽ reliquerat: cũ eo cõcubuit, & ab eo adiuta maritũ e bello Troiano redeuntẽ nõ admiſit. Ille uero ſeu ab uxore fugatus, ſiue pudore uxoris adulteratæ, in Italiam nauigauit ad Daunũ regẽ Appuliæ: ubi Arpos & Beneuentũ cõdidit. Mox eũ ferũt in inſulas, q̃ duæ ſunt Diomedeæ appellatæ e regione promõtorij Gargani cõtra Italiã nauigaſſe: ibiq; nunq̃ uiſum ſocios in fluctibus ſubmerſos, in aues eſſe a Pallade conuerſos, q̃ Diomedeæ dñr. De quibus Pli. li. x. ca. xliiii. Oui. Stra. & Soli. Virgi. Et ſocij amiſſi petierũt æthera pennis, Fluminibuſq; uagantur aues. eas Iuba cataractas uocat. & eis eſſe dẽtes, oculoſq; igneo colore, cætero cãdidas tradẽs. ¶ Aut mugitũ labyrinthi.i. fabulã uulgatã de Theſeo. de quo multa Diodo. in. v. & Plutarc. in eius uita. Quæ fabula ita ſe hẽt. Androgeus Minois filius, cũ Athenas cõſenſu oium Athenienſiũ cõceſſiſſet regnãte Ægæo: ſuperaretq; Athletas oẽs: in amicitiã uenit filiorũ Pallãtis. At Ægæus ueritus, ne aliqñ a Pallãtis filijs pp amicitiã Androgei auxilio Minois pelleretur regno: Androgeũ poſitis iſidijs pficiſcentẽ Thebas obtrũcat. Minos acccepta iniuria bellũ Athenieñſibus indixit. Supatis ſperauit: ut. vii. pueros: totidẽq; uirgines ſingulis annis Minotauro, quoad uiueret, uorandos mitterẽt. iter hos cũ Theſeus mitteretur: pcepit Ægæus gubernatori: ſi Minotaurũ ſuperaret filius: ut albis uel: s domũ rediret: nigris ſi periſſet. Theſeũ in Cretã delatum, Ariadne Minois filia, eius pulchritudine capta: occidẽdi Minotauri rõnem, Labyrinthiq; egreſſum docuit. Mugitũ igit intellige Minotauri, q in Labyrintho Crethenſi cuſtodiebat, quiq; a Theſeo fuit interfectus, erat.n. biformi ſpecie. ¶ Labyrinthi: Labyrinthus ædificij genus fuit: quod itineꝝ ambages, occurſuſq;, ac recurſus inexplicabiles continebat: crebris inditis foribus ad fallendos occurſus: redeũdumq; i errores eoſdem: Labyrinthos quatuor docet fuiſſe Plin. lib xxxvi. cap. xiii. Primũ in Ægypto. Hincq; tradunt Dædalũ ſumpſiſſe exemplar eius Labyrinthi, quem fecit in Creta. Sed centeſima tm̃ portionẽ eius imitatũ. Secũdus hic fuit ab Ægyptio Labyrinthus. Tertius in Lẽno. Quartus in Italia. oẽs lapide polito fornicibus tecti. ¶ Et mare pcuſſum puero: hoc eſt fabulam cõfictam de Icaro, & Dædalo eius patre. Dædalus.n. Athenienſis fuit (ut ſcri. Diodo.) Minois filius pclarus architectus, q a patria fugit: dãnatus ab Ariopagitis ob hmõi cædem. Talus.n. ſororis filius: cũ ab eo erudiret. Ingenij acumine rotam primũ figularẽ adinuenit. Mox cũ ſerpẽtis maxillã inueniſſet: ſecuiſſetq; modicũ ligni: imitatus ſerpẽtis dentiũ ſpiſſitudinẽ: ſerram ferreã excogitauit. Inuenit pterea tornũ. Cũ igit pluribus i rebus hoibus pfuiſſet: & proinde celebris eius eſſet apud oẽs fama: ab Dædalo inuidia urgẽte interẽptus eſt: q̃ſi ei turpe eſſet gloria uinci ab adoleſcẽte. Dãnationẽ igit fugiẽs i Cretã uenit: Minoi ob artẽ fuit gratus. Labyrinthũ.n. (auctore Plinio) ei (ut diximus) extruxit. Sed cum Paſiphæ Minois uxor tauri pulcherrimi amore deperiret: ei Dædali arte ſuppoſita in boue lignea incluſa: decantatũ fabulis Minotaurũ genuiſſe fertur Minos iratus: cũ eum ad ſupplicũ quæreret: nec is inueniret: pmia inueniẽtibus pppoſuit. Dædalus deſperata nauigatione: alas ſibi a Paſiphæ abſcõditus fabricauit, & Icaro filio ſuo. Sed cũ Icarus altius iter, ut adoleſcens, peteret: liquefacta calore ſolis cera: laxatiſq; alarũ cõpagibus in mare decidit. Pater uero in Siciliã ad regẽ Crocalũ delatus eſt. Percuſſũ igit mare puero: ſubaudi Icaro, a quo poſtea Icarũ mare denominatũ conſtat. ¶ Fabrũq; uolantem: Dædalũ. Sed hæc oia fabuloſa ſunt. Hiſtoria aũt hoc habet: Vela Icarũ & malũ: antennamq; Dædalũ inueniſſe: & proinde fictum eos uolaſſe ſupra mare. Dædalus itẽ (auctore Plin. lib. vii. cap. lvi.) dicit inueniſſe fabricã materiariã: & in ea Serram: Aſciã: Perpendiculũ: Terebram: Glutinũ: Ichthiocollã. ¶ Cũ leno accipiat: fœdã ſui tpis auaritiã notat: quo multi mariti pecuniæ cupiditate ducti uxores ſuas ab alijs tractari permittebant. Idẽ edocti diſſimulare turpitudinis conſcientiã : ſuſpiciendo .i. lacunaria: aut ſtertendo, cũ mœchus ingrediebatur. Idem ẽt ab Horatio notatur. Sed iuſſa corã nõ ſine cõſcio Surgit marito, ſeu uocat inſtitor, ſeu nauis Hiſpaniæ magiſter. Dedecorũ pretioſus emptor.i. qui magno pretio emit adulteria. Sẽſus eſt: Cur hæc ego magis fabulamẽta ſecter: cũ mihi ad reprehẽdendũ tam multa obſcęna occurrãt: ut maritus uxoris ſuæ pudicitiã uendat. ¶ Leno accipiat: Domitia. (auctore Tranquillo) probroſis fœminis lecticarũ uſum ademit: iuſq; capiẽdi legata hæreditateſq;: nã multi adulteri plerũq; pteritis liberis bona ſua relinquebãt mœchis ſuis. Sed cum poſtea p legẽ Domitiani mœche adulteroꝝ ſuoꝝ bona capere non poſſent: ea bona maritis: q tanq̃ uxorũ ſuaꝝ lenones erãt relinquebãtur. Ait ergo Iuue. Inuentæ legi inuentã fraudem. ¶ Leno.i. ipſe maritus: q diſſimulato uxoris adulterio eã tractari ab adultero permittit. Nam leno (auctore Vulpiano) is dicit: q mulieres q̃ſtuarias pſtituit: & is q alterius negociationis noie hoc genus uitę exercet: utputa ſiqs cauponũ exercẽs in ea corpora q̃ſtuaria habeat: ut multi ſolẽt ſub ptextu inſtrumẽti cauponi proſtitutas mulieres habere. ¶ Si capiẽdi.i. qa ius capiẽdi legata: & hæreditates ſublatũ eſt uxoribus lege Domitiani. ¶ Lacunar: appellatiõe Lacunaris, & laquearis (nã utrũq; accipimus in eadẽ ſignificatione) intelligimus tabulata penſilia cœnationũ, reliquorũq; ædificiorũ. Sene. lib. xiiii. epiſtolarũ: Nec in hunc uſum pinus: aut abies deferebat longo uehiculorũ ordine uicis intremẽtibus : ut ex illa lacunaria auro grauia penderẽt. Idẽ in eadem: Hodie utrũ tandẽ ſapientiorẽ putas: q uerſatilia cœnationũ laquearia ita coagmẽtat : ut ſubinde alia facies: atq; alia ſuccedat: & toties tecta: quoties fercula mutent. ¶ Stertere: differẽtia eſt inter ſtertere & dormire: ut quicũq; ſtertit, dormiat. ſed nõ oĩs q dormit, ſtertat. eſt.n. ſtertere dormiẽdo ſtrepitum p nares emittere. ¶ Naſo uigilãti: qa reuera nõ dormiat: ſed ſomnũ ſimulet. ¶ Cũ fas eſſe putet: Cornelium Fuſcũ deſignare uidet: qui puer aurigæ officiũ præſtiterit Neroni. Nã id in gratiam eius, q eodem

Labyrinthi q̃tuor

Dedalus

Leno

aurigandi ſtudio tenebatur:multi ex nobilibus faciebant.Putabat
.n.Nero pudorem aurigationis ſuæ tolli poſſe: cæterorũ nobilium
multitudine aurigãtiũ temporibus poſtea Domitiani cohortũ prę-
torianarũ præfectus: bellũ geſſit aduerſus Dacos:ubi occubit. Vn
de alibi.Et qui uulturibus ſeruabat uiſcera Dacis Fuſcus marmo-
rea meditatus prælia uilla. Nobilẽ fuiſſe Fuſcũ oſtẽdit Tacitus his
uerbis:Procurator aderat Cornel.Fuſcus ingens ætate clarus na-
talibus:poſt Neronis tempora ſenatorio ordine depoſito ſe in otiũ
quietis cupiditate cõtulit.Sicq; poeta Fuſcũ notat nõ ſine ſumma
indignatione:ꝙ cũ fœdam egerit adoleſcẽtiã: audeat poſtea digni
tatibus & honoribus ſe dignũ putare: q̃ſi poeta innuat homines
tm̃ uitioſos ad honores ꝓuehi & ſublimari.Nã (ut diximus) Fu-
ſcus p̃fecturã cohortum p̃torianarũ adeptus eſt:cũ indignus uide-
ri poſſet:iam fœdata adoleſcẽtia aurigatione.Alij etiã ſunt cõmen-
tatores:q nõ de Fuſco:ſed de Tigillino intelligendũ putent:q Nero
ni gratiſſimus fuit: & præfectus cohortis p̃torianæ:is ætatẽ ſuã im
Tigilli-nus pudice & libidinoſe egit.De quo ſic ſcri. Tacitus: Ophonius Tigil
linus obſcuris parentibus:fœda pueritia:ĩpudica ſenecta p̃fecturã
uigilũ & p̃torij:& alia p̃mia uirtutũ:q̃ uelocius erat uitijs adeptus:
crudelitatẽ mox:deinde auaritiã: & uirilia ſcelera exercuit:corrupto
ad oẽ facinus Nerone:quædã ignaro auſus:poſtremo eiuſdem de-
ſertor & ꝓditor.Idẽ paulo ĩferius ſic ait: Tigillinus accepto apud
Sinueſſanas aq̃s ſupremę neceſſitatis nũcio ĩter ſtupra cõcubinaꝶ
& oſcula:ſectis faucibus cõcidit.Idẽ alibi: Nedũ ille ſænicus Tigil
lino.ſ.cũ pellicibus ſuis comitãte arma cõtra cieret.De eo itẽ ſic Io
ſephus de bello Iudaico:De Nerone referre recuſaui: quẽadmodũ
dehoneſtarit ĩperiũ nequiſſimis hoĩbus Minphidio & Tigillino:&
indigniſſimis libertorũ p̃miſſa rep.Hinc.ergo apparet Tigillinum
gratiſſimũ fuiſſe Neroni:& bona ſua cõcubinis & pellicibus cõdo
naſſe.potuit etiã in gratiã principis aurigare.Sed cũ ĩ ambiguo ſit:
de quo poeta potiſſimũ intelligat.Vnuſquiſq; ſi neutrũ hoꝶ ꝓba-
bile uiſum fuerit:al qd p ſe quod ad loci explanationẽ faciat, exco
gitet. Satis eſt hũc locũ ex ijs eſſe apud poetã:de q̃bus adhuc q̃ren
Cohors dũ ſit.⸿Cohortis:cohors pars decima eſt legionis. Nã in legiõe de
cẽ cohortes eſſe debere tradũt:q de re militari ſcripſere.Cõſtabatq;
equitibus & peditibus:ſed maiore ſemp peditũ numero lege Vege
tiũ,& Modeſtiũ.⸿Præſepibus.i.equis alendis: ſi ad aurigationẽ re-
feras.ſi aũt ad ſtupra ꝯcubinarũ:præſepibus expone Lupanaribus
& pellicibus ipſis. Cic.in piſonem:Veꝶ audis in p̃ſepibus: audis in
ſtupris:audis in cibo:& uino:melius autẽ eſt referas ad aurigatio-
nẽ:ꝙ bona ĩpenderit alendis equis.Nã ſequit̃: Dũ peruolat axe ci-
tato Flaminiã puer Autumedon.⸿Dum peruolat: cõſumpſit ĩquit
bona maiorum:dum in gratiam Neronis aurigat:& aurigæ officiũ
præſtat ipſi Neroni.Qui(auctore Trãquillo (Sporum ſuum augu
ſtarũ ornamẽtis excultũ:lecticaq; uectum:& circa cõuentus merca
tuſq; Græciæ mox Romæ circa ſigillaria comitatus eſt identidem
exoſculans.Et licet Trãquillus lectica uectũ ſeribat: potuit tamen
& curru uehi:⸿Dum peruolat:præpoſitionẽ detractam nomini ad
didit uerbo:ut ſit dũ uolat per Flaminiam.⸿Flaminiam uiã quam
Caius Flaminius Lepidi collega deuictis Liguribus ab Roma
Ariminum uſq; ſtrauit.⸿Puer Autumedon.i.ipſe Fuſcus auriga:
ſiue Tigillinus:ut Autumedonẽ poſuerit ꝓ auriga qui Diorei fuit
filius & auriga Achillis:unde a poetis uſurpari ſolet pro auriga.
Ouidius Tiphis & Autumedon dicar amoris ego.⸿Ipſe tenebat
.i.Fuſcus,ſeu Tigillinus.⸿Cum ſe iactaret hoc eſt cũ ipſe Nero p
multa laſciuiæ blãdimẽta comitaretur Spoꝶ: & ſæpe oſcularetur.
Nam iactare ſe alicui:eſt ſeipſum illi dare:ingerere:ĩſinuare.⸿Ami
cæ lacernatæ.i.Sporo:quẽ ideo appellat amicã lacernatam: q̃a cũ
perdite eũ amaret:conatus eſt exectis teſtibus etiam in muliebrem
naturã transfigurare:eũ etiã cũ dote & flãmeo p ſolẽni nuptiarũ ce
leberrimo officio deductũ ꝓ uxoꝛ habuit,ergo amicã lucernatã ge
nere fœminino poeta p cauillationẽ appellauit: ac ſi diceret,amicæ
maſculæ:hoc eſt amicæ quæ uir omnino erat.Nã lacerna ueſtis eſt
uirilis:de q̃ antea:Tyrias humero reuocante lacernas. Nõ ne libet
medio ceras implere capaces: aliam affert indignatiõis cauſam ad
ſcribendum Satyrã. Non ne inquit etiam in quadriuio: & ꝓpatulo
libeat mihi ſcribere: q̃ſi loco minime ſcriptoribus cõuenienti cum
poetæ ſecreta & ſe ceſſus ſoleant querere.Cũ iam Regulus:q p fal-
ſa teſtamenta eſt locupletatus:tanto faſtu uehatur per urbẽ:ut petu
lantius nihil ſit.Sicq; poeta conqueritur in pretio & honore dunta
xat illos eſſe:q per ſcelera ad eximias opes peruenere: qualis fuit
ipſe Marcus Regulus: de quo ſupradiximus illic: Magni delato-
amici. De eo ſic Plinius Iunior: Aſpice Regulum: qui ex paupe
re & tenui ad tantas opes p flagitia proceſſit ut ipſe mihi dixerit:
cum conſuleret q̃ cito ſexcenties ſeſtertium impleturus eſſet:inue-
niſſe exta duplicata:quibus portendi milies & ſexcenties habituꝶ,
& habebit:ſi modo, ut cœpit, aliena teſtamenta) quod eſt impro
biſſimũ genus)falſis his quorum ſunt illa dictauerit. Hunc laudat
Mart.aſſentando,cum diues & potens eſſet.ut ẽt Plinius docet:eũ
dem etiam teſtamentorũ captatorẽ oſtẽdit: oĩumq; bipedum ne-
quiſſimũ appellat.⸿Non ne libet:non ne impetus eſt:Sic alibi: Vl-
tra Sauromatas fugere hinc libet. ⸿Ceras capaces:tabellas ce-
ratas:in quibus antiqui ſcribere ſolebant. ⸿Capaces: amplas: &
quæ multa capiant:cum & materia ampla ſit.
❡AVT ſup.agitem magis Diomedeas .i. fabulas de Diomede ASCEn.
& ſocijs eius. Aut fabrũ ſcilicet Dædalũ architectum: aut Icarum
filium eius uolantem.i. fictum a poetis uolaſſe propter celerem fu
gam.Cum tamẽ leno.i.maritus fungẽs officio lenonis in coniuge
ſua.accipiat bona mœchi.i.adulteri cõmiſcentis cum uxore ſua ſi
nullũ.i.nõ ullũ.ſi non eſt uxori.i.nõ habet uxor ullũ ius capiendi
ſup.hæreditatẽ ab adultero:q̃a hoc uetuerat Domitianus & ideo
inſcribebantur mariti hæredes:qui erant lenones .i. (ut galli dñt)
ruffiani.de uxoribus ſuis diſſimulãtes ſe neſcire.Vnde ſubdit. le-
no inquã doctus.i.expertus & cõſuetus ſpectare.i.frequenter aſpi
cere.lacunar.i.cõnexionem trabium: in tabulatis:quæ q̃dem a ſo
liditate ſolaria uocant. Tũc aũt ſpectabat q̃n mœchus coniugem
amplexus deoſculabatur.aut doctus ſtertere.i.ſtertendo dormien
tem ſimulare.naſo uigilanti.i.ipſe uigilans & faciens naſum ſterte
re.ad.i.iuxta.calicẽ.i.pocula:q̃bus ſe potũ ſimulabat dormire: &
tangit ſecundũ Mancinellũ præcipue Tigillinũ.Præterea non pu-
tem hæc eſſe digna lucerna uenuſina.& ſequar potius dictas fabu
las.Cum iam dictus leno Tigillinus:aut quiuis alius homo perdi-
tus adulatione.putet eſſe fas ſperare.i.merito expetere ſibi curam
cohortis.i. præfecturæ p̃torianæ q donabit bona .i. diuitias ſuas.
præſepibus.i.ad aurigaturã:ut Neroni complaceat alendis. & qui
ſup.caret omni cenſu maioꝶ.i.equis: q nullo patrimonio potens:
ſola adulatione ad diuitias ꝑuenit:quas in alendis equis conſum-
pſit:ut Neroni complaceat.Caret ergo cenſu maioꝶ .i. patrimonio
ſup.eo tempore.dũ.i.quo tempore ipſe exiſtens puer Autumedon
.i.iuuenis auriga Neronis:ſicut Autumedon erat uir fortis & au-
riga Achillis.peruolat.i.quaſi uolãdo percurrit axe.i. illa parte ro
tarũ. citato.i.a parte totũ accipiẽdo: concitatis & cõmotis ueloci-
ter rotis.ꝑuolat.i.uolat p Flaminiam ſup.uiã.a Caio Flaminio ſtra
tã.Ideo aũt hoc fecit:q̃a fretus erat auxilio Neronis. Nam tenebat
lora.i.frena equorũ ex corio facta. dũ ipſe .i. principalis uidelicet
Nero cuius currus agebat̃ ab eo :ſicut currus Achillis ab Autu-
medõte iactaret.i. frequẽter ſe inijceret amicæ lacernatæ.i. in am-
plexũ ſpori.i.pueri emaſculati:quẽ Nero ut uerã cõiugẽ ſolemniter
duxerat.ergo amicæ lacernatæ.i.ĩduẽdæ ueſte uirili.i.maſculi:quo
Proſtare Nero ut muliere abutebat̃.Pupilli proſtantis.ꝓſtare eſt ante lupa-
nar ſtare:& expectare aduentãtes ad ſtuprũ:quõ in Italia olim pue-
Prouin-cia ri imberbes ꝓſtabant.Prouincia dicta eſt:q̃a pro.i.añ uicta uel q̃a
porro.i.lõge ab Italia uicta.ad quã regendã & tenendã in obedien
tia mittebantur proconſules. Quia uero difficile eſt aut uictos, aut
lõge poſitos regere:ideo prouincia pro duro & difficili negocio
Lucerna ſæpe capitur. Venuſina lucerna:Probus dicit ꝙ Venuſii fiebant
laternæ leues:quæ uili pretio uendebantur:& ita ſecundũ eã poeta
opus ſuũ uili cõſtare fateretur:ſed nihil ꝓcedit.Sciemus aũt lucer-
nã a luce dici correpta tñ ſyllaba.Vnde propter terſam & apertam
reprehenſionẽ Horatij potuit lucernã dicere. Sed mea ſentẽtia eſt
ut uigiliam & lucubrationẽ horatianã intelligas.Res.n.diligenter
& quaſi a peruigilantibus factæ:ſicut orationes Demoſthenis: di-
cunt̃ lucernas olere. Si legis heracleas:eſt uerſus ſpondaicus.He-
racles.n.cũ apud græcos habeat ita:literã primã producit:& ſecun
dã ſi uis poſitione: & tertiã more græco. Herculeius aũt ſiue Her-
culeus dicatur,quia latinũ eſt,eandẽ corripit.Sicut aũt a Priamus
fit Priameius:ita a noĩatiuo Hercules fieri põt Herculeius & ita aut
heracleas aut heracleias legi poſſe ſentit Manci.ſed priameius an-
tepenultimã producit q̃dẽ:ſed corripit penultimã q̃ũc ſi herculeias
legatur uerſus non conſtet.lege ergo ſecundũ Probum heracleas.
Cætera manifeſte expoſita ſunt.Nonne libet medio &c. Alia ſce-
lera quæ ſine ſatyrica taxatione uidere nõ põt enarrat dicens.Nõ-
ne libet.i.placet:cũ quadã animi affectione.ĩplere ſcriptura.ſ. ſaty
rica. ceras capaces.i.ingentes pugillares uel tabulas ceratas: &
hoc medio.i.in medio.quadriuio.i. loco publico: quo ex quatuor
partibus plures cõueniũt.q.d. manifeſte & nemine contradicente.

Quadriuio? cum iam sexta ceruice feratur
Hinc atq; inde patens, ac nuda pene cathedra,
Et multum referens de Mecœnate supino
Signator falso, qui se lautum, atq; beatum
Exiguis tabulis, & gemma fecerat uda.
Occurrit matrona potens, quæ molle calenum
Porrectura uiro miscet sitiente rubetam,
Instituitq; rudes melior Locusta propinquas
Per famam, & populum nigros efferre maritos.
Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum,
Si uis esse aliquis, probitas laudatur, & alget.
Criminibus, debent hortos, prætoria, mensas,
Argentum uetus, & stantem extra pocula caprum.
Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ?
Quem sponsæ turpes? & prætextatus adulter?
Si natura negat, facit indignatio uersum
Qualemcunq; potest, quales ego, uel Cluuienus.

¶ QVADRIVIO: quadriuia dicūtur spacia unde quatuor uiæ deflectātur: sicut triuia: unde tres. ¶ Cum feratur: hinc est omnis idignatio. ¶ Sexta ceruice. i. Exaphora: hoc est lectica gestata a sex seruis: q lecticarij (ut diximus) appellabantur. ¶ Hinc atq; inde patens. i. cuius latus neutra ex parte sit stipatū: cū solus sit in lectica. Nā delicati erat, & luxuriosi solū gestari: ut supra de Mathone causidico. aut reuera patēs. i. qui ab utraq; parte pateret: & conspici posset. ¶ Cathedra. i. lectica: quā ēt sellam appellāt. Mart. lib. iiii. in Afrū salutantē. Nec ulla cathedra est. Cui nō mane feras irrequietus aue. ¶ Pene nuda: pene uacua: cum in ea nemo esset præter eū. Nam & littus nudum in quo nulli sint habitatores appellamus. Papinius i siluis: Nec littora pauper Nuda tenes. i. uacua: & sine ædificio. Alij autem (quod oīno placet) intelligunt nudā. i. detracto uelamento: ut cōspiciatur. nā lecticæ ita se habebāt: ut ab utroq; latere possēt aperiri. ¶ Multū referēs: multum delitijs Mecœnatē reddēs: ac si dicat: mollis & delicatus: qualis fuit Mecœnas. cū. n. delicatum fuisse ostēdit Seneca his uerbis. Q̄uo Mecœnas uixerit notius est, q̄ ut narrari nūc debeat: q̄uo ambulauerit: q̄uo delicatus fuerit. Nō oratio eius æq; soluta est, q̄ ipse discinctus. Itē nō statim hæc cū legeris, hoc tibi occurret: hūc esse q solutis tunicis in urbe semp incesserit. Nam etiā cū absentis partibus Cæsaris fungeretur, signū a discincto petebatur. Alibi Iuuen. Vestem purpureā teneris quoq; Mecœnatibus aptam. ab Horatio Malthinus appellantur. μαλθη. n. cæram mollē significat. Demissis Malthinus tunicis obambulat. ¶ Supino: molli & delicato. Mart. Nusquā delitiæ supiniores. i. molliores. Supinus itē pro supbo & erecto ponitur. Persi. Italo q; honore supinus Fregerit Heminas Areti ædilis iniquas. Supinū ēt dicimus cū quis uersa facie ad cælū cubet. ¶ Signator: signatores ait Pedianus eos esse: q aut testamentis: aut causis se subsignabāt. Hi aūt testes erāt: quos septē esse oportebat: q testamētis signacula iponebāt: atq; se subscribebāt: nequā fraus fieri posset. possunt aūt oēs testes (ut tradit Iustinianus Imperator) uno annulo signare testamentū. ¶ Falso: aduerbiū est. i. falso signator. ut sit falsarius signator. ¶ Lautū: delicatū, & diuitem. Nam lauti appellant: qui in uictu delicatiora & electa lectātur: politioriq; culto domestico uiuūt. ¶ Exiguis tabulis: modicis testamētis. i. q̄ modico uerboꝝ anfractu cōdita essent: & oīa bona uni relinquerent, nō adhibita multa scriptione: iuxta quod dictū est illud in Satyra. xii. Atq; oīa soli Forsan Pacuuio breuiter dabit. i. paucis uerbis cū eum relinquat hæredem ex asse. ¶ Gemma uda. i. annulo signatorio: q saliua humectatus imprimitur ceræ. Nā multi signauere gemma annulo inserta multi & auro tm̄: ut Claudij Cæsaris principatu repertū. ¶ Occurrit matrona potēs: ita dictū: quasi ei ambulanti occurrat matrona uenefica: uel occurrit in mentem mihi uenit. ut sit adest ēt matrona uenefica: quæ reprehendenda est mihi. Et p hanc quamcunq; ueneficam nonnulli intelligi uolūt: quæ tēporibus poetæ ueneficia misceret. Alij uero specialiter de Agrippina Claudij uxore: in qua opinione & nos sumus: intelligi uolunt q̄ (ut scribit Tranquillus) Claudiū maritū medicato sustulit boleto post adoptatum Neronē. Nā poeta ita plerumq; de mortuis loqtur: ac si uiuerēt, præsentesq; essent: ut de Crispino: Mario Prisco: Mathone causidico. ¶ Potēs: utpote Claudij imperatoris uxor & mater Neronis. Nam matrona semp dicitur de nobilioribus. Sueto. in Vespesiano sic ait: Agrippinā timens potentē adhuc apud filiū. aut potens: q; (ut auctor est Cor. tacitus) summā rerū ex arbitrio diu moderata fuerit. ¶ Porrectura molle calenū. i. uenenū uino iditū. Nā uenenū uino misceri tpibus Iuuenalis maxime i usu erat. Martia. Diceris hæc cælebs factus q̄ter esse lagœna. i. ueneno lagœnæ infuso. ¶ Molle: lene & suaue. Virg. Tunc & mollissima uina. ¶ Calenū: uinū campanū a Callibus ciuitate Campaniæ. de qua Virg. lib. vii. Quiq; Cales linquunt. Tota. n. Campania (auctore Plinio) optimi uini est feracissima. ¶ Rubetam: ueneficiū ex rubeta. Ranæ. n. rubetæ (ut scribit Plin. lib. viii. cap. xxxi.) & in terra: & in humore uiuūt plurimis refertæ medicaminibus. q̄ deponere quotidie: & resumere pastu dicuntur: uenena tm̄ sibi referuātes. Idē in. xxxii. Sunt quæ in uepribus tm̄ uiuūt: ob id rubetaꝝ nomine, quas Græci phrynos uocant. grandissimæ cunctaꝝ: geminis ueluti cornibus plenæ ueneficioꝝ. Idē libro. xxv. cap. ix. Sunt & ranis uenena rubetis maxime. ¶ Viro sitiente: pro sitiēti: ut sit casus pro casu. sic Oui. Et fas omne facit fratre marita soror: pro fratri. Et Virg. Hæret pede pes. i pedi. & alibi. Nec sospite dirū. Optabis nato funus p sospiti nato. ¶ Locusta. i. ipsa matrona tan q̄ Locusta magistra. (Est. n. casus nōiatiui) Nam Locusta mulier fuit ueneficij peritissima: q̄ iperante Nerone uelocissimū & p̄sentaneū uenenū coxit: quod Britānico cœnanti dedit quo gustato statim concidit. ¶ Melior: petitior cæteris. ¶ Instituit: docet. ¶ Rudes ppinquas: rudes alias matronas uicinas. Alludit aūt ad historiā. Nā & Nero Locustæ p nauata opera impunitatē, prædiaq; ampla, sed & discipulos dedit. ¶ Efferre: uerbū est funebre. Terentius. Effertur, Imus, ad sepulchrū uenimus. ¶ Nigros: propter uenenum. ¶ Per famam: & populū: endiadyo est. i. per famā populi. nā uarius solet esse populi rumor orta ueneficij suspitione. ¶ Aude aliquid: mira excandescētia hoc dictuum: adiuandūq; est gestu: ut & rei indignitas: & indignatio dicētis exprimatur. Non est inquit mirum: si tam multa flagitia fiunt in urbe: cū iam nullus sit in pretio: nisi q sit impense sceleratus. ut sit sensus: Si uis in urbe Roma in aliquo esse pretio: aude aliquid dignū carcere, aut exilio. unde Plin. Iunior ad hanc sententiam sic ait. In ea ciuitate in qua iampridem nō minora prœmia: immo maiora nequitia: & improbitas, q̄ pudor, & uirtus hñt. Sicq; poeta improbos tēporis sui mores notat. ¶ Breuibus Gyaris: hoc est paruis isulis: qualis est Gyarus una ex Sporadibus. Nam damnati in insulas modicas relegabantur: tanq̄ ad pœnam grauioris exilij. unde illud in satyra decima: Vt Gyari clausus scopulis, paruaq; Serypho. Titus (auctore Tranquillo) delatores assidue in foro flagellis, ac fustibus cæsos, ac nouissime traductos per Amphiteatri arenā: partim subijci in seruos: ac uenire imperauit: partim in aspertima insulaꝝ aduehi. ¶ Criminibus debent hortos: dupliciter hic locus exponi potest: ut sit sensus: Romani, inquit, debere uidentur (ut recitauimus ex sententia Plinij) ingentia præmia improbis, & sceleratis: ut ex eo pendeat: Aude aliqd breuibus Gyaris: uel sic. quod magis placet: Si inquit improbus, & nefarius fueris: opes & dignitates adipisceris. nam alij scelerati: qui hortos delicatos: magnifica prætoria: & alia huiusmodi bona possident: debēt ea omnia criminibus: quia adepti sunt illa per crimina & flagitia. Estq; translatio a debitore: qui creditori debet pecuniam mutuo acceptam. Sic. n. dicimus industriæ magistri: omnem doctrinam tuā debes. Et patriæ conseruatio Ciceroni debetur. Vnde est etiā illud Plinianū in septimo: Versum heroicū Pythio oraculo debemus. ut sit sensus: Agnoscimus beneficio oraculi Pythij uersum in heroicum nos habere. & illud in octauo: Corporū tutela pecori debetur. Tale est illud Iasonis ad Medeam in. vij. Meta. O cui debere salutem Confiteor coniux. erit ergo sensus: Scelerati hoies agnoscūt bona, quæ possident beneficio scelerū se esse adeptos. ¶ Hortos: qui ad amœnitatem tantū, & uoluptatem parantur: uarijs consiti arboribus, & numero tantū pluratiuo. Hortos magnificentissimos habuit Mecœnas in Exquilijs. Itē Lucullus: in qbus Messalina uxor Claudij occisa fuit. ¶ Prætoria hoc loco magnifica in agris ædificia intelligit. unde Tranquillus in Calligula: In extructione prætoriorū atq; uillarū. Idem in Tito: Cuncta prætoriorum suorum ornamenta: operibus, ac templis destinauit. Mart. Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum. Prætoriū etiam appellamus imperatoris tabernaculum in castris: unde præfectus prætorij. & Cohors

Rubetā

Horti

Prætorium

prætoriana:quæ circa prætoriũ uigilaret,atqꝫ aſſideret. ¶ Menſas: citreas intelligit.quæ tantæ erant taxationis: ut tanto auro rependerentur.Mart.Accipe felices athlãtica munera ſiluas: Aurea qui dederit dona minora dabit.ex Athlãte.n. mõte Mauritaniæ mittebantur harũ ſumptus fœminæ:ut docet Plin.lib.xiii. uiris exprobrabant:cũ ipſis luxus margaritarũ exprobraretur a uiris.ea præcipuo erant in pretio:quæ caudas pauonũ undatim immitterentur. unde Sen.de Tranquillitate: Placet menſa nõ uarietate macularũ conſpicua. ¶ Argentũ uetus.i.pocula argentea antiquis(ut ait Seneca) nominibus artificum nobilia. ea & Archetypa dicebantur. ἀρχαῖος.n.antiquũ ſignificat.& τύπος formã.Plin.item ſcribit: Subito ars cælandi argenti exoleuit:ſola iam uetuſtate cẽſetur uſqꝫ attritis cælaturis:ut ne figura quidẽ diſcerni poſſit. ¶ Et ſtantem extra pocula captũ:nam uariæ in poculis figuræ excidebantur:maximeqꝫ caper:quod animal ſit infenſum Baccho.Mar.in.viii. Stat caper in phiala Thebani uellera Phrixi Cultus: ab hoc mallet uecta fuiſſe ſoror.Ea aũt uaſa Anaglypha ſunt appellata ab aſperitate & cælaturis eminentibus. ¶ Stantem extra, ideſt. extantem & cælatura eminentem. Ouidius in Metamor. Sed altius Extentem ſignis,multæqꝫ in pondere maſſæ ingentem manibus tollit cratera duabus. Virgilius in.v.Cratera impreſſum ſignis. ¶ Quem patitur:alia indignatio ſcribendæ Satyræ: turpitudinem ſui temporis notat. Duo.n.reprehendit:& ꝙ Soceri,ut libidinentur nurus ſuas pretio corrumpãt.& ꝙ nurus lucri cupiditate ſoceris ſuis nefando concubitu obſequãtur. Alij uero(quod nõ placet) exponunt: deprehendi ſoceros:ꝗ pecunia nurus corrumperẽt:ut pueris ſui facerent copiã:quibus poſtea deprehenſis ipſi ſoceri abuterẽtur. ¶ Corruptor:ſtuprator.nã corrũpere plerunqꝫ accipitur pro adulterare & ſtuprare. Tranq. in Cæſ.cõſtans opinio eſt plurimas & illuſtres fœminas corrupiſſe.Idem in Domitia.Fratris filiã adhuc uirginem nõ multo poſt alij collocatã ultro corrupit.Idem in eodẽ:Nec defuerũt,ꝗ affirmarent corruptum Domitia.& a Nerua ſucceſſore mox ſuo.i.ſtupratũ.Corrũpere itẽ capitur:cũ aliquem pretio inducimus ad aliquid inhoneſtũ faciendũ.unde dicimus corruptũ eſſe iudicẽ.
Corrum pere Corrũpere ẽt dicimus:cũ aliquem a uirtute in uitia deflectimus:unde appellamus mores urbis eſſe corruptos.i.deprauatos:& a prioribus ueſtigijs obliquatos. ¶ Auaræ:quæ magis lucro, q̃ pudicitiæ cõſulat. ¶ Quem.ſ.poetarũ. ¶ Patitur dormire:ſilere,& nõ moueri ad Satyrã ſcribendã: ¶ Quẽ ſponſæ turpes:quẽ.ſ.poetam patiuntur dormire,& nõ excitari ad Satyrã:aliud.n.obſcæniſſimam uitiũ ſui tẽporis notat:hoc eſt uiros uiris nubentes Nam multi reperiebantur:ꝗ ſolemni nuptiarũ ritu nuberent.quod & a Nerone factũ fuiſſe ſcribit Tranquil.ꝗ ita Doryphoro liberto: ut ipſi Sporus denupſit:uoces quoqꝫ & eiulatus uim patientiũ uirginũ imitatus. Alibi Iuue. Quadringenta dedit Gracchus ſeſtertia dotem.& paulo infra: Quæ cauſa officij:quid q̃ris:nubit amicus. Spõſas igitur turpes intellige uiros:ꝗ uiris nuberẽt. ¶ Adulter: prætextatus:illud ẽt conqueritur poeta:ꝙ pueri in ea ætate:quæ ab omni turpitudine maxime reſilire debet:iam adulteria nouerint. quod & ætate noſtra nõ ſine quadã naturę iniuria fieri uidemus.
Prætexta ¶ Prætextatus.i.puer adhuc.Nã prætexta ueſtis erat:qua pueri uſqꝫ ad quartum decimũ ætatis ſuæ annũ utebãtur.dicta (auctore Macrobio) ꝙ ei purpura prætexteret.amicitiam puerilem prætextatam appellat Mart. Tu mihi ſimplicibus. Manni dilectus ab annis. Et prætextata cultus amicitia. ut autem prætexta uteretur ætas puerilis. Inſtitutum fuit Tarquinij Priſci:qui deuictis Sabinis triumphũ egit: filiũqꝫ ſuum annos.xiiii. natum:ꝙ hoſtẽ interfeciſſet: bulla aurea & prætexta donauit:unde hæc ingenuorum puerorũ inſignia eſſe cœperũt.Cum antea inſtituto Tulli Hoſtilii tertij Romanorum regis:prætexta eſſet magiſtratuum. Bulla uero geſtamẽ triumphantũ ſumpto niſi ab Hetruſcis ſuperatis. Sed de hoc ſupra latius dictũ eſt ex auctoritate Macrobij. ¶ Si natura negat:tam multis inq̃t: tamqꝫ uarijs contaminata eſt ciuitas uitijs,ut ſi a natura negatum ſit carmen ad ea exagitanda:ipſa tamẽ animi indignatio carminis faciendi rationẽ ſubminiſtret. bene aũt ait: Si natura negat. Nam ex ſentẽtia Democriti poetica natura magis q̃ arte cõſtat. In qua perſuaſione eſt & Cicero pro Archia. ubi ait: Cæterarum rerum ſtudia & doctrina & præceptus & arte conſtare:poetam natura ipſa ualere:& mentis uiribus excitari:& quaſi diuino quodam ſpiritu inflammari. Eſt autem ſententia generalis: quam tamen ſibi accommodat:ut dicat ipſam indignationem poſſe uel facile unicuiqꝫ etiã rudi uerſum ſubminiſtrare poſſe. ¶ Qualemcunqꝫ poteſt: ſcilicet facere etiam ſi nõ ſit decora elegantia. ¶ Quales ego,uel Cluuienus: ſenſus eſt & ordo: Indignatio facit uerſum qualemcunqꝫ poteſt, & talem qualem ego facio,uel Cluulenus facit. Satyrice autem meritũ ſuum ſe nominando extenuat:ut licentius Cluuienum notet:ut malũ poetam ſui tẽporis. Solent.n.poetæ breuiter & urbaniter ꝑ trãſitũ hoies notare.ut alibi Laufeiam,ut mulierẽ bibacem, ebrioſam notat. Quantũ Laufeia bibebat. Horatius Damalim: Nõ multi Damalis meri Baſſum Threicia uincat amyſthide.

¶ C V M.i.quia ita eſt ꝙ ſignator.i.ſigilli impreſſor.falſo.i. ꝑ falſitatem & dolos imprimens ubi non deberet.quæ fecerat ſe lautũ .i.mundũ & ſplendidũ.& beatum.i.bene habentem & diuitem. & ſecundum opi.uulgi felicem exiguis.i.modicis tabulis ſupp.teſtamẽtarijs. & gemma.i.ſigillo inſculpto.in gemma uda .i. madefacta ſaliua ne cera adhæreat.i.qui factus eſt diues ex hoc ꝙ ſigillo ſuo ſignauit falſa teſtamenta uel aliorum teſtamẽta uſurpauit ſibi: ut Regulus ſecundũ Plin. cum ergo talis falſarius olim pauper & abiectus.feratur.i.portetur iam ſexta ceruice.i. hexaphoro: ſcilicet lectica:quam ſex ferebant.patens.i.apertus. ut uideatur ad iactantiam.hinc atqꝫ inde.i.utrinqꝫ ſiue ab utraqꝫ parte:ac pro & cathedra eius exiſtente ſup.pene.i.quaſi.nuda.i.diſcooperta & oĩbus conſpicua.referens.i.repreſentans multũ de Mecœnate equite illo amico Virgilij & Horatij:cæterorũqꝫ poetaꝝ bonorum. ſupino.i. molli:& ſibi indulgenti.Sic enim Mancinellus & calderinus pertinaciter aſſeuerant:Valla cõtra,dicit.n.ſupino.i.ſuperbo, ſiue erecto &c. Si uacat audire ſententiam noſtrã:Pronus & ſupinus contrario modo ſe habent.nã pronus eſt:cui facies in terram ĩcumbit: unde Ouid.Pronaqꝫ cũ ſpectant animalia cætera terras. Supinus autem cui os ſublime & ita erecta eſt ceruix:quod apud Hieronymum ſignum eſt ſuperbiæ. Quod autem Calderinus dicit ſupinũ non legi pro elato aut ſuperbo:ne apud Perſium quidem dicentẽ: Italo ꝙ honore ſupinus::cum ibi pro molli capiatur: longe (quod eum uenia eius dico)oberrat.nam cui nõ uero ſimilius uidebitur quemq̃ honore habito potius ſuperbũ & elatũ effici:cum id natura uocabuli exigat potiſſimum q̃ mollem. Quod uero auctoritate Seneca Mancinellus aſſerit Mecœnate ſolius molliciei argutum eſſe:& nuſq̃ de ſuperbia notatum:fatemur quidem ipſum pro modeſtia laudatum ab Horatio cum neminem faſtidiret: tamen eundem inceſſum: eundemqꝫ habitum pompoſum: quem Mecœnas per molliciem habuit: potuit Regulus aut quiuis alius ex humili fortuna ad diuitias ingentes euectus,ad ſummam ſuperbiam habere & ideo dixit referens multum de Mecœnate ſupino.ideſt recta ceruice:& luxurioſo habitu incendente:quia conſimilem retulit habitum, & ſimilem erectionem ceruicis:ſignum maximæ ſuperbiæ in homine humili loco nato:quod in his qui ſunt regali proſapia geniti tolerabilius eſt:qualis fuit Mecœnas: unde in principio carminum Horatij: Mecœnas atauis edite regibus. Sed procedendum eſt mihi. Occurrit ſupple cogitationi meæ matrona.i.mulier matrimonio data.potens.i. ualde diues & per diuitias plurimum ualens,quæ porrectura.i.talis quæ debeat porrigere eo ꝙ diues uel porrectura: quando eſt porrectura:quale illud molle & ſuaue. miſcet, ideſt commiſcet ipſum. rubeta. ideſt. ueneno rubente.& hoc uiro ſitiente.ideſt,dum uidet uirum ſitire. Sitiens.n. auide & ſine diſquiſitione bibit: & ita uenefica mulier captat opportunitatem,ne deprehendatur:& ne fruſtra conetur. Eſt autem ſic melior conſtructio,q̃ dicendo ſitiente pro ſitienti: ablatiuum ꝓ datiuo poni. Sunt enim ablatiui in deſignatione ſequelæ poſiti. poſſet forte uiro bis conſtrui.ſemel cum porrectura in datiuo: & ſemel cum ſitiente:& id abſolute in ablatiuo. qꝫ pro &. & quædam melior Locuſta.i.quædam uenefica peritior q̃ illa prior Locuſta quæ erat tempore Neronis. inſtituit. ideſt per inſtitutiones ſuas edocuit propinquas.ideſt uicinas ſuas. rudis uel rudes,ideſt imperitas & ignaras ueneficij.efferre,ideſt facere exportare per famam & populum, ideſt fama id notificante & populo patiente hoc eſt manifeſte & impune.maritos nigros.ideſt,a ſe ueneno infectos & luridos effectos.Eſt autem Locuſta nominatiui caſus:ut docet ultima ſyllaba quæ bræuis eſt.Non eſt ergo ordo melior .i. peritior mulier Locuſta,ideſt q̃ fuerat Locuſta melior.ideſt quædam uenefica peritior,q̃ illa prior.Per excellentiam enim poteſt Locuſta pro uenefica poni.ſicut Hector pro uiro forti apud Ouidium dicẽtem: Illic & multos Hectoras eſſe putat.Melior autem bonitate artis non morum,ideſt peritior. Quod autem non ſit dictum per endiadema per famam & populum, ideſt per infamiam populi: ſed ſicut dixi:per famam & populum.ideſt.populo ſciente & non clamante. immo quodam modo aſſentiente, patet per ſequentia.

ASCEN

Eſt enim

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor
Nauigio montem ascendit, sortesq; poposcit,
Paulatimq; anima caluerunt mollia saxa,
Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas..
Quicquid agūt homines, uotū, timor, ira, uoluptas,
Gaudia, discursus, nostri farrago libelli est.
Et quando uberior uitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando
Hos animos? neq; enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca.
Prælia quanta illic dispensatore uidebis
Armigero. simplex ne furor sestertia centum
Perdere? & horrenti tunicam non reddere seruo?

Est enim ac si dicat quis: Qui potest fieri ut populus sciat: & non petat uindictam. & respondeat poeta. tantum abest ut malefici modo puniantur: ut etiam honoribus accumulentur. Vnde infert. Aude .i. audacter effice. aliquid: idest aliquod facinus. dignum in malam partem capitur. breuibus Gyaris: id est exilio in Gyaron: quod est grauissimum. Vel potius distingue, ut tria dicat: Primo dignum breuibus: idest exilio: uel deprehensione ad breuia: idest maria uadosa & scopulis, arenisque plene: unde difficillimus est exitus. De quibus Virgilius in primo Aenidos. In breuia, & Syrtes urget miserabile uisu. Secūdo dignum Gyaris: idest exilio non unius illius insulæ ad quam noxij delegabantur: sed plurium. sicut Horatius: Si tribus anticiris & cæ. moris enim est indignātes unam rem in plures efferre. Tertio & dignum carcere: idest ī carceratione perpetua. si uis esse aliquid: idest haberi in aliquo pretio: uel esse aliquid: idest effici magnæ reputationis. Nam aliquid aliquando magnum quid significat. sicut alibi: Est aliquid sese unius dominū fecisse lacertæ. Et apud Persium satyra secunda: Sese aliquem credens Italo quod honore supinus Fregerit Heminas. Sunt qui legant aliquis: quod idem est. Probitas: idest uir probus laudat: quia (ut dicit Valerius maximus libro quarto) magno ubiq; prætio uirtus æstimatur. Virtus enim est tam pulchra: ut etiam a malis laudetur. usq; adeo ut Persius pro summa pœna malis fieri exoptet uirtutem: ut uideant, intabescantq; relicta. Probitas ergo: idest uir probus: laudatur etiam ab improbis. & alget: idest frigore conficitur. nemo enim uel trita lacerna uirum bonum donauerit. Sciunt enim multi quid agere debeant: & ita laudant bonos: sed agere nolunt. Vnde dicit Ouidius Laudamus ueteres: sed nostris utimur annis. Ipsi autem diuites debent criminibus suis: utpote per quæ eas acquisiuerunt: uel debent criminibus: id est criminosis hominibus: quibus obnoxij sunt propter scelera. quæ per ipsos perpetrarunt: uel quorum complices sunt. debent inquam hortos uoluptatis: scilicet causa: arboribus consitos. Prætoria: idest prætoribus digna ædificia: aut forte prætiosa sedilia in hortis constructa: & mensas ex pretiosissimo ligno: aut forte ex marmore. & argentum uetus: id est ueteris cælaturæ. uel a uetere & laudato artifice sculptum. uel reuera uetus: quia argentum quo ueterius, eo melius. & caprum: idest signum capri stantem extra pocula: idest eminentem uel signum eminens in exteriori parte poculi: quod inaurari solet: ut tangit Mancinellus: quem patitur & cætera. Affert alias causas indignationis suæ: ex quibus infert difficile esse Satyram non scribere dicens. Quem corruptor auaræ nurus: idest qui cohortatur eam ut sinat se uiolari. & quæ facile assentitur: quia auara. patitur dormire: id est non solicitum esse de Satyra scribenda. & quem sponsæ turpes: idest infames & adulteræ: uel reuera masculi: qui nubebant uiris: ut sponsæ. patiuntur supple dormire. & quem adulter prætextatus: idest puer nobilis adhuc imberbis. qui uestitur scilicet prætexta: patitur dormire? quasi dicat neminem. quia si natura negat uersum: idest si quis non est omnino natus ad carmen: tamen indignatio de tot sceleribus facit uersum: si non elegantem: qualemcunq; potest: talem supple quales uersus ego supple facio. uel Cluuienus minus eruditus poeta ille facit. Credo iam omnia etiam mediocri ingenio fretis constare: sed quia imbecillioribus hanc operam narro: repetam pauca. Cæras capaces dicit: quia in tabulis cæratis antiquitus scribebant potissimum carmina componentes: ut delere possent. Quadriuium est locus publicus: quo quatuor uiæ concurrunt. eo autem populus conuenire consueuit publica carmina auditurus quæ uulgares poetæ composuerant. Vnde in Bucolicis: Num tu in triuijs indocte solebas Stridenti miserum stipula disperdere carmen. Gemma uada: idest madefacta ne cæra adhæreat. Nobiles enim & prædiuites sigillum, siue (quod uulgo dicunt) signetum: in gemmis insculpi fecerant. Corruptor nutus: uidelicet socer. Causa uero ob quam nurū suū corrumpi uelit: non est auaritia: quia tunc diceret corruptor auarus:

Iri-

sed longe turpior, quam Calderinus sic recitat: Vxores a uiris coactæ pueros molles in adulteria alliciebant: ut ijs deprehensis uiri abuterentur. unde Martialis ad Gallum: Subdola famosæ moneo fuge retia mœchæ: Leuior o conchis Galle cytheriacis. Idem alibi: Vxorem nolo Thelesinam ducere: quare? Mœcha est: sed pueros dat Thelesina uolo. Eadem de causa dixit & prætextatus adulter. Nec uacat quod dicit: Nurus auaræ: quia cum uxor sit iam prouecta: facilius nurus: id est uxor filij pueros allicit. Nec alliceret tamen: cum non sit filia: sed nurus: unde non posset honeste cogi: nisi esset auara. Turpes sponsæ: idest masculi. Nam si meretrix nubat, non ob id erit turpis: idest inhonesta sponsa: quia honestior est quam prius. Per transitum autem tangit more satyrico ineptitudinem Cluuieni in carmine. Quod autem mutauit numerum dicens: Quales ego: metrum fecit uel respexit ad pluralitatem: subauditur autem uersus: quia qualis quantus & cætera. uolunt conformari cum sequenti. Addamus ad ea quæ Mancinellus dicit ibi: Si natura negat: quod poeta uidetur imitari Virgilium in Bucolicis dicentem: O mihi tam longe maneat pars ultima uitæ Spiritus: & quantum sat erit tua dicere facta. Non me carminibus uincet: nec Thracius Orpheus: Nec Linus: huic mater: quamuis atque huic pater assit & cætera. In quibus Virgilius non præfert se Orpheo. Lino: & Pani: sed dicit se tam uberem habiturum materiam: ut pulchritudine eius fretus non possit ab illis uinci. Sic etiam Iuuenalis non dicit sibi negatum a natura carmen: sed quamuis esset negatum: dicit se posse uersum conficere ex indignatione tot scelerum: & ex hubertate materiæ. unde subdit quæ sequuntur.

IOAN. BRIT.

¶ EX quo Deucalion: sensus est & ordo: Quæcunque uitiorum genera ualuerunt inter mortales: ex quo genus humanum instauratum est a tempore Deucalionis: uotum: scilicet iro: timor: & cæteri affectus: sunt farrago & materia nostri libelli. Pollicetur se de omni genere uitiorum esse dicturum: quæ inter mortales uiguerunt: usq; a temporibus Deucalionis. ¶ Deucalion ascendit montem: nota est fabula carmine Ouidij. Temporibus enim Deucalionis & Pyrrhæ eius uxoris diluuium fuit: quo uniuersus orbis submersus est. Deucalion uero solus cum Pyrrha in cacumen montis Parnasi fugiens illic tamdiu fuit: quoad æquor desedit. Mox cessante diluuio in planum descendentes: oraculum Themidis de instauratione humani generis consuluerūt: acceperuntq; ossa matris post terga iacienda: sic enim posse genus humanū recuperari. Cum igitur diu anxij fuissent ubi nā possent ossa matris inuenire. Demū intellexit Deucalion terram matrem esse omnium rerum: lapides uero ossa terræ dici. Itaque cum ab utrisque lapides iacti essent post terga: qui a uiro iacti sunt in uiros: qui a mulier in fœminas conuersi sunt. Sicq; humanum genus est reparatum. Veritas uero alia est. Nam (ut scribit Iustinus libro undecimo) Amphiteonis Athenarum regis temporibus aquarum illuuies maiorem Græciæ partem absumpsit: superfuere quos refugia montium cœperunt. aut ad regem Thessaliæ Deucalionem ratibus euecti sunt: a quo propterea genus humanum conditum dicitur. ¶ Montem: Parnasum. ¶ Nimbis tollentibus: imbribus æquor augentibus. Nimbi sunt proprie imbres repentini, præcipites, & improuisi. Pluuiæ uero sunt iuges. ¶ Sortes: oracula Themidis. ¶ Caluerunt anima: secundum eos locutus est: qui igneam animam esse dixerūt. ¶ Quicquid agunt homines: omnes inquit animi affectus quibus hominum mentes perturbantur. & sic a ratione discedunt: sunt farrago & argumentum operis nostri. ¶ Votum: desiderium, & appetitio alicuius boni. Poeta alibi: Quid tam dextro pede concipis: ut te Conatus non pœniteat uotique peracti. ¶ Timor: opinio magni mali impendentis. ¶ Ira ex philosophis quidam (ut scribit Seneca in primo de ira) dixerunt iram breuem insaniam esse, unde Horatius: Ira breuis furor est. Alij uero (ut scribit Cicero in Tusculanis) Iram libidinem esse ulciscendi eius: qui uideatur fecisse iniuriam. Seneca in secundo de Ira ita diffinit: Ira est concitatio animi ad ul-

Deucalionis & Pyrrhæ fabula

Veritas fabulę Deucalionis

Nimbus

Pluuia

Votum

Timor

Ira

Volu= ptas
tionem uoluntatis iudicio pergentis. ¶ Voluptas: duplicem ſcimus
eſſe uoluptatem: & honeſtam, & inhoneſtam. Honeſtam: cum illam
ponimus ad demonſtrandam animi hilarem affectionem. ut ſi di=
camus: Ex lectione Plinij nõ ſolũ fructũ: ſed & mirificam cœpi uo=
luptatem. Inhoneſtam: cum ex turpi aliqua re dicimus nos uo=
Gaudiũ
luptatem ſummam cepiſſe. ¶ Gaudia: ſcribit Seneca ad Lucilium:
Gaudium niſi ſapienti non contingere. eſt enim (ut inquit) animi
elatio ſuis bonis, uiribuſque fidentis. uulgo tamen ſic loquimur: ut
dicamus magnum gaudium nos ex illius conſulatu: aut ex nuptijs
aut ex partu uxoris percepiſſe: quæ adeo non ſunt gaudia: ut ſæ=
pe initia futuræ triſtitiæ ſint. gaudio autem iunctum eſt non deſi=
nere: nec in contrarium uerti. Itaque cum dicit Virgilius: Et ma=
la mentis gaudia. diſerte quidem dicit: ſed parum proprie. Nullum
enim malum gaudium eſt: uoluptatibus hoc nomen impoſuit. &
quod uoluit expreſſit. Cicero in quarto Tuſculanarum appellat
gaudium: cum animus ratione mouetur, placide atque conſtan=
ter. Cum autem inaniter & effuſe animus exultat: tum illa lætitia
geſtiens: uel nimia dici poteſt: quam Stoici ita diffiniunt ſine ratio
ne animi elationem. ¶ Diſcurſus: animi noſtri uagationes: quibus
ad uarias rapimur cupiditates. Nam hominum mentes rationis
oblitæ tranſuerſę feruntur: quæ plerunque magis nocent, quam
proſunt. poteſt etiam in rebus honeſtis diſcurſus exiſtere. Diſcur=
ſus ergo ad animum: non ad corpus referas, ut ſit: Ipſi affectus &
perturbationes animi: quibus quaſi quibuſdam furijs mens homi
nis nunc huc: nunc illuc agitatur. poteſt etiam referri ad labores
matutinos ſalutandi potentiores. per uerbum enim diſcurrendo
ſalutandi officium peragebant. Martialis libro ſeptimo: Diſcur=
Aue
ſus uarios: uagumque mane: & faſtus & aue potentiorum. Idem
alibi: Et matutinum portat ineptus aue. Seneca in libro de Tran=
quillitate ſic ſcribit: Circuncidenda eſt conuerſatio qualis eſt ma=
gnæ parti hominum domos, & theatra, & fora pererrantium. un=
de ſequitur: Sportula: deinde forum: iuriſque peritus Apollo: At
Farrago
que triumphales. ſed prior ſententia magis placet. ¶ Farrago: ma=
teria & argumentum. metaphoricos autem dictum. Nam Farra=
go proprie eſt id quod ex pluribus ſatis pabuli cauſa datur iumen
tis. dicta ſecundum Varronem quod primum in ferracea ſegete
ſeri cœpta: aut quod ferro cæſa ſit. ¶ Libelli noſtri: operis noſtri.
¶ Et quando uberior: ſubaudi fuit, quam nunc & ætate noſtra: ac
ſi dicat nunquam fuere plura uitia ad reprehendendum. ¶ Vitio=
rum: ideſt animi prauitatum. ¶ Maior ſinus: metaphora ſumpta a
nauigantibus: quorum uela quanto maiorem explicant ſinum: tan
to maiorem uim uentorum excipiunt. ¶ Alea quando. ſubaudi ma
gis uexauit, uel habuit, uel aliquid tale. In alea ſunt Talus, Teſ=
ſera, Alueolus, & omnia id genus: quæ in uarietate fortunæ con=
ſiſtant. Eſt enim alea ipſe caſus, ſiue euentus ludi. Plautus in Cur=
culione: Talos poſcit ſibi in manum: prouocat me in aleam, ut ego
ludam. Ouidius de nuce: Quatuor in nucibus non amplius alea
tota eſt. Martialis: Alea parua nuces: & non damnoſa uidetur. un=
de & Alea aliquando pro fortuna & euentu ponitur. Liuius: Nec
tam celebrem aleam uniuerſi certaminis timens. ſic etiam illud Pli=
nianum de Cicerone: Extra omnem aleam ingenij poſitus: ideſt ex
tra omnem ſortem & euentum ingenij: ut non poſſit euenire: ut
quiſquam ſit Cicerone præſtantior. ut ſi metaphora ab alea: ideſt
ludis: qui omnes ſunt in fortuna & caſu. Apuleius in quarto Me=
taphora. Ancipitis Machinæ ſubijt aleam: id eſt fortunam & du=
bium euentum: ¶ Neque enim loculis: tanto inquit ſtudio aleæ te=
nentur: ut in ludum deſcendant: non cum modica pecunia: ſed to=
Loculi
ta arca. Loculi enim capſulæ ſunt: & receptacula nummorum &
annulorum: & id genus prætioſarum rerum. Alibi: Gemmaque
princeps Sardonycos, loculis quæ cuſtoditur eburnis. Horatius
in ſermo. Vt hæres iam circum loculos, & claues lætusque, ouanſ=
que curreret. Apuleius in quarto Metamorphoſios: Iubet decem,
aureos (ut ipſe habebat) ex loculis annumerari. Fiebant ex ebore
& ligno. Martialis: Hoc niſi de flaua loculos implere moneta Non
decet: argentum uilia ligna ferant. Ii autem, ut modici, in arca con
tinebantur. Loculis etiam alia ſeruari legimus. ut illud apud Pli=
nium in ſeptimo: Pollicem Pyrrhi in dextro pede cum reliquo cor
pore cremari non potuiſſe tradunt. Conditumque loculo in tem=
plo. Loculo etiam efferri mortuos docet Diuus Lucas in euange=
lio: Noli flere, & acceſſit & tetigit loculum: ideſt ipſum pheretrum.
¶ Caſum tabulæ ad dubium ludi euentum. nam huiuſmodi ludi,
fortunæ, & caſu (ut diximus) ſunt ſubiecti. Caſum autem a
cadendo dicimus: quod omnis caſus poſitus ſit in fortuna. nam
in tabulam iacti tali caſu efficiunt: aut Venerem: aut Canicu=
lam: aut aliud punctum: ſicque cadere dicitur punctum, quod
fortuitu non induſtria uenit. unde Terentius in Adelphis: Qua=
ſi cum ludas teſſeris: ſi illud maxime quod eſt opus: iactu non
cadit. illud quod cadit forte: id arte, ut corrigis: ideſt quod euenit.
Cicero libro primo de diuinatione: Quatuor tali iacti caſu Vene=
rem efficitur: non etiam centum Veneris: ſi quadraginta talos ie=
ceris caſu futuros putas? Idem alibi: Dixi multa de caſu ut uene=
reum eſt. ¶ Tabulæ: luſoriæ ſcilicet in qua iaciuntur tali fritillo. alio
uocabulo ipſam tabulam alueolum appellamus. ¶ Prælia quanta:
an rixas & altercationes: quæ ſæpe inter colluſores oriuntur. Vn=
de eſt illud apud Tranquillum in Auguſto: Nos mi Tiberi quin=
quatrijs ſatis iucunde egimus. Luſimus enim per omnes dies fo=
rumque aleatorium calefecimus. frater tuus magnis clamoribus
rem geſſit. Ouidius item in tertio de arte amandi loquens de ludis:
Ira ſubit deforme malum: lucetque cupido: Iurgiaque & rixæ, ſo=
licituſque dolor. Crimina dicuntur, reſonat clamoribus æther: In=
uocat iratos & ſibi quiſque Deos. An aſſiduum ludentium certa=
men: quemadmodum Virgilius nocturnos concubitus prælia uo
cauit. ¶ Diſpenſatore armigero exiſtente illic armigero: hoc eſt ſer=
uo armigero: qui officium præſtat diſpenſatoris domino ludenti.
Nam armigeri ſerui erant: qui dominum ſuum ſequentes, ſcutum　Armi= ger
reliquaque arma gerebant. Plautus in Caſſina: Potius quam illic
ſeruo des armigero nihili atque improbo. Et paulo poſt eundem
ſcutigerulum appellat ſic: Qui (malum) homini ſcutigerulo dari
iubet. Tranquillus in Auguſto: Germanorum manum uſque ad
cladem Marianam inter armigeros circa ſe habuerat. Ait nunc
poeta eum fungi officio diſpenſatoris: utpote qui ludenti domino
nummos ſubminiſtret. Nam diſpenſator e ſeruis elegebatur, qui　Diſpe ſator
æs diſpenſabat, curamque habebat uniuerſæ rei domeſticæ. de
quo illic ſenſit Iuuenalis: Et qui diſpenſet frangit ſibi: eum græci
Oeconomon appellant. unde ab ære diſpenſando dictus eſt. Nam
pecunia pendebatur. unde & Stipendium æs quod dabatur mili=　Stipen dium
tibus dictum: quod ſtipem pendebant. & ſic Diſpendium: quod
in diſpendendo ſolet minus fieri, damnum ſignificat. Contra com　Diſpen dium
pendium eſt lucrum. unde Diſpendioſus damnoſum: Compendio=　Cõpen dium
ſus lucroſum ſignificat. ¶ Simplex ne furor? an non inquit ille cen=
ſendus eſt extra omnes rationis terminos: qui centum ſuſtinet ſe=
ſtertia ludo Aleæ perdere: & ſeruum frigentem negligit nec ueſtit?
¶ Seſtertia: Seſtertium primum fuit quarta pars denarij: quo tempo
re quindecim decuſſes is ualebat: hoc eſt decem aſſes. fit autem a ſe
mis & tertium: eo quod contineat in ſe aſſes duos & dimidium ter=
tij. dicimus etiam genere maſculino ſeſtertios. ¶ Horrenti: frigenti.
Perſius: ſcis comitem horridulum trita donare lacerna.
¶ EX quo Deucalion & cætera. Oſtendit quam facile ſit Saty=
ram ſcribere præſertim temporibus ſuis: quia uberrimam farragi=
nem: ideſt materiam ex multis & diuerſis uitijs accumulatam, quę
Satyræ debetur, nunc quilibet habere poteſt. Nam Satyricus po=
teſt taxare omnia uitia a diluuio Deucalionis uſque ad tempora
ſua: & ita ſi nulla uitia nunc committerẽtur: non deeſſent argumen
ta Satyræ. & inſuper tanta nunc eſt inquit copia uitiorum. ut ma=
ior neque unquam fuerit: neque futura ſit. Ordo eſt: Votum: ideſt
deſiderium boni futuri. Timor: ideſt metus de malo futuro. Ira: de
iniuria illata. Voluptas: de delectabili præſenti. Gaudia, diſcurſus:
ideſt quæuis aliæ commutationes & perturbationes animorum:
immo quicquid homines agũt ex eo tempore: quo Deucalion aſcẽ
dit nauigio montem Parnaſum. & hoc nimbis: ideſt aquis & uen=
tis tollentibus: ideſt eleuantibus. æquor: ideſt mare prius æquum.
& popoſcit: ideſt exquiſiuit a Dea Themide. ſortes: ideſt reſponſa
quomodo reparare poſſet genus humanum. ꝗ pro &. & ſaxa mol
lia: ideſt mollificata, & in carnem uerſa, caluerunt: ideſt callida: hoc
eſt uiuentia facta ſunt. paulatim anima: ideſt ſpiritu uitali. Et pyr=
rha coniux Deucalionis oſtẽdit maribus: ideſt maſculis natis ex la
pidibus proiectis ab ipſo Deucalione. puellas: id eſt fœminas nu=
das & productas ex lapidibus a ſe iactis: tota inquam illud eſt far=
rago: id eſt accumulata & undique congeſta materia libelli noſtri:
id eſt compoſitionis modicæ cuiuslibet Satyrici. Non enim de ſe
tantum loquitur: ſed de quocunqꝫ Satyrico. Vtitur autem diminu=
tiuo aut pro primitiuo: aut quia reſpexit: quod Satyrici in una re
non perſtent: ſed de uitio in uitium ſaliant more Satyrorum. Et cũ
ita ſit: de quocunque uitio ſcribere poſſumus: quando ſupple fuit:
uel ab eo quod ſequitur: quando patuit uberior: ideſt maior copia
uitiorum, quam ſupple? quaſi dicat, nunquam. Et quando ſinus:
ideſt

Quis totidem erexit uillas? quis fercula ſeptem
Secreto cœnauit auus? nunc ſportula primo
Limine parua ſedet, turbæ rapienda togatæ.
Ille tamen faciem prius inſpicit, & trepidat, ne
Suppoſitus uenias, ac falſo nomine poſcas.
Agnitus accipies, iubet a præcone uocari
Ipſos Troiugenas. nam vexant limen & ipſi
Nobiſcum: da prætori, da deinde tribuno.
Sed libertinus prior eſt, prior inquit ego ſum.
Cur timeam, dubitem ue locum defendere? quis
Natus ad Euphratem, molles quod in aure feneſtræ
Arguerint, licet ipſe negem, ſed quinq; tabernæ
Quadringenta parant. quid confert purpura maius
Optandum, ſi Laurenti cuſtodit in agro
Conductas Coruinus oues? ego poſſideo plus
Pallante, & Licinis, expectent ergo tribuni.
Vincant diuitiæ, ſacro nec cedat honori
Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.
Quandoquidem inter nos ſanctiſſima deuitiarum
Maieſtas, & ſi funeſta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nūmorum ereximus aras,
Vt colitur Pax, atq; Fides, Victoria, Virtus,
Quæq; ſalutato crepitat Concordia nido.
Sed cum ſummus honor finito computet anno,
Sportula quid referat, quantum rationibus addat,
Quid faciet comites, qbus hinc toga, calceus hic eſt,
Et panis, fumuſq; domi? denſiſſima centum
Quadrantes lectica petit, ſequiturq; maritum
Languida, vel prægnans, & circunducitur uxor.
Hic petit abſenti nota iam callidus arte
Oſtendens vacuam, & clauſam pro coniuge ſellam.
Galla mea eſt inquit, citius dimitte, moraris?
Profer Galla caput. noli vexare, quieſcit.

ideſt receptaculum auaritiæ: patuit maior: id eſt extenſior, quam nunc? quaſi dicat nunquam: Et quando alea: ideſt ludus aleæ: patuit maior quam nunc? Neque enim itur: ideſt iam uulgo progreditur ad caſum tabulę: ideſt ad ludum fortuitum in tabula: ubi alea uel talo luditur. & hoc loculis: ideſt crumena: & (ut dicunt) burſa comitantibus: ideſt inſequentibus. hos: ideſt huiuſmodi tam auaros animos: ſed luditur ſcilicet a pleriſque area poſita: ideſt depoſita ad ludum. Quanta: ideſt quam magna: quaſi dicat maxima prælia: ideſt maximas rixas & concertationes. uidebis: ideſt quilibet qui illic erit uidere poterit. Ponitur enim ſecunda perſona pro quauis: & indicatiuus pro optatiuo: aut ſubiunctiuo: hoc eſt uidebis: pro quiuis uideat: ideſt in illo ludo ſupple cum diſpenſatore armigero: ideſt qui gerit arma domini ſui: uel diſpēſatore exiſtente armigero & dicente. Eſt ne ſimplex: ideſt modicus furor? quaſi dicat minime immo multipliciſſimus furor eſt te perdere in ludo aleæ centum ſeſtertia: ideſt cēties duas libras & ſemis. Seſtertius enim uel ſeſtertium eſt nummus: qui olim erat dipondius: id eſt duorum pondo uel duarum librarum & ſemis. Conſuetudo enim Romanorum ſicut & aliorum quorundam adhuc eſt: erat ſemis præponere: & ſignificabat dimidium deeſſe ei quod ſequebatur ut ſemiſtertius: & per ſyncopam ſeſtertius. Et non reddere: ideſt non dare accipiendo compoſitum pro ſimplice. uel non reddere: ideſt nō reſtituere: eo quod tunicam ſuam domino præſtiterit ſeruus amiſſa tunica ſua. Vel non reddere: id eſt perſoluere quam promiſiſti: & debes mihi ſeruo tuo horrenti: ideſt frigore contrementi. tunicam: ideſt interiorem ueſtem: qua carere non poſſum. Vel legamus generaliter: Eſt ne ſimplex furor quemuis dominum perdere centum ſeſtertia: & non reddere ſeruo horrenti tunicam? quaſi dicat minime ſimplex eſt: immo quam maxime multiplex. & intelligitur: Id tamen mihi facis. Horrere eſt aut ſubito timere: aut frigore quodam modo tremere. unde Perſius: Scis comitem horridulum tria donare lacerna. Repetamus nunc pro imbecillioribus pauca uocabula. Ex quo: ideſt poſtquam uel poſt quod ſupple tempus: ſicut dicimus ex illo: ideſt poſt illud ſup. tempus. & ex meridie fit ueſpera: ideſt poſt meridiem. Non enim dicit circunſtantiam cauſæ materialis. Nimbi: nimbi enim uidentur nubes uentis permixtæ in aere ſicut procella in aquis: & ita pro utriſque accipitur. Æquor dicitur ab æqualitate: & ita etiā terra ęqua: ideſt plana & non aſpera Æquor a Virgilio appellatur. ergo erat æquor priuſquam nimbi tollerent: ideſt eleuarent. Nam tollere etiam educare ſignificat. ut in Terentio: Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere. Sortes etenim in hac ſignificatione ſingulari caret. & eſt genus diuinationis: ſed hic accipitur id quod præceſſit pro eo quod ſecutum eſt. Nam Themis ex ſortibus reſponſa dedit: & ea popoſcit Deucalion. Paulatimq; anima: quidam animis: quidam uero animas legunt. Sed repperi in bonis codicibus anima. Caluerunt: & uenit caluerunt a caleſco caleſcis: quod eſt frequentatiuum. & non a caleo cales. ut docet ſignificatio. Laurentius Valla: autem ne quid erres: docet in ſco non carere præteritis: ſed ea uſurpare a perfectis ſui primitiui: ſalua ſignificatione ipſum in ſco: quæ non eſt connotare inchoationem ſecundum eum: ſed paſſionem intrinſecus prouenientem. Caluerunt ergo: ideſt intrinſecus: id eſt a uirtute intrinſeca calida facta ſunt. utpote anima: ideſt per animam. ſaxa mollia: ideſt iam mollificata & quaſi in carnem uerſa. Et maribus ex Deucalionis lapidibus formatis. per quod innuit: quod etiam ſacra ſcriptura atteſtatur: uirilem ſexum ante fœmininum productum eſſe: & fœmininum in adiutorium & ſolatiū maſculini datum. & ideo oſtendit maribus puellas: nudas autem quia iam recenter productas.

Verba in
co

Nudum. Nudum eſt quod nunquā tegitur: nondum autem erant tectæ.

Nudatū. Nudatum uero quod cooperitur: unde facies dicitur nuda & caput nudatum.

Alea. Alea aliquādo accipitur pro dubio euētu. Vt hic extra aleam belli aut inuidiæ: ideſt extra periculum conſtitutus. Bene dicit itur per uerbum imperſonale: quod (ut docet Seruius) generalitatem importat: quaſi dicat ab omnibus fere. Armiger non eſt uir belliger: qui in armis bella gerit: ſed miniſter eius qui ubi pugnādū non eſt: gerit arma quædam ut haſtam & galeam: & omnia ſimilia arma: quæ hominibus conueniunt ad ſe protegendum: & corpus ſuum ab hoſtibus defendendum. Luſuri autem curabāt adeſſe armigerum ne a perdentibus obruerentur.

IOAN. BRIT.

¶ QVIS totidem erexit uillas: nimium & multijugum in extruendis uillis luxum notat. nam non una contenti uilla plures extruebant: marmoribuſq; adornabāt.

Villa. Villa proprie eſt ædificium erectum ruri. Plinius Neque fundus uillam quærat: neq; uilla fundum. ¶ Quis fercula ſeptem: in luxum ciborum & lauticiam priuatam inſurgit. Sic Seneca: Deinde ad cœnas lauticia transfertur. & illic commendatio ex nouitate: & ſola ordinis commutatione captatur. Eſt ergo ſenſus & ordo: Quis auus fuit: ideſt quis ex antiquis, tam luxurioſus: uel in cibis: uel ædificijs: ut nunc pene omnes ſunt? ex frugalitate igitur & ſimplicitate antiquorum damnat luxuriam, & ciborum, & ædificiorum ſui temporis. Nam frugalitas antiquis fuit (auctore Valerio) quaſi quædam mater bonæ ualetudinis: inimica luxurioſis epulis: & aliena nimiæ uini abundantiæ: & ab omni immoderato Veneris uſu auerſa.

Fercula. ¶ Septem fercula: ideſt ſeptem iura. Dicitur autem ferculum a ferendo, Priſciano teſte libro quarto. per quod uas ipſum epularum proprie intelligitur. hic uero iura accipimus. ¶ Cœnauit ſecreto? non conqueritur quod in propatulo non cœnent: quod ab antiquis factitatum eſt: qui mos temporibus Iuuenalis: & multo ante deſiuerat: ſed quod itra priuatas ędes multijugæ, luxurioſæque, & lautæ parentur cœnæ. Secręto ergo: ideſt in domo priuata. Eſt autem Iuuenalis ſenſus: Quod quamuis antiqui illi luxuriarentur: nullus attamen fercula ſeptem cœnabat uti ſuo ſeculo agebatur. Valerius item libro ſecundo ait: Quod maximis uiris prandere & cœnare in propatulo uerecundiæ non erat: nec ſane ullas epulas habebant: quas populi oculis ſubijcere erubeſcerent. ¶ Septem fercula: uaria & diuerſa ciborum genera. numerum poſuit finitum pro infinito. Commendatur Auguſtus a Tranquillo quod cœnam ternis ferculis: aut cum abundantiſſimè ſenis præberet. Appellatione autem ferculorum intelligimus epulas generali uocabulo. Horatius: Multaque de magna ſupereſſent fercula cœna. Seneca deteſtans luxum ſui temporis:

Hodie utrum tandem ſapientiorem putas: qui uerſatilia cœnationum laquearia ita coagmentant: ut ſubinde alia facies: atq; alia ſuccedat. & toties tecta quoties fercula mutentur: hoc eſt epulæ. Fercula etiam appellantur quæcunque feruntur in pompa triumphorum ludis, & ſacris. unde Cicero in Officijs: Cauendum eſt: ne tarditatibus utamur in greſſu mollioribus: ut ſimiles pomparum ferculis eſſe uideamur. Tranquillus in Cæſare: Pontico triumpho inter pompæ fercula trium uerborum prætulit titulum, ueni, uidi, uici.

Sportula

¶Nunc ſportula primo: conſuerant diuites Romani: ut liberalitatem, & munificentia ſuam oſtenderent: ad rectam cœnam admittere pauperes clientes: a quibus comitati fuiſſent.

Recta cœna

Rectam uatem cœnam intelligo: quod apud diuitem ſplendide & laute cœnarent. Sequitur enim: Votaque deponunt quanquam longiſſima cœnæ. nam cum dominis cœnare conſueuerunt. unde Tranquillus in Nerone ait: Publicæ cœnæ ad ſportulas ſunt redactæ. Sed cum ea conſuetudo forte faſtidioſa uideretur: rectam cœnam renocauit Nero ad ſportulam. Poſtea uero Domitianus ſportulam ad cœnam rectam. unde Martialis libro octauo: Promiſſa eſt nobis ſportula: recta data eſt. Verum apparet id non ſeruatum mortuo Domitiano, cum poeta hæc ſcripſit. Dabantur igitur obſonia plerunque, & pecuniæ ex ſportula. unde Tranquillus in Domitiano ita ſcribit: Atque inter ſpectacula muneris largiſſimum epulum ſeptimontiali ſacrorum quidem die ſenatui: equitique patiaris plebei ſportellis cum obſonio diſtributis. Martialis: Dat Baiana mihi quadrantes ſportula centum. Cæterum ſportula non dabatur tantum ex priuato: quantum etiam ex p[u]blico uectigali clientibus & pauperibus: dabaturque etiam in nuptijs. Apuleius in ſeconda Apologia: Quippe ita placuerat in ſuburbana uilla potius: ut iungeremur: ne ciues denuo ad ſportulas conuolarent. Cum igitur hanc tantum pauperes captarent: conqueritur Iuuenalis: nunc tantam eſſe Romanorum auaritiam: ut & nobiles diuites & magiſtratus eam quoque captare non pudeat. Spartæ autem & Sportellæ, & Sportulæ (auctore Aſconio Pædiano) erant receptacula: in quibus nummi ſeruabantur. denominatæ a ſparto herba iberica. ex qua conficiebantur. Plautus in Menechmis: Sportulam cape, atque argentum: eccos tris nummos habes? Verum ſportula non tantum pro receptaculo nummorum: quantum etiam pro muneribus, quę clientibus (ut diximus) darentur, ponitur, ut ſit continens pro contento. ¶Nunc: hoc tempore: hac ætate noſtra auariſſima. ¶Parua: conqueritur poeta imminutam eſſe prioris ſportulæ liberalitatem. ¶Primo limine: primum ædium ingreſſu.

Toga

¶Turbæ togatæ. i. quam uiliores & pauperes clientes deberent capere. Nam (ut ſcribit Aſconius Pedianus) toga communis habitus fuit & marium, & fęminarum. iuxta quod appellauit Virgilius: Romanos gẽtem togatam. Sed poſtea prætexta honeſtorum tantum fuit. toga uiliorum. unde pauperes clientes: ut uiles cum ibant ſalutatum, ſumebant togam. Martialis: Mane uel a media nocte togatus ero. Eiuſdem diſtichon eſt in Apophoretis: cui inſcriptio eſt toga: Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos: Mentita ueniet ſportula multa toga. ¶Ille tamen: qui ſportulam diſpartitur. ¶Faciem prius inſpicit: hinc apparet ſportulam non omnibus pauperibus: ſed tantum ijs conſueuiſſe dari: qui in officio fuiſſent circa diuitem. faciem etiam intuetur: an ex clientibus ſit: qui cum domino ſalutauerit. ¶Suppoſitus: ſubditicius. & loco alterius poſitus. ¶Falſo nomine: expoſitio eſt ſubditicij. ¶Agnitus: ex clientibus domini, ¶Iubet a præcone uocari: hinc eſt omnis poetæ indignatio: quod ſportula nunc nobilioribus erogetur: quæ antea dumtaxat dabatur (ut diximus) pauperibus.

Præco

¶A præcone: Præco is dicitur: qui iubente magiſtratu: clara & elata uoce aliquid ad populum enunciat a præcinendo.

Curio

Idem etiam dicebatur Curio. Martialis in epiſtola ſecundi libri: Epigrammata Curione non egent. ut ſit: Epigrammata non egent uoce aliena: cum per ſeipſa ſe aperiant & manifeſtent. Apuleius in primo limine hoc eodem uocabulo utitur. Non quidem curioſum: ſed qui uelim ſcire: uel cuncta, uel certe plurima: ut ſit ſenſus: Non ſum quidem præco: qui uelim quæ audiuerim uulgare. quo more (ut dixi) clara uoce enunciat iubente magiſtratu ad populum. ¶Ipſos troiugenas: ſatyrica indignatione dixit ipſos: quaſi quos rei pudere deberet. ¶Troiugenas: nobiliores quaſi quorũ origo ſit a Troianis: ironicos autem dictum. ¶Vexant: celebrant, & frequentant. ¶Et ipſi: quaſi dicat & ipſi, quos pudor rei abſterrere deberet, ¶Nobiſcum: ſcilicet clientibus.

Prætor

¶Da prætori: uerba ſunt diſpẽſatoris. Veteres omnem magiſtratum cui pareret exercitus prætorem appellauerunt: quod præiret exercitui (teſte Varrone) a quo & in caſtris tabernaculum ducis prætorium eſt appellatum: & porta prætoria in caſtris: qua exercitus in prælium educitur: quia initio prætores erant: qui nunc conſules: & ij bella adminiſtrbant.

Prętoriũ
Prętoria porta

Eum etiam (ut tradit Liuius libro quinto) prętorem dixerunt: qui ex patribus creatus ius in urbe diceret: penes quem magiſtratum omnis publici, priuatiq; iuris poteſtas: ut & nouum ius condere & uetera abrogare facultas eſſet. Idq; ob magiſtratus honorem ius honorarium eſt uocatum. Cum tamen regia illi eſſent inſignia: ut apparatu conſulibus par uideretur: lictores non amplius ſex habuit. de quo Pompeius de origine iuris ſic ſcribit: Prætor creatus eſt cum conſules auocarentur bellis finitimis. neq; eſſet qui in urbe ius redderet. Iſq; urbanus eſt dictus: quod in urbe ius diceret. Poſt aliquot deinde annos: non ſufficiente eo prætore: quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem ueniret: creatus eſt & alius prætor: qui peregrinus appellatus eſt. Capta deinde Sardinia: mox Sicilia, & Hiſpania: deinde Narbonenſi prouincia: totidem prætores: quot prouinciæ in ditionem uenerant, creati ſunt. Cicero in ſecundo de legibus. Iuris diſceptator: qui priuata iudicet: iudicariue iubeat, prętor eſto. Iuris ciuilis cuſtos eſto: huic poteſtati parento.

Tribunus

¶Tribuno: tribunorum duo extitere genera: tribuni ſcilicet plebis: & tribuni militum. Tribuni militum dicti ſunt: quod terni ex tribus tribubus. Ramnium, Lucerum, Ticienſium olim ad exercitum mittebantur. Tribunorum autem militum officium eſt milites in caſtris continere: ad exercitationem producere: claues portarum ſuſcipere: uigilias interdum circuire: frumentationibus commilitonum intereſſe: frumentum probare: mẽſurę fraudem coercere: delicta caſtigare: principijs frequenter intereſſe: querelas commilitonum audire: ualetudinarios inſpicere. ex his etiam erant Tribuni: qui dicebantur ęrari, ab eo (ut ſcribit Varro) quod attributa illis erat pecunia: quam militibus redderent. Idq; quod attributum erat dicebatur ęs militare.

Aes militare

De tribunis ærarijs ſic Tranquillus in Cæſare: Tribunos ęrarios quod erat tertium: ſcilicet genus iudicum ſuſtulit. Tribuni plebis in monte ſacro a plebe creati ſunt: qui eam defenderent: cum plebs a patribus ſeceſſiſſet. anno fere decimoſeptimo poſt reges exactos. De tribunis multa leges apud iuriſconſultos: Liuium: Vegetium: Appianum: Modeſtum: Varronem: Feſtum: Gellium: & Plutarchũ. ¶Sed Libertinus prior eſt: uerba ſunt Iuuenalis Libertinum more ſatyrico ridentis: qui magiſtratui non ſolum ſe ęquet: ſed etiam prępon at: adiuuandum autem eſt pronunciatione. Libertinus autem generaliter eſt accipiendum: ideſt ipſi Libertini. Nec mirum libertinos eo potentię dignitatiſq; fuiſſe prouectos. Nam (ut ſcribit Plinius libro. 37. capitul. 17.) prætoria ornamenta a ſenatu decreta ſunt iubente Agrippina Claudij Cæſaris liberto: ut cum laureatis faſcibus remitterentur illo: unde pedibus creatis adueniſſent. ad quod omnino poeta reſpexit. unde ſequitur: Vincant diuitiæ: ſacro nec cedat honori Nuper in hãc urbem pedibus, qui uenerat albis. ¶Prior eſt: ſe potiorem magiſtratu facit. ſequitur enim: Prior ego ſum. Libertini dicuntur (auctore Caio de ſtatu hominum) qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. ¶Defendere locũ: tueri locum meũ ſicq; poeta moraliter oſtendit homines per diuitias efferri in ſuperbiam. ¶Natus ſubaudi ſim.

Euphrates

¶Ad Euphratem: in Armenia: ideſt ex ſeruili ſim conditionem. Nam Euphrates fluuius eſt (auctore Strabone) qui ex euphrate monte Armeniæ defluit in mare Rubrum. prius tamen Babyloniam per medium diuidit: & Tygri cõiunctus Meſopotamiam facit: illinc ſerui multi mittebantur. ¶Molles quod in aure feneſtræ Arguerint: ideſt quam rem: ſcilicet me natum eſſe in Armenia: ſiue Capadocia: quæ ſunt cõterminæ. Arguerint molles feneſtrę: ideſt oſtenderint & probauerint. i. mollia auriũ foramina. Nam in Oriente (ut ſcribit Plinius lib. 11. ca. 37.) uiris aurũ geſtare in auribus decus exiſtimabatur. Idem in procemio. libri duodecimi: ſic ait loquẽs de unionibus: Ad hoc excogitata ſunt aurium uulnera. unde & diuus Hierony. ad Principiam uirginem ſic: Illæ etiã ſolẽt auribus perforatis rubri maris pretioſiſſima grana ſuſpendere. quę autẽ ad ornamenta auriũ geſtabantur Inaures appellatę ſunt.

Inauris

Pli. lib. 9. cap. 55. Antonia Druſi murenę quam diligebat Inaures addidit. Plautus in Pœnulo: Quia incedunt cum annulatis auribus. Vnde & in pentatheuco Moſę ſic ſcriptum eſt: Dixitq; ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de uxorum, filiorumq; & filiarum ueſtrarum auribus, & afferte ad me. unde & Apuleius in libro de dogmate Platonis: Platonem quoq; puerum in auribus geſtaſſe aurum ſic ſcribit: Auri tantum reliquit, quantum puer nobilitatis inſigne in auricula geſtauit. ¶Licet ipſe negem: etiam ſi uelim ipſe negare me ex ſeruili conditione eſſe & Armenum.

¶Sed

Sed quinq; tabernæ: hinc stultam hominis & elationem ostendit: qui diuitijs & bonis tantum fortunæ gloriatur. Quinq; inquit sunt mihi tabernæ: quæ parant mihi quadringenta: idest quæ ex uectigali & prouentu reddunt mihi quadringenta: scilicet sestertia: quæ summa erat census equestris. qui enim eam summam habebant inter equites romanos numerabantur Tiberij edicto. ut scribit Plinius libro trigesimotertio capitulo secundo: Qui constituit ne cui ius gestandi annuli aurei esset: nisi cui ingenuo ipsi, patri, auoq; paterno sestertia quadringenta census fuissent. & lege Iulia theatrali in quatuordecim ordinibus sedendi. Romæ autem quædam ædificia quinq; tabernæ appellantur iuxta forum: ædes septem dictæ sunt.

uincq; ernæ

Liuius ab urbe condita libro trigesimosexto: Pluribus simul locis circa forum incendium ortum. Eodem tempore septem tabernæ: quæ postea quinq;. & argentariæ, quæ nunc nouem appellantur arsere. Quid confert purpura maius: sensus est: Nobilis ipse qui per prætextam designatur (Nam, ut diximus ex auctoritate Pędiani, prætexta erat honestorum: idest nobilium: toga uiliorum. Et ut ostendit Plinius, pro maiestate pueritiæ erat prætexta. & curam: .i. senatores distinguebat ab equite) qd cōfert? qd affert? qd inuenit quod maius optet, quam ego possideo. si ipse nobilis: qui per Coruinum designatur: ad paupertatē redigatur? idest quid inuenit ipse nobilis & senator: si pauper sit, quod maius possit sibi optare: quam quod ego possideo. quasi ostendat non solum se censum equestrem sed etiam senatorium suis opibus superare. Nam cum census equester esset quadringentorum millium ut diximus: senatorius erat (auctore Tranquillo in Augusto) octingentorum: quam tum summā cum Augustus ampliasset: duodecies centies sextertium taxauit. Videturq; poeta alludere ad M. Valerium Coruinum: qui ad centesimum annum uitam perduxit: exactaq; iam ætate in agris, eos coluit.

rpura

Purpura: idest equestris dignitas quæ uestibus designatur purpureis. Purpura: idest prętexta. quę ideo prętexta dicebatur: quod purpura (auctore Macrobio) prætexeretur. Purpura autem piscis est ex genere concharum: ex cuius faucibus liquor (ut scribit Plinius) elicitur aptus ad tingendas uestes. Murex item eiusdem generis est: & conchilium. ostrum etiam in eadem significatione accipimus. Virgilius: Tyrioq; ardebat murice lena. Idem: Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro. Iuuenalis: Horum ego non fugiā conchilia: idest uestes purpura tinctas. Si custodit oues: si in paupertatem prolapsus est: ut pascendæ sint sibi oues alienæ. In agro Laurentij:

uren- n

Laurentum oppidum fuit prope Lauinium in antiquo latio. de quo Strabo libro quinto: Sunt præterea magna illic campi æquora & pascuis apta. Vtque Liuius libro primo ostendit: Lauini quoq; incolæ Laurentes dicebantur. Conductas: non proprias sed alienas.

rui- s

Coruinus: nobilis, qualis fuit familia Coruinorum: quæ cognomen sumpsit a Valerio Coruino: qui consule Camillo Furij Camilli filio, singulari dimicās certamine aduersus præferocem Gallum: eum confecit adiuuante coruo: qui galeæ Valerij insidiens, unguibus & rostro in gallum insiliebat ita: ut parta uictoria Valerius Coruinus sit cognominatus.

llas

Pallante: Pallas ex arcadia fuit (auctore Tacito) libertinę conditionis: quem unum & Narcissum alium libertum adeo dilexit Claudia. (auctore Tranquillo) ut decreto quoq; senatus non præmijs modo ingentibus: sed & quæstorijs, prætorijsq; ornamentis ornari libenter passus sit. tantum præterea acquirere & rapere, ut querente eo quondam de fisci exiguitate: non absurde sit dictum abundaturum, si a duobus libertis in consorcium reciperetur: eum postea Nero ueneno sustulisse creditus est: quod immensam pecuniam longa senecta teneret. Tacitus etiam libro duocimo scribit Pallantem Claudij libertum fuisse: eiusq; auctoritate adoptionem in Domitium: idest Neronem festinatam: qui obstrictus Agrippinæ ut conciliator nuptiarum ipsius scilicet Agrippinæ & Claudij: ac mox stupro eius illigatus stimulabat Claudium consuleret reipublicæ, Britannici pueritiam robore circundaret & cætera. Nam ei Claudio consentiente senatus decreuit sestertium centies quinquagies. Lege epistolam Plinij iunioris ad Montanum. Hic habuit fratrem nomine Felicem: quem Claudius destinauit ad Iudæos: qui & eorum prouinciam cum Samaria & Galileam & per eum procuraret. Iosephus.

cini

Et Licinis: plurali est usus: quoniam plures hoc nomine diuites fuere. Licinum diuitem fuisse ostendit Persius illic: Nunc Licini in campos: nunc Crassi mittit in ædes. Iuuenalis alibi: Dispositis prędiues armis uigilare cohortem Seruorum noctu Licinius iubet attonitus Pro electro, signisq; suis, phrygiaq; columna. Eiusdem sic meminit Seneca in epistolis: ubi notat eos qui assi due suum statum uariant. Licinium diuitijs: Apicum cœnis: Mecœnatem delitijs prouocat. Eum unum (ut diximus apud Persium) fuisse ex Augusti libertis principis indulgentia præ diuitem placet intelligere. Scribit enim Tranquillus sic: Multos libertorum in honore & usu maxime habuit: ut Liciniū Enceladum: aliosq;. Non ignoro Crassum (auctoribus Valerio, & Plinio) cognomento diuitem primum omnium Romanorum diuitem fuisse. Sed nunc de diuitibus qui pauloante fuissent loquitur. Fuit & Licinorum domus inclyta & diues. Plinius libro tertio epistola ad Marcum ita ait: de Plinio scilicet auunculo suo: Referebat ipse potuisse se cum procuraret in Hispania uendere hos commentarios Laertio Licino quadrigentis militibus nummum & cætera. Et Tacitus libro decimoquarto: Licinum Gabulum prętura functum scribit. & libro uigesimo: Marcum Licinum consulem. Et libro decimoseptimo: Licinum Proculum Othonis familiarissimum, atque prætorij perfectum. Expectant ergo tribuni: uerba sunt Iuuenalis indignantis impudentem & petulantem superbiam in homine seruili. Ergo: cum diuitijs affluam. Vincant diuitiæ: adiuuandum pronunciatione & irrisione. Nimirum inquit diuitiæ præferri debent. Horatius quoque Satyra tertia libro secundo sic ait: Omnis enim res uirtus, fama, decus, diuina humanaque pulchris Diuitijs parent: quas qui construxerit, Ille clarus erit: fortis: iustus: sapiens: etiam rex. Honori sacro:

Honor

id est tribuno. Nam ueteres lata lege sanxerunt: ut tribuni inuiolabiles sacrosanctiq; haberentur: statuendo, ut qui Tribunum læsisset: eius caput Ioui sacrum esset: familia ad ædem Cereris uænum iret. eum autem hominem sacrum appellauere: quem populus iudicauit ob maleficium: & qui eum occidit parricidij non damnatur. Nam lege tribunitia cauetur siquis eum qui sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Siquis ergo tribunum: ut sacrosanctum uiolasset: morte pœnas pendebat. Sacrosanctum dicebatur (auctore Festo) quod iureiurando interposito erat institutum: ut siquis uiolasset: morte pœnas penderet. Nuper: id est qui non diu uenit in urbem.

Nuper

Nam nuper dicitur de longiori tempore. ut illud Liuianum in epistola: Nuper diuitiæ auaritiam, & abundantis opes, desiderium per luxum, atque libidinem pereundi, perdendique omnia inuexere. Hoc enim potuit esse supra centum annos: ex quo luxus & libido urbem inuasere. Cicero in secundo de Natura Deorum: Atque illa mirabilia, quod ea quæ nuper: idest paucis ante sæculis, medicorum ingenijs reperta sunt. De breuiore etiam tempore dicimus. ut de anno, uel mense, uel diebus paucis. ut si dicam: Cremonæ, quæ nuper in ditionem Venetorum uenit, studia uirtutum maxime coluntur. Plinius. Marc. Perpenna, & nuper Lucius Volusius Saturninus omnium quos in consulatu sententia rogauerant superstites fuerunt. Item Cicero in rhetoricis ad Herennium: Et quoniam nuperrime dictum facile memoriæ mandatur. Pedibus albis: pedibus cretatis: idest argentea creta illitis: per quod uænalem fuisse ostendit. Nam (ut scribit Plinius libro trigesimoquinto capitulo decimosexto) Est quoddam genus cretæ, quæ argentaria appellatur: nitorem argenteum reddens: est & uilissima: & qua pedes uænalium seruorum transmare aduectorum denotare instituerunt maiores. Vnde Tibullus: Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Ouidius in amoribus: Ne tu siquis erit capitis mercede retentus: Despice gypsati nomen inane pedis. Quandoquidem: adiuuandum pronunciatione: idest quandoquidem diuites pro Dijs ipsis habentur. Maiestas sanctissima: subaudi est: id est colitur. & in maxima est ueneratione. Nam Cicero libro secundo de Oratore ait: Si maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit: qui exercitum hostibus populi Romani tradidit. Maiestas appellatur secundum Valerium honor sine honore.

Maiestas

Magna enim erat Catonis maiestas etiam sine honore: idest sine dignitate aliqua. Ergo maiestas honor est siue amplitudo & dignitas quædam, per quam hominem ipsum in ueneratione habemus. Pecunia: uocatiuus est casus. dicta a pecude quod nota pecudis feriretur. auctor est Plinius.

Pecunia

Funesta: exitiosa. Nam multis exitio est: dum aut paratur per pericula: aut custoditur domi. Dicebat Socrates (Laertio teste) Opes atque nobilitatem non solum nihil in se habere honestatis: uerum & malum omne ijs oboriri. Et Iuuenalis Satyra decima: Sed plures nimia congesta pecunia cura Strangulat: & cuncta exuperans patrimonia census. Vnde & Plinius ait aurum ad perniciem uitæ repertum. Vt colitur Pax:

Pax

antiqui enim (ut docet Cic. in. 2. de natu. Deo.) eas res quarū maior uis erat: ut Fidei, Mentis, Virtutis, honoris, Pacis, Opis, Salutis, Concordię, Libertatis, Victorię, Deorum nomine appellauit: quia

uis erat tanta: ut ſine Deo regi non poſſet: unde ipſa res Deorum nomē obtinuit. quo ex genere Cupidinis, & Voluptatis, & Lubētinę Veneris uocabula conſecrata ſunt uitioſarum rerum: neque naturalium. ſicq; utilitatum magnitudine conſtituti ſunt ei Dij, qui utilitates quaſque gignebant, atq; his quidem nominibus, quæ paulo ante dicta ſunt, quæ uis ſit in quoque declaratur Deo. Paci templum erexit magnificentiſſimum Veſpaſianus, & Titus filius. Auctor eſt Plinius, Ioſephus, & Tranquillus, Domitianus auxit. Papinius in Siluis: Et Pacem propria domo reponit. In eo uaſa templi Hieroſolymitani & uniuerſa donaria conſtituere, atq; uniuerſi lere ſuas illuc diuitias quaſi in theſaurum congerebant. opus fuit cūctorum tota urbe maximum, atq; pulcherrimum. temporibus autem Commodi imperatoris totum de improuiſo exarſit. Herodianus.

Fides

¶ Atq; Fides: Numa Pompilius Fidei ſolemne inſtituit. ad id ſacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iuſſit: manuq; uſq; ad digitos inuoluta rem diuinam facere. ad quod Virgilius reſpexiſſe uidetur illic: Cana Fides. ſignificantes Fidem tutandam, ſedemque eius etiam in dextris ſacratam eſſe. Cicero autem in libro de natura Deorum ſcribit Fidem in Capitolio ędificatam proxime a M. Æmi. Scauro: ante autem ab Attilio Collatino erat Fides conſecrata. Videto etiam Satyra. 13. in principio. Fides (ut ſcribit idem Cicero in partitionibus) eſt firma opinio. Vnde dicimus fidem chriſtianam: ideſt firmam opinionē de Chriſto corde ea credimus, quę oculis non cernimus. Vnde diuus Auguſti. ſcribit fidem uirtutem eſſe, qua creduntur, quę non uidentur, dicta (ut idem Cicero eſt auctor in Officijs) a fio: ꝙ id fieri debeat: quod promiſſum eſt. Fides item eſt fida mandatorum executio. Et Seneca epiſtola octogeſimanona inquit: Fides ſanctiſſimum humani pectoris bonū eſt: nulla neceſſitate ad fallendum cogitur: nullo corrumpitur præmio. Vre inquit: occide: non prodam. Templum Fidei fuiſſe in Capitolio oſtendit Cicero in tertio officiorum his uerbis: Qui igitur iuſiurandum uiolat: is fidem uiolat: quam in Capitolio uicinam Iouis optimi maximi: ut in Catonis oratione eſt: Maiores noſtri eſſe uoluerunt.

Victoria

¶ Victoria: templum in honore Victorię extructum fuiſſe ab Arcadibus in colle Auentino docet Dionyſius in primo libro: a quibus & ſacrificia eidem ſunt conſtituta. Eam enim filiam fabulantur Arcades fuiſſe Pallantis, qui fuit Lycaonis.

Virtus

¶ Virtus: uirtus eſt affectio animi conſtans, conuenienſq; laudabiles efficiens eos: in quibus eſt. Tullius libro quarto Tuſculanarum & libro quinto ait: Bonum autem mentis uirtus eſt: ergo hac beatam uitam contineri neceſſe eſt hinc omnia quæ pulchra, honeſta, pręclara ſunt uirtuti aſcribuntur. Virtuti autem & Honori Marcellus ſeparatis ædibus ſimulachra ſtatuit: ut Valerius libro primo oſtendit. Liuius autem libro uigeſimo nono ſic ait: Ædem Virtutis eo anno ad portam Capenam. M. Marcellus dedicauit: Septimodecimo anno poſteaquam a patre eius primo conſulatu uota in Gallia ad Claſtidium fuerat. Vtque Cicero libro ſecundo Tuſculanarum ait: Virtus ex uiro appellata eſt. Viri autem propria uirtus maxime eſt fortitudo: cuius munera duo maxima ſunt: mortis, doloriſq; contemptio.

Concordia

¶ Concordia: nonnulli in hac perſuaſione ferunt Concordiam ſub imagine Ciconię coli. Inter quos fuit Georgius Merula præceptor meus uir eruditiſſimus: qui in Commentarijs ſuis ſic ſcriptum reliquit: Ciconia auis eſt: quę (ut Diuus Ambroſius ſcribit) Romano uſu pia uocatur: ob hanc uidelicet cauſam: ꝙ ciconiarum pulli parentibus iam ſenio confectis & longa ętate inualidis, & opem, & alimenta miniſtrant in mutuam compenſationem. Nam & gręci antipelargoſim retributionē appellant: deducto uocabulo a ciconia, quam illi pelargon dicunt. Prouerbium gręcum eſt: antipelargin pro referre gratiam. Vnde in regum ſceptris ſuperne ciconiem figurabant: inferne uero hippopotamum: quippe ſignificantes uim iuſtitiæ parere: quando hippopotamus animal ſit uiolentiſſimum. Ciconiam autem eſſe auem piā his uerbis indicat Petronius Satyricus: Ciconia etiam grata peregrina, hoſpita, pietatis cultrix. quod & Solinus confirmat his uerbis: Eximia illis ineſt pietas. Etenim quantum temporibus impenderint fœtibus educandis: tantum & ipſæ a pullis ſuis inuicem aluntur. Angelus uero Politianus in miſcellaneis ſuis ſcribit Cornicem eam eſſe: qua Concordiæ effigies repreſentaretur. cuius uerba hæc ſunt: Cornices, inquit Helianus græcus ſcriptor, qui libro de animalibus tertio de hac aue ſcribit, inter ſe fidiſſimæ ſunt. & cum ſocietatem inierint, maximo ſe opere diligunt. Neq; id genus animalia uideat quiſquam licenter miſceri & temere: quin hoc quoq; dictitant qui res iſtiuſmodi callent: altera extincta comparem uiduā degere. Cæterum id quoq; audio ueteres in nuptijs poſt hymenæū cornicem inuocare: ſignumq; id Concordiæ dari ijs conſueſſe: qui liberorum quærēdorum gratia conueniſſent. tum qui ſedes auium & uolatus obſeruant, inauſpicatum eſſe captantibus auguria: dicunt unius tantum cornicis obſequium. Sic ille. additq;: Sed in nūmiſmatis aureis duobus Fauſtinæ Auguſtæ manifeſtam prorſus imagunculam nuper mihi Laurentius Medices oſtendit cum titulo ipſo Concordiæ. non poſſem huic opinioni non ſuffragari: niſi id obſtaret ꝙ cornix roſtro non crepitat, quod facit ciconia. Nam (ut ſcribit Plinius) fuere qui ciconijs linguas non eſſe confirmarēt. unde roſtro tantum crepitant. Solinus Plin. ſecutus ſic ſcribit: Aues iſtas ferunt linguas non habere: ſonum autem quo crepitant: oris potiuſquam uocis eſſe. unde Ouidius in Metamorphoſi: Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconio roſtro. quid de hac hiſtoria ſentiendum ſit: alij dijudicent. Ego uero puto locum ſimpliciter eſſe accipiendū: ut dicat Romæ coli Concordiam, quæ cum a nido noſtro: hoc eſt domicilijs noſtris diſcedit: magnos faciat ſtrepitus. nulla etiam illic poteſt eſſe quies: ubi Concordia non eſt. Ergo ſalutato nido: hoc eſt deſtituto domicilio. Nam ſalutare domum ducimur: & cum uenimus: & abimus. unde dicimus: Ille abijt non ſalutato hoſpite. Et ille abiens mihi ſalutem dixit: hoc eſt uale. unde Cicero ad Volumnium ultima epiſtola ſeptimi libri ait: Ego uero multam ſalutem, & foro dicam & curiæ, tecumq; uiuam multum, & cum omnibus noſtris amatoribus. Concordię autē ædem a diuerſis Romanorum extructam fuiſſe conſtat. eam enim uouit Camillus: ut ſcribit Plutarchum in uita eius his uerbis: Poſtridie autem congregati decreta tulere: ut Concordiæ (quemadmodum Camillus uouerat) in foro: & in concione ingens pro rebus bene geſtis templum moliretur. De quo Ouidius primo Faſtorum: Cādida te niueo poſuit lux proxima templo: Qua fert ſublimes alta moneta gradus. & paulo infra: Furius antiquum populi ſuperator Hetruſci Vouerat: & uoti fecerat ille fidem. Poſtea uero Cn. ille Flauius ſcriba Appij Cæci Annio Libertino patre genitus: qui dies faſtos publicauit: æream fecit in Græcoſtaſi, qui tūc ſupra comitium erat. Incīditq; in tabula ærea eam ędem trecentum quatuor annis: poſt Capitolinam dedicatam Hæc Plin. lib. trigeſimotertio. De ea ſic Liuius libro nono: Flauius ſcriba ædem Concordiæ in Area Vulcani ſumma inuidia nobiliū dedicauit. ex quo apparet ędem illam Concordiæ Capitolinam fuiſſe eam: quam iuxta templum Iunonis Monetæ (ut dictum eſt teſtimonio Ouidij) Camillus uouerat. Tertium templum Concordiæ Tiberius dedicauit: auctor eſt Tranquillus.

¶ Sed cum ſummus honor: auaritiam ſui temporis taxat: & maxime prætorum auaritiam carpit: quorum quidem honor ſummus erat. tantum etenim aucta erat prætoris auctoritas: ut quod prætor ipſe dixiſſet, ob ipſius honorem ius honorarium uocaretur. hinc & Ouidius libro primo Faſtorum ait: Verbaq; honoratus libera prætor habet. Vtque oſtendimus etiam auctoritate Feſti: Initio prætores erant, qui poſtea conſules: & bella adminiſtrabant. Præterea de honore Cicero de claris oratoribus ſic ait: Honos præmium eſt uirtutis iudicio, ſtudioq; ciuium delatum ad aliquem, qui eum ſententijs & ſuffragijs adeptus eſt. Is mihi & honeſtus & honoratus uidetur. Senſus enim eſt: Si diuites, inquit, & magiſtratus, qui ſportulam captauere, finito anno computant quantum lucri ſibi attulerit ſportulæ ratio. quid facient comites: quaſi dicat in hoc comites magis occupati eſſe debebunt. utpote quibus tota uita inde pendeat.

Ius honorarium

¶ Summus honor: prætor & tribunus propter illud: da prætori: da deinde tribuno. ¶ Computet: dinumeret & ſubducat. ¶ Quid referat: quid emolumenti afferat. ¶ Comites: clientes & togati. Nam (ut diximus) comites ij dicuntur ſecundum Labeonem: qui frequentandi cuiuſcunq; cauſa: ut ſequerentur, deſtinati ſunt. ¶ Hinc: ex ratione ſportulæ. ¶ Toga eſt & calceus: ex ſportula enim omnia ſibi coemebant: quæ & ad uictum & cultum pertinerent. Vnde Martialis libro tertio: Sportula nulla datur: gratis conuiua recumbis: Dic mihi quid Romæ Gargiliane facis? Vnde tibi toga eſt? & fuſcæ penſio cællæ: Vnde datur quadrans, unde uir es Chiones? ¶ Fumuſq; domi: ſatyrice fumum dixit ligna uiridia: ex quibus magna uis exit fumi. nam talia pauperi emenda ſunt. ¶ Denſiſſima lectica: nouam captandæ ſportulæ notat artem. multi enim mariti collocatas in lecticis uxores ſuas: aut languidas aut ꝑgnantes circumducebant. multi etiam lecticas uacuas ſimulantes in ijs eſſe coniuges ægrotas: eoq; modo ſportulam captabant. ¶ Denſiſſima: ideſt frequens lectica: ut oſtendat id fieri a multis: non autem multis ſtipata. ¶ Centum quadrantes: ideſt ſportulam ipſam: ex qua (ut diximus) dabantur interdum nummi. Martialis: Dat Baiana mihi quadrantes ſportula centum Inter

ctum obsonia :ut diximus ex testimonio Tranquilli. ¶ Sequiturq; maritum. s. existens in lectica. ¶ Maritum: pedibus præcedentem. ¶ Hic: alius. ¶ Absenti: uxori. ¶ A te nota: fraude iã oĩbus manifesta. ¶ Sellam: lecticam. Tranquillus in Nerone: Interdiu quoq; clam gestatoria sella delatus in Theatrum. Idem in Othone: Tunc abditus propere muliebri sella in castra contendit: ac defficientibus lecticarijs laxato calceo restitit. Nam instar (ut diximus) cubiculi erat, ut alibi: Namq; facit somnũ clausa lectica fenestra. Tranquillus in Augusto: A cœna in lecticulam se lucubratoriam recipiebat. ¶ Inquit .s. maritus. ¶ Galla mea est. s. uxor. Galla item est arbor grandifera.

Galla

Galla etiam instrumẽtum est sutorium: cuius ita meminit sutor quidam apud Macro. cum interrogaretur quo artificio se tueretur: urbane respondit. Gallam subigo. Galla item nominatus est pater Masinissæ regis Masiliorum. ¶ Citius dimitte: uerba mariti: ut cito dimittatur erogata sportula. ¶ Moraris. i. si moraris ad dandam sportulã ait citius dimitte nos: uel moraris cum interrogatione, & leni increpatione. ut sit maritus, qui leniter increpet dispensatorem: q̃ nimis cunctetur ad dandam sportulam. ¶ Profer Galla caput: uerba dispẽsatoris uolentis uidere, an sit intus Galla. ¶ Noli uexare: dicit maritus noli uexare: noli inquietare: dormit enim lassa.

SCen.

¶ QVIS totidem erexit uillas: taxat luxuriam. i. superfluitatẽ Romanorum in extruẽdis uillis. i. domibus rusticis. Villa enim nõ est (ut Galli dicunt) urbs aut oppidum: sed quęuis domus in agro posita. Item taxat luxuriam cœnarum & impudentiam in sportula petenda. Id enim etiam hodie contingit: ut qui prodigaliter & immodeste sua consumunt ac profundũt: aliena impudenter petant, sicut is de quo Sallust. Profusus sui: appetens alieni. Sed ne quis duriusculus, licet Mancinellus aperte dicat, adhuc ignoret quod sit sportula: altius repetam.

ortula id

Romani præter cęteros mortales glorię & honorum cupidi: ut multis noti & conspicui essent: constituerunt clientibus & familiaribus: qui prima luce uenirent se salutatum: & salutatos deducerent in forum, centenos quadrantes: quos in sportula asseruari iusserunt. Nam & sporta & sportella & sportula receptaculũ est elemosynarum seu munerum. sed accipiendo continens pro cõtento, pro munere ipso accipitur. sed cœperunt diuites pro sportulis rectas cœnas dare. Nero autem constituit: ut centũ quadrantes: & non cœna recta. i. plena daretur. Vnde duabus primis horis diei occupati erant in salutandis diuitibus: sicut dicit Mart. Prima salutantes atq; altera suscipit hora. Cœperunt enim ditissimi quiq; salutatoribus suis ampliora munera dare. Vnde multi diuites prima luce ditiores se salutatum ibant: & magna munera eripiebant e faucibus pauperum clientũ & familiarum: & eadem pro parte suis salutatoribus impartiebant. quod ęgre fert poeta: eo q̃ nõ habeant rationem dignitatis suę. Nam cum uilissimis hominibus libertinæ cõditionis sępe contendere: & nonnunquam ab eis uinci non erubuerunt. Contra luxuriam. i. abundantiam & superfluam amplitudinẽ uillarum: quæ granaria aut possessiones a gallis uocantur: erat lex censoria (ut dicit Plin.) pręcipiens ne Romani plus uerrerẽt q̃ ararent. i. ne plus occuparent ędificijs: quorum aream uertunt. i. scopis mundant ministri, q̃ ararent. Contra superfluitatem autem mensarum institutum erat: ut publice cœnarent: quia antiqui uolentes frugales haberi: comperti sunt in secreto prodigaliter uixisse. Potest autem textus hic dupliciter legi: Aut quod ipsi antiqui etiam in secreto quidam cœnauerint: sed non tot fercula. Aut quod ipsi non cœnauerint: ut nũc primo modo construitur sic: Quis auus. i. quis antiquorum erexit totidẽ uillas: ut sup. nunc erigunt. q. d. nullus. Quis auus. i. quis antiquorum cœnauit. i. cœnando consumpsit. secreto: i. in loco occulto. septem fercula. i. septem genera cibariorum: quæ seorsum afferuntur. ut nunc sup. cœnant. q. d. nullus. quia licet quõdam etiam in secreto cęnauerunt: non tamen septem fercula. Secũdo modo sic: ut etiã dicat nullus: quia aui (licet ataui & proaui forte in secreto cœnauerint) neq; in secreto cœnauerunt: neq; tot fercula. Sportula. i. elemosyna centum quadrantum. parua. i. exigua. sedet. i. sita est. nunc. i. postquam Nero cœnas rectas ad sportulas reuocauit. Cuius contrarium postea fecit Domitianus. sed nondum fecerat in primo limine. i. in primo introitu domus: ne intromissorũ litigia domino molestiæ sint. sed inquam rapienda. i. uiolenter occupanda turbę togatę. i. Romanis: qui non salutabant: neq; sportulam petebant nisi togati essent. & ideo nobiles purpura dimissa togam salutaturi accipiebant: & postea dimittebant. quod conqueritur Mar. dicens: Quid faciam Romæ: cui non licet esse clienti: Dimisit nostras purpura uestra togas. Ille tamen quem noscis: uidelicet balneator, seu custos balneorum secundũ Martialem inspicit prius quam det faciem tuam. & trepidat. i. cũ timore disquirit. ne. i. ut nõ uenias ad sportulam. suppositus. i. clam loco alterius positus. & poscas nomine falso. i. simulato & non tuo: quod tibi uerum nomen est. Tu agnitus. i. postquam fueris inspectus & bene notus: accipies sup. sportulam & non prius. Turpe autẽ merito esset nobilem a balneatore inspici: & agnosci. Iubet autem balneator auctoritate domini sui. Ipsos troiugenas. i. nobiles Romanos: qui iactant se de illis Troianis: qui cum Ænea in Italiam profugi uenerant originem trahere. uocati a præcone. i. a publico proclamatore. Vsq; adeo eos non puduit sportulam petere: quia tamen hoc minus uerisimile uidetur, addit. Nam pro quia, &. i. etiã. ipsi troiugenæ. i. a Troia oriũdi nobilissimi Romani. uexant. i. pulsant & frequentant cum molestia. nobiscum. i. sicut & nos pauperes. limen. i. illud transuersum in pede hostij: ubi dictum est sportulam sedere. uexant inquam limen porrigentes manum & clamantes. prætor sic: Da prætori sup. sportulam suam. Deinde dicit tribunus. Da tribuno sportulã suam. Sed libertus alicuius diuitis: ut Crispinus ille, de quo dictũ est: Cum ius esse putet &c. enim pro quia: est prior. & dicitur per parẽthesim. Vel lege potius sic: Sed libertinus prior est. i. sed ponamus quod aliquis libertinæ conditionis est prior, tunc ipse inquit: ego sum prior. i. ante prætorem & tribunum. Priori autem debebatur sportula: quia tamen uerisimile est quod debeat prætori aut tribuno cedere: quod illi potest etiam ab astantibus dici: subdit ipse dicẽs: Cur timeam aut dubitem defendere. i. protegere meum locum: quẽ occupo iure pręuentionis: quamuis sum sup. natus ad. i. iuxta Euphratem. i. fluuiũ illum in Mesopotamia secundum Georgium: uel in Capadocia secundum Calderinum. unde quia tot serui Romã concesserant: Martialis capadocas posuit pro seruis dicens: Quid te capadocum sex onus esse iuuat. Vel secundum Mancinellum in Assyria: & omnes uerum dicunt: quia ad omnes alluit Euphrates. Propter dictum tamen Martia. placeret Calderinus nisi uideretur poeta de eodem loqui cũ dicet: Ægyptus atq; arabarches. unde intelligi placet de Arabia. quod. i. quam rem. s. me natum esse ad Euphratem. fenestræ. i. aperturę seu fissurę in aure. i. quas habeo in auriculis meis more patrię. arguerint. i. probauerint arguendo mendacium contradicẽtis. quamuis. i. tametsi. ipse. i. ego met. negem. i. uelim negare: quasi dicat ego egregie fateor sum libertinæ conditionis. Potest autem esse ut is de quo loquitur poetam aliquando ostentauerit fissuras auricularum ad gloriam: quia illis probauerit se tanquam captus esset in aures: siue aurum in auriculis gestasse: quod ingenuitatis signũ est. Non est autem (ut docet Laurentius Valla) auricula parua auris: sed chartilago illa, quę eminet ad aures: in qua erant fissuræ: non in aure. Libertinus uero secundum eundem est adiectiuum & absolutum. Vnde non debeo addere dum dico hic libertinus est: cuius sit: quia idem est. ac si dicam: hic est libertinæ conditionis. & est tam manumissus, q̃ ex manumissis natus. sed libertus est substantiuum & relatiuum. Nec plene ponitur sine correlatiuo, aut subiecto eius: ut hic libertus Neronis. Et omnis libertus manumissus est hic igitur in aure dicitur pro auricula. & libertus pro eo quod est. libertinus diceretur: si legeretur. Sed libertus enim prior est: prior inquit &c. Vnde docti legunt: Sed libertinus prior est &c. Quia uero libertinus de utroq; dici potest: & speciale habemus pro manumisso: cepit quod Suetonius dicit generale illud pro altero capi: ut uidelicet is libertinus dicatur qui patronum non habet: sed ex habente patronum: hoc est manumisso natus est. sed redeo ad ordinem uerborum: Sum igitur inquit libertinæ conditionis: & ob eam inferior q̃ prætores: & tribuni: & cæteri nobiles Romani. sed quinque tabernæ, quas ego scilicet possideo in foro. parant: idest comparant mihi singulis annis quotannis quadrigenta supple sestertia: idest cẽsum equestrem, per quem recipior in quatuordecim primos gradus theatri. ut postea dicetur: Quid optandum: idest inter ea quæ sunt optanda. purpura: idest nobilitas eorum quibus conceditur purpura. confert maius: idest accumulatius bonum: quasi dicat nihil cum ex illis habeat & honorẽ & diuitias. Non potuit poeta dicere magis propter metrum: magis enim corripit primam. Nec latina lingua patitur duo adiectiua simul construi sine coniunctione: ideo non dixit: Quid maius optandum: sed diuisit. Si: idest & si, idest quamuis Coruinus: idest ille nobilis custodit in agro Laurenti: idest in antiquo latio terra fertilissima. oues conductas: idest alienas ad hoc conductas: ut diues uideretur. quod dictum est non ex sententia poetę sed ex scommate & irrisione petulantis hominis ex seruili conditione. Quod si re uera ita intelligi placet: quod Coruinus custodiat. expone. i. quod faciat custodire: oues cõductas dimidio

Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum.
Spottula.deinde forum,iurisq; peritus Apollo,
Atq; triumphales,inter quas ausus habere
Nescio quis titulos Ægyptius,atq; arabarches,
Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.
Vestibulis abeunt ueteres,lassiq; clientes,
Votaq; deponunt,quanquam longissima cœnæ
Spes hominum,caules miseris,atq; ignis emendis.
Optima siluarum interea,pelagiq; uorabit
Res horum,uacuisq; toris tantum ipse iacebit.
Nam de tot pulchris,& latis orbibus,& tam
Antiquis,una comedunt patrimonia mensa.
Nullus iam parasitus erit,sed quis feret istas
Luxuriæ sordes?quanta est gula,quæ sibi totos
Ponit apros,animal propter conuiuia natum?
Pœna tamen præsens,cum tu deponis amictus
Turgidus,& crudum Pauonem in balnea portas,
Hinc subitæ mortes,atq; intestata senectus.
It noua, nec tristis per cunctas fabula cœnas
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

lanę & fœturę:quia Coruinus quidē pascua habuit pinguia:sed caruit ouibus: & ideo alienas ad ęquas portiones pascēdas susceperat.licet ergo ille inqt agrū sine pecore habeat: qđ hoc ad me? ego possideo plus Pallāte.i.quā Pallas ditissimus libertus Claudij: & Licinis illis diuitibus. Quidā sequentē locū diuersis attribuūt: ut dicat Libertinus ille qui hactenus locutus est: ergo cū ita sit quod affluā diuitijs: & sim ditior ēt tribunis: tribuni expectēt donec sup. accepero & sequētia dāt poetę:qa tñ oīa dependēt ab illud ergo:qđ illatiue seu continuatiue ponitur. mallē omnia poetę dare: ut satyrice cōcedat:qđ maxime negandū cēset. ergo si ita est:ꝙ tu tā diues es:iustū est sup.(& hoc p ironiā intellige)ut tribuni expectēt & diuitię sup. uincant dignitatē: nec pro & nō. & ꝙ is,qui uenerat nuper.i. superioribus annis. in hanc.i. nostrā urbē Romanā. pedibus albis.i. gypsatis.qđ signū serui uenalis est.nō cedat.i. nō det locū honori sacro.i.dignitati tribunitię: q̄ sancta & sacra: .i.ueneranda est.iustā inquā est, quandoquidē.i.quoniā ita est.ꝙ maiestas.i.summa dignitas diuitiarū sup.est sanctissima.i.maxime inuiolabilis inter nos Romanos.s.Etsi.i.quāuis o pecunia funesta.i.funeꝝ causa plurima.nō dū habitas.i.coleris tēplo.i.fano uel ædificio tibi sacrato. & q̄uis nullas.i.nō ullas.nō ereximus adhuc ullas aras nummoꝝ.i.ad honorē nummorū.ut.i. quemadmodū.Pax colitur.i.ueneratur,& adoratur in templo Pacis. atq; pro &. Fides colitur: idest adoratur in templo Fidei.& Victoria in templo Victorię.& Concordia quę crepitat .i.ore suo (nam rostrū negant dici nisi fuerit incuruū) crepitū seu sonitū facit.nido salutato.i.dū nidus salutatur. Colebatur.n.in forma Ciconię:uel Cornicis.ut bone recitat Mancinellus. Sed cum summus honos: hic iteꝝ redit poeta ad castigandā ineptā petitionē sportulę:cū res uilissima sit:cū nō cōtineat:nisi centū quadrātes:quibus pręstabat una cœna recta. Vnde Mart.postq̄ Domitianus instituit pro centū quadrātibus cœnā rectā in sportulā dari inquit:Centū miselli ualere quadrātes. Lautissima.n.sportula nō dabat nisi cētū quadrātes:ut hic dicitur.unde idē Mar. Dat baiana mihi quadrātes sportula centū. & tñ prętores & tribuni nō habētes rationē dignitatis suę:tā auide petebant eas:ac si res magna esset. Vnde indignatur poeta dicens: Sed demus sup. quod re magna licet publico & nobili cū priuato & paupere cōtrouersiā agere:tñ sup. nō licet ꝓ sportula:quia cū ita sit quod summus honoris.i. summus magistratus cōputet qđ.i.quātū pecunię sportula referat.i.reddat ei anno finito.& quātū addat rationibus.i. redditibus: & prouētibus:siue uectigalibus solitis: hoc est cū nobilissimi annumerēt sportulā ad diuitias suas quid faciēt comites.i.sequaces & cliētes:qui comitātur gratia sportulę.i.quantū illi poterūt habere? quibus sup. comitibus.toga.i.uestis exterior tegēs interiora indumēta mœchanicis forte artibus apta.est hinc.i.ex hac sportula.calceus.i.indumentū pedū est hinc.i.ex alia.& quibus est hinc panis .i. domui omne nutrimentū necessariū. & fumus.i.omne quod necessariū est ad ignē, seu decoctionē: hoc est cū cliētibus (nō sunt autē cliētes satellites, siue apparitores: gallice sergēs:sed qui se fidei & tutelę alicuius diuitis & potētis commiserunt) comitibus, seu familiaribus nihil detur nisi ex sportula:& tñ dominus cōputet sportulā īter redditus suos annuos qđ faciēt ipsi.i.quomodo poterūt uiuere. quia lectica dēsissima.i.in qua fertur uir amplissimus indignitate:uel ī qua fertur mulier ęgra aut grauida cū prole maxima,nō petit nisi centū quadrāte.i.uigintiquinque asses:ꝗ si quadrātes tūc uocauerūt: quos nūc quatrinos uulgus italicū uocat: nō sunt nisi uigintiquinq; albi minores monetę gallicanæ. Quod autē debeat potius intelligi de lectica in qua ferūtur plurimi liberi siue infantes:patet quia dicit:que pro &.uxor languida.i.ęgra.uel pręgnās.i.grauida sequitur maritū. & circūducitur.i.ducitur in circuitu:ut respiciatur eius miseria,hic,i.alius:qui non habet coniugem pręsentem:ut tamen sportulā habeat:petit absenti.i. pro coniuge absente: tanquā præsens esset in lectica. & hoc facit callidus.i. subtilis & astutus. sed arte iam nota.i.cognita distributori:ostēdēs.s.pro coniuge.i.loco coniugis.quā fingit esse in sella.i.in lectica in qua sedere posset (dicitur enim a sedendo sella qua sieda) sellā uacuā & clausam. & īngt cū quadā cōfidentia ad ipsum distributorē, seu elemosynariū: ut nō fiat inquisitio. Galla mea.i. uxor mea: sic uocata. est sup. in hac lectica clausa. dimitte ,i.da mihi portionē & sportulā meā:& sine me abire . cū autē id statim nō faceret dispēsator dispēsans: ait petitor. moraris? detines me hic. Ille autē sciēs astutiam qua multos dephēderat uacuas cællas aduexisse simulātes se coniuges aduehere, inquit: O Galla ꝓfer.i. ꝓduc & extolle caput sup. tuū. Ad quod marito dispēsator noli uexare.i. molestare eā. quiescit.i.capit requiē post longā infirmitatē. Repetamus pauca. Pedibus albis.i. cretatis uel gypsatis:quod signū est serui transmarini & uęnalis. Vnde Ouid. Nec tu quisquis erit capitis mercede retētus: Despice gypsati nomen inane pedis. Et Tibullus:Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Gypsum autem Galli uulgo plastrū uocāt. Funesta pecunia:quę funerum sępe causa est.unde.3. Æneid. Polidorū obtruncat,& auro. Vi potitur: quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames.quid non cogis :quasi dicat ad nihil non cogis .Et dicitur funesta a funere. Funus autem de finibus ceratis quæ cremantur dum cadauer ducitur.

¶ IPSE dies:ignauiā pariter & auaritiā diuitū Roma. carpit. qui hoc modo diē cōsumerent: ut cliētibus semper comitātibus primo sportulā captarēt:mox in forū ut otiosi trāsirēt:ubi statua fuit Apollinis eborea. unde sequit Iurisq; peritus Apollo. Et statuę oīum triūphales: quę per multū otiū uiserentur:ut per Apollinē & statuas triūphales solū forū intelligas Augusti:in quo oīa hęc erant. Sicq; per summā indignationē diuitū (ut diximus) notat auaritiā:qui circūductis per uaria urbis loca cliētibus, tā ingrati sint:ut ne quidē eos in cœnā,quā summis uotis sperauerāt, inuitēt:sed eos omni spe cœnę destitutos a se amittant. ¶ Distinguitur: diuiditur. ¶ Pulchro ordine: ironicos. ¶ Sportula.s.petitur. ¶ Deinde forū.s. Augusti:quod is inter publica & plurima opera extruxit cū ęde Martis ultoris. Fori extruēdi causa fuit hoīum & iudiciorū multitudo:quę uidebatur non sufficiētibus duobus etiā tertio indigere. Itaq; festinātius: nec dum perfecta Martis ęde publicatū est: cautūq;: ut separatim in eo publica iudicia:& sortitiones iudicū fierent. Hæc Sueto ¶ Iurisq; peritus Apollo: forū ipsum Augusti (ut dixi) intelligit. Nā ibi statua Apollinis eborea fuit,ut docet Plin.li.7.ca.53. Vnde facete poeta peritū iuris Apollinē nominauit: quasi qui assidue lites audiēdo iuris factus esset peritus. Nō placet ut ītelligas de tēplo Apollinis:quod extructū fuit (auctore Trāquillo) in ea parte palatij:quę a fulmine defiecta fuerat. Vbi Colossus erat Apollonis ęreus quinquaginta pedū in bibliotheca tēpli:sed de foro (ut diximus) Augusti. Ibi.n.& nō in tēplo Apollinis,iura redebant. Et illic erat statua(ut dictū est) Apollinis eburnea ita:ut uideretur potuisse iura ciuilia discere. Ad quod etiā respexit Horat.loquēs de Garrulo tracto ī ius: Sic me seruauit Apollo.i.iudices sedētes in foro Augusti. ¶ Atq; triūphales: .s.imagines petūtur.ac per hoc ipsum forū Augusti.Nā ibi (auctore Trāquillo)statuas omniū trumphali effigie in utraq; fori sui porticu dedicauit.Legimus tñ & in alijs foris ante Augustū statuas poni solitas.unde Scipio Nasica(auctore Pli.)statuas quas sibi quisq; per ambitionē ī foro ponebat,sustulit. ¶ Inter quas: indignatur poeta,quod inter statuas triūphales,quę nō solū inforo:sed etiā passim per totā urbē erectę erant,Crispinus Ægyptius & cōditionis libertinæ statuā triūphalē habuit. Nā de Crispino intelligere omnino uidetur,cū sequatur Aegyptius atq; arabarches. ¶ Nescio quis:satis

IO AN BRIT

contumeliose

contumeliose dictū nescio quis: q̄si uilis & ignobilis. ⁋ Ægyptius
atqꝫ arabarches:bene aūt dixit Ægyptius atqꝫ arabarches. Nam
Ægyptus & Arabia conterminæ sunt ita:ut poeta uideatur nesci⸗
re recte discernere patriā eius:dictumqꝫ est cū contemptu patriæ:
q.d.undecunqꝫ fuerit patria ei fuit barbara : & ipse uir barbarus.
⁋ Arabarches: Arabū princeps:irrisorie dictū.aut princeps Arabū:
hoc est seruoꝝ:q essent Romæ ex Arabia. ita etiā Cicero ironicos
quendā appellat Arabarches in quadā epistola ad Atticū : Vellem
& te ex Theophane respicere:quonā animo in me sit Arabarches.
⁋ Titulos:imagines cū titulis & inscriptionibus suis . ⁋ Non tantū
meieris fas est:hinc maxime apparet poetæ indignatio.est.n. sen⸗
sus: Adeo inquit statua illa Crispini contēnenda est:ut nō solū uri⸗
na respergenda sit:sed etiam spurciori re. Tali.n.nota affici solent:
quæ maxime contemnentur. unde Tarentini alterū ex legatis Ro⸗
manorū urina resperserunt. Nero item(auctore Tranquillo) in lu⸗
dibriū religionis Deam Syriā urina contaminauit. ⁋ Meiere: dici⸗
mus:& meiere & mingere. Persius:Extra meiete, Discedo. Iuuena⸗
lis:Et fusco iam micturiente.a mingo. Horatius : Veniant mictum
atqꝫ cacatū. ⁋ Vestibulis:a domo diuitis recedūt: quos comitati sūt
per multos labores. hincqꝫ est oīs poetæ indignatio. Vestibulū aūt
qd fuerit docet sic Gellius in noctibus atticis. Qui domos amplas
antiquitus faciebant:locū ante ianuam relinquebant: qui inter fo⸗
res domus & uiā medius esset. In eo loco qui dominū eius domus
salutatū uenerāt,priusquā admitterentur cōsistebant. & neqꝫ in uia
stabant:neqꝫ intra ædes erant. Ab illa grādis loci consistitione : &
quasi quadā stabulatione uestibula appellata sunt spatia grandia
ante fores ædiū relicta in quibus starent,qui uenissent priusquam
in domū intromitterentur. ut ue in cōpositione ualde significat. Vt
illud Horatij:Ve pallida lecto Desiliat mulier. Et apud Varronē in
re rustica:Quod quæ postea cōcipiūt, fiunt uegrandes atqꝫ imbe⸗
cillæ. Persius:ut ramale uetus uegrandi subere coctū. alij uero a ue
stiendo dictū putāt uestibulū:quod primas partes ædiū uestiat. uel
a Vesta Dea,cui oīs ædiū introitus sit cōsecratus. De uestibulis ēt
sic meminit Victru. in.vi. Cōia aūt sunt,qbus etiā inuocati suo iu⸗
re de populo possunt uenire. Virg. Vestibulū ante ipsum.primoqꝫ ī
limine Pyrrhus. ⁋ Lassi:longa erratione dum comitantur diuitem.
⁋ Cliētes:dn̄r quasi colentes:qui patricios colant a quibus defendū
dunt.patroni autē dicti q̄si patres. Clientelas & patrocinia instituit
Romulus. ⁋ Veteres:hinc conqueritur maxime Iuuenalis: q̄ in ue
terem clientem & familiarē sint tā ingrati . ⁋ Deponunt:abijciunt.
⁋ Cœnæ.s.rectæ. ⁋ Quamquā longissima.i.q̄ sibi in aīo diu aluerūt.
⁋ Spes hoīum:acclamatio poetæ ī miseriā clientū: q diu sperauerāt
se apud diuitē cœnaturos. ⁋ Caules:caulē accipimus sæpenumero
pro brassica:sed generale est uocabulum:significat enim scapum
ipsum in herbis & leguminibus . dicimus. enim caulem ciceris:
caulem fabæ,& caulem betæ. idest. scapum ciceris:fabæ : & betæ.
⁋ Interea: dū pauperes clientes infeliciter cœnāt domi suæ. ⁋ Opti
ma siluarū: in sordidam gulā Romanorū insurgit : qui opiparas
sibi solis cœnas pararēt:nullo prorsus adhibito:nec cliēte nec para
sito. ⁋ Vorabit:indignatione satyrica dictū quasi magnus helluo.
⁋ Rex horū:rex alias regnatorē:alias diuitē significat:alias nomen
habet:ut hoc loco ad aliqd dictū ad significandos clientes:q ęque,
ac parasiti dn̄um sequūtur ut cœnent. Nam sicut parasitus est regis:
& libertus patroni:ita rex est parasiti:& patronus liberti. Vnde Te
rentius:Nemo pro merito gratiam regi refert. Parasi.apud Plau.in
captiuis ita loquitur:Nam postq̄ meus est rex potitus hostiū. appel
lat.n.parasitus Philopolemū regē suū:apud quē sæpe cœnabat. Te
rent.alibi: Regem pro diuite posuit. Regē me esse oportuit.i. diui⸗
tē. ⁋ Vacuis toris:lectis discubitorijs: Nam antiqui tribus stratis le⸗
ctis epulabant. Horatius: Sæpe tribus uideas lectis cœnare quater
nos. Terent. Dedit lectulos pedibus ligneis faciendos , ubi pote⸗
tis uos. Martialis:Imperat extructos frangere nona toros . ⁋ Va⸗
cuis: qa solus cœnat:ut sordidus. ⁋ Nā de tot pulchris: hoc dictum
est in profundam gulā,& luxuriā ciborū. est.n.sensus: Tam laute,
tantoqꝫ impendio epulantur diuites Romani: ut una cœna absu⸗
māt patrimonia. Vnde Seneca in detestationē gulæ sic clamat: Nūc
cōuiuiorū uigebit furor,& fœdissimū patrimoniorū exitium culina.
⁋ Vna mēsa:una cœna. ⁋ Orbibus latis:mensis citreis orbiculatis.
de quibus supra illic:Prætoria mensas. ⁋ Antiquis.i.q̄ fuissent mul
torū p̄ successionē dn̄orū. Vnde Seneca:Placet mensa nō uarieta
te macularū cōspicua:nec per multas elegantiū dominoꝝ successio
nes ciuitati nota. ⁋ Nullus iā parasitus erit:ita,inquit, diuitū auari
tia adoleuit:ut soli tantū cœnent & laute & delicate:neqꝫ ullo adhi
bito parasito:q sæpe ioci causa a diuitibus ī cœnā admittebatur. fit
autem parasitus α παρὰ quod est iuxta:& σῖτον cibus. est.n.is qui
nobiles & potentes sectatur gratia gulę:paratusqꝫ ad oīa assentari.
unde apud Terentium de Gnatone parasito: Quicquid dn̄t laudo:
si negant nego:aiūt aio. Inde est parasitor uerbū. Plau.in Amphy.
Amāti parasitor,hortor,asto,admoneo,gaudeo. Et añ supparasita
bor patri. ⁋ Sed qs ferat istas:nō cessat cōqueri poeta diuites Roma
nos auaros pariter esse & luxuriosos . auari inquit sunt pauperibus
cliētibus,qbus nihil dāt. luxuriosi uero sibi,qui tā delicatis, tamqꝫ
pretiosis epulis saginantur. mouet aūt poeta nihil magis esse uitan
dū,q̄ istam luxuriæ & sordidū turpē societatē. ⁋ Sordes:auaritiā: cū Sordes
nihil dant cliētibus. Sordidi appellantur auari. Sūpta metaphora a
sordibus uestiū:q̄ nō minus hoīum uita auaritiæ morbo cōmacu
letur,q̄ uestimenta maculis & sordibus . Nam sordes ꝓprie oppo⸗
nuntur mundicus & lauticiæ. Vnde Terentius: Harū uidere inglu
uiem,sordes,& inopiā salus est adolescētulis. Vnde ēt sordere apud
ueteres usurpatū est pro sordidū esse. Actius in Ægystho: Cui ma⸗
nus materno sordet sanguine sparso. Sordere etiam capitur pro eo Sordere
quod est putere, & male olere. ut illud Virgilianū: Sordēt tibi mu⸗
nera nostra.i.tibi putēt & sordida uidentur.i.fœda & immūda. Po⸗
ni aūt sordidus pro auaris docet sit Cic.ad Acil. Propter quosdam
sordidos hoīes,q beneficia Cæsaris uendūt. Horatius : Sordidus a
tenui distabit uictus ofella. & alibi. Sordidus ac diues populi con⸗ Sordid'
temnere uoces. ⁋ Luxuriæ:tantæ lauticiæ & tanti apparatus , cum
uentrē suum pretiosis & multiiugis cibis opimet. ⁋ Quanta est gu⸗
la:acclamatio in derisionem gulæ:quasi diues non possit sibi uen⸗
trē impiere:cū oīno modicæ rei sit capax:nisi integrū aptū sibi ap⸗
punat. Seruilius Rullus(ut scribit Plin. libr. viii.) pater eius Rulli:
q in Ciceronis consulatu legē agrariam ꝓmulgauit : primus Ro⸗
manorū solitū aprum epulis apposuit. ⁋ Totos:integros. Tiberius
tamen(auctore Trāquillo)ut parsimoniā publicā exemplo quoqꝫ
iuuaret,dimidiatū aprū apposuit. ⁋ Animal propter ꝯuiuia natum:
ueluti acclamatio in detestationē gulæ: quo uno uitio nihil putat
homini turpius. & ideo multo carmine id insectatur: q̄si inqt aper
ob nullā aliā sit natus rem, q̄ ut delicata de se præbeat pulpamen
ta . Videtur ad id respexisse quod scribit Varro in.ii. de re rustica.
Suillum pecus donatū a natura dn̄t ad epulandū . ⁋ Natum: quasi
ad hoc specialiter genitū & inuentū. Horatius: Natis in usum læti⸗ Ad epulandum
tiæ scyphis Pugnare Thracū est. ⁋ Pœna tamē præsens:q̄si punitio
nē desideret poeta tantæ gulæ. sed pœna inqt ab eis nō abest. nam
ex nimia repletione cōtrahūt morbos:qbus ēt moriūtur. Tale etiā
est dictū apud Pliniū loquentē de ebrietate: Hinc Pallor , & genæ
pendulæ,oculorū ulcera,tremulæ manus effundētes plena uasa. Et
q̄ sit pœna præsens,furiales somni,& inquies nocturna . Sene. ad
Luciliū: Multos morbus multa fercula fecerūt. ⁋ Præsens:subita &
præsentanea:q̄ non diu sit expectanda. Vnde præsentissimū pericu Præsens
lū:præsentissimū uenenū.i.subitū & præsentaneū:quod statim.s.oc
cidat. præsens ēt significat,nō modo quod est huius tēporis, sed ēt
alterius. Quintilianus loquēs de Cicerone iam mortuo ait: Postea
uero q̄ triumuirali proscriptione consumptus est:passim q oderant
q inuidebant,qui æmulabantur , adulatores ēt præsentis potentiæ
nō respōsurū inuaserunt,ergo præsentis potentiæ , q̄ tūc erat præ⸗
sens,ut præteritū respiciat ⁋ Cū tu deponis amictū:cū in balnea de
scendis. Nam tūc ex nimia repletione & cibo crudo in balneis uis
morbi inopinata obrepit . iuxta aūt balnea locus erat qui græce
Apodyteriū latine uero spoliatorium uocabatur: ἀποδύω.n.idē est
quod exuo. ubi q balnea ingressuri erant: uestes deponebāt apud Apodyterium
Capsariū:qui (ut scribit Vulpianus)mercede seruanda in balneis
uestimenta suscipiebat. ⁋ Turgidus:nimia repletione . Æmulatio
est persiana: Turgidus hic epulis,atqꝫ albo uentre lauatur . ⁋ Cru⸗
dū pauonē.i.inconcoctum:nō perfectū in stomacho . Nam crudū Crudum
dicimus quod ad maturitatem non peruenerit:ut poma cruda. Et
quod coctū nō sit:ut caro cruda. Martialis: Accusas, rumpisqꝫ co⸗
quū:tanquam oīa cruda Attulerit. Crudū item hominē qui cibum
non conficiat. Hora.in sermonibus . Namqꝫ pila lippis inimicum
& ludere crudis. Crudū etiā cibū,q nō conficiatur in stomacho. in
qua significatione hoc loco accipit poeta. Cic. lib.ix. ad Pætum:
Satius est hic cruditate,q̄ istic fame.s.perire. Columel. in pri.libro.
Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas, quotidianā cruditatem
laconicis excoquimus. Plinius: Igitur balneas ardentes his tempo
ribus medici qdam instituerūt:qbus persuasere cibos cōcoqui ita:
ut nemo nō minus ualidus exiret obedientissimi efferūtur ad se
pulchrū. Cic.ad.Cas. Ferūt P. Syllam alij a latronibus interfectum:

alij cruditate.i.crapula & cibo nō concocto. Cruditates aūt scribit Macrobius euenire aut q̄litate succi ī quē cibus uertitur: si non sit aptus humori:q corpus obtinuit:aut ipsius cibi multitudine:nō sufficiēte natura ad oīa q̄ cōgesta sunt cōcoquenda. Crudū ergo pauonē appellat:quē ob nimiā epularū ingurgitationē concoquere nō potuit. Sen. ostendit cruditatem capi pro nimia repletione cum ait. Ede citra cruditatem. Bibe citra ebrietatē. Et Cic. in Catone: Caret ergo senectus & uinolentia & cruditate. ⸿ Pauonē: primus Hortensius augur (ut scribit Pli. lib. x. cap. xx.) posuit pauonem cœna

Cœna adijcialis

adijciali. Nā ita appellabať cœna pōtificū: auctore Festo. De q̄ Macro. & Varr. de re rust. lib. iii. Primus inqt Hortēsius pauones augurali adijciali cœna posuisse dr̄. Eandē ēt adipalē appellauere. ⸿ In balnea: nā Romani ante cœnā (auctore Celso) exercebanť: post eā exercitationē balnea ingrediebātur. Appianus mentionē faciēs de Catone, sic ait: Circa uesperā e balneo ad cœnā trāsit. Apuleius in x. li. de Asino aureo. Qui cū se refecturi clausa cællula balneas petijssent. Et idē in. viii. Disposita cœnula balneas obeūt. De hac consuetudine plura diximus apud Persium illic: Turgidus hic epulis. ⸿ Hinc subitę mortes: subaudi sunt ex nimia epularū īgurgitatione. Hinc monet poeta frugalitate nihil esse nec laudabilius, nec utilius multosq̧ ex nimia cibi & crapulæ intēperantia mori. ⸿ Intestata: nō

Intestatus

facto testamēto: quia morte repētina intereunt. Intestatus autem uidetur dici nō tantū is q̄ testamentū nō fecit: sed etiā is q̄ testamento liberis suis tutores nō dederit. quantū.n. ad tutelā ptinet, intestatus est. Auctor Paulus de legitimis tutoribus. ⸿ It noua fabula.i. recens & subitus rumor dissipať per oīa cōuiuia. Nā in cōuiuijs de uarijs & nouis rebus solet esse sermo. Hora. Fabula quāta fui cōuiuiorū. ⸿ Nec tristis: sine aliqua doloris significatione. nemo.n. est q̄ de eo aliquā præ se ferat tristitiā: q̄a nihil p testamentum legauerit: sicq̧ poeta miserā humanæ fragilitatis cōditionē ostendit. ⸿ Ducit:

Ducere

uerbū est funebre.i. ad bustū fertur. Virg. Et tristia funera ducunt. Persius: Nerio iā tertia ducit uxor. ⸿ Plaudendū: in quo magis lætitiæ q̄ doloris ostenditur significatio: cū nihil sit relictum, unde possint tristitiam simulare. ⸿ Iratis amicis: quia nihil relictum sit. Horatius in sermonibus: Adde iratum patruum, uicinos. Irascuntur enim cum omnia per luxum sint absumpta. Persius. sed cœnam funeris hæres Negliget iratus q̧ rem curtaueris.

ASCEn.

⸿ IPSE dies pulchro &c. Per ironiā dicit romanos diuites pulchre obseruare officiū singularū horarū: quia institutū erat narrāte Martiale ut prima hora & secūda fieret salutationes: tertia adiretur forū: & eū ordinē obseruabant: sed in fraudē clientū: q̄a non redibant tēpestiue domū: ut sportulā clientibus darent. Vtcūq̧ intelligant alij: ego sic intelligo: ut Romani magistratus q̄ præerant iuridicēdo, prima luce fuerint salutatū ditiores: unde debuerint redire domū suā. ut a suis salutarēturq̧ eos in foribus pstolabātur: sed recta ibant ad forū, ubi ius dicebať: & ita miseri clientes q̄ sperauerāt salutādo se morituros sportulā: ex q̄ sibi cōpararēt lautā cœnā: uidētes q̧ dn̄i nō redirēt deposita spe ieiuni & famelici abibant. Non ergo intelligo quod sportula primū petať a clientibus. sed ab aduocatis clientulorū: nec quod cliētes deduxerūt aduocatos suos in forū: sic.n. iam sportulā meruissent. sed quod aduocati illi diuites priusq̄ clientes poterāt aduenisse: abiuerint salutatū & petitū sportulā: nec rediuerint donec tēpus salutandi esset transactū: & ita miseri clientes famelici redibant. & princeps salutatorū.i.q̄ plurimos diuites salutauerat post abitū illorū lautissime cœnabat. & id qdem solus: quod signū summæ gulositatis est. cuius pœnam incidētaliter subiungit dicēs: quod ex tali uoracitate sæpe in balneis subitæ fiebāt mortes. Ordo est: Ipse dies.i. officiū diurnū distinguiť pulchro ordine rerū: q̄a ad res ad quas institutus erat dies seruato ordine. Sportula: sup. petiť a diuitibus primū: & hoc duabus horis: deinde Apollo iurisperitus.i. q̄a est iuxta forū iudiciale: uel q̄ leges Lycurgo dictitasse dr̄ sup. petitur: sed melius priori modo pp hoc quod sequitur. Atq̧ pro &c. & triūphales sup. statuæ decretæ triumphatoribus. & positæ ad forū iudiciale sup. petunť. inter q̄s sup. triumphales statuas nescio q̄s. q. d. indignus q̄ noieť a me. Ægyptius ex Ægipto. atq̧ pro &. arabarches.i. princeps seruorū ex Arabia. ad cuius effigiē.i. statuā ad eius similitudinē effictā. nō est tm̄.i. solum modo. fas.i. licitū. meiere.i. mingere, uel urinā spargere. sed supple: quod pp honestatē pulchre subticuit: & ergo honor si auribus tuis lector ēt cacare, aut oleū facere. ausus est habere titulos.i. īscriptionē nominis sui. Et ita periphrasi.i. circūlocutione quadā fori angusti p transitū taxat more satyrico Crispinū: q̄ ex infimo loco ad eā gloriā ut illic statuā haberet malis artibus prouectus est. Cū ergo deberēt salutatis alijs redire domū: ut a suis salutati in forū deducerentur: recta ibant in forū. & ita cliētes.i. familiares: aut in fidem & tutelā eorū cōmissi: ueteres lōga obseruātia & fide cogniti: & lassi ex lōga statione uel expectatione abeunt.i.d. discedūt. a uestibulis.i. locis ad standū & obseruandū ante fores diuitū idoneis, erant.n. defensi illic stantes a Sole & ibribus, sed nō erant intromissi: q̄a foris sub tecto tn̄ stabant. unde uestibulū pōt dici a ue particula: quę aliqn̄ diminuit: & stabulo: q̄si sit paruus locus ad standū: sicut in tēplis sæpe hmōi loca uidemus: q̄ ēt uestibula ,ppie dn̄r. Abeunt ergo uestibulis: & deponunt uota.i. desideria sua: uel spes suas. Potest tn̄ esse ut uota iam destinauerint in aīo: si sportulā ipetrauerint: q̄ deponūt. q̄q̄.i. licet spes longissima.i. lōgissimo tpe per meritum concepta (nō.n. speramus ,pprie sine merito) hoium.i. quā etiam illi, q̄ hoīes sunt habēt: cū tn̄ maiora sperare debent: sit sup. spes cœnæ. Mancinellus sic exponit. Et deponūt uota cœnę: q̄q̄ longissima & deinde per acclamationē additur spes hoium. Acclamatio autē sit quoties ad id quod dictū est acclamare cogimur pp mirabilitatē eius. sicut pri. Ænei. Virgi. postq̄ tetigerat q̄ prius Æneas passus esset: & qd supi perimiserūt destrui ut Roma cōstrueretur: acclamat dicēs: Tantæ molis erat Romanā condere gentē. Est ergo hic secūdū eū acclamatio: ut sit: uidete q̄ sit spes hoium. uel sic: o spes hominū sup. uiles & inanes. Potius diceremus appositionē: ut sit: Deponūt uota longissimæ cœnæ: uota dico existētia spes hoium. Idē Mancinellus intelligit: ut ex quadrantibus sportulæ emant clientes cibi caules & reliq. Sed ego intelligo ut sportulā nō habuerint: nec sperauerint habere cœnā a salutatis. Nō.n. uerisimile est ut usq̧ ad horā. x. a prima illic steterint: sed sportulā: unde unā dumtaxat cœnā cōparare possent sperauerāt: cpiparam tn̄: qua spe fraudati, coacti sunt emere holuscula & ignē ex proprijs pecunijs. Habēt quidā codices hoi ut sit: ignis emēdus est homini miseris.i. pro miseris domesticis. uel ut Georg. Val. accipit: Spes homini supp. hæc manet &c. Sed q̄a plures hoium legūt: ac cipiamus sic: Clientes abeūt uestibulis lassi, & deponūt uota.i. desideria sua. desiderauerāt.n. habere bonā cœnā ex centū quadrantibus sportulæ: q̄q̄ spes longissima hominū sit supple spes cœnæ.i. q̄q̄. nō sperauerint nisi unā cœnā ex tot laboribus, tamen illusi sunt. & ita ignis emendus est.i. lignū unde fiat ignis emēdū est miseris.i. debet emi ab ipsis miseris. & caules.i. holuscula: accipiendo speciem pro genere: & partem p toto. nam caulis ea pars herbæ est, unde se producit foliū. Caules igitut supple emendi sunt. Est enim hip pozeugma.i. ab iferiore. Rex horum.i. princeps.i. qui plurimas sportulas sibi acquisiuit: uel q̄ eos ita pro libito regit: uel reuera quē sperauerāt habere regē. sicut secūdo Aenei. Chorebus dicitur gener Priami: quia fore sperauerat. Rex autē est dominus conuiuii: ut sæpe apud Martia. inuenies. Rex ergo horum.i. q̄ debebat eis dare unde cœnam haberēt: uel saltem eos ad cœnā inuitare. uorabit.i. ingurgitabit. interea dū ipsi miseri cōparant sibi holuscula.i. optima sup. obsonia siluarum & pelagi.i. q̄ in siluis & pelago possent cōparari.i. optimas feras & optimos pisces. & iacebit.i. procumbet. tantū.i. solūmodo. ipse nullo accepto in sup. toris uacuis.i. lectis discubitorijs: quos ternos habebā: unde trichiniū dictū est: & singuli quatuor cōuiuas capiebāt. unde Hor. primo sermonū: Sæpe tribus uideas lectis cœnare quaternos. Iacebit unquā tantū ipse.i. nullo cōuictore adhibito. nam comedunt supp. plerīq̧. hoc.n. moris est ut quoties ad generalitatem referimus uerba sine suppositis ,pferamus: ut ita aiunt: Vrbem quā dn̄t Romā. Nunquid de spinis colligent uuas & cæ. Comedūt ergo iam fere omnes diuites patrimonia.i. omnes diuitias: quas ex successione patris obtinuerūt. una mensa.i. in una cœna: uel in uno obsonio. sicut apud Horatiū uidere licet de ijs, q̄ ex canoris & prætiosis auiculis cibū: & q̄ ex unionibus maximis potum sibi compararunt. comedunt ergo sic: ut supple. nihil relinquant de tot pulchris & latis & tam antiquis orbibus. idest. mensis rotundis ex citro factis: aut forte argento: aut ebore: aut de tot uasculis rotundis: aut orbibus: quæ scisloria uulgus appellat. Pulchris. & quod ad prætiū facit: & antiqs: quod ad caritatē. Vnde maxime dānandi tales sunt: q̧ cōgesta forte multo sanguine & sudore: & diu cōseruata non sine maxima anxietate a maioribus: una mensa cōsumunt. Nec placet ut dicamus de tot orbibus.i. ex tot orbibus: quasi ex orbibus intelligamus eos cibos capere: q̄a tunc reliqui essent orbes: nec intestati morerentur. Nam potior sensus: est subaudiendo quod dixi: uel nihil subaudiendo sic: Comedūt una mensa patrimonia a tot pulchris & latis: & tā antiquis orbibus.i. licet parentes eis reliquerint tot pulchros &c. Comedunt tn̄ totū

Vestibulum

Acclamatio

patrimonium

patrimonium una menſa. Nullus paraſitus.i.ſectator:& adulator
cibi gratia erit iã.i.quando ita uiuere uolũt:uel poſt quã ita uiuere
inſtituerũt. Sed qs ferat. i. patiať æquo animo iſtas ſordes .i. tam
cõtemnendas fœditates luxuriæ.i.quas ipſi luxu ſuo . ſeu luxuria
.i..nimia ſuperfluitate ſumptus faciũt. qbus tamen ſe lautos putẽt
appellandos.Et quidẽ artificioſe dictũ:ſicut in ſequẽti Satyra:Cum
ſis Inter ſocraticos notiſſima
foſſa cinædos.nihil.n. eſt ſocra
ticis magis cõtrariũ, q̃ ut cinæ-
di ſint.& tamen qa illi q cinædi
erant ſe ſocraticos iactabant:cõ
iunxit repugnantia. Similiter &
hic: Sordidus.n.proprie dicitur
auarus:nõ audens quicq̃ expo-
nere pro lautiore uita. Luxuria
autẽ dicitur ubi eſt ſuperfluitas
in amictu ,aut uictu, aut corpo
ris ambitione etiam i ſegetibus.
Quomodo ergo dixit ſordes lu
xuriæ ? Certe quod in eiſdem
ſunt. Sordidi.n.merito dicũtur.
qa nullũ admittũt clientulũ aut
paraſitũ. Luxurioſi autẽ in ſum-
ptu:qa una comedũt patrimo-
nia menſa.Et ideo acclamat poe
ta per indignationem ſatyricã.
Quãta eſt gula.i.uoracitas ho-
minũ:uel quanta.i. quã magna
eſt gula.i.ea pars hominis : qua
cibus ingurgitatur?q.d.oportet
ſit quã maxima:utpote quæ po-
nit ſibi.i.ubi nullo admiſſo , to-
tos.i. integros apros animal p
appoſitionem. q. d. apros dico
exiſtentes animal natũ pp cõui
uia.i. cõmiſſationes . cũ tamen
cõuiuia honeſtiora ſint a cõuiuendo dicta.Et poteſt eſſe ſenſus: ut
damnet cõſuetudinẽ eorũ:qui ex apris epulũ dabant:quaſi ſine eis
epulũ dari nõ poſſit.Vel ut damnet eos q animal natũ .i. a natura
productũ pp cõuiuia.i.ut plures ſimul uiuãt: ponũt ſibi ſolis . Pri-
mus aũt aptũ ſolidum appoſuit epulis Seruilius Tullius:ut auctor
eſt Plinius.Pœna tñ ſupp.eſt præſens.i.in prõptu uel pſto:ſiue quã
primũ inſequẽs:ſicut uenenũ diciť pſens quod quã citiſſime necat
Præſens & Deus uel amicus præſens: q quod petiť quã ocyſſime confert.
Pœna ergo.i.uindicta uel punitio eſt præſens.i.ſtatim ſequitur.cũ
.i.qñ.tu ſic uoras cibos.deponis amictus ut intres balneũ poſtero
die q̃ pauonem uoraueris:uel laurus ad aliam cœnã properes . &
cũ tu turgidus. i. habens uentrẽ inflatũ:portas pauonẽ crudũ.i.in
[P]auo digeſto in ſtomacho tuo i balnea.Eſt.n.caro pauonis difficillimæ
digeſtionis.uñ Sanctus Auguſtinus de ciuitate Dei li.xxi.cap.iiii.
Quis.n.inquit,niſi Deus creator oĩum dedit carni pauonis mor-
tui ne putreſceret? Quod cũ auditu icredibile uideretur, euenit : ut
apud Carthaginẽ nobis cocta apponeretur hæc auis: de cuius pe-
ctore pulpatũ quantũ uiſum eſt decreptũ ſeruare iuſſimus . Quod
poſt dierũ tantũ quantũ alia caro quæcunq; cocta putreſceret:pro
latũ atq; oblatũ nihil noſtrũ offendit olfactũ. Itemq; repoſitum eſt
poſt dies amplius q̃ triginta:idem quod erat inuentũ eſt. Idẽq; poſt
annũ:niſi quod aliquãtulũ corpulẽtiæ ſiccioris & cõtractioris fuit.
Hæc ille. Bene ergo hic pauonẽ crudũ dicit:forte tñ pro homine
Crudus crudo. Nam crudus eſt cui cibus indecoctus & indigeſtus in ſto-
macho eſt:cuius aſpectus imitis fere eſt : unde & crudelis dictus.
ſed ẽt cibũ crudũ uulgo dicimus. Sciens autẽ lautiora cõuiuia Ro-
manis fieri ſolita poſtq̃ lauti & uncti in balneis fuerãt: & ita ſolum
modo cœnarũ ſumptuoſarũ mentio ubiq; fit.nã prandia reprehen
debanť.hinc.i.ex hac balneatione repleto ſtomacho . fiunt ſupple
mortes ſubitæ. & ſenectus inteſtata.i. quæ nullũ fecit teſtamẽtum.
Vel quia unde faceret nõ habuit:uel qa ſubita morte præuenta nõ
potuit. Noua fabula.i.fabulatio.it.i.diuulgatur p cunctas cœnas.
Funus.i.feretrum,in quo erat cadauer: uel ipſum cadauer p laudẽ
dũ.i.cũ plautũ accipiendũ ducitur.i.effertur ad ſepulchrum. amicis
.i.ab amicis. iratis. Itẽ utitur antithetis.i.cõtra poſitis . Nam iraſci
de re plaudenda nõ eſt uero ſimile. Sed uarie reſpõderi poteſt : uel
ut amici uideantur irati ſub pſona.i.ſub inuolucro capitis quod ca
putium uocant:attamẽ ſibi plaudant:quod ita mortus ſit, antequã
omnia conſumpſerit. Nam ut in ueteris mimi prouerbio eſt apud
A.Gelliũ hæredis luctus ſub pſona riſus eſt. uel ut funus plauden
dũ dicatur ab alijs helluonibus: qbus plaudendũ erat in tam uora-
cis hominis morte. & amici irati ſint: ppterea qa param reliquerit.
Vel reuera plaudendũ amicis: qa iã mortuus ſit. iratis: qa nõ prius.

Nil erit vlterius,quod noſtris moribus addat
Poſteritas,eadem cupient,facientq; minores.
Omne in præcipiti vitium ſtetit. vtere velis,
Totos pande ſinus,dicas hic forſitan,vnde
Ingenium par materiæ? vnde illa priorum
Scribendi quodcunq; animo flagrante liberet
Simplicitas,cuius non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoſcat Mutius,an non?
Pone Tigillinum,teda lucebis in illa,
Qua ſtantes ardent,qui fixo gutture fumant,
Et latum media ſulcum qui ducit arena.
Qui dedit ergo tribus patruis aconita,uehatur
Pẽſilibus plumis,atq; illinc deſpiciat nos?
Cum ueniet contra,digito compeſce labellum,
Accuſator erit, qui * uerbum dixerit hic eſt.
Securus licet Æneam,rutulumq; ferocem
Commitas,nulli grauis eſt percuſſus Achilles,
Aut multum queſitus Hylas,urnamq; ſecutus.
Enſe uelut ſtricto quoties Lucilius ardens
Infremuit,rubet auditor,cui frigida mens eſt
Criminibus,tacita ſudant præcordia culpa,
Inde iræ,& lachryme.tecum prius ergo uoluta

¶ NIL erit ulterius:adeo ingt IOAN. BRIT.
inter mortales emerſere uitia ut
putẽ nihil addi poſſe ulterius a
poſteris.Eadem ſententia eſt &
Claudiani in Eutropiũ:Nil adeo
fœdũ eſt: quod nõ exacta uetu-
ſtas Ediderit:longiq; labor cõ-
miſerit æui.⁋ Moribus:uitijs. eſt
enim uocabulum medium. dici
mus.n. bonos mores ,& malos
mores.⁋ Minores: numero plu- Minores
ratiuo & genere maſculino po-
ſteri dicuntur. ⁋ In præcepti: in
ſublimi.quaſi omne uitiũ emer-
ſerit ex imo in altum.⁋ Vtere ue
lis: hortatur ſeipſum poeta ad
ſcribendum.ſumpta metapho-
ra a nauigantibus : qui nacti
proſperum uentum pandunt ue
lorum ſinus,quaſi dicat explica * Al's
librum tuum: & utere ſtilo tuo uerum
ad ſcribẽdum nactus huberem
materiam . ⁋ Dicas hic forſitan
ideſt poſſis fortaſſe dicere unde
ſit mihi ingenium par materiæ
quaſi dicat materiam eſſe ube-
riorem,q̃ ingenio ſuo poſſit ex-
plicari. ⁋ Simplicitas : monito-
rem introducit antiquam illam
ſcribendi libertatem non eſſe
poetis : quæ olim fuit & Lucilio & Horatio . Nam ante libertatem
occupatam ab imperatoribus : Lucilius mira carminis acerbita-
te nominatim etiam hominum uitia carpſit . de quo ſic Horatius:
At qui primores populi arripuit , populumq; tributim . Perſius
Secuit Lucilius urbem:Te Lupe , te Muti, & geminum fregit in
illis Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico Tangit,& admiſ-
ſus circum præcordia ludit. ⁋ Simplicitas:libertas: ſcribendi: quia
ſimpliciter amoto omni uelamento carpebantur uitia delinquen-
tium.nam ſimpliciter ille dicit,qui libere & aperte dicit quod ſen-
tit. ⁋ Priorum:ſcilicet Poetarum. ⁋ Cuius ſcilicet ſimplicitatis: id-
eſt libertatis. ⁋ Non audeo dicere nomen : ita inquit libertas ſcri-
bendi perijt:ut non audeam eam nominare: quaſi nefas ſit . Nam
ea non audemus nominare,quæ fœda,abominandaq; ſint . ſitq;
infelicem ſuorum temporum notat conditionem: cum omnino
ſublata libertate omnia nutu imperatorum gererentur. ⁋ Quid re
fert: adeo inquit tutum fuit Lucilio libere loqui & ſcribere : ut par-
uipenderit iraſceretur ne Mutius Scæuola an non . ꝙ ſcriptis ſuis
libere eſſet notatus:libere enim loqui poterat : quia libertas non-
dum:oppreſſa erat ab Imperatoribus . ⁋ Quid refert ? quid in-
quit prodeſt? ⁋ Ignoſcat dictis:ideſt ſcriptis & carminibus, quibus
proſciſſus erat. ⁋ Mutius: nam Mutium Scæuolam inſectatus eſt
Lucilius: & quendam Lupum: ut diximus apud Perſium : Secuit
Lucilius urbem: Te Lupe: te Muti. ⁋ Pone Tigillinum:potuit ingt
libere & impune Lucilius notare uitia : quia libertas a Tyrannis
adhuc occupata non erat. uerum modo ſi uolueris hominem po-
tentem & gratum imperatori notare:qualis fuit Tigillinus Nero-
ni: non erit tibi tutum: quia afficieris ſupplicio. ⁋ Pone: ſcribe &
nota. ⁋ Tigillinum:ideſt hominem patientem & gratum imperato-
ri:qualis (ut dixi) fuit ipſe Tigillinus Neroni . de Tigillino di-
ctum eſt ſupra illic: Cum fas eſſe putet curam ſperare cohortis .
⁋ Teda lucebis in illa , ideſt:ardebis quidem uiuus : quemadmo-
dum multi imperante Nerone arſerunt. Exiſtimo id genus ſup-
plicij deſignari: de quo Seneca ad Lucilium his uerbis : Cogita
hoc loco illam tunicam alimentis ignium & illitam & intextam.
quicquid aliud præter hæc commenta eſt ſæuitia. Qui enim affi-
ciebantur , induti tunicam illam intextam & illatam fomentis
ignium : alligati palo adurebantur . Talem tunicam appellat Iu-

Iuuenalis molestam illic: Tunica punire molesta. aliud genus non absimile supplicij notatur a Vulcatio Gallicano in uita Auidij imperatoris his uerbis: Primus etiam id supplicij genus inuenit, ut stipitem grandem poneret pedum octoginta & centum: & a summo usq; ad imum damnatos ligaret: & ab imo focum apponeret: incensisq; alijs alios fumi cruciatu timore etiam necaret. Teda: illo igne. Nam teda arbor est resinam desudans. & ideo apta ad comburendum. Ouidius in Heroidibus: Ardet ut ad magnos picea teda Deos. De ea lege Plinium. Qua stantes ardent: aut quia alligabantur stipiti circumiecto igne: aut quia (ut scribit Seneca) stipes per medium hominem adhigebatur: ut per omnes artus emergeret. Et latum media: ordo est. Lucebis illa teda, qua ardente stantes qui fumant fixo gutture. Et qua ardet ille, qui ducit sulcum latum in media arena. Nam multi in media arena theatri cremabantur. Tranquillus in Caligula: Attellanæ: poetam ob ambigui loci uersiculum media amphitheatri arena igni cremauit. Ducit sulcum: aut quia forte unco trahebantur: aut q; damnati, & in media arena alligati stipti pedibus sulcum faciebant: circum se uoluentes terrore ignis admoti. Aliqui legunt deducit: ut sit sensus. Si Tigillinum notare uolueris: afficieris eo supplicio, quo ardent stantes. Et frustra laboras, ac si dicat notatio & reprehensio tua nihil omnino proficit: aras enim sterilem arenam, ut illud. Et littus sterili uersamus aratro. ut ad prouerbium illud græcum alludat: quod de ijs dici solet: qui in difficili re laborant: ἄμμον μετρεῖς. hoc est arenam metiris. Alij uero legunt. Et latum media sulcum qui ducit arena, ut sic exponas: Ardebis in illa teda, qua stantes ardent. & qua ardet ille, qui ducit sulcum media arena: ut conueniant primo sensui. Qui dedit ergo tribus: cum indignatione legendum & adiuuandum gestu. Est enim sensus & ordo: Ergo qui tres patruos suo ueneno sustulit, uehatur pensilibus plumis. ut sit quasi concessio. idest in delitijs securus uiuat & poetas contemnat quandoquidem nulla eis concessa est libertas notandi uiuentium flagitia. De Tigillino autem intelligit: ut sit responsum ad illud Pone Tigillinum: Nam is homo omnium nequissimus tres patruos ueneno (ut scribit Probus) necauit, ut eorum hæreditatibus potiretur: substratisq; annulis: & falso tabulis signatis, hæreditates summo scelere consecutus est. Nec illud obstabit q; iam Tigillinus sub Othone mortuus esset. Nam poeta non secus de mortuis loquitur, q̃ si uiuerent & præsentes essent. ut per taxationem scelerum præteritorum moneat recte uiuendũ
Aconitum esse. Aconita: uenena. Nam aconitum omnium uenenorum ocyssimum, herba est: quæ in saxis nascitur. & ut sensit Ouidius: spuma Cerberi respersa fuit: cum ad superos tractus est ab Hercule. dictum ἀπὸ τῆς ἀκόνης idest a caute. unde Ouidi. Quæ quia nascuntur dura uiuacia caute Mortales aconite uocant Plinius, item ait dictum q; in nudis cautibus: quas aconas uocant, nascuntur nullo iuxta ne puluere quidem nutrientes. Solinus uero
Pensilia ab Acone portu Heracleæ. Pensilibus plumis: Lectica in qua erant lecti plumei: pensilia appellantur omnia: quæ in aere pendent aut columnis: aut alia re suppofita & sustentante. ergo & lectica pensilis q; seruorum humeris sustentetur. Vuas pensiles dicimus quæ suspendantur: & hortos pensiles qui in sublimi sint. Seruius tamen ait plumas pensiles dici molles. Et contra molles pensiles. ut illud Vrgilij: Pilentis matres in mollibus. Digito compesce labellum: uerba sunt monitoris suadentis poetæ tacendum esse: affore accusatorem illi qui dixerit uerum. ut sit sensus: O Iuuenalis silentium tibi fac indicas. nam profecto non deerit tibi accusator, si uerum sequi uolueris tuis carminibus: qui dicet hic est o Imperator: idest hic est ille qui hominũ uitia notat. Qui uerum tacitæ occurrit responsioni. potuisset enim dicere accusabitur tantum qui mendatio usus fuerit: & falso aliquem notauerit: immo inquit accusabitur etiam qui uera dixerit. ut legendum sit uerum & non uerbum. Securus licet Aeneam: sensus est: Potes inquit sine aliquo periculo tuo historias scribere: quales commemorantur de Ænea & Turno Rutulorum duce. Committas: uel carmini tuo & operi mandes. uel (quod magis placet) scribendo
Committere committas: idest componas & in certamen deducas. Nam committere est aliquem cum aliquo in certamen deducere. Suetonius in Augusto: Spectauit autem studiosissime pugiles: & maxime latinos non legitimos: atq; ordinarios modo: quos etiam committere cum grætia solebat. Martia. Cum Iuuenale meo quæ me committere tentas. In q̃ significatione uidetur accepisse alibi Iuuenalis cum ait: Committit uates, quasi dicat in certamen poetas deducit: quasi alter cum altero de uirtute carminis certare possit. Committere item accipitur pro tradere, ut illud: Committo me tuæ fidei: idest trado. Et illud Terentianum: Ouem lupo commisisti. Committere etiam pro confligere & certare liber secundus Machabeorum: Rex commisit cum Iuda, & superatus. Qui ergo huiusmodi historias & bella scribunt committunt: & in certamen deducunt Imperatores cum Imperatoribus: cum describunt eos simul pugnantes. Nulli grauis est percussus Achilles: nemo inquit offenditur, si de Achille uulnerato & huiusmodi historijs scripserit. Achilles autem percussus fuit a Paride in templo Apollinis tymbrei: cum illic amatam Polyxenam uxorem accepturus esset. insidijs enim Paridis post simulachrum Apollinis latentis occisus est. fingitur id factum Apolline arcum tenente. unde Virg. Dardana qui Paridis direxti tela, manusq;. Corpus in Æciadæ. Aut multum quæsitus Hylas: subaudi a superioribus grauis est. Nemo, inquit, offenditur si talia a poetis describuntur. Hyles Tiodamantis regis Driopum fuit filius: quem Hercules cum Argonautis nauigans rapuit: patre eius prius obciso: q; poscenti sibi cibum denegasset. Sed cum Hercules Hylam ad Ascanium flumen misisset ad auriendam aquam: a tribus Nymphis ob pulchritudinem in fontem raptus est. Eum diu multumq; quesitum, cum Hercules non inuenisset, sacra instituit ubi Hylas solemniter clamaretur, ad quod illud dictum est a Virgilio: Hinc adiungit Hylam nautæ quo fonte relictum Clamassent: ut littus Hyla Hyla omne sonaret. fictum autem est nomen a uerbo ὑλάω: quod est resono & latro. Viodorus uero & Strab. secuti magis historiam scribũt Hylã Herculis comitem unum fuisse. ex Argonautis: qui in Bithynia iuxta Prusiadem urbem perierit. ubi in memoriam eius festa quedam celebrabantur. in quibus per montes uagi ac saltantes Hylam uocabant. Valerius uero Flaccus libro tertio argonauticon narrat ab Iunone Herculi infensa: cum is in silua una cum Hyla remum sibi quæreret, Dryopem unam nympharum conuentam, monitamq; ut Hylam puerum formosissimum qui per saltus & fontem eius uagaretur ad se raperet. Idq; ut facilius fieret, ceruum suscitauit: quem illico conspectum Hylas insequitur hortante Hercule. ceruus fugiens puerum protraxit ad fontem: Et intactas leuis ipse superfugit undas. puer amisso ceruo, cursuq; defatigatus ad fontem stetit: bibentem Nympha ad se sub aquas traxit. amissum quærebat Hercules rursus Hylam. & rursus Hylam per longa reclamans auia. Quæsitus: scilicet ab Hercule. Ense uelut stricto: dissuasio est ne scribat a terrore periculi imminentis. Solet inquit auditor quem scelerum conscientia exagitat: quoties a poeta notatur, affici rubore q; uitia sua detegantur: proindeq; in reprehensorem incenditur ira: quod identidem etiam accidit temporibus Lucilii quoties infremuit in uitia hominum. Lucilius: qui primus apud latinos (ut diximus) hoc genus Satyræ scripsit. Et tanta carminis acerbitate multos etiam nominatim est insectatus: ut ueluti gladio secuisse uitia dicatur a Persio: Secuit Lucilius urbem: Te Lupe: te Muti: & genuinum fregit in illis. Rubet auditor: sceleris conscientia afficitur rubore, ac proinde ad uindictam inflãmatur. Mens frigida criminibus: quasi deficiens & pene mortua criminum conscientia. ut solet corpus frigere cum mortuum est. Præcordia: dicuntur proprie membranæ illæ, quas græci phrenas appellant: quibus exta homini ab inferiore uiscerum parte separantur. dicta præcordia: quia cordi pertensa sunt. Hæc ex Aristotele de animalibus, a quo & Plinius eadem: uerum largo modo ab auctoribus plerunq; accipiuntur pro corde, & ijs quæ cordi sunt proxima. Inde & lachrymæ: subaudi sunt ex reprehensione scelerum suorum. & hæc est item dissuasio a terrore periculi consequentis. Sic Persius: Vide sis ne maiorum tibi forte limina Frigescant: sonat hic de nare carina Littera. Qui enim notantur, ex indignatione iram concipiunt, prorumpuntq; in lachrymas. Horatius. Qui me commouit melius non tangere clamo: Flebit. & insignis tota cantabitur urbe. flebit enim quia sentiet se notari. Tecum prius: consilium est: quid sit ei agendum. Voluta: cogita & considera.

Hyla fabula — Lucilius — Præcordia

ASCE[NSIUS] ¶ NIL Erit ulterius &c. Hic incipit ultima inter principales partes huius Satyræ: in qua poeta sic procedit. Primo ostendit omnia uitia tempore quo motus est ad Satyram scribendam fuisse in summo gradu ita: ut posteri nihil noui sceleris excogitare possint. & ergo cohortatur se in secunda persona: tanquam alium dicens: Vtere uelis & pande totos sinus: idest plenam operam in scribenda Satyra. Verumtamen quia non uiuorum, sed mortuorum uitia

uitia licitum erat nominatim carpere: ideo inducit ad imitatio nem Persii monitorem: & dicit: Quia omnia quæ non regnant uitia: carpere non possum expresso nomine eius: qui ea commisit: quod tamen præsupponere uideor. Et ex quo per hoc infero mihi scribendum esse: tu quisquis ades admonitor uel castigator: dicas mihi hoc loco: unde o Iuuenalis fiet tibi libertas scribendi quicquid uelis: sicut facta erant prioribus ut Lucilio & Græcis: quasi dicat nullo pacto fiet tibi. Ad quod poeta more irascentium ex arte rhetorica cum respondere nequeat ad interrogata: id enim lata lege cautum erat ne quis famosum libellum edat: obijcit aliam quæstionem dicens: Cuius non audeo dicere nomen: quasi dicat nullius non audeo: immo cuiuslibet audeo quod confirmat exemplo Lucilij: qui Mutiũ reprehendebat paruifaciẽs an ignoscat, nec ne. Ad quod admonitor. Quæris cuius nomen non audeas dicere. Pone solummodo Tigillinum: idest quemuis pessimum & uilissimum hominem: sed magnum adulatorem: & imperatori carum sicut erat Tigillinus Neroni: tu statim ad supplicium traheris quo modo quidam martyrum sanctorum a Nerone trahi iussi sunt. Vt enim dicit Calderinus: duo genera suppliciorum erant apud antiquos: aut enim puniebantur more maiorum: hoc est pendentes e furca nudis corporibus: & cæsi uirgis usq; ad mortem: ut Tranquillus interpretatur: aut ad scalas Germonias trahebantur: hoc est inserto gutturi unco producebantur in arenam ubi postea pendentium crura frangebantur: & iniecto igni ardebãt. hoc genus supplicij in Claudio commemoratum est a Suetonio Tranquillo: & Nero exercui in christianos: quibus ardentibus in usum luminis usus est. Nouum excogitauit Domitianus: qui faces per obscœna immitti iubebat. Hæc ille. Ad hoc autem obiectum admonitoris respondet poeta. Si ita est ꝙ supplicium de me sumeretur: permittam ergo homicidam pessimum in malitijs suis gloriari: & nos despicere. Immo dicit admonitor: cum obuiam forte uenerit: digito compesce labellum: ne uerbum siue bonum siue malum dixeris: quia accusator aderit. sed si uis scribere. Satyram esse poteris securus: licet committas libro tuo antiquissimos heroas & principes: & apud Latinos aut Troianos, Æneam & Turnum: apud Græcos Achillem, qui percussus: idest postquam occisus est nulli grauis est, & etiam Hylam, quamuis sit multum quęsitus. Respondet poeta, uerum quidem est. ꝙ id securus faciam: sed non tam utilis reipublicæ aut bonis moribus. nam quis fructus sequetur si mortuos carpam: quasi dicat: nullus. At cum Lucilius mordaci uerbo quasi ense stricto uitiosos profligauit uiuentes erubuerunt, & alij ueriti sunt peccare. Respondet admonitor: uerum quidem dicis: sed lachrimæ & iræ nascebantur: & adhuc nascerentur. inde: idest ex illa manifesta reprehensione. & ita constitues tibi multos inimicos. cogita ergo hæc priusquám feceris. Nam si quem prouocaris ad pugnam & iam in arena, seu loco ad hoc constituto galeatus prodeas: tunc tardum esset nimis, si iste duelli pœnitere cœperit. Respondet poeta bene mones: & ergo ego experiar quid libertatis mihi concedatur in eos, qui in uijs publicis sepulti sunt: quasi dicat in mortuos. Ac si uelit dicere se. scripturum esse in sequentibus in mortuorum uitia. Quod subtilissime facit: quia non est dubium quin multa scribat in Domitianum & eius adulatores: sicut Persius in Neronem. sed sicut Persius quædam inserit: ut possent ad alium referri: ita si quis ea quæ Iuuenalis scribet in Domitianum scripta affirmauerit possit dicere potestatum esse se nihil scripturum nisi in sepultos. Et hæc sententia meo iudicio est. Scio uerum esse quod comicus dicit: Quot capita tot hominum sententias. Spero tamen fore, ut multi peritorum in nostram ierint. Nam filum Satyræ sic optime nectitur. Ne tamen de inuentis meis glorier: ordinem familiarem dumtaxat repetam, qui huiusmodi est. Nil supple uitiorum, erit ulterius idest ultra ea quæ modo fiunt. quod posteritas addat: idest quod posteri. siue qui post nos uenturi sunt. addant: idest addere possint nostris moribus: idest institutis: siue modo uiuendi qui pessimus est. Minores supple in tempore: idest posteriores nostri. cupient supple facere & facient eadem supple facinora: quasi dicat nihil noui aut cupere, aut facere poterunt: & quia quodammodo minus est cupere tantum: ꝙ̃ cupere & facere: cum plus & peius sit cupere malum, & non facere: ꝙ̃ facere & non cupere: ideo præposuit quod minus est. sicut Virgilius in sexto Æneidos. Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti. Omne uitium: idest semel fuit. in præcipiti .i. in supremo uertice: unde daret præcipitium. Vertex enim a uertendo eo ꝙ cum altius ascendi nõ possit, illinc uertendum sit. & pręceps est quod sic capite priore, siue anteriore. sicut qui altius ꝙ̃ datum est arti, aut naturæ ascendere uolunt. Quia autem omne uitium stetit in præcipiti. i. idest iam consumatum est supremo gradu fuit: utere o Iuuenalis (cohortatur enim ut dixi, seipsum) uelis. & pande: idest aperi, & expone uentis totos sinus. idest incuruaturas tam uelorum, ꝙ̃ antemnarum: hoc est nauiga pleno uento. quod est naua plenam operam ad Satyram scribendam. Nauare autem est cito & multum ad optatum perducere: eo ꝙ nauibus cito & multa & longe plura qui curribus ad portum perducimus. Naues autem tunc maxime procedunt quando habent fluxum secundum. idest sequentem & a tergo. & ideo secundare dicimus pro fortunare aut prosperare. Item quando utimur remigio & uento. unde qui pleno cursu se aliquid facturos pollicentur: dicunt se usuros uelis & remis. Verumtamen ubi bonus est uentus: non est opus remigio. & ideo quia plus proceditur uentis: aut uelis ꝙ̃ remis dixit utere uelis: & pande totos sinus. Sinus autem est omnis angulus in uolutus: capax alicuius rei: ut sinus maris: sinus uelorũ: sinus oculorum: sinus etiam uestium potissimum in pectore. Nam gremium inter femora dicitur. Nec placet ut sint uerba admonitoris: quia iam primum introducet monitorem dicens: Tu quisquis admonitor forsan dicas hic: idest in hoc loco: hoc est ad hoc ꝙ significaui mihi toto conatu scribendum esse: eo ꝙ iam maxime regnant uitia: præsupponens ꝙ ea possem reprehendere. dicas in quam o Iuuenalis. unde sup. tibi detur ingenium par. idest. sufficiens materiæ: si scribere supple. liceret. & unde supple fiet tibi. simplicitas: idest uniformitas & indifferentia, siue mera libertas scribendi quodcunq;: idest quamcunq; rem: siue quodcũq; peccatum liberet supple scribere animo flagrante. idest dum animus flagrat. idest ardet. excandescit contra uitia. quasi dicat & liceret scribere omnia uitia, quæ nunc regnant: non sufficerent utres ingenij: & si sufficerent, non liceret propter legem latam. Ad quod Iuuenalis querens cum indignatione: quia dictum erat simplicitas: quasi auderet hos notare & non illos. Cuius non audeo dicere: idest aperte infamare nomen: quasi dicat nullius non audeo, immo cuiuslibet audeo. Quid enim refert: idest quid interest an Mutius Albutius, uel (ut quidam dicunt) Scæuola, quem Lucilius carpsit dicente Persio: Secuit Lucilius urbem: Te lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis. An inquã Mutius ignoscat: idest ueniam det Lucilio an non: idest an quiuis nobilis ignoscat mihi an non: quasi dicat nihil refert an quiuis nobilis reprehensus a me ignoscat an non: sicut non retulit an Mutius ignosceret Lucilio an non. Et non intelligas ꝙ Iuuenalis uelit reprehendere Mutium, sed quemuis similem. nec ꝙ aduersarius siue admonitor loquatur de Tigilino: qui erat tempore Neronis: sed de quouis adulatore sic caro imperatori Domititiano. sicut Tigillinus Neroni. De quo Suetonius sic: M. Ophonius Tigillinus obscuris parentibus: fœda pueritia: impudica senecta: præfecturã uigilum & prætorij & præmia uirtutum, quæ uelocius erat uitijs adeptus crudelitatem mox: deinde auaritiam & uirilia scelera exercuit corrupto ad omne facinus Nerone &c. Dicit ergo admonitor: rogas cuius non audeas dicere nomen. Non solum audeas ponere Mutium: idest uirum nobilem & potentem: sicut erat Mutius. sed pone: idest describe solummodo Tigillinum: idest quemuis uilem hominem & sceleratũ: carum tamen imperatori: sicut erat Tigillinus Neroni. tu lucebis: idest lucidus & inflammatos stabis: in illa: idest nota & famosa. teda: idest ligno pingui cito & clare ardenti: cui affixi erant. Legitur autem residuum tribus modis. Nã Calderinus & Valla dicunt ꝙ media arena sit nominatiui casus: & licet media in ultima corripiatur, excusator: quia est ultima dictionis & prima tertij pedis: sicut ibi: Omnia uincit amor, & nos cedamus amori. Et ita ordo secundum eos est. Tu lucebis in ea teda: qua ardent stantes: qui fumant gutture fixo per uncum quo tracti sunt: uel per ensem suppositum. & supple qua media arena deducit: idest deducendo facit in se latum sulcum: idest latam fissuram. Mancinellus dicit non nominatiui, sed ablatiui casus esse: uerum licet subaudiatur quæ: numerus non quadrat. Ego autem potius legerem fumat. ut sit: Qua stantes ardent: & is supple qui fumat fixo gutture: & is qui deducit latum sulcum in media arena. adhæreo tamen primæ sententiæ. Respondet poeta: Ergo si ita est ꝙ nõ audeam etiam uilissimum hominem notare dum uiueret. Tigillinus supple & quiuis alius similis Tigillino, qui dedit tribus patruis: idest fratribus patris sui ut hæreditatem haberet. aconita: idest succum illius herbæ uenenosum uehetur: idest sinetur per me uehi, & exaltari in plumis pensilibus: idest plumarijs in lectica pen

Nauo

Hæc,animante. tuba galeatum ſero duelli
Pœnitet.experiat quid concedatur in illos,
Q uorum Flaminia tegitur cinis,atq; Latina.

fili fultus, atq; deſpiciat: ideſt deorſum cum contumptu uidebit nos illinc: ideſt ab illis plumis,ſeu illa lectica. Immo inquit admonitor: cum talis ueniet contra tibi: ideſt obuiam. compeſce: ideſt concludе,uel comprime digito labellū: ne quid ſupple. loquaris: quia qui dixerit uerbum ideſt ſi quis eſt qui dixerit uerbum. accuſator erit: ideſt aderit ſupple dicens. hic eſt o imperator: qui ſupple hoc dixit. Vel ſi legis uerum ſic: quia accuſator erit dicens: hic eſt qui dixit uerum: ideſt qui dixit aut te adulatorem: aut imperatorem perditū,aut aliquid ſimile quod uerum eſt. non tamen dicet te uerum dixiſſe: ſed mentitum eſſe: dicet uerum dixeris. Eſt in fabellis uulgaribus: cum quodam tempore leo rex ſyluarum ægrotaret: lupum illi attuliſſe arietem pinguem: & ita læte acceptū: & deductū per regiam omnem: quę oſſibus & pellibus prędarum fœda erat: interrogatumq; an ne bene oleret,reſpondiſſe φ non. ob quod indignatus rex illi pellem a ſcapulis detraxit: & ita ſanguinolentum exeuntem aduentāti urſo occurriſſe: & illi caſum ſuum expoſuiſſe: quem cum urſus uitare uellet: cōtra dixiſſe φ bene oleret. ad quod rex: alter,inquit,ueſtrum mentitus eſt. & cum neſciam uter: parem penam dabitis. Itaq; illi quoq; pellem detraxit: quam rem ubi uulpes intellexit, quæ pullum afferens,regem quoq; uiſebat: finxit ſe cum ſimiliter interrogaretur: tantum piſcatui incubuiſſe: φ præ reumate nihil olfaceret: itaq; ſalua euaſit. Q uod cum cæteri admirarentur: in domibus,inquit regum, neq; uerum, neq; falſum dicere licere noui: tacens ergo euaſi. Licet ergo uerum dixeris: immo ſi quiduis uerum dixeris,accuſaberis. ſed ſecurus ſupple eſſe poteris, ideſt. ſine cura: quia extra periculum. licet committas: ideſt inferas carminibus tuis Æneam filium Veneris & Anchiſæ: & caput Romani generis: aut Rutulum ferocem dum uiueret: qui ægre tulit φ a Iunone manibus Æneę ereptus eſſet. Achilles fortiſſimus græcorum filius Thetidis & Pellei regis Theſſaliæ. percuſſus: ideſt occiſus a Paride & Deiphebo in templo Apollinis. nulli pro non & ulli non eſt grauis: ideſt moleſtus ulli,qui dum uiuebat, moleſtiſſimus erat omnibus Troianis: & etiam Agamemnoni imperatori exercitus græcorum. Et melius exponitur percuſſus. ideſt occiſus,q̃ reprehenſus: imo magis proprie dixit percuſſus,q̃ ſi occiſus: dixiſſet q̃ſi manu diuina tactus. dicente Virg. Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores Dardana qui Paridis direxit tela, manuſq;. Et Hylas: puer dilectiſſimus Herculi. quæſitus multum & ſecutus urnam: ideſt ſubmerſus cum urna. nulli grauis eſt quāuis Herculem uindicem habeat. Reſpondet poeta: quaſi dicat. id uerū eſſe: ſed minoris utilitatis eſſe mortuorum uitia notare, q̃ uiuentiū: quia quoties Lucilius ſatyricus ille, qui apud Romanos primus Satyram nouam ſcripſit ueteri tamen libertate ardens: ideſt acri & ardenti uerbo inſectans uitioſos adhuc uiuentes, uel uitia recitās. uelut: ideſt ſicut enſe ſtricto. ideſt nudato uel euaginato. infremuit: ideſt fremitum ore indignabundo dedit auditor cui mens eſt frigida: ideſt timore & tremore perculſa. criminibus: ideſt ob crimina. rubet ſupple in facie & præcordia: ideſt interiora circa cor ſudant. culpa: ideſt præ culpa. tacita. ideſt latente. Dicēs quomodo ſudant præcordia: ſi mens eſt frigida. Reſpondeo mentem eſſe frigidam, non cor: & metaphoricos non ſimpliciter, ſed criminibus. Si enim uirtus dicitur ardens ut. vi. Æneidos. Aut ardens euexit ad æthera uirtus. unde caritas ignis eſt. Bene dicuntur uitia frigida. etiam poteſt fieri naturaliter ut præcordia ſudent: & cætera membra fere frigeant. q. d. Et ob id multi cauerunt peccare. Q uia (ut dicitur in epiſtolis Horatij) Oderunt peccare boni uirtutis amore. Oderūt peccare mali formidine pœnæ. Reſpondet admonitor inde. ideſt. ex hac re: quia timent & ægre ferūt reprehēdi: irę oriuntur & lachrimæ. & ergo uoluta. i. frequenter uolue & ꝯſidera.

Fabule

Sentētia

℄ H Æ C: aut quæ tibi propoſui pericula: aut quæ ſequuntur. ſ. animante tuba. ꝩ Animante tuba: proponit exemplum alieni incommodi, ne idem patiatur: & ſibi caueat. Eſt enim ſenſus: Militem inquit qui ſe ſtimulante tuba in aciem immiſit: conſilij ſui pœnitet, ſed ſero: quia aut uulneratur: aut interficitur: ſicq; apte ſimilitudinem accommodat poetæ: ne idem patiatur. alij legunt. Hæc animæ ante tubas &c. Sero pœnitet: ſera pœnitentia parum prodeſt. ꝩ Duelli: ideſt belli. unde & perduelles apud ueteres dicebantur hoſtes. Ex duello factum eſt bellum: ut ſcribit Fabius lib. pri. ꝩ Experiar: uerba poetæ ad monitorem. Si uiuos inquit notare ſine periculo non potero: experiar quid mihi liceat in mortuos. Et ita pollicetur ſe tantum de mortuis dicturum. Vnde illud ſciendum a poeta nullum potētem uirum niſi nomine mutato, fictoq; nominari. ꝩ Flaminia & Latina: pleræq; uiæ fuerunt celebres: quæ ab urbe procul ducerent. ut Latina: Appia: Valeria: Æmilia: Flaminia. In duabus autem ex his: ſcilicet in Latina & Flaminia ſepeliebantur mortui: extructis ſepulchris ab utroq; latere uiarum. unde extant multa epigrammata ad uiatores. Et Iuuenalis alibi: Cliuoſæ ueheris dum per monumenta Latinæ. Via Latina media erat inter Valeriam & Appiam. Ad Caſinū oppidum coniungitur Appiæ. ab Capua decem & nouem diſtans ſtadijs Flaminiam ſtrauit C. Flaminius uictor Ligurū e Roma per Thuſciam & Vmbriā uſq; Ariminū. M. uero Lepidus collega Flaminij in cōſulatu reliquā uſq; Bononiā & ex ea in Aquileiam. Hæc Strabo in quinto.

IOAN BRIT

Perduelles

Via latina

℄ H Æ C tecum priuſq̃ ſupple ſcribas: aut quemuis ad irā prouoces. quia pœnitet galeatum. i. qui iam ab armigero galeam accepit: ut congrediatur cum hoſte ſero. i. nimis tarde. tuba animante. i. claſſicis inſtigantibus animos: hoc eſt quando tuba īflatur ad dādū animos cōflicturis: & ita uidetur melius ſtare, q̃ anime uel aīa ante tubam. ut ſint uerba monitoris, ſicut Hora. in principio ſecundi Sermonum introducit Trebatium ſibi conſulentem melius eſſe: ut nō ſcribat, q̃ ſcribendo quemuis maiorū lædat. melius inquam eſt ut ſint uerba monitoris, q̃ poetæ ad animū ſuum loquentis: quia ſequētia uerba ſunt poetæ dicētis. Ergo quod ſup. periculoſum ſit quemquam uiuentium prouocare: ego experiar quid concedatur: ideſt permittatur. in: ideſt cōtra illos quorum cinis. i. urna in qua reliquiæ ſunt. tegitur. i. ſepelitur. in ſupp. Flaminia ſupple uia. & Latina ſupple uia: quæ erant ſtratæ lapidibus: & multorum diuitum monumentis ornatæ: hoc eſt in mortuos, ut prius expoſuimus. Et hæc eſt prima Satyra.

ASCen

F I N I S.

IVNII IVVENALIS AQVINATIS.

SATYRA SECVNDA.



IN SECVNDAM SATYRAM IVVENALIS ARGVMENTVM.

Vltra Sauromatas. Hac Satyra eos inſectatur: qui eſt obſcęniſſime uiuant, diſſimulata morum prauitate alios caſtigant: & quandam pre ſe ferunt bonitatem. quod hominum genus eſt improbiſſimum. Verum eos in primis tangit: qui per ſummam naturę iniuriam more mulierum nupſerunt. Ait igitur poeta cum talia hominum monſtra ferre non poſſit in animo ſibi eſſe extrema orbis partes petere.



VLTRA Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum, quoties aliqd de moribus audent
Qui Curios ſimulant, & bacchanalia uiuunt,
Indocti primum, quanq̃ plena omnia gypſo
Chryſippi inuenias, nã perfectiſſimus horum
Si quis Ariſtotelem ſimilem, uel Pittacon emit,
Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas.

Satyra ſecunda. Vltra Sauromatas.



LIBET: impetus eſt. ¶ Sauromatas: quos latini Sarmatas, græci (auctore Plinio) Sauromatas appellãt. populi ſunt inhabitantes loca circa Meotidem paludem ſpacio quin decim dierũ Oceanum uerſus: regio arboribus uacua eſt. originẽ ducũt ex Amazonibus & Scythis. De hjs Herodotos lib. iiii. Dyoniſius Halicarnaſeus, Plin. Lucius Florus, Strabo, Ouidius in Ponto ſuo, & Triſtibus. ¶ Glacialem Oceanum: ideſt ſeptentrionalẽ: quaſi ubi nulla ſint mortalium domicilia. Oceanus autem appellat̃ omne mare quod ambit terram. ¶ Audent de moribus: ſubaudi loqui, diſſerere, aut aliquid tale tanq̃ uiri boni. ¶ Qui Curios ſimulant: q ſimulant ſe ea eſſe cõtinentia & bonitate: qua fuit Curius Dentatus: qui Terna agri iugera uiritim populo diuidens: ſibi deinde totidem conſtituit: dicens neminem eſſe debere, cui non tantum ſufficeret. Legatis Samnitũ aurũ offerẽtibus: cum ipſe in foco rapa torreret: malo, inquit, hæc in fictilibus meis eſſe, & aurum habentibus imperare. Cũ interuerſæ pecuniæ argueretur: cadũ ligneum: quo uti ad ſacrificia cõſueuerat in mediũ protulit: iurauitq; ſe nihil amplius de præda hoſtili ĩ domũ ſuã cõuertiſſe. ¶ Bacchanalia uiuũt: p bacchanaliter. nomẽ p aduerbio. i. more uerſantiũ ĩ Bacchanalibus: q̃ ſacra noctu ĩ urbe & clãculo celebrabãtur a maribus & mulieribus. ibi ſtupra pmiſcua ingenuorum & fœminarũ erant, pluraq; erãt uirorũ q̃ fœminarũ. de iis Liu. lib. ix. de bello maced. ſic: Bacchanalia ſacrũ græcũ, & qdem nocturnũ ſcelerũ oĩum maximũ ſeminariũ. Ibi. n. horrenda dictu fiebant. ¶ Indocti primũ: cũ ſint, inqt, indocti. neq; ullã operam pſtent uirtuti: uolũt tñ uideri magna eruditione & ſapia. hñt. n. domũ uarijs phorũ imaginibus refertã: ut uirtutis uideant̃ cultores. Docti. n. exornantes bibliothecas ſuas operã dabãt: ut clariſſimorũ uirorũ imagines haberẽt. Vnde Ci. ĩ. vii. libr. epiſtolarũ ad Fab. Gallũ ſcribit: ut ſigna ſibi emat ad ornandã bibliothecam. Martialis itẽ ſic ſcribit initio. ix. libri ad Toraniũ. Aue mi Torani frater cariſſime. Epigrãma quod extra ordinẽ paginarum eſt ad Stertiniũ clariſſimũ uirũ ſcripſimus: qui imaginẽ meã ponere in bibliotheca ſua uoluit. Plin. Iunior in epl'a ad Iuliũ Seuerũ ſic ſcribit Herennius Seuerus uir doctiſſimus magni æſtimat in bibliotheca ſua ponere imagines municipũ tuorũ Cornelij nepotis, & Titi arij: petitq; ſi ſunt iſtic, ut eſſe credibile eſt, exſcribendas pingẽdaſq; delegem. ¶ Gypſo Chryſippi. i. ſtatuis Chryſippi eſt gypſo. Nam ex gypſo figuræ ducuntur. Eſt aũt calci nõ abſimile. de quo Plinius lib. xxxvi. ¶ Chryſippi: Chryſippus Solenſis ſeu (ut alij dicunt) Tarſenſis Apollonij filius, Zenonis ſiue Cleanthis fuit diſcipulus. ut Valerius uero ſcribit, Cleanthis pceptor ingenioſus qdem, & acutiſſimus in omni genere orationis: & ſubtilitate diſputandi adeo acer. ut illud iactatum ſit, Deos ſi dialectica uti uellent, non alia uſuros q̃ Chryſippea. De eo multa Laertius, & Valeri. Maximus. Et nos plura recitauimus apud Perſium illic: Inuentus Chriſippe tui finitor aceruui. ¶ Nam perfectiſſimus horum ſubaudi eſt. Eſt autem ironia: ut ſit ſenſus: Exiſtimat ſe perfectiſſimum omnium: modo ſibi emerit ſtatuam, aut Ariſtotelis: aut alteri' philoſophi ad bibliothecæ ſuæ exornationẽ.

Ariſtoteles

¶ Ariſtotelem: Ariſtoteles Platonis fuit diſcipulus peripateticæ ſectæ princeps. Alexandri magni præceptor. Dicimus Ariſtotelem per e in penultima non Ariſtotilem. quod docet deriuatio Ariſtotelicus & non Ariſtotilicus. ¶ Ariſtotelem ſimilem. ideſt ſtatuam ſimilem ipſius Ariſtotelis: hoc eſt: quæ Ariſtotelem reddat.

Pittacus

¶ Pittacon hic unus fuit ex ſeptem ſapientibus Mitylenæus: qui a Mitylenis ſumptus dux aduerſus Athenienſes ſingulari certamine Phrinonem ducem rete obuolutum interemit. ¶ Archetypos Cleanthas: ideſt antiquas Cleanthis imagines. Opera. n. antiquis nominibus artificum nobilia archetypa ſunt appellata: quaſi quæ principali: eſſent forma & figura. ἀρχὸς enim principẽ ſignificat: & τύπος: formã, ſiue figuram. Ea enim in prætio fuiſſe oſtendit (ut diximus ĩ priore Satyra) Plinius his uerbis: Subito ars cælandi argenti exoleuit: ſola iam uetuſtare cẽſetur uſq; attritis cælaturis ne figura diſcerni poſſit.

Cleanthes

¶ Cleanthas: accuſatiuus eſt græcus. Cleanthes philoſophus fuit ſtoicus q Zenonis ſcholæ ſucceſſit: quam poſtea Chryſippo reliquit. Inopia, urgente noctu ex puteis ad irrigandos hortos Athenienſiũ aquam hauſit: qua mercede interdiu ſtudijs liberalibus uacabat: unde a græcis Phreantles eſt appellatus. ideſt hauriens puteos. Nam phrear græce puteũ ſignificat latine: & antlao haurio. De hoc Seneca ad Luciliũ: Patricius Socrates non fuit: Cleantes aquam traxit & rigando horto locauit manus.

Pluteus

¶ Pluteum: poſuit pro bibliotheca. Sic Perſius: Nec pluteum cedit, nec demorſos ſapit ungues. qua ſignificatione uidetur accepiſſe Sydonius cum ait. Hic libri affatim in promptu uidere te crederes: aut grammaticales pluteos: aut Æthnei cuneos: aut armaria extructa bibliopolarum & bibliothecarum.

Plutei

Feſtus Pompeius ſcribit pluteos numero pluratiuo fuiſſe crates corio crudo intectas: quæ ſolerent opponi militibus opus facientibus: quas militares appellarent. Nunc etiam tabulæ ſignificare: quibus aliquid præſepitur. Poſſumus ergo intelligere aut bibliothecas, aut pinacothecam: ideſt repoſitorium tabularum pictarum.

Pinacotheca

Nam per totam domum oſtentabant tales imagines tanquam bonarum artium cultores. unde dixit. Quanquam plena omnia gypſo. Victruuius tamen in Architectura ſua libro quinto: oſtendit: pluteum id eſſe quod inter ſuperiores, & inferiores columnas eſt.

ASCEn.



VLTRA Sauromatas. Licet in Satyris ſcribendis nullus ſeruetur ordo: uidentur tamen ſatyrici ea primum & maxime ſectari uitia, quæ peſſima & pernicioſiſſima iudicauerunt: ideoqꝫ Horatius, qui auaritiam: ideſt malam cupiditatem iudicauit omnis mali matrem dicens: Danda eſt hellebori multo pars maxima auaris. Neſcio an antyciram ratio illis deſtinet omnem. In prima Satyra auaritiam perſequitur. Perſius autem qui bonos poetas plurimi facere uidetur: & econuerſo malos peſſime odiſſe: eos perſequitur: qui poetica maieſtate abutuntur: & aut inepte ſcribunt: aut recte ſcripta inepte recitant. Iuuenalis uero in hac Satyra quæ poſt eam quæ pro logi loco poſita eſt: primum locum obtinet: maximos quoſqꝫ peſſimi criminis arguit: & primum philoſophos: qui & honeſtatem & ſanctitatem: & ſapientiam profitentur: & tamen inhoneſtiſſime, iniquiſſime, & ſtultiſſime uiuunt. nam cum ſapientia homines maxime a belluis ſegreget: ipſi pluſquam belluæ ſcelus turpiſſimū, quod contra naturam eſt, committunt. Deinde imperatorem Domitianum: qui cum ſummum debeat eſſe iuſtitiæ columen: leges tamen per immane nefas & inceſtum a ſe reuocatas & approbatas tranſgreſſus eſt. Tum iudices cauſæ criminalis: qui cum ſeueritate metuendi eſſe debeant: mollicie habitus & uitæ auctoritatem amittunt. Et poſtremum ſacerdotes potiſſimum albanos: qui cum cæteris in honeſtate uitæ & integritate morum & ſanctitate doctrinæ præſtare debeant: turpiſſimam uitam degunt. Quatuor ergo facit. Primum in principio. Secundum incipit ibi. Que tulerit: ſed tractat ibi: Qualis erat nuper &c. ubi etiam adulteros taxat. Tertium ibi: Fugerunt trepidi &c. Vltimum ibi: Fœdius hoc aliquod quandoqꝫ audebis. Omne autem hæc partes condependent: ita ꝙ uidetur eſſe quædam continuatio materiæ. Primum ergo. in

Hippocrite philoſophātes philoſophos hippocritas inſurgit: quomodo Saluator noſter ſcribas & phariſeos propter hippocriſim maxime reprehendit. De his autem ita ſcribit Aulus Gellius libro octauo, capite ſecundo. Ad Herodem atticum conſularem uirum, ingenioqꝫ amœno: & græca facundia celebrem adijt nobis præſentibus pallatus quidam & crinitus, barbaqꝫ prope ad pubem uſqꝫ porrecta: ac petijt æs ſibi dari: ad panes: emendos: ſcilicet. Tum Herodes interrogat: quiſnam eſſet? Atqꝫ ille uultu, ſonituqꝫ uocis obiurgatorio, philoſophum ſeſe eſſe dicit: mirari quoqꝫ addit: cur quærendum putaſſet, quod uideret. Video, inquit Herodes barbam & pallium philoſophum non uideo. Quæſo autem te cum bona uenia dicas mihi: quibus nos uti poſſe argumentis exiſtimas: ut eſſe te philoſophum noſcitemus. Interili aliquot ex his, qui cum Herode erant: erraticum eſſe hominem dicebant: & nullius rei: incolumqꝫ eſſe ſordentium ganearum: ac niſi accipiat quod petit, conuitio turpi ſolitum inceſſere. Atqꝫ ibi Herodes: Demus inquit huic aliquid æris cuiuſmodi eſt: non tanquam homines tanquam homini. Et iuſſit dari pretium panis. triginta dierum. Tum nos aſpiciens, qui eum ſectabamur: Muſonius, inquit, circumſtanti cuipiam id genus & philoſophum ſe oſtentanti dari iuſſit mille nummum. Et cum pleriqꝫ dicerent nebulonem eſſe hominem malum & malitioſum: & nulla re bona dignum, tum Muſonium ſubridentem dixiſſe aiunt: dignus igitur eſt argento. Sed hoc inquit potius dolori mihi, atqꝫ ægritudini eſt: ꝙ iſtiuſmodi animalia ſpurca atqꝫ probra nomen uſurpant ſanctiſſimum: & philoſophi appellantur. Maiores autem mei Athenienſes nomina iuuenum fortiſſimorum Harmonij & Ariſtogytonis. qui libertatis recuperandæ gratia Hippiam tyrannum interficere adorſi erant: ne unquam ſeruis ludere liceret: decreto publico ſanxerunt: quoniam nefas ducerent nomina libertati patriæ deuota: ſeruili contagio pollui. Cur ergo nos patimur nomen philoſophiæ illuſtriſſimum in hominibus deterrimis exordeſcere. Hæc ibi. Dicit. ergo poeta ſic. Quoties hi, qui ſimulant Curios: ideſt uiros caſtiſſimos & maxime ſobrios: & tamen uiuunt bacchanalia: hoc eſt incontinenter & uoluptuoſe: audent de moribus diſputare aut mores docere: ego uellem aufugere hinc uſqꝫ Oceanum glacialem: ubi zona frigida perpetuo gelu rigens dicitur. Primum enim ſunt indocti: & tamen ſimulāt ſe doctos & amatores doctorum. ad quod ſimulandū habent domi ſuæ ſimulachra doctiſſimorum philoſophorum. Quia quilibet uidetur eius imaginem aut ſimulachrum amare, cuius uitam amat. Et ideo inepti ſumus chriſtiani, qui picturas proſtibulis & lupanaribus magis dignas, ꝗ honeſti uiri thalamis, in cubiculum noſtrum adducimus: neglectis, aut parui habitis Saluatoris noſtri, ſanctorumqꝫ imaginibus. Ordo eſt: Libet. ideſt delectat & placet. fugere. i. per fugam celeriter diſcedere: aut rapi quod plus eſt ꝗ proficiſci. hinc. ideſt ab hoc loco mihi natiuo: ubi libentiſſime eſſe debeam. Quod idem doluit Melibœo dicenti apud Virg. Nos patriam fugimus. ultra Sauromatas: qui tamen ſuperiorem patrem Aſiæ Boream uerſus inhabitant. & per id ultra Oceanum glacialem: ideſt ultra mare magnum perpetua glacie horrens: hoc eſt in zonā inhabitabilem propter perpetuum gelu & habent omnia emphaſim. Primo ꝙ dicit ultra: quia ſatis durum & miſerum eſſet illucuſqꝫ proficiſci. Secundo quia dicit Sauromatas: qui populi fieri ſunt & malo aſſueti. Tertio quia fugere ꝙ fugatorum & expulſorum eſt, eſt pluſquam abire, aut faceſſere, aut pro ficiſci, aut migrare, aut quouis pacto diſcedere. Hinc locum natiuum demonſtrat natura cariſſimum. & ita multiplex dolor naſcitur: & a termino abs quo & a termino ad quem & a modo: quia per fugam. Et tamen libet: quod plus eſt ꝗ placet. nam id libet ad quod naturas nos inclinat. Toties autem libet: quoties ſup. ij q ſimulant: ideſt per hipocriſim referunt & repreſentant. Curios: ideſt uiros cōtinentiſſimos & maxime ſobrios: qualis erat Marcus Curius Dentatus. & uiuunt bacchanalia: ideſt uitam ducunt more eorum, qui celebrant bacchanalia. i. Bacchi feſta: in quibus fœdiſſima peccata committebantur. Et ita aduerbialiter poſitum. uel ſecundum Georg. qui uiuunt: ideſt uiuendo ſunt ipſa bacchanalia: ideſt omnis turpitudinis domicilia. & hoc emphatice, quo hominem ſceleſtum ſcelus appellamus. Et ita bacchanalia eſſet nominatiui caſus. & eſt maioris ſignificantiæ ꝗ in accuſatiuo. Filium tamen orationis melius eſſet in accuſatiuo. quoties in quam tales ſimulatores audent ſup. hiſcere, aut loqui, aut mutire. aliquid. i. quantulumcunqꝫ modicum. de moribus. ideſt de inſtitutis & modo debite uiuendi: quaſi dicat, qui fœdiſſime uiuunt: nō debere mores honeſtos docere: quia (ut dicitur) Turpe eſt doctori ꝙ culpa redarguat ipſum. Quod & Gregorius & Ambroſius approbant. Et an, nota diligentiam poetæ: qui in fuga omnia auxit: hic omnia diminuit. Nam non dicit quoties diſputant, aut declamationes in propatulo faciunt: ſed quoties audent: quod quodammodo minus eſt ſaltem ad indignationem excitandam ꝗ faceret: qa multi audent quod non faciunt, & econtra. Nemo faciunt niſi coactus ꝙ non audet. Pulchre etiam ſubticuit uerbum hiſcere, aut mutire, aut ſimile quaſi qui neſciuerit inuenire uerbum ſignificans tam modicam mentionē de moribus: facere quin malit aufugere ꝗ audire. Et ſignanter addit aliquid: quaſi dicat quantulumcunqꝫ exiguum. Tales autem qui ſe Curios ſimulant & bacchanalia uiuunt. ſunt primum indocti: qui tamen ſe philoſophos dicūt. Vnde ordo eſt: Hi ſupple ſunt primum. ideſt in primis indocti: Vel ſic: Primum: ideſt primo loco ī hoc genere ſunt indocti. q̄q̄. ideſt tametſi. inuenias: ideſt quilibet inuenire poſſit: apud eos omnia ſupple loca plena gypſo. ideſt ſtatua gypſacea. Chryſippi: ideſt illius diligentiſſimi & doctiſſimi philoſophi. Et ſi quæras quare ſtatuas pliorum domi habent. Reſpondet. Nam perfectiſſimus horum ſupple eſt, aut exiſtimatur eſſe: ſi quis eorum ſup. emit: ideſt publice comparauit ſibi Ariſtotelem ſimilem: ideſt ad ſimilitudinem eius qui uiuebat effectum & ſimulatum. aut Pittacon philoſophum ex ſeptem ſapientiſſimis Græciæ. Et ſi quis eorum iubet: ideſt uult pluteum: ideſt pinachothecam. i. repoſitorium tabularum pictarum ſecundum Calderinum. uel armarium, ubi libri reponuntur ſecundum Vallam & Mancinellum. uel (ut ego intelligo) illud obiectū quod in conclaui ſtudioſi obijciunt oculis ne uagentur: quod cōfectum eſt ex tabulis ſiue aſſeribus: ad ſimilitudinem pluteorum bellicorū ſic appellatum. Concludunt enim non nulli ſeſe dum aut carmina fingunt: aut quamuis rem excogitant pluteis: quos poetæ indignati uerba inuentis non reſpondere: præter induſtriam, aut compoſitum cedunt: ut teſtatur Perſius. In conſpectu ergo ſunt e regione aduerſa. Id maxime ponebant cuius memores fieri ſummopere deſiderabant. Et ita iubebant pluteū ſeruare. i. ut pluteus ſeruet Cleāthas. i. philoſophos ſtudioſiſſimos & laborioſiſſimos archetypos. i. ueteres & primū typū, ſiue primā figuram, aut protractione bonorū pictorū habentes. Solent enim pictores imperitiores doctiorū archetypos cuſtodire: & ita cuſtodiebant tales philoſophi Cleanthas: ut ſignificent ſe imitari uelle Cleanthem illum uirum: aut ut ſe eius amatores ſignificēt: qui eius archetypos etiam cariſſime emerint. Accipitur aūt hic archetypos adiectiue ſicut apud Martialem: Sic tanq̄ tabulas, ſcyphoſqꝫ Paule. Omnes archetypos habes amicos. Poteſt aūt uterqꝫ accuſatiuus a patre ante cōſtrui: hoc eſt: ſic lubet pluteū ſeruare Cleanthas. & ſic iubet Cleāthas ſeruare Pluteū.

¶PRONTI

Fronti nulla fides. quis enim non vicus abundat
Tristibus obscænis: castigas turpia, cum sis
Inter socraticos notissima fossa cinædos.
Hispida membra quidem, & duræ per brachia setæ
Promittunt atrocem animum, sed podice leui
Cæduntur tumidæ medico ridente mariscæ.
Rarus sermo illis, & magna libido tacendi,
Atq; supercilio breuior coma, verius ergo,
Et magis ingenue Peribonius. hunc ego fatis
Imputo, qui vultu morbum, incessuq; fatetur.
Horum simplicitas miserabilis, his furor ipse
Dat ueniam. sed peiores, qui talia verbis
Herculis inuadunt, & de virtute locuti
Clunem agitant. ego te ceuentem Sexte verebor
Infamis Varillus ait, quo deterior te:
Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

¶FRONTI nulla fides: subaudi habenda est. Sic Mart. Nolito
fronti credere, nupsit heri. Talis est sententia Luciani in Timore:
οὐκ ἔτι πιστευτέα τανῦν οὐδενὶ πάντες ἀχάριστοι καὶ πονηροί: non
amplius credendũ cuiq̃ presentiũ: omnes ingrati & sceles. Est enim
sensus: Multi seueritate supercilij summã prę se ferunt bonitatẽ, cũ
turpissimis omnino sint moribus. & ideo inqt: Fronti fides nulla ha
benda est. ¶Quis. n. quis inquit
in urbe locus est: qui nõ abũdet
hoĩbus seueris: eisdemq; obscæ
nis. i. ijs qui tristi supercilio gra
ues & cẽsorij uideri uolũt: cũ sint
obscęnissimi, & fœdissimis mori
bus. ¶Vicus: uici in urbe fuerũt
supra mille, dictiq; sũt a uia (ut
scribit Varro) q ab utraq; par
te uię sunt ędificia. a uico fit ui
cinus & uicinia. uicos ẽt appella
mus ipsas uillas: hoc est pagos.
¶Castigas turpia: hic omnis est
poetę indignatio: q cũ ipse sit fę
dissimus aliena castiget uitia: ut
ostendat id, quod ait Cic. in Sal
lust. Oportere hoĩem omni care
re uitio, qui in alterum paratus
est dicere. ¶Notissi. na fossa: notis
simus paticus, q draucis abuta
ris, a quibus fodiaris. ¶Socrati
cos cinędos: inter eos qui cũ sint
patici & uitiosissimi: de moribus disserũt more Socraticoꝝ: uolũtq;
uideri philosophi Socratici. Nã Socrates primus (ut recitauimus
apud Persiũ auctore Cic. in Tuscu.) fuit: qui e cęlo philosophiã de
uocauit: & in urbibus collocauit: & in domos etiam introduxit: coe
gitq; de uita & moribus bonis & malis quęrere: cum antea philoso
phi in reꝝ natura perscrutãda essent occupati. cũ igitur hi de mori
bus loquerẽt. Socratici uidebã. ¶Cinędos paticos: κινέω qđ est mo
ueo: καὶ αἰδοῖα pudenda. ¶Hispida mẽbra occurrit illis, qui possent
dicere eos ex cultu corporis uideri & bonos & seueros. Verũ, inqt,
est mẽbra hirsuta & pilosa promittere seueritatẽ in illis: sed re uera
cinędi sunt & turpissimi. ¶Promittunt: prese ferũt. ¶Atrocem: seue
rũ: & ab omni turpitudine abhorrentẽ. ¶Podice: podex capitur pro
circulo anni. Hora. in odis: Hiatq; turpis inter aridas nates podex
uelut crudę bouis. & Ausonius: Sed q & eliso plãtaria podice uellis.
¶Leui: depilato. Nã leue appellatur cũ habet primã lõgã: quod sine
pilis est. Macro. Leue aũt est mulieꝝ corpus q̃si naturali frigore dẽ
setur. ¶Mariscę tumidę: metapho. ulcera innata ex turpi attritu ma
riscas appellat. Nec sine ratione. Nã (ut auctor ẽ Celsus) i sede ulcus
nascit simile fungo & iõ medici fungũ appellauere. Iuniores uero
ficũ. ex genere aũt ficoꝝ est Marisca. Colu. & ex eo Plin. Ficos mari
scãs i loco cretoso serito. Mar. Infanti melimela dato, fatuasq; ma
riscas. ¶Ridẽte: qa turpitudinis cãm nouit. ¶Rarus sermo: illis subau
di ẽ. i. raro loquũt: quo seueriores uideãt. multilogũ. n. hoiem leuita
tis arguit. ¶Libido: cupiditas & magnũ tacẽdi desideriũ. Nã libido p̃
ter tritã illã & notã significationẽ: hoc est Veneris pruritũ: capit p
cupiditate & ueluti appetitu: siue uolũtate. ut hoc loco. Et apud Te
rẽtium in Hecyra: Neq; libidini tuę aduersabor. Itẽ infra Potius q̃
aduersum animi tui libidinẽ esset cũ illo nupta. Et apud Plin. in. 7.
Quis hunc iure felicẽ dixerit periclitatũ ad libidinem inimici: hoc
est ad arbitriũ: uoluntatẽ: & nutũ inimici. Cic. in Tuscu. li. 3. ita diffi
nit uocabulũ: Altera cupiditas: q̃ recte uel libido dici potest: quę est
immoderata appetitio opinati magni boni: rationi nõ obtemperãs:
uel cupiditas recte dici potest. Vnde in Rhetoricis ad Herẽniũ pro
cupiditate modestię partibus utemur si nimias libidines honoris,
pecunię, similiumq; reꝝ uituperabimus. Atq; supercilio breuior co
ma: incedunt, inqt, breui capillo ut infamiã uitent: quã solent subire
comati. Nam prouerbiũ fuit apud gręcos: Nullus comatus q idem
cinędus nõ sit. ¶Supercilio: superciliũ dictũ est: quod sit supra ciliũ
est aũt cilium extremus ambitus genę superioris. In superciliis ho
minis pars animi est: negamus: annuimus: hęc maxime indicant fa
stus: superbia hic sedẽ habet. Vnde poeta in carmine obscęno: Car
minis incompti lusus lecture procaces Conueniens latio pone su
perciliũ. ¶Verius ergo: minus inqt Peribonius reprehẽdendus est:
etsi pudicitiã suã uulgo p̃stituit. id enim facit urgentibus sic fatis: q
bus aduersari non potest. ¶Verius ergo: subaudi facit. i. apertius &
simplicius amota omni simulatione. ¶Imputo: ascribo. ¶Fatis: secũ
dũ eos loquitur. ut est apud Senecã: qui aiunt: Ducunt uolentẽ fata
nolentẽ trahũt. Fatũ aũt Chrysippus (auctore Gellio) ita diffinit: Fa
tũ est inquit sempiterna quędã & indeclinabilis series reꝝ & cathe
na uoluens semetipsam se & implicans per ęternos consequẽtiæ
ordines: & quibus apta cõnexaq; est. ¶Morbum. uitiũ & turpitudi
nem suam. Iurisconsulti differẽtia facientes inter morbũ & uitium — Morbi & uitij differentia
tam uaria sentiunt: ut non facile
intellectu relinquant significatũ
uocabuloꝝ. Modestinus de uer
boꝝ significatiõe scribit morbũ
tẽporalem esse corporis imbecil
litatẽ: Vitium uero perpetuũ cor
poris impedimẽtorũ ueluti si lu
scus sit: nã luscus uitiosus est. Sa
binus uero refert Labeonẽ quid
esset morbus ita diffinisse. Mor
bus est habitus cuiusq; corporis
contra naturã: qui usum eius fa
cit deteriorẽ. sed morbũ alias in
toto corpore accidere dicit: alias
in parte corporis morbum esse,
ueluti est phthisis, aut febris. par
tis autẽ ueluti cæcitas aut pedis
debilitas: multaq; addunt alia.
Demũ alij dicũt uitium esse p̃pe
tuum morbũ cum accessu & di
scessu: sed hoc si ita ẽ neq; cęcus
neq; eunuchus morbosus est cõ
tra Labeonis sentẽtiã. ¶Hoꝝ: taliũ qualis est Peribonius. ¶Miserabi
lis: digna miseratione. i. cuius misereamur. Nã miserabilis est nõ q
miseretur, sed cuius nos misereamur quia nomina in bilis desinẽtia
significant potentiam passiuam. ¶Ipse furor: ipsa amẽtia. qua uexa
tur urgentibus fatis: ut prostet. ¶Sed peiores: sensus est: Improbio
res inqt sunt ij, qui cũ obscęne uitã agunt: alioꝝ uitia seuerissime re
prehẽdunt & insectantur. ¶Talia. s. uitia & turpitudines. ¶Verbis
Herculis. i. grauibus & seueris: q̃libus Hercules usus est cum uolu
ptatẽ incusando repulit a se, secutus uirtutẽ. Nam Hercules (ut est
auctor Xenophon in eo libello quẽ scripsit de dictis & factis Socra
tis memoratu dignis: quod & Diuus Basilius recitat) cũ adolescẽs
esset: diu multũq; dubitauit: quã uiam teneret uirtutis an uolupta
tis. Ambigenti duæ matronę apparuere: uirtus. s. & uoluptas: quaꝝ
utraq; sedulo instabat ut se sequeretur. Audita utriusq; cohortatio
ne: incusata grauissimis uerbis uoluptate, uirtutẽ secutus est. Hi er
go cũ turpissimi essent de uirtute multa disputabant: magnaq; uer
borũ grauitate uitia dãnabant quẽadmodum & Hercules uolupta
tẽ damnauerat secutus uirtutẽ. ¶Clunem agitãt: obscęna patiuntur
& muliebria. ¶Ego te ceuentẽ: proponit poeta ridiculam satis cuius
dã Sexti cinędi castigationẽ: qui cũ Varillum alteꝝ cinędũ dissimu
lata sua ipsius turpitudine grauiter increparet: ab eo reprehẽsus est:
& delusus ut deterior se. sicq; poeta philosophice ostendit oportere
alieni uitij correctorẽ omni prorsus uitio carere. unde seqtur: Lori
pedem rectus derideat. Est ergo sensus: Varillus infamia tẽporibus
poetę notissimus: cũ a Sexto cinędo reprehẽderetur, remordens di
xit: Ego ne te ceuentem uerebor cum te non sim deterior. ¶Ceuen — Ceuere
tem uerbũ est in obscęnis: & patici motantis clunem. Ad qđ allusit
Persius loquẽs de adulatore: An Romule ceues? ¶Quo deterior te:
subaudi sum. ¶Loripedẽ rectus bonus inqt malũ notet: sed non ma — Loripes
lus. est aũt schema prouerbiale: qđ usurpari solet in eos q cũ uitiosi
sint: aliena castigant uitia. Loripedem Pli. li. 5. ca. 8. ostendit in In
dia esse loripedes: qui anguium modo ingrediantur & serpant. Vñ
loripedẽ dicimus q tarde incedat, & claudicet. Plaut. in Penulo Ne
quicq̃ hos patronos mihi elegi loripedes tardissimos ubi locũ cor
reximus. nã procos scriptũ est oro patronos. erit ergo sensus rectus
derideat aut trahentem corpus per humũ, aut re uera claudicantẽ
obtortis pedibus. Vidẽturq; dici a loco q pedes habeãt loreos: hoc
est molles & obtortos ueluti est loꝝ molle & obtortum. quos gręci
(auctore Plinio) Himantopodas appellarunt. ἱμὰς enim lorũ signi
ficat, siue corrigiã: πούς pedẽ. Vnde poeta in Satyra. x. Nec p̃textũ
rapuit Nero loripedẽ. Eo qs ita serpẽdo ingrediũtur Solinus interp̃
tat flexu crurũ nisibus ingredi. ¶Æthiopẽ: Æthiopia (ut docet Pli. — Æthiopia
li. 5.) duplex est. altera circa occasum ad Atlãtẽ montẽ Mauritanię
altera circa ortũ, Ægypto cõtermina. Æthiopũ q uicina Ægypti lo
ca incolunt: alij utrasq; Nili ripas, insulasq; in Nilo sitas habitant.
hi Arabiæ proximi sunt: alii mediterraneas tenent regiones uer

Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?
Quis cælum terris non miſceat, & mare cælo,
Si fur diſpliceat Verri? homicida Milioni?
Clodius accuſet mœchos? Catilina Cethegum?
In tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli tres?
Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu? qui tunc leges reuocat amaras
Omnibus, atq; ipſis Veneri, Martiq; timendas,
Cum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam
Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas.
Nonne igitur iure, ac merito vitia vltima fictos
Contemnunt Scauros, & caſtigata remordent?

ſus Arabiam ſitas. Maior pars Aethiopum nigro colore eſt: de quibus plurima Diodorus lib.iiii. digna memoratu. Dicti autem ſunt Æthiopes (Auctore Plinio) ab Æthiope Vulcani filio. Alij uero tradunt nominatos: ꝙ ſint Solis calore adusti: ab αἴθω quod eſt uro.

ASCen. ¶ FRONTI nulla fides &cæ. Quia ergo multi ſe alios ſimulant ꝗ ſint: ut.n. dicit Saluator: Veniunt in ueſtimētis ouiū: intrīſecus aūt ſunt lupi rapaces. dicit poeta ꝙ nō eſt ↄfidendū fronti.i. apparatui exteriori: qa multi ſeuerā, caſtā, & omni ex parte ſanctā uitā: in barba prolixa: breui capillo: ſilētio alto: ſupercilio ſeuero: piloſis brachijs & pallio ac baculo ꝓ ſe ferunt: & ſe habere oſtentāt: q fœdiſſima illa ſodomitica peccata in ſe admittūt. Et ita peius peccant tales ſimulatores, ꝗ indocti q ſimplicitate quadā ſe nō alios ꝗ ſint ꝓfitētur. Nō ꝙ melius ſit publice ꝗ ſecrete peccarī (Dictū eſt.n. Si nō caſte tñ caute) ſed qa nō ignorātia aut fragilitate: ſed manifeſta malitia peccāt. Difficilius.n. eſt ſimulare bonū uirū, ꝗ eē: & tñ malūt ſimulare, ꝗ eē. & plus laboris ſumunt, ut uideātur boni, ꝗ boni ut ſint: & ita ex deliberatione mali ſunt. Ordo eſt: Nulla fides.i. nulla firma credulitas ē ſup. adhibēda fronti.i. apparatui exteriori. enim pro qa quis uicus.i. regio in ciuitate: aut cohabitatio hominū ī agro nō abūdat triſtibus.i. ſeueris & rigidis ī uultu ſup. & obſcœnis.i. turpibus in uita. q.d. nullus uicus nō abūdat: immo quilibet abūdat. Et quęrit ꝑ īdignationē. caſtigas ſup. ne tu turpia.ſ. facta aliorū. cū ſis foſſa.i. lacas & ſentina notiſſima inter cinędos.i. paticos: q patiūtur muliebria ꝑ ciſi. ſocraticos.i. qui fingūt ſe in doctrina ſocraticos.i. caſtitatis & aliorū bonorū morū ꝑceptores. q.d. nō te decet id facere: qa nō eſt ferendū a te, cū amiſeris auctoritatē. Mēbra ſup. tua hiſpida.i. piloſa & hirta. & ſetę durę.i. pili tam magni & duri ut ſetę porcorū. Sūt enim ſetę in porcis: uilli in leonibus: lana in ouibus: pilus in equis & hominibus: ſquāmę & ſpinę in piſcibus: plumę ī auibus &c. per brachia.i. quę uidētur circa brachia. ꝓmittūt qdē.i. pollicentur nobis in te animū atrocē.i. robuſtū & uirilē. ſed mariſcę tumidę.i. ulcera īflata more fatuaꝝ ſicuū generata ex fœdo & abhominabili coitu. cędūtur.i. incędūtur & aperiūtur ferro tibi. in podice leni.i. in ſede naturali depilata ex frequēti ſubactione. lene eſt nō aſperū & ꝑolitū: ut qui ſine barba ſunt lenes dicūtur: & habet primā longā ſic. cędūtur medico ridente: qa nouit cauſam ulceris eſſe turpitudinē tuā. Rarus ſermo & magna libido tacendi eſt ſup. illis.i. eiuſmodi uiris. Atq; ꝓ &. coma.i. capillus. breuior ſupcilio.i. nō demiſſus uſq; ad ſuperciliū eſt ſup. illis. Ergo cū ita ſit: ꝙ ſimulāt ſe caſte & ſancte uiuere, cū ſint turpiſſimi. Peribonius.i. diuulgator turpitudinis ſuæ. uel Peribomius cinędus Cybeles matris Deoꝝ: dictus a peri: qđ eſt circū: & bomos ara: q̄ſi circū arā uerſatus. & ponitur ꝓ quolibet ex ſimplicitate peccatū ſuū prodēte. Verius.i. tolerabilius: qa cōfitenti uerū ignoſcere ſolēt & Dij & hoies. & magis ingenue.i. ut ingenuū.i. natura liberū decet: qa furū & ſeruorū eſt mētiri: ingenuoꝝ ueritatē fateri: neq; diſſimulare: & aliud in corde: aliud in ore habere: ſup. agit aut facit. Ego imputo hūc.i. talē.i. talis uiri uitā fatis.i. iudico ꝙ talis ſit ſecutus inclinationē naturę: & ꝙ ex ſimplicitate nō ex malitia peccet: q fatetur uultu & īceſſu morbū.i. peccatū: qđ eſt aię morbus, & ſi perſeuerat mors. Et ſimplicitas hoꝝ.i. q peccāt: nec tegūt peccata eſt miſerabilis.i. digna miſeratione. Ipſe furor.i. uiolētus īpetus cui neſciūt moderari ita ut furere uideāť. dat his.i. huiuſmodi ueniā. Sed peiores ſup. ſunt q inuadūt.i. increpāt & laceſſunt talia.i. tale ex ſimplicitate peccātes: uel talia facta ex ſimplicitate peccantiū. uerbis Herculis.i. grauiſſimis qualibus uſus eſt Herculis cōtra uoluptatē ſe allicere uolētā. & locuti.i. poſtꝗ diſputauerūt de uirtute.i. de fortitudine & caſtitata agitāt.i. mouēt. dū ſubigūtur. clunē.i. podicē qđ nō decet: qa nemo patiť ſe ab iniqore reprehēdi. Vnde Varillus infamis.i. ꝑ turpitudinē uitę infamatus ait ad Sextū uiꝝ ī uerbis ſeueꝝ, ſed cinędū: o Sexte ego uerebor.i. putas ne ꝙ ego cū reuerētia timebo te ceuentē.i. artificio ſe turpitudinē patientē: & poſteriora tua motantē. q.d. minime. Nā quo.i. ī quo ſup. ſum deterior.i. minoris dignitatis aut pretij te.i. ꝗ tu. q.d. ī nullo. & ita nō debes me reprehēdere. decet.n. ut rectus.i. recte incedēs derideat loripedē.i. oblique incedentē: nā loripes in India anguiū more ingrediť

teſte Plinio. & albus.i. mundus & pulcher Æthiopem.i. fœdum & turpem. uel albus.i. bonus Æthiopem.i. nigrum: hoc eſt malum.

¶ QVIS tulerit: qs nō indigneť ſi ſeditioſus uir: q̄les fuerūt Gracchi: ſeditioſum reprehēdat? Tiber.n. & C. Gracchi fratres Africani ſuperioris ex filia nepotes: utrique tribu. pleb. cū leges agrarias nō ſine nobilitatis indignatione tuliſſent, cęſi fuerunt. Tibe. & Capitolio a P. Scip. Naſica fragmēto ſubſelli, C. in ponte Sublicio aut ſua, aut ſerui Eupheri manu. ¶ Quis cęlū terris? qs ira nō ↄfūdatur, & clamet. ut eſt apud Teren. O terra, o cęlū, o maria Neptuni. Sic.n. faciūt q ira uehemēter incēdūtur. ¶ Diſpliceat Verri C.n. Verres. Cn. Pōp. & M. Craſſo ↄſulibus in Sicilia q̄ſtor fuit: q per triēniū nemine ſuccedēte tenuit. ubi libidinoſe, auare, crudeliterq; uerſatus ē, ſuccedēte tādē Metel. reuerſus Romā a Siculis repetūdaꝝ ē accuſatꝰ. cām egit Cic. cuius actiones adhuc extāt Verrinęq; appellāť. ¶ Homicida Miloni. homicidā appellat Milonē ꝙ occiderit P. Clodiū. Nā Miloni cū Clodia ſummę erāt inimicitię ex eo maxime, ꝙ Milo Ci. erat amiciſſimus. In eo reducēdo enixiſſime operā nauauerat. Et P. Clodius reſtituto Cice. infeſtiſſimus. In petitione igiť cōſulatus Miloni aduerſatus eſt Clodius: & ſępe iter ſe Milo & Clodius cū ſuis armatoꝝ factionibus Romę depugnauerāt. Proficiſcenti ꝑterea Miloni Lānuuiū: ex quo erat municipio: occurrit Clodius circa horā nonā paulo ultro bouillas rediēs ab Aricia. Vehebať Clodiꝰ equo, Milo rheda cū uxore Fauſta filia L. Syllę dictatoris. ſeq̄bať eos magnū ſeruoꝝ agmē: īter quos gladiatores quoq; erāt: cū ſeruis Clodij rixā cōmiſerūt: ad quē tumultū: cū reſpexiſſet Clodius minitabūdus humeꝝ eiꝰ Birria unꝰ ex gladiatoribꝰ rūphea traiecit. Clod. uulneratus ī tabernā ꝓximā Bouillis delatus ē. Milo ut cognouit uulneratū Clodiū: cū ſibi ꝑiculoſius illud ēt uiuo eo futuꝝ ītelligeret: occiſo āt magnū ſolatiū eēt habiturus ēt ſi ſubeūda eēt pœna exturbari tabernā iuſſit: atq; ita Clod. latēs extractus multis uulneribꝰ ↄficiť. Cadauer eius ī uia relictū: qa ſerui Clodij: aut occiſi erāt: aut grauiter ſaucij latebāt. Lege Pędianū, Appianū, Cic. ꝓ Milone. ¶ Clodiꝰ accuſet mœchos: nā Clodius, de cuius cęde mō dictū ē, cū Pōpeiā uxorē Cęſ. ꝑdite amatet: habitu muliebri īgreſſus ē domū Cęſa. tūc ſūmi pōtificis: ubi ſacra Bonę Deę: q̄ quotānis ī domo pōtificis celebrari ↄſueuerāt nocte celebrabāť. Inter mulieres primo latuit: deīde cū ꝑ ędes uagareť cognitus ē: ſublato a mulieribꝰ clamore fugit pollutaꝝ cerimoniaꝝ reus factus ē. Sed corruptis iudicibus ē abſolutus: licet teſtimonio Cic. oppugnatus eēt: q affirmauit Clodiū ↄtēdētē ſe ea die ab urbe ꝓcul abfuiſſe: domi ſuę (qđ uerū fuerat) fuiſſe. Inde poſtea peſtifeꝝ illud in Cice. Clodij ortū ē odiū: nūꝗ.n. deſtitit Clodius Cic. īſeq: donec eū tri. pleb. urbe expulit. ¶ Catilina Cethegū: nā L. Catilina uir patricius inita ↄſpiratione cū pluribus rēp. opprimere conatus ē. Eius ↄſiliū Cic. ↄſul prudētia ſua diſcuſſit. Inter ↄiuratos fuit Cethegus uir magnę audacię. Ait ergo poeta ītollerādū eē: ſi Catilina ↄiuratur ipſe: & ↄiurationis priceps accuſet Cethegū ſceleris ↄſciū. ¶ In tabulā Syllę: Sylla primus fuit: q tabulā ꝓſcriptionis ꝓpoſuit: idq; ſupatis ꝑtibꝰ Marianis: quē poſtea triūuiri Augu. Lepidus, & M. Anto. imitati, unuſq; ſq; aduerſarios ſuos ꝓpoſita tabula ꝓſcripſit. Itaq; poeta eos diſcipulos Syllę appellat: q̄ſi imitatores: q idē qđ Sylla fecerūt. ¶ Qualis erat Domitia. a crudelitate notat: quē triūuiris cōpareat: & eis cęde hoīum nō abſimilem dicit. ¶ Qualis erat: ꝑiphraſis ē ipſius Domitiani: q Iuliā Titi fratris filiā, iā Sabino collocatā corrupit: & qdē uiuo ēt Tito: mox patre & uiro orbatā ardētiſſime, palāq; dilexit: ut ēt cauſa mortis extiterit coactę ↄceptū a ſe abigere. Vñ Pli. Iunior ad Corne. ſic ſcribit: Domitia. ut illuſtraret ſęculū ſuū exēplo aliquo ſeueritatis, Corn. Maximillā ueſtalē uirginē abſentē, inauditāq; dānaſſe īcęſti: cū ipſe fratris filiā incęſto nō polluiſſet ſolū: uerūetiā occidiſſet. Nā uidua abortu perijt. Philoſtratus libr. 7. ſcribit: Iuliam Domitiani ex filia fuiſſe neptem. ¶ Tragico concubitu: nefando, qualem tragici ſcribere ſolent: qui ſtupra, inceſta, parricidia, & id genus nefanda flagitia in ſuis tragœdijs tractant. ¶ Reuocarat leges amaras: nam legem Iuliam, quæ erat contra adulteros lata ab Auguſto (ut mox dicemus) reuocauerat. Lege item cauerat ne quis mas caſtraretur. Ea-

rum

IOAN BRIT

rum legum meminit ſic Mart. Ludus erat ſacræ cõnubia fallere te
dæ: Ludus & immeritos execuiſſe mares. Vtraq; tu probes Cæſar:
populiſq; futuris Succurris naſci quos ſine fraude iubes. Nec ſpa-
do iam, nec mœchus erit te prçſide quiſquã: At prius o mores, &
ſpado mœchus erat. Amaras omnibus: nam deprehẽſi in adulte
rio ferro puniebantur ex lege Iulia. ut docet Iuſtinianus in inſtitu-
tionibus. Ipſi Veneri, Martiq;: quaſi qui & ipſi in adulterio ſint de
prehẽſi. Nam Venus cum Marte cõcubuit. Vulcanus cum id reſci-
uiſſet, accuſante Sole, lectũ tenuiſſimis & adamantinis retibus cin
xit: eoſq; in amplexibus iacẽtes & implicatos aperto cubiculo om
bhorti nibus Dijs prçbuit uidẽdos. Abortiuis: abortiuos appellamus im
maturos fœtus: & ante legitimum tẽpus editos. Tarquillus in Au-
gu. Illos ſenatores: quos uulgus abortiuos uocabat: ad modum pri
ſtinum & ſplẽdorem redegit. Pli. in. 14. Ægyptus & ecbolinã habet
bortuſ abortiuos facientẽ. Abortus etiam inuenitur alia ſignificatione pro
opiſc' ipſa. ſ. abortione. Vnde Pli. in. 7. Vopiſcũ unũ appellabãt e geminis
qui recẽti utero naſceretur: altero interempto abortu. Idem in eodẽ
ulua Vno abortu duo puerperia egeſta. Iulia: Titi fratris filia. Vuluã:
de uulua Pli. multa ſcribit li. 11. c. 37. ſic: Quod alio nomine locos
appellant: hoc in reliquis animalibus uuluam: Hæc uiperæ & intra
ſe parientibus duplex. Oua generantium annexa prçcordijs. Et in
muliere geminos ſinus ſub utraq; parte laterũ habet. Funebris quo
ties uerſa ſpiritum incluſit. Quibus uerbis oſtendit Plin. in muliere
locos & uuluã dici: idemq; eſſe. Sed i reliquis animalibus uuluam
tm̃ nõ locos. Eſt autem uulua conceptaculũ fœtus in aluo: dicta ꝙ
terus fçtũ inuoluat. uterus idem eſt qđ uulua: idq; nõ ſolũ in mulieribus
ſed etiã in reliquis animalibus. Pli. in. 8. de aſinis loquens: Sed in-
continens ueterus urinam genitalem reddit ni cogatur in curſum
uerberibus a coitu. Vuluam lautæ fuiſſe gulæ cõſtat Hora. in epiſt.
O beſo Nil melius turdo: nil uulua pulchrius ampla. Sed cõ dupli-
ci nomine appellaret eiecticia. ſ. & porcaria: meliorẽ putauerunt eie
cto partu q̃ edito. Eiecticia uocatur illa, hçc porcaria. Eijci autẽ dici
tur fœtus cũ ante tẽpus legitimũ emittitur. Edi uero cũ tẽpore ſuo.
Eiectio differt ab abortu ꝙ illa grãdioris fçtus eſt. Abortus quem
Grçci ἔκτρωμα appellant intra quadrageſimũ diẽ cõtingat. Quod
autẽ Virg. dixerit in equo: Vterumq; armato milite complent, ideo
fecit, quia dicturus erat: Scandit fatalis machina muros Fœta ar-
ffa mis. Offas. i. fruſtra carnis: & fœtus immaturos. Nam offam ap-
pellamus quicquid in tumorem creſcit. unde Iuuenalis in ultima
Satyra: Et nigram in facie tumidis liuoribus offam. offam porcinã
cum cauda offam penitam dicebant. Pli. appellat offas amygdalas
contuſas, & in unum cõuolutas his uerbis: Amygdalinũ oleũ qđ
aliqui uocant neopum arefactis, & in offam cõtuſis exprimitur. Et
in. 13. ca. 10. Purgatum enim pomũ fundunt, ſeruãtq; eius offas.
Similes patruo: Domitiano, qui (ut dictũ eſt) eã incçſtauerat. Nõ
ne igitur: ſenſus eſt: Merito inquit flagitioſi & ſcelerati cõtemnunt
illos, q cũ ſint uitioſi diſſimulata morũ turpitudine repreſentãt Scau
ros uiros graues & ſeueros. nam ubiq; a ſcriptoribus pro uiris ſe-
ueris & grauibus ponũtur. Iuue. in Satyra. 11. Cum tremerent aũt
Fabios, durũq; Catonẽ: Et Scauros & Fabricios, rigidiq; ſeueros
Cẽſoris mores etiã collega timeret. M. n. Æmiliũ Scaurũ ſummæ in
tegritatis extitiſſe illud declarat apud Plin. ꝙ a Vario trib. plẽb. po
ſtulatus quaſi ſocios & Latium ad arma coegiſſet, reſpondit: Scau-
rus negat: utri potius credendũ putatis? poteſt etiã hic locus referri
ad hiſtoriã. Nã (ut ſcribit Sallu.) Æmilius Scaurus ex omnibus cõ
iuratis nobilis homo fuit: impiger: factioſus: auidus potentiç: hono
ris diuitiarũ: cçterũ callide uitia ſua occultans. ut ſit: nõne uitioſi hi
cõtemnũt iure fictos Scauros. i. improbos & ſceleratos, q uitia ſua
nõ aliter occultãt, q̃ M. Æmilius Scaurus occultauit. Vitia ultima
. i. homines extremorũ uitiorũ. Caſtigata: ab ijs qui præ ſe ferunt
quandam morum ſanctitatem. Remordent: contra mordẽt: ſum-
ptum a canibus: qui alieno laceſſiti morſu remordent.
SCEn. QVIS tulerit Gracchos &c. Continuat partẽ ſuperiorem, qua
oſtendit quod Cic. in Salluſt. dicit: Carere debet omni uitio, qui in
alterum dicere paratus eſt. Et progreditur ad reprehẽdendum Do-
mitianum, qui cum in adulteros legem reuocauerat Iuliam: Titi fra
tris filiam quam auidentiſſime amauit frequẽtibus abortiuis perire
coegit. Valla tamẽ ſecutus Probum dicit de Claudio Cæſare intel-
ligi: cuius cõſilio occiſa Meſſalina uxore pudiciſſima, Iuliã Agrip-
pinã fratris filiam matrem Neronis reuocatã ab inſula in matrimo
nium accepit: conceſſo iure nuptiarum ex ſenatuſcon. quẽ dicit fre
quenter abortum appetiſſe apud Claudiũ: ne ex ipſo cohæredẽ Ne-
roni filium pareret: cui ꝑparabat imperium. & paulopoſt: Certũ eſt
Claudium taxari: qui fratris filiam duxit uxorem Agrippinam, oc-
ciſa uxore Meſſalina. Agrippina autem erat Neronis mater. hæc il
le. Quibus cũ Calderino Mancinellus conſtanter refragatur. Quia
uero poeta pollicitus ẽ ſcribere in ſepultos: poſſet eſſe ratio cur Pro
bo conſentiremus prçſertim cum non ſit ueriſimile ipſum in Domi
tianum adhuc uiuentem talia auſum fuiſſe. Verũtamen ſicut Per-
ſius in Neronẽ ſcribit: ſic tamẽ ut de alijs uideatur loqui: ſic Iuuç. in
Domitianũ. nã multa ſunt quæ de Domitiano dici probant: & po-
tiſſimum uerba Plinij plurima: quæ de Claudio. uel quod non qua
dret ipſum in principem uiuentẽ ſcripſiſſe: ſed dicemus ſcripſſe: nõ
ediſſe donec in exiliũ miſſus eſſet. deinde quia hoc dicit, quod Clau
dio competit: qui adulterio aſſumptam tot facere coegerat: ſed id in
fratris filiam Domitianus facere poterat. Tum quod patruo ſimi-
les dicit offas. i. difformes: qualis erat Claudius uſq; adeo: ut An-
tonia mater eius eum portentum hoĩs diceret: nec abſolutũ a natu
ra: ſed tãtum inchoatũ: & ſi quẽ ſtultitiç arguebat filio ſuo ſtultiorẽ
dicebat. Verũ poſſumus dicere patruo ſimiles: quia ex patruo cõce-
ceptas & iam formatas ad imaginem patrui. i. fratris patris. ſolent
enim liberi patris effigiem prçſe ferre. Offas autem dicit fruſtra car
nis. i. oſſa, carnẽ, & ſanguinẽ, quo embrio coaugmentari debebat.
Demũ quia dicit nuper: quod de pluſculo tpe q̃ dudũ accipiendum
docet Valleñ. Laurentius. & ita de Claudio potius q̃ de Domitiano
Verũ Vallen. docet ſecundũ modum rei accipiendũ eſſe ita: ut inter
dũ de pluſculis mẽſibus dicatur. Itaq; in utrũq; dici poſſet: ſed ſub-
tiliter i Domitianũ dictũ accipe. Vltima uitia. i. uitioſi infimæ dignĩ
tatis ꝑ emphaſim. Ordo ẽ: Quis tulerit. i. paſſus fuerit, uel ſuſtinue
rit, aut tolerauerit: Gracchos uiros illos nobiliſſimos: ſed ſeditioſiſſi
mos. q̃rẽtes. i. querelã deponẽtes apud populũ de ſeditione. i. ꝙ alij
ſint ſeditioſi. q. d. nemo. Quia nõ miſceat. i. ꝯfundat mixtũ inclamã
do cçlũ terris. ſicut in Terentio: O cælum, o terra, o maria Neptuni
hoc aũt faciũt maxime irati, qui neſcientes qd primũ incuſent: om-
nia ſimul inclamant. quis ergo non commiſceat terris cçlum, & cç
lo mare. q. d. nemo nõ commiſceat: quia quilibet commiſceat ſi fur
diſpliceat Verri maximo furi. & ſi homicida Miloni notiſſimo par-
ricidç, qui Clodiũ occidit. Et ſi Clodius adulter manifeſtiſſimis, qui
C. Cçſaris uxorem ſolicitans, & interpellans de adulterio deprehẽ
ſus eſt: accuſet mœchos. i. minores adulteros. Nam mœchum non
ſimplicẽ fornicariũ: ſed adulterũ dicimus. Et ſi Catilina uir i patriam
coniuratiſſimus & caput coniurationis: accuſet Cethegum cõplicẽ
ſuum. Et ſi tres diſcipuli. i. imitatores Syllæ. i. triumuiri, Lepidus,
Antonius, & Auguſtus dicant. ſ. contra tabulam Syllç, in qua plu
rima millia hominũ proſcripta erant. Qualis eſt cuiuſmodi erat. i.
quales reprehenſor erat aliorũ tranſgredientium legẽ. quã ipſe a ſe
renouatam turpiſſime tranſgreſſus eſt. Adulter. ſ. Domitianus: aut
ſi mauis Clodius. pollutus nuper concubitu tragico. i. tam turpi &
immani eſt: ut a tragicis ſcribi mereatur. Quid enim tragœdia di-
gnius, q̃ filiam fratris abortionibus necare: qui reuocarat. i. iterum
in priſtinũ uigorem uocarat. tunc. i. pauloante leges latas. ſ. contra
adulteros. amaras. i. acerbas & graues omnibus ſup. mortalibus:
quia tunc oẽs erant fere adulteri: atq; timendas ipſi Marti, & Ven-
ri: qui etiam in adulterio deprehẽſi erant: hoc eſt etiam Dijs & Dea-
bus. Plin. autem ad principium ſecundi naturalis hiſtoriç dicit: De
mẽtiæ eſſe credere matrimonia aut adulteria inter Deos fuiſſe. Poe
tæ autem aut hiſtoriam: aut rem phyſicam intelligunt: aut mores ſi
gnificant. Tunc enim Mars cum Venere coit, quãdo planetarum
illorum coitio eſt: quæ res fulgura excitat. & ita Vulcano proditum
dicitur adulteriũ. Moraliter facile Venus Mar. i. uiro bellicoſo coit:
quia (ut in. 6. huius dicetur) ferrum eſt quod amant mulieres. ſ. libi
dinoſç. cum. i. quando. Iulia ſolueret. i. aperiret uel laxaret per po-
tiones & ueneficia uuluam. i. receptaculum fœtus. i. loculos, uel (ut
dicunt) matricem. fœcundam. i. frequenter concipientem. tot abor
tiuis. i. immaturis fœtibus. & effunderet. i. extra funderet: & eijceret
offas. i. fruſta carnis cum ſanguine. ſimiles patruo. i. repreſentan-
tes effigiem patrui. i. fratris patris: unde conceptæ erant. uel turpes
ut patruus erat. Igitur cũ ita ſit qđ qui uitia reprehẽdũt: & mores do
cẽt: & leges ſanciũt aut in priſtinũ uigorẽ uocãt cõtra reprehẽſionẽ
doctrinã & leges turpiſſime faciãt. Nõne ultima uitia. i. contẽptiſſi-
mi homines uitioſi in ultima dignitate cõſtituti. contẽnunt iure ac
merito Scauros fictos. i. nobiles & factioſos ꝑ fictionẽ uitia ſua oc
cultãtes: ſicut M. Æmil. Scaurus: ut recitauit Mãcinellus ex Salluſt.
& ipſa uitia morſa. i. ipſi uitioſi. caſtigata. i. reprehenſa & per repre-
henſionem acerbam. remordent. i. uiciſſim mordent unde morſa
ſunt: quaſi dicat maxime. Ex quo infert quod ſequitur.

Non tulis ex illis toruum Laronia quendam
Clamantem toties, vbi nunc lex Iulia: dormis?
At quem ſubridens, felicia tempora, quæ te
Moribus opponunt, habeat iam Roma pudorem.
Tertius e cælo cecidit Cato, ſed tamen vnde
Hæc emis? hirſuto ſpirant opobalſama collo
Quæ tibi? ne pudeat dominum mõſtrare tabernæ.
Quod ſi vexantur leges, ac iura, citari
Ante omnes debet Scatinia. reſpice primum
Et ſcrutare viros. faciunt hi plura, ſed illos
Defendit numerus, iunctæq; vmbone phalanges.
Magna inter molles concordia. non erit ullum
Exemplum in noſtro tam deteſtabile ſexu.
Tædia non lambit Cluuiam, nec Flora Catullam,
Hiſpo ſubit iuuenes, & morbo pallet vtroq;.
Nunquid nos agimus cauſas, ciuilia iura
Nouimus? aut ullo ſtrepitu fora ueſtra mouemus?
Luctantur paucæ, comedunt colliphia paucæ.
Vos lanam trahitis, calathiſq; peracta referris
Vellera, uos tenui prægnantem ſtamine fuſum
Penelope melius, melius torquetis Arachne,
Horrida quale facit reſidens in codice pellex.
Notum eſt, cur ſolo tabulas impleuerit Hiſter
Liberto, dederit viuus cur multa puellæ.
Diues erit magno quæ dormit tertia lecto.
Tu nube, atq; tace. donant arcana cylindros.
De nobis poſt hæc triſtis ſententia fertur.
Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas.

OAN. BRIT. NON tulit: ſatis urbane poeta inducit mulierem: quęq; uirorũ uitia inſectetur. Laronia: Marti. Laroniam oſtendit fuiſſe diuitem & uiduam: Abnegat & retinet noſtrum Laronia ſeruum: Reſpondet orba eſt, diues, anus, uidua. Clamantem toruum: pro torue. i. terribiliter. nomẽ pro aduerbio. Lex Iulia: hoc enim clamabat q̃ſi adulteria &c. flagitia ſibi diſplicerent. Erat enim (ut dictum eſt) lex Iulia lata ab Auguſto Cæſare: q̃ temeratores (ut modo diximus) nuptiarum ferro puniebat. Cuius legis ita meminit Suet. Ex integro leges ſanxit ſumptuariã: & de adulterijs: & de impudicitia de ambitu: de maritandis ordinibus Vulp. quoq; in titulo ad legẽ Iuliã ſic inqt: Hæc lex data eſt ab diuo Augu. Nec mirũ appellatã Iuliã cũ ab Augu. ſit lata. ꝯſtat. n. ipſum C. Octa. Iulio Cęſare teſtamẽto ex dimidia parte hęredẽ iſtitutũ nomẽ C. Cæ. ſibi abſumpſiſſe. poſtea rebus cõpoſitis, & oĩbus i ꝓuincijs certã formam redactis, Auguſtus quoq; cognominatus eſt: & mẽſis Sextilis i honorẽ eius appellatus unde & Iuliũ portũ appellat Sueto. quẽ Auguſ. effecit apud Baias. Quem portũ Virg. in. 2. Georg. in laudem Augu. Cęſa. ſic celebrat: An memorẽ portus, Lucrinoq; addita clauſtra: Atq; indignatũ magnis ſtridoribꝰ ęquor. Iulia qua põto longe ſonat unda refuſo: Tyrrhenuſq; fretis immittitur ęſtus auernis. Et Hora. in fine quarti libri Carminũ appellat edicta Iulia edicta Auguſt. ſic: Nõ q̃ profundũ Danubiũ bibũt, edicta rũpent Iulia. Dormis? quæ nõ excitaris ad coercẽdos adulteros. Ad quẽ: intelligẽ clamantẽ. Subridẽs: parũ ridẽs uelut indignabũda. Nã ſub

Sub

in cõpoſitione plerũq; parũ ſignificat. ut ſubtriſtis. i. aliquantulum triſtis. Subiratus paululũ iratus. Perſiꝰ: Subriſit molle puella. Subridẽs: ſubaudi ait. Felicia tpa: ironicos dictũ. Opponũt: tanq̃ qui obſtes uitijs. Habeat iam Roma pudorẽ: iam pudore inqt Roma

Pudor

uirtatur: ne quid turpe faciat cũ exemplũ habeat tã probatorũ uirorũ: eſtq; p ironiã pronũciandũ. eſt aũt pudor timor iuſtę reprehẽſionis. Tertius e cælo: licet plures (ut pręclare docet Gel.) fuerint Catones: duo tamẽ magni fuere nois: ut grauiſſimi & ſeueriſſimi, Cato cenſorius, qui libros de re ruſtica edidit, & Cato qui poſt mortẽ Vticenſis eſt cognominatus. Cuius tanta apud ciues Ro. auctoritas fuit: ut etiam orator quidã in dicẽdo, cũ unico teſti nõ eſſe credendũ diceret, nec ſi Cato inquit is foret. plerũq; etiã ad res incredibiles ꝓuerbij loco rñdebatur: Nec ſi Cato ipſe diceret, fidẽ eſſe adhibendã. Cęteros quoq; ꝓdigos atq; luxurioſos: cũ q̃d ſeuere de cõtinentia loquerẽtur deriſiue Catones appellabãt. Et ſiquis (ut ſcribit Vale.) ſanctũ & egregiũ ciuẽ ſignificare uolebat, ſub noĩe Catonis diffiniebat. recte igitur hũc appellat tertiũ tanq̃ grauẽ & ſeuerũ cenſorẽ, q̃ſi cęlitus demiſſum in terras. Simulq; ad illud alluſit, qd' Lactant. meminit Illos de cęlo cecidiſſe exiſtimatos quoꝝ uirtus eſſet in admiratione. Cenſoriũ autẽ Catonẽ oſtẽdit Sene. ad Luciliũ non minus reip. fuiſſe utilẽ q̃ Scipio. alter. n. cũ hoſtibus noſtris bellũ, alter cũ moribus geſſit. Cũ igit̃ dicitur: Tertius e cælo cecidit Cato: ꝓuerbialis eſt ironia in uiros ualde ſeueros, alienęq; uitæ cẽſores.

Balſamum

Sed tamẽ unde? hęc interrogatio illuc tẽdit: ut oſtẽdat illũ eſſe nequiſſimũ: quã lo more cinędoꝝ & molliũ unguẽtatus ſit. Opobalſama: odores pretioſiſſimos ex ſucco balſami. opobalſama enim dicũtur ſucci balſami. opos. n. ſuccũ ſignificat. Xylobalſamũ aũt appellatur balſami lignũ. Xylon. n. græce lignũ ſignificat latine. Carpobalſamũ, fructus. Carpos. n. fructũ ſignificat. Arbor ipſa balſamũ dicitur: q̃ (ut docet Pli.) inciſa uitro, aut lapide oſſeis ue cultellis

Opobalſamum
Xylobalſamum
Carpobalſamũ

ſuccũ emittit: qui oĩbus odoribus p̃fertur: & uni terrarũ Iudææ arbor conceſſa. Hirſuto: hiſpido & piloſo ad diſſimulandã molliciẽ. Dñm: Pharmacopola. Tabernę: officinæ unguẽtariæ: quã gręci myropoliũ appellãt. dicta taberna q tabulis claudatur. unde & tabernacula dicta ſunt: & inde cõtubernales. Ne pudeat: ironice dictũ: & geſtu adiuuãdũ. Qd' ſi uexãtur leges: ſenſus eſt: Si exiſtimas inqt, ut grauis cẽſor leges eſſe citãdas i adulteria. In primis lex Scatinia eſt citãda: q̃ lata fuit cõtra eos: qui muliebria patiebant̃ nã poeta tota Satyra inſectatur tale genus hoiũ. ut ſpurciſſimũ: q̃ lege Scatinia puniebant̃: quã Scatinius quidã Aricinus tulit. cuius ita meminit Cic. in. 3 Philippica: Quod aũt municipiũ nõ cõtẽnitis, q̃ Aricinũ tãtopere deſpicit uetuſtate antiquiſſimũ hic Voconiæ: hinc Scatiniæ leges. Eius legis ſic meminit Auſo. ſcribẽs in mollẽ & effœminatũ: Scatiniã metuẽs: non metuit Ticiã. Lege Scatinia quoſdã ex utroq; ordine ꝯdemnauit Domitia. auctor Trãquil. Alij cõtra pędicones ſtatutã falſo ꝯtẽdũt, nomẽq; accepiſſe ab eo C. Sca. q̃ (auctore Vale. li. 6.) uim filio Marcelli inferre auſus eſt: & accuſante patre dãnatur. Nã leges nomẽ accipiũt a latronibꝰ: nõ autẽ a reis & ſontibꝰ. Et tota idignatio poetę eſt in molles, & patiẽtes muliebria. Leges ac iura: Lex a iure ciuili hoc modo differt: ut lex ſit tanq̃ iuris ciuilis mater. Nã (ut ſcribit Papinia.) Ius ciuile eſt q ex legibꝰ, plebiſcitis, ſenatus cõſultis, decretis principũ, auctoritate prudentiũ uenit. Eſt aũt ius ciuile qd' quiſq; populus ipſe ſibi cõſtituit: q̃ſi ius ꝓpriũ ipſius ciuitatis. Iuris p̃cepta hęc ſunt: honeſte uiuere: alteꝝ nõ lędere: ius ſuũ unicuiq; tribuere. Ius (auctore Celſo) ẽ ars boni & ęq. Huius ſtudij duę sũt poſitiones. Ius publicũ & p̃uatũ. Publicũ ius ẽ q ad ſtatũ rei. ſpectat. Priuatũ qd' ad ſingulorũ utilitatẽ. Ius nõnũq̃ ꝓ neceſſitudine ẽt dicimus: uelut ẽ ius cognationis uel affinitatis. De iure ãt multa i digeſtis ex ſnia Vulpiani, Modeſtini, Pauli, Cai, Martiani, Papiniani, & p̃cipue Põp. de origine iuris. Lex ãt ẽ (ut diffinit Ariſt. i rheto. ſuis) cõis ciuitatis ꝯſenſus: q̃ ſcriptis p̃cipit q̃uo unũ qdq; agẽdũ ſit. Nã (ut ſcribit Mode.) uirtus legis ẽ ipare, uetar̃, ꝑmitter̃, punire. Plura: digna rep̃hẽſiõe, q̃ mulieres. Sed il. occurrit tacitę q̃oni. poſſet. n. dicere: Quare nõ puniũt̃ ſi plura ſcelera cõmittũt: rñdet illos defẽdi, q̃a multi ſit: & alterũ alteriꝰ uitiũ occultar̃. nã q malo exẽplo fit a multis, ſolet ipunitũ eẽ, & quodãmõ deſinit eſſe ꝓbri loco cõe maledictũ, malefactũue. Phalã. iũ. um. sũpta ẽ trãſlatio a re militari: i q̃ pedites ſe iuicẽ tuet̃ ab hoſte. Nã phalãx (ut a Ser. diſſẽtiamꝰ) nõ ẽ ut ipſe exponit legio lĩgua macedo. licet ꝑ q̃dã ſiĩudinẽ apd' Vir. i. 2. ita accipiat̃: Et iã argiua phalãx. ſed ꝓprie phalãx ẽ, cũ pedites ita ſe iſtruũt aduerſꝰ hoſtẽ, ut pares oẽs ꝯnexis ſcutis ipetũ faciãt i hoſtes. Vñ ſępe Cęſar i cõmẽta. Facta phalãge. Sed q̃a hoc p̃mũ fuit a Mace. iuẽtũ (ut ſcribit Li. li. 3. de bel. Mace.) iõ phalãx uocabulũ ẽ macedonicũ. uerba sũt Liuij Et cohortes iuicẽ ſub ſignis, q̃ cuneũ macedonũ (phalãgẽ ipſi uocãt) ſi poſſẽt ui ꝑrũperẽt, emittebat. unde & Veget. li. 4. de re militari oñdit phalãgẽ ꝯſtructionẽ q̃dã eẽ militũ: q̃ mõ cuneatã: mõ q̃dratã appellat: q̃ iſtar cunei & q̃dratę formę cõpoſita i hoſtẽ ꝓgrederet̃. Q. ẽt Curt. huius rei ſic meminit: Mace. phalãgẽ uocãt peditũ ſtabile agmẽ uir uiro, arma armis ꝯferta ſunt. Pli. li. 7. ait phalãgas ſignificare fuſtes, q̃bus Afri p̃liũ ꝯtra Ægyptios p̃mi fecerũt. phalãgius, ſiue phalãgiũ (nã utrũq; dr̃) ẽ (auctore Pli.) genꝰ aranei. Vmbone: hoc loco ſcuto. Vmbo ãt ꝓprie ꝓ media pte ſcuti eminẽtiore capit̃. Nõ erit ullũ: nõ iuenies inqt rẽ tã nefãda i ſexu fœmineo: ut

Tabernã
Scatinia lex
Lex
Ius ciuile
Ius publicũ & priuatũ
Lex
Phalãx
Vmbo

mulier

mulier mulierē ineat, φ iter uiros frequēti est ĩ usu. carpit tñ Iuue.
alibi Laupheā & Medulinā φ tribades essent inter se: Lenonũ ancil
las posita Lauphea corona Prouocat: & tollit pēdētis p̄mia coxæ:
Ipsa Medullinę frictũ crissantis adorat. Tale mōstrũ libidinis dici
tur Sappho excogitasse: unde mascula est appellata. Hora. in epist.
Temperat Archilochi musam pede mascula Sappho. ⁋ Tædia nō
lambit Cluuiam: fellatorem notat, qui & lambere & lingere alterum
dicitur. Martia. Linguas non mihi: nam proba & pusilla est. Mulie
res etiam id turpitudinis exercuerunt. Philenem enim notat Mar-
tia. Vndenas uorat in die puellas. ⁋ Hispo subit iuuenes: nomen fi-
ctum infamis. ⁋ Subit iuuenes: utrum ad fellandum, an ut ineatur
a draucis. ⁋ Vtroq; morbo: utraq; turpitudine nefanda: cũ & fella-
ret & pædicaretur. ⁋ Nunquid nos agimus: adeo, inquit, impuden-
tes estis, ut officia etiā muliebria usurpetis: quod nos non facimus.
Nam nos causas in foro (quod uestrum est) non agimus. Id enim
turpissimum habebatur in mulieribus. Vnde impudentię notantur
Afrania Licinij Buteonis uxor, & Calphurnia, & Amesia, φ cau-
sas egerint. ut scribit Vale. ⁋ Causas: negocia forensia. Nam causa
(ut finit Appollodorus) est negocium omnibus suis partibus spe
ctans ad quæstionem. aut causa est negocium, cuius finis est con-
trouersia. Isocrates causam ait esse quęstionem finitam ciuilem, aut
rerum controuersiam in personarum finitarum complexu. ⁋ Fora
uestra: tria enim erant fora: ubi iura reddebātur. Papi. in Siluis: Nec
saltem tua dicta continentem: Quæ trino iuuenis foro tonabas.
Mart. Lis te bisdecimæ numerantem frigora brumæ Conterit una
tribus Gargiliane foris. De quibus sic Tranquil. in Augu. Fori ex
truendi causa fuit hominum & iudiciorum multitudo: quæ uideba
tur non sufficientibus duobus etiam tertio indigere. horum primũ
appellatum est Romanum: uel uetus. alterũ extruxit C. Cęsar. Papi.
in pri. silua: Cæsarei stat se de fori. Tertium (ut dictum est) erexit
Augustus cum æde Martis Vltoris. Martialis. in. 8. Feroq; triplici
sparsus Ante equos oēs. i. ante oēs iudices: q ex equestri ordine eli
gebātur. Idē in. 3. ad Sextũ: Causas inquis agā Cic. disertius ipso:
Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Dicta aũt fora a ferēdo: qđ
orum eo lites ferātur. Fora itē appellamus loca: ubi res uęnales exponũ
tur. Vnde dicimus forũ frumentariũ: forũ olitoriũ forũ uinariũ: ubi
frumēta, olera, & uina uenduntur. ⁋ Luctātur paucæ: si forte inquit
acciderit: ut mulieres luctentur, paucæ tamen luctātur. neq; enim
negare potuit. nam alibi a Iuue. notantur: Endromydas tyrias: aut
fœmineum ceroma quis nescit: Aut quis non uidit uulnera Pali:
oliphiũ Quem cauat assiduis sudibus, scutoq; lacessit. ⁋ Coliphia: uocabu-
lum est græcum: scribiturq; sic: κωλίφιον: & non forma (ut quidam
falso putauerunt) diminutiua. significat autem panem luctatorum
qui uim comedentium membris adderet: κῶλον enim membrum si-
gnificat. & ἶφι robur. Plau. in Persa: Coliphia ne mihi incocta detis.
Mart. notās Philenem impudicissimam: Nec cœnat prius: aut recũ-
bit: Anteq̄ septem uomuit meros deunces: Ad quos fas sibi putat
reuerti: Quam coliphia sexdecim comedit. ⁋ Vos lanā trahitis: aut
ellera carminatis, aut e colo ducitis. ⁋ Vellera: lanæ dicuntur & lanicia a
uellendo & laniando, eo φ ante inuentam tonsuram ex oue lania
ala- rentur, uellerenturq;. ⁋ Calathis: dictio est græca: apud nos non so-
us lum significat calicem uinarium: ut illud Virg. Vina nouum fundā
calathis aruisia nectar. Et in distichis Mart. Calathi loquuntur: Nos
Satyrus: nos Bacchus amat: nos ebria tigris Perfusos domini lam
bere docta pedes. sed etiam pro genere cistæ ponitur: ut hoc in lo-
co. Et Virg. in Bucolicis: Tibi lilia plenis Ecce ferũt nymphæ cala-
this. ⁋ Melius Penelope torquetis: superatis inquit nendo Penelo-
pen ipsam, & Arachnem. utraq; enim lanificij opere laudatur. Pe-
nelope Icarij, & Policastæ filia uxor Vlyssis sũmæ pudicitiæ exem-
plo fuit sæculo suo: lanificio & telam texendo absentiam & mariti
desideriũ solabatur, & procos frustrabatur. quibus (ut tradit Ho-
me. in Odyssea) promittebat se in matrimonium tradituram: cum
absoluta esset tela. Inde est prouerbium: Tela Penelopes. Erasmus.
Sed quod interdiu texuerat, noctu retexebat. quod tetigit Ouidius
Nec mihi quęrenti spatiosam fallere noctem, Lassaret uiduas pēdu
la tela manus. ⁋ Arachne: puella fuit Lyda: quę (ut ferunt fabulæ)
in lanificio cum Pallade certauit: & cum Deam forte superaret, ab
ea in araneam est conuersa. Hæc (auctore Plinio) linum & retia in
uenisse fertur, filius uero Closter fusum. ⁋ Horrida: inculta. ⁋ Quale
.s. stamen. ⁋ Facit pellex: nam pellices cum senuerint ab amatori-
bus desertę ad stamina, lanificiumq; sese accommodant uictũ quę
ritantes. Vnde Hor. in Odis de turpi anu: Te lanę prope nobilem
Tonsę Luceriā, non citharę decēt. Pellex proprie appellatur illa q̄
cōsuetudinē adulterij cũ eo habet, cui sit uxor. diciturq; pellex nō Pellex
tantũ uiri: quātũ etiā uxoris. unde Sallust. in inuectiuis in Ciceronē
Filia matri pellex tibi iucũdior, atq; obsequentior q̄ parenti par est.
Dolabella (ut scribit Suet.) obijciēs Cęsari, φ Nicomedi se obscę-
ne summitteret, eũ appellat pellicē reginę. Horat. loquēs de Medea:
sic scribit: Hoc delibutis ulta donis Pellicē, serpēte fugit alite. Oui.
in. 6. Meta. Pellex ego facta sororis. Idē in eodē. Sed nō attollere cō
tra Sustinet hęc oculos pellex sibi uisa sororis. Idē i. 10. Tu ne eris
& matris pellex, & adultera patris. Iustinus lib. 1. Per internuncios
quęrit a filia quę inter regias pellices erat. a pellice fit pellicatus: si-
cuti a cōcubina cōcubinatus. ⁋ In codice. i. uili scamno. i. trũco. Nā
(ut scribit Theophrastus) ea pars arboris: quę terrę inhęret radix
uocatur: supra radicē usq; ad scamnũ arboris codex: siue caudex &
trũcus dicitur. ex scamno exeũt rami, ex ramis surculi. ⁋ Notũ est,
cur soli: satis uerecũde Laronia eos insectatur: q draucis abuteban
tur: qualis fuit Hister Pacuuius: q captatione testamentorũ locuple
tatus, libertũ draucũ suũ reliquit hęredē. De Histro alibi poeta: Mo
ra nulla per Histrũ Pacuuiũ: quin illud ebur ducat ad aras. Scimus
inquit, q̄re Hister Pacuuius libertũ suũ reliquerit solũ hęredē. ⁋ Ta- Tabulæ
bulas. s. testamenti. Nā tabulę numero pluratiuo dicũtur, q̄bus cō- Tabula-
tinentur contractus & cōuentiones. ut tabulę dotis: tabulę uēditio- rium
nis: tabulę emptionis, & testamenti. A tabulis fit tabulariũ & tabli- Tablinũ
nũ: quorũ utrunq; signat locũ: ubi actus publici cōtinētur. De quo
est apud Virg. in Georg. Insanũq; forũ: aut populi tabularia uidit.
Pli. li. 35. ca. 2. Tablina codicibus implebātur, & monumentis rerũ
in magistratu gestarũ. dicimus a utē Tablinũ sicuti figlinũ: qđ græ
ci pinacothecam appellant. differētia tamē illa est, φ in pinacothe-
cis tabulę pictę. in Tablino rerũ (ut diximus) in magistratu gesta
rũ monumenta contibātur. De extructione Tablini & pinacothe-
cę Victruuius lib. 6. ca. 4. ⁋ Cur multa puellę. i. uxori suę adolescē
ti. ut. s. turpitudinē taceret. ⁋ Diues erit magno: illa inquit ingentia
munera consequetur a marito: quę tacebit: cũ is a draucis inibitur.
⁋ Tu nube: cũ indignatione dictũ: quasi puella auditis uirorum sce
leribus matrimoniũ aspernetur. ⁋ Cylindros: lapillos esse ob lōgos Cylīdra
ad ornatũ mulierũ ostendit Plin. lib. 37. cap. 6. loquēs de Beryllis:
qui mira longitudine placebant, & setis elephantorũ religabātur,
ait enim sic: Cylindros quidā ex his facere malũt q̄ gēmas: quoniā
est summa commendatio in longitudine. Quidā φ angulosos pu-
tant statim nasci: & perforatos gratiores fieri medulla candoris exē
pta: additoq; auro repercussa: aut omnino castigata causa p̄spicui-
tatis ad crassitudinē. Cylindros autē appellāt φ formati sint ad spe-
ciē cylindri. i. colu. qua area ęquari solet. Virg. in. 1. Georg. Area-
tũ primũ ingenti est ęquāda cylindro. nomē autē accepit a uolubi-
litate. nā κυλίνδω idem est quod uoluo. ⁋ Post hęc: scelera uestra: cũ
deberetis uos ipsi de uobis sumere suppliciũ. ⁋ Cēsura: animaduer-
sio & punitio. nam censores moribus ciuitatis pręerāt. ⁋ Coruis: sce-
leratis: impuris, & spurcis quales habētur corui: q tæda sequuntur.
& qui ore coire dicũtur. Mart. Corue salutator q̄re fellator haberis.
⁋ Colũbas: simplices, & bonos q̄les sũt colũbę. ut sit sñia catholica.
⁋ NON tulit ex illis &c. Inducit mulierē pręduitē reprehenden ASCen.
tē uiros: & arguentē eos turpitudinis summę. ea autē a q̄busdā Lau
ronia: & sic melius stat ratio metri: ab alijs Laronia dicitur. sic q̄dā
ut saluēt metrũ scribũt Scātinia p̄ Scatinia. Dicit ergo poeta sic: Cũ
quidā ex quibus turpiter uiuunt: & tamen alios seuerissime castigāt
forte mulierculas reprehēderet: & seuero supcilio tanquā magnus
zelator honestatis & fidelitatis matrimonialis frequēter clamaret:
ubi nunc es lex Iulia: quæ nō condēnas istas adulteras? dormis?
Laronia quædam diues & potens ac superba mulier non ualens eũ
patienter audire: sed sicut moris est mulieris primũ cum ironia qua
dā uidetur eum laudare: tanquā sit Catonibus cōparandus. Dein-
de manifeste reprehendit eũ, & consequenter omnes uiros: qui lon
ge plura & grauiora uitia, q̄ mulieres cōmittunt: & tamen quia plu
res sunt & fortiores sunt, parcitur uiris, & non mulieribus. Non est
autem institutum, siue intentio poetę dicere qđ lex Iulia cōtra adul
teros & adulteras non est toleranda: sed quod eam debeant execu
tioni mandare: aut curare ut mandetur: quæ tali uitio & maiori ua-
cant. Quia ergo peccatum contra naturam, quod dicit plurimos
uiros cōmisisse, peius est, q̄ adulteriũ in mulieribus repertũ: ideo in-
nuit φ q̄ peius peccant, nō sufferuntur, dum leuius peccantes ca-
stigare uolunt. Quod aũt peccatũ adulterij sit multũ detestabile pa
tet ex lege ueteris testamēti: qua adulteræ lapidabātur. & ex legibus
Romanis, quibus licebat deprehensos impune corrigere. Quin-
etiam Christus dominus noster, qui dixit: Discite a me, quia mitis

ſum & humilis corde: qui deprehenſam in adulterio e manibus in
ſidiantium prudenter & clementer liberauit: oſtendit ſummopere
diſplicere ſibi peccatū adulterij dicēs Matthei. 5. Dictū eſt quicūq;
dimiſerit uxorē ſuā, det ei libell ī repudij. Ego aūt dico uobis: ꝗa oīs
ꝗ dimiſerit uxorē ſuā excepta fornicationis cauſa: facit eā męchari.
Quauis ergo ualde graue ſit peccatum adulterij: tamen non ſatis
conuenienter reprehenditur ab eo, qui maiori crimine detinetur.
Non ergo tulit Laronia (de qua in Mancinello uidiſti) quæ non ne
gat mulieres peccare: ſed ꝙ tantum peccent. Vnde dicit: Non erit
ullū exemplū in noſtro tam deteſtabile ſexu: exemplū autē dicit qđ
quis inſpicit ad hoc ut poſſit imitari. Aliquādo aūt exemplū dicitur
grauiſſima punitio: quę ad terrorē aliorū fit. Quia ergo uiros peius
peccare, ſed minus puniri ꝗ̃ mulieres uidet. ideo dicit: Dat ueniam
coruis, uexat cēſura colūbas. Quę metaphora ſumi poteſt uel ex na
tura, uel ex colore. Ex natura ꝗdē: ꝗa corui cadaueribus etiā fętidiſ
ſimis ueſcuntur: immo interdū humanis. Colūbę nō niſi rebus mū
dis. Ex colore aūt, ꝗa corui ſunt negerrimi: oēs colūbę autē ſæpe al
bę: nunꝗ̃ oīno nigrę: ſed nigra mala: alba uero bona deducūt: hęc
eſt ſentētia. Artificioſe autē inducit̃ mulier diues id facere: quia mo
leſtę ſunt uiris mulieres, diuites potiſſimū reprehenſę quoniā in. 6.
Satyra dicet̃: Intolerabilius nihil eſt ꝗ̃ fœmina diues. At iterū: De-
prehenſis nihil eſt audacius illis. Quia ergo ueriſimile eſt quod mu
lier potēs a molli uiro & effœminato reprehenſa, cōtumelioſa uer-
ba in eum reijceret: & quia melius mulieri ꝗ̃ uiro quadret uirorū tur
pitudinem exprobare: pulchre inducit mulierem diuitē & audacem
id facientē: de cuius audacia conquerit̃ Mar. quia ſeruum ſuū deti
neat. Sunt autē quęda uocabula in cōmentarijs, & aliquādo in tex
tu ſine quorū intellectione auctor intelligi nō poſſet: ideoq; licet fę
Pædico- diſſima paucis exponēda ſunt. Pędicones. n. ſunt maſculoꝝ concu
nes bitores: qui agūt. Patici: qui patiūtur. Drauci: bene mentulati, ꝗ ope
rā mollibus præſtant. Fellatores, & fellatrices. ꝗ & quę pudenda lin
gunt & ſugunt. ſed qui patiuntur irrumatores. Tribades mulieres
īter ſe ꝗ̃ſi uirile munus pręſtātes. Sed tranſeamus hæc ſordida quę
melius ignorātur, ꝗ̃ ſciuntur: niſi ut uitentur. Ordo eſt: Laronia mu
lier illa diues & imperioſa. non tulit. i. non tolerauit: nō perpeſſa eſt
quendam poetę, ſcilicet notum: ex illis uidelicet hippocritis: philo-
Tuorū ſophos ſe dicentibus. tuorum: ideſt fronte ſe uera & immiti, qualem
taurus habet: & quicūq; minātur. Vnde Horatius alludens ad bo-
uem peticulum dicit de ſe dici: fœnum habet in cornu & cæte. Nec
me latet omnes, quos quidē uidi, aut audiui exponere toruum pro
torue: ſicut notū eſt apud Virg. legi. ſed ratio cur in eorū ſententiā
non eā, eſt: quia bene cōuenit ſuperioribus: ubi dictū eſt: Fronti nul
la fides: ut hominē ſeueriſſimam frontē & triſtiſſimum ſuperciliū ha
bentē: toruū dicat ab intorta frontis pelle, & ſuperducto ſupercilio.
Prędterea eſſent duo epitheta aduerbialia ſine cōiunctione: Claman
tem toties toruū. ſed ea tolerabilia ſunt, dum ſe mutuo determināt,
ſicut ualde diſerte locutus eſt. Itaq; dici poſſet: Clamantem toties
toruū. i. torue: quia tamen longius ſe iunctum eſt a participio: & ui
cinius dictioni quēdā: ego malui ſic conſtruere: quēdam toruū cla-
mantē toties. i. frequētiſſime. o lex Iulia quæ lata erat in adulteros:
ubi ſup. es? nunc dormis? quia. ſ. tot adulteras pateris impunitas: &
ita credidit ſe Laronia notatā ab illo philoſopho. Ad qđ ſup. dictū
philoſophi: Laronia ſubridens. i. parū illuſionē, aut irriſionem ridēs
inquit ſup. O felicia tempora: uel tempora ſunt ſup. iudicanda feli-
cia, quę moribus ſup. malis te opponūt. i. cenſorē & caſtigatorē cō
ſtituunt. quod per ironiā dicit, & addit ꝓ irriſionē. Roma habeat iā
pudorē. i. uereatur publice peccare: & accipit cōtinēs pro cōtinētis.
Romam pro Romanis. q. d. ſint Romani modo pudoroſi: quia ter-
tius Cato. i. ſeueriſſimus moꝝ cenſor: quales fuerunt duo notiſſimi
Catones. Cenſorius: & Vticēſis. cecidit e cælo quaſi ad mores caſti-
gandos demiſſus ſit. Moris autē eſt quoties numeros aliquorū no-
tus eſt: ubi quis reperitur illorū ſimilis numerū facere augere. ſicut
Horat. in ſermo. Hæc mihi Stertinius ſapientū octauus: quia ſeptē
erāt gręcię ſapiētes notiſſimi. & ita quidā Sappho, aut diuā Catha
rinā decimā muſarum dicunt. Sed tamen. i. ꝗ̃uis ita ſit ꝙ ſis tertius
Cato. i. ſeueriſſimus morū cēſor. dic ſup. bone cenſor unde. i. abs
quo pharmacopola. i. unguentario. emis hæc oppobalſama. i. hūc
ſuccum balſami: qui pretioſiſſimus eſt. & nō niſi a mollibus & effœ
minatis ad uſum recipi ſolitus. quę ſpirant. i. ſuauem odorem emit
tunt. & fragrant tibi in ſup. collo hirſuto. i. piloſo & uirili. cum ani-
mus ſit mollis & effœminatus. deinde addit, quia uidet eum rubore
forſan perfuſam. q. d. dic audacter unde emis. ne pudeat. i. pudori
ſit tibi monſtrare ſup. nobis dominū tabernę. i. unguentarium, ſeu
aromatarium, quē apothecariū uulgus appellat. nā taberna eſt ubi
quid uēdit̃, quā apothecā uulgus uocat: & officina ubi quid fit: qđ
operatoriū galli dicūt. Poſtea loquitur ſine ironia: ſed minaciter di-
cens. Si ita eſt ꝙ leges & iura uexātur. i. a quolibet prouocantur ne
dormiant? Scatinia ſup. lex, quę lata eſt in pædicones. i. maſculorū
ſtupratores ꝓpter Caium Scatiniū pędicon?. debet citari. i. ad exe-
cutionem uocari ante omnes ſup. alias leges. q. d. nunc plures ſunt
pędicones, ꝗ̃ adulteri: aut aliarū legū traſgreſſores. & ita debet lex
Scatinia primū reuocari. o tu bone cenſor reſpice primum uiros. &
ſcrutare. i. diligenter diſquire: quia dicturus eſt poeta quod domi re
dimicula ſumunt frontibus. q. d. non eſt ſatis inſpicere: ſed oportet
reſpicere: & nō ſolū reſpicere: qđ eſt ſecūdo loco iſpicere. ſed res pa
tētes ad oculos. unde ad miſericordiā refert̃. ſicut ibi: Reſpice i me,
& miſerere mei. Et reſpexit humilitatē &c. ſed etiā ſcrutari. Scrutare
igit̃ primū. ſ. facinora uirorū. hi. ſ. uiri faciunt plura ſup. turpia faci
nora, ꝗ̃ nos mulieres. ſed numerus. i. multitudo defendit illos. &
phalanges. i. tales protectiones iunctæ. i. cōnexę umbone. i. primo
per umbones. i. clypeorum curuaturas. q. d. quia tam multi ſunt:
& tam potētes, nihil in eos animaduertitur: quia uiri non puniunt
uiros. Præterea oēs ſunt eodē uitio inquinati: & ita eſt magna con-
cordia. i. magnus cōſenſus. inter molles. i. effœminatos: ꝗ uiciſſim
agunt & patiuntur. Vllum exemplū ſup. uitæ: aut etiam ad terrorē
punitionis ſi iuſte puniamur. non erit tam deteſtabile. i. execrabile
aut uituperabile. in noſtro. i. fœminino ſexu ſicut ſup. eſt in uirili. &
probat, quia Tædia. i. meretrix illa famoſa. nō lambit. i. dum oſcu-
latur nō lambit: uel (ut honor ſit auribus) nō fellat Cluniam. i. aliā.
meretricem cōſociam. nec Flora meretrix etiam illa lambit ſup. Ca
tullam commeretricem. ſed Hiſpo uir ille immundus & fellator ſu-
bit iuuenes. i. inclinat ſe ad fallēdum iuuenes. & pallet. i. pallidus fit
utroq; morbo tā fellādi ꝗ̃ pędicandi. ſed fellat & pędicat̃: uel uiciſ-
ſim agit & patit̃ & ita ſubit. i. ſubintrat ſubagitādo. ſ. & pallet utroq;
morbo: quia etiam patitur. Et licet dicendo quod ſubit ut fellat: me
lius quadret ſuperiori: Tædia non lambit &c. tamen dicēdo quod
pædicet & pædicetur: melius quadrat cum ſequentibus: quia qui pę
dicatur muliebria patitur. Vos ergo uiri patimini muliebria: & ita
abutimini officio noſtro etiam turpiſſimo: & nos non uſurpamus
etiam honeſtiſſimum uirilium. Dicit enim: Nūquid nos. i. mulieres
agimus cauſas: aut nouimus ciuilia iura: aut mouemus ueſtra fora
ullo ſtrepitu. q. d. minime. Paucæ etiam noſtrum ſup. luctantur in
arena. ſ. ad ſpectaculum. & paucę comedūt coliphia. i. panes lucta
torum: hoc eſt paucę uſurpāt officia uirilia. At. i. ſed. uos. i. uiri. tra-
hitis lana. i. carpitis uel carminatis. & refertis. i. reportatis in cala-
this. i. uaſculis ex uiminibus contextis. uellera peracta. i. pexa & car
pta ſeu carminata: ad eos uel ad eas: unde peragēda accepiſtis. uos
torquetis nendo. ſ. fuſum inſtrumentum nendi: ad quos filum uo-
luitur. pręgnantem. i. denſum. tenui ſtamine. i. filo unde fiat ſtamen
& hoc facitis melius. i. doctius & artificioſius Penelope. i. quā uxor
Vlyſſis, quæ a textura ſummopere laudatur. & leuius. i. facilius: &
(ut dicunt) habilius & expertius Arachne. i. puella illa Lydia: quæ
Palladem auſa eſt ad certamen in arte texendi prouocare: abs qua
uicta, uerſa eſt in uermem, quem araneum dicimus. & telam eius
aranearn quæ adhuc hodie faciliter & leuiter incredibili artificio te
xit. Quia uero de textricibus tantum loquitur: poſſemus ſuperiorē
partem ſic conſtruere: Vos torquetis. i. compellitis texendo fuſum
. i. fiſtulam uel cannam inuolutam filo more fuſi: prægnantem te-
nui ſtamine: quale ſup. ſtamen facit nendo. ſ. pellex. i. ancilla uel re-
uera meretricula: quę cupit eſſe pellex, & ita ne habeat uxor, cuius
pellex eſſe cupit, ſuſpitionem. eſt horrida. i. male ueſtita & frigore
concuſſa: & contremens & reſidens in codice. i. trunco: ideſt ante fo
res ſuas nens: ut e labore ſuo uiuere putetur. Hic accipitur autē co
dex in propria ſignificatione. nam ideo capitur pro libro ipſo: quia
in codice ſunt multi libri. i. cortices: in quibus olim ſcribebant. Pro
trunco autem i. parte illa directa uſq; ad ramos ſæpius caudicem
dicimus. Vos ergo facitis officia muliebria. i. trahitis lanam: netis
& texitis. Nec hoc ſatis eſt: quin etiam patimini muliebria. Nam no
tum eſt cur. i. quamobrem. Hiſter uir ille diues, ſed mollis & pati-
cus: impleuerit tabulas ſup. teſtamenti ſui. ſolo liberto. i. nomine ſo
lius liberti: nullum cohęredem ei ſcribēdo: quia. ſ. erat draucus ſub
agitās eum. & cur uiuus. i. dum adhuc ſanus eſſet dedit multa puel
lę. ideſt uxori liberti ſui: quia. ſ. tacuit & perpeſſa eſt: ut maritus non
ſe, ſed Hiſtrum paticum ſubagitaret. Ego reperio in bonis codici-
bus ſolo nec eſt dandi: ſed auferēdi caſus. & ita licet ſolo nō legat̃
in datiuo. legit̃ tñ i ablatiuo. Et ꝗa Hiſter ideo dedit: ꝗa paſſa ē talia.

Fugerunt trepidi vera, ac manifesta canentem
Stoicidæ, quid enim falsi Laronia? sed quid
Non facient alii, cum tu multitia sumas
Cretice? & hanc vestem populo mirante perores
In Proculas, & Pollineas? est mœcha Labulla,
Damnetur, si uis, etiam Corphinia, talem
Non sumet damnata togam. sed Iulius ardet,
Æstuo, nudus agas. minus est insania turpis.
En habitum, quo te leges, ac iura ferentem
Vulneribus crudis populus modo victor, & illud
Montanum positis audiret vulgus aratris.
Quid? non proclames, in corpore iudicis ista
Si videas? quæro an deceant multitia testem.
Acer, & indomitus, libertatisq́ magister
Cretice pelluces. dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures. sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,
Vuaq́ contacta liuorem ducit ab vua.
Fœdius hoc aliquid quandoq́ audebis amictu.
Nemo repente fuit turpissimus. accipient te
Paulatim qui longa domi redimicula sumunt
Fontibus, & toto posuere monilia collo,

Dicit quod uxor etiam pauperis uiri erit diues: quę erit tertia .i. existens tertia in lecto: ita φ permittat diuitem patronū inter se & maritum draucum. Et hoc dico: quia libertum dicit. Vel potest sic intelligi: Notum est cur Hister dederit puellæ .i. uxori suæ adhuc iuuenculę multa: quia tacuit & permisit libertum ha bere rem cū marito suo: & ergo mulier erit diues: quę dormit tertia in lecto: ita φ uir sit medius: & uxor ab una parte, & draucus ab altera. Tu nube: facit apostrophē ad absentem. Tu quęcunq́ es quę uis ditari: nube sup. uiro molli. atq́ tace: quia arcana .i. secreta illa facinora q̄ fiunt in lecto. donant .i. conquirunt uxoribus tacentibus. cylindros .i. lapillos teretes a mulieribus in pretio habitos. Et sententia tristis .s. in adulteras per legē Iuliam lata fiet post hæc .i. post huiusmodi turpissima uiroꝝ facinora de nobis sup. mulieribus. Cēsura .i. castigatio moꝝ dat ueniam .i. ignoscit. coruis .i. pessimis, quales sunt uiri. & uexat .i. molestat. columbas .i. mulierculas ex fragilitate & simplicitatē forte peccātes. Et ita conuenientissime dixit colūbas. de quibus dictū est: Estote simplices ut columbę. Et quę in tutela Veneris sunt propter frequentem fœtum ad quem ex natura instigantur: .q.d. Laronia mulierculas forte reperiri adulteras: quia per simplicitatē forte deceptæ sunt. aut quia ad libidinem proniores ex fragilitate sexus deuictæ. & ita potius ignoscendū illis, q̄ uiris: qui philosopha ntur: & tamen peccatā cōtra naturam perpetrāt. Notum est etiā cur coruos dixit uiros: Omne enim nigrum malum iudicatur. Vnde Horat. in. 1. Sermo. Hic niger est: hunc tu Romane caueto. Prǽterea corui rapaces sunt sinistræ aues. sed pergo. De his .n. iā satis locuti sumus. Cēsura aūt est cēsorū iudiciū: qđ iustū & seuerū eē debeat: q̄le olim cēsorū fuit.

OAN. ❡ STOICIDÆ: impuri & flagitiosi: qui prǽferebant stoicorū
RIT. integritatē: & more stoico de uirtute disputabant: contendentes uirtutem solum bonū esse. dicti ἀπὸ τῆς στοᾶς .i. porticu. Zeno enim in porticu Athenis primus cœpit docere. ad quem audiendum discipuli eo confluentes: cum antea Zenonij dicerētur: postea ab ipsa porticu stoici sunt appellati. de qua porticu itellexit Persius noster: Quęq́ docet sapiēs bracchatis illita medis Porticus insomnis. ubi plu scula de porticu diximus. ❡ Stoicidæ: secundum formam patronymicam: sicuti Priamidæ in prima declinatione. Quid falsi: subaudi dixit. ❡ Sed quid hoc etiam in molliciem uirorū dicit poeta: quos uel orantes in impudicitiam mulierum non pudebat uestes tenuissimas induere: ut corpus etiam transluceret. Vnde Plin. in reprehēsionem tantę molliciei sic ait: Nec puduit has uestes .s. bombicinas etiam uiros leuitate usurpare propter onera æstiua. in tantum a lorica gerenda discessere mores: ut oneri sint etiam uestes. Ait ergo poeta: Mulierum impudicitiam accusas, cum ipse tu multo magis fores condemnandus qui ea mollicie alijs sis futurus exēplo. ❡ Nō

Multitia facient alij: argumentū a maiori ad minus. ❡ Multitia: uestes tenuissimas dictas a mollicie, ut quibusdam placet. ut alijs uero a mulcēdo: φ mulcerent: & gratæ essent tenuitate sua. bombicina autē uidetur intelligere: de quibus ex Plinij auctoritate diximus. Nam bombices telas aranearum modo texunt ad uestem, luxumq́ fœminarum: quę bombicina appellātur, tantę tenuitatis: ut denudet fœminam uestis bombicina. De uestibus multitijs sic meminit Flauius Vopiscus in Aureliano scribente præfecto ærarij: Dabis ad editionem Circensium tunicas multitias uiriles decem: lineas ægyptias uiginti: mantelia cypria paria duo. ❡ Cretice: aliqui legunt, sed falso, Critice: ut dicant: Tu iudex qui in aliena uitia insurgis & notas. Nam κριτὴς iudicem signat. Cicero in epistola ad Dolabellam: ut docet Tranquillus de claris grammaticis: Ego tanquam criticus antiquos iudicaturus sum. Sed animaduertendum est syllabæ rationē repugnare: ut nullo modo legi possit Criticus, est enim prima syllaba breuis. Hor. in. 1. epist. 2. libri: Vt Critici dicunt. Illud autē apud Martialem in. 7. Æqualis liber est Cretice: qui malus est nomen est proprium. legēdūq́ est Cretice non Critice. Cretice igitur legendū est a Creta: quę primam habet syllabam longam. Vt per Creticum intelligat Æacum. de quo illic: Quas torqueat umbras Æacus. ut sit sensus: Quid non facient alij, cum tu: qui tanquam Æacus iudex & cognitor uitiorum sumas tales habitus uestiū. posset etiam referri ad unum quemq́ primarium Romanū: quem per Metellum Creticum designaret. ut sit sensus: Quid non facient alij cū tū ex primarijs & principibus ciuitatis sumas tales uestes. Nam Metellus Creticus is fuit: qui Cretam imperio Romano adiecit. ❡ Perores: oratione urgeas. nam peroratio fit i fine orationis, qua maxime aduersarius urget. ❡ In Proculas, & Pollineas .i. in adulteras Proculę & Pollineę similes. ❡ Mirante: cum admiratione contemplante: ac per hoc damnante, ut inhonestum habitum. ❡ Est mœcha Labulla: sensus est Labulla & Corphinia: quę adulterę sunt: si adulterij admissi cōuincantur in iudicio: maius tamen præ se ferant honestatis studiū: nō enim talem sumant toga ut indecētē habitū. Mulieres enī conuictę adulterij cogebāt toga uirili indutę in publicū ꝓcedere. auctores sūt Porphyrio & Asconius. Vnde Hora. in Sermo. Quid interest in matrona, ancilla peccesue togata. Contra uero stola erat matronarum. ❡ Damnetur: cōuincatur adulterij. ❡ Talem togam: tam tenuem uestem: qualia sunt multitia tua. ❡ Sed Iulius ardet: introducit Creticū excusantem turpem habitum. ❡ Nudus agas: uerba poetæ .i. nudus eas sic te calor urget q̄si i nuat nō minus turpe esse uti tali corpis amictu, q̄ nudū agere. ❡ Minus est insania turpis: rñdet ijs q possent dicere illū iudicatū iri insanū: q nudus ambulauerit. ait ergo poeta: isania minore est digna rephēsione, q̄ talis habitus. ❡ En habitū: indignantis sunt uerba poetę, & insultātis. q.d. o q̄ dignus habitus i quo te spectarēt Prisci Romani illi: q agricolationi intēti erāt: & q paucis annis antē uictores ꝓ repu. crudelia uulnera accepero: o q̄ riderēt te. ut oñdat illū fuisse futuꝝ ludibrio & priscis Ro. & q pauloante sua tpa ꝓ rep. multa p̄clara gessissēt. ❡ Modo uictor .i. paucis annis añ .i. nostris fere tpibus: ac si dicat nostro seculo: quo & Augusto Cæs. & alijs imperātibus populus in rebus bellicis se exercuit. ❡ Vulneribus crud. .i. p cruda uulnera uictor .i. aspa & crudelia. nā a crudo fit crudelis. ❡ Illud uulgus mōtanū: rudis ille populus: q priscis fuit tpibus: q cessantibus bellis agricolationē exercebat, ut de Q. Cincinnato legit & alijs ciuibus Ro. ❡ In corpe iudicis: argumētū est a minore ad maius. q.d. si multitia testē nō decēt: multo minus iudicē decebūt. Nā q̄to q̄s excellētior est: tāto magis eū decet honestatis esse amplexorē: & tāq̄ cęteris uirtutis speculū. ❡ Quęro an deceāt. q.d. nō decēt. si ergo nō decēt testē: minus ꝯueniūt iudici. ❡ Acer & idomitus: isultat sępe poeta molli uiro. ❡ Libertatisq́ magister: q uideat moꝝ grauissimus cēsor: & q i libertatē uelit asserere flagitiosos. Nā de aī libertate itelligit nō corpis. ❡ Pelluces: trāsluces. cōpositio est a p & luceo: sed mutat r i l. est .n. ex corrupto & i tegro. ❡ Dedit hāc ꝯtagio labē: sumpta est trāslatio a pestilēti aīali: cuius ꝯtactu & ꝯsuetudine reliq̄ aīalia facile cōmaculātur. Ergo uitia, inqt, aliena te i hāc labē deduxerūt: & plures i dies deducēt. Vñ Sene. de Trāquil. uitę. Serpūt .n. uitia: & in ꝓximū quēq́ trāsiliūt: & ꝯtactu nocēt. unde & cōtagiū dictū est, & ꝯtagio, & ꝯtages, oīs morbus, q ꝯtactu facile ꝯtrahit. ❡ Labē: maculā & uitiū. Labies ꝓprie dicit i uestimētis: sed p trāslationē uitia quoq́ aī labes appellamus. ❡ Sicut grex: ita inqt, uitia Grex
serpēt i unū quēq́: ut porrigine unius porci reliquus grex ꝯtaminatur. Qui parū considerate loquūtur: dicunt gregē tantum de mino

ribus intelligi animalibus. Cum conſtet gregem indifferenter non
ſolum omni animalıū genere:ſed etiam de hominibus dici. Teren-
tius: Vt me in gregem ueſtrum recipiatis. Et alibi Iuuenalis: Cū gre
ge Chaldæo. Seneca ad Luciliū: Elephantorum gregem excelſiſſi-
Scabies mus ducit. ¶ Scabie: ſcabies (auctore Celſo) eſt durior cutis rubicū
da, ex qua puſtulæ oriuntur quædam humidiores, quædam ſiccio
res. Exit ex quibuſdā ſanies, fitqȝ ex ijs continuate exulceratio pru
riens: ſerpitqȝ quibuſdam cito, atqȝ in alijs quidem ex toto deſinit:
in alijs uero certo tempore anni reuertitur: quo aſperior eſt quoqȝ
Porrigo prurit magis, eo difficilius tollit. ¶ Porrigine: eſt autē porrigo mor-
bus, quo non ſolū porci: ſed & homines infeſtantur. de qua ſic Cor
nelius Celſus: Porrigo eſt ubi inter pilos quædam quaſi ſquammu
læ ſurgunt. hæ quoqȝ acutæ reſoluuntur, & interdū madent, ſępius
ſiccæ ſunt, fereqȝ id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiam
in ſupercilio. ¶ Vuaqȝ contacta: uua enim facile corrumpitur conta
ctu corrupti acini. Sunt aliqui qui legunt conſpecta. ¶ Fœdius hoc
aliquid: futurum inquit eſt: ut aliquid etiam in poſterum turpius fa
cias hoc amictu: hoc eſt longe etiam indecentius committas q̄ quę
per turpem habitum peccaſti. ¶ Accipient te paulatim: in eam & tu
turpitudinē laberis: qua inter ſe ſacerdotes Mineruę uiuunt. Sicqȝ
poeta deſcendit in reprehēſionem ſacerdotum quorum collegium
(auctore Tranquillo) Mineruę in Albano Domitia. inſtituerat: ex
quo forte ducti magiſterio fungerentur: redderentqȝ eximias uena
tiones: & ludos ſcęnicos. Horū epulas, luxū, molliciem ſcænicá, &
reliqua turpia inſectatur: oſtenditqȝ eos nihil differre a mulieribus
colentibus Bonā Deam: aut a ſacerdotibus Cotytia celebrantibus
gulamqȝ eorū maxime reprehēdit: qui lautiſſime epularētur. Vnde:
& Mart. dapes lautę Albanę appellantur. Deniqȝ indignatur ex ſa
cerdotibus quendam cornicini: cuius opera in ludis illis Albanis
utebantur: nupſiſſe. Omnis ergo poetæ fremitus eſt in turpitudinē
& molliciem ſacerdotum Albanorum. ¶ Accipient te. ſ. in conſor-
tium ſuum. ¶ Qui longa domi redimicula: oſtendit eos a mulieri-
bus non eſſe abſimiles: quę celebraturę ſacra Bonæ Deę ſumūt re-
dimicula. i. ornamenta & uincula capitis conuenientia ſexui mulie
bri: & monilia aptant collo. Idem, inquit, faciunt iſti ſacerdotes in
Albano: ut more mulierum ſacrificia colant Bonæ Deæ: & quod
Bonæ proprium eſt mulierum ſibi uſurpent. Nam ſacra Bonę Deæ fiebāt
Deæ ſa- (ut ſcribit Plutar. in uita Cice. & Cæſaris) quotannis in domo ma-
cra ximi pontificis pro ſalute populi Roma. Iis nemini uiro intereſſe li
cebat a mulieribus tantum celebrabantur. Vnde Cice. in oratione
in P. Clodium ſic: Hominemqȝ eum qui puluinaribus Bonæ Deæ
ſtuprum intulerit: eaqȝ ſacra quæ uiri oculis ne imprudentis quidē
aſpici fas eſt: non ſolum aſpectu uirili: ſed flagitio ſtuproqȝ uiolaret.
Alij tamen ita interpretantur: non ꝙ Bonam Deam illi ſacerdotes
colāt: ſed ꝙ illorum ritus & ludi ſcęnici nihil pene differant a ſacris
Bonæ Deæ quę mulieres operantur. Deam autem Bonā etiā Maiā
& Terram dixere: eandemqȝ etiam Faunam, Opem, & Fatuā. Bo-
nam ꝙ oium nobis ad uictū bonoꝝ cauſa eſt. Faunā ꝙ omni uſui
animantium fauet. Opem ꝙ ipſius auxilio uita conſtet. Fatuā a fan
do ꝙ infantes partu editi non prius uocē edunt, q̄ attigerint terrā.
ASCen. ¶ F V G E R V N T trepidi &c. Hic per continuationem quandā
progreditur poeta ad caſtigandos iudices: & eos qui ſententiā mor
tis ferunt: cum ſint nobiliſſimi prodenteſqȝ molliciem ſuam habitu
quem fœminis molliorem in ſede iudiciali habent. De hac autem
re ſic ait Aulus Gel. pri. cap. 5. Hortenſius omnibus ferme oratori
bus ętatis ſuę niſi M. Tulio clarior: qui multa cum mundicia: & cir
cunſpecte, compoſiteqȝ indutus & amictus eſſet: manuſqȝ eiuſqȝ
eius inter agendum forent argutę admodum & geſtuoſæ: maledi-
ctis compellationibuſqȝ probroſis iactatus eſt: multaqȝ in eū quaſi
in Hiſtrionem in ipſis cauſis: atqȝ iudicijs dicta ſunt. Sed cum Lu-
cius Torquatus ſubagreſti homo ingenio: & infeſtiuo grauius, acer
biuſqȝ apud concilium iudicum, cum de cauſa Syllæ quereretur:
non iam hiſtrionem eum eſſe diceret: ſed geſticulariam: Dionyſiāqȝ
eum notiſſimę ſaltatriculę nomine appellaret: tum uoce molli atqȝ
dimiſſa Hortenſius: Dionyſia inquit: Dionyſia malo equidem eſſe:
q̄ ꝙ tu Torquate inelegans agreſti aditu difficilis. Sunt autem uer
ba hæc poetę non amplius Lauroniæ. Ordo autem eſt: Stoicidę. i.
philoſophi ſeueriſſimi uerbis quidem quales erant ſtoici: qui nemi-
ni peccanti ignoſcebant: ſed æqualiter omnia uitia punienda præ-
dicabant: ut docet. 1. Sermo. Flaccus. trepidi. i. feſtiui ex timore &
uerecūdia. fugerunt Lauroniam. ſ. canentem. i. alta & aperta uoce
contra eos proclamantem uera hæc manifeſta. i. res ueras & mani-
feſtas. uera ſup. inquit poeta dico. enim ꝓ quia: quia quid falſi ſup.
dixit Lauronia. q. d. nihil. & hoc decenter addit poeta ne quis dicat
ſuperiora eſſe muliebria dicta nihil ueri habentia: ſed ex iracundia
dūtaxat orta. quę enim docte loquentes inducunt: non quod uerū
eſt ſemper: ſed quod ipſis loquentibus uerum uiſum eſt res loqui fa
ciunt. Sicut Dido decepta dicit. 4. Æneid. Nuſq̄ tuta fides. Ne ergo
quis dicat poetam non cōſentire Lauronię: approbat dictū eius di
cens: Quid enim Lauronia falſi? Et deinde ſubtiliter procedit, quaſi
per approbationē prioris dicti. Et eſt locus a minori. Minus enim ue
riſimile eſt in cauſa criminali eſſe mollem, q̄ philoſophantem. & tñ
iudicem mollem eſſe conuincit ex habitu, unde dicit. Sed quid alij
non facient. q. d. nihil facient: immo quilibet facient. cum ſup. ita ſit
ꝙ o tu Cretice. i. iudex ſeuere. ſumas. i. aſſumas. multitia. i. ueſtem
molliſſimam: & pellucētem: unde ſingula corporis membra perſpi-
ci poſſent: quæ lubrici ſe de proceritate corporis iactantes excog
tauerunt. Fit autem mihi ueriſimile: ut legatur potius Cretice: ſ
potius a Creta, quam a crite: quia ſeueriſſimi iudices in Creta fue
re: ut dictum eſt in prima huius libro. Quas torqueat umbras Æ
cus &c. Et cum ſup. tu portes. i. extremam ſententiam: hoc eſt diſſi
nitiuam ſententiā feras populo mirante. hanc quam dico. ſ. molliſſi
mam ueſtem. Perores inquam in. i. contra Proculas & Pollineas. i
meretrices & mœchas: quales Procula & Pollinea. Labula illa mu-
lier eſt męcha fateor: dānetur ergo ſi uis etiā Carphinia adhuc infa
mior mœcha. ipſa dānata. i. poſtq̄ fuerit dānata. nō ſumet talē. i. tā
infamem togam: ut tu ſumis peroraturus cauſas ſup. ſed ſup. dices
forte. Iulius. i. Sol in menſe Iulio: uel Syrius ardet. i. ardorem uehe
mēter facit. ego æſtiuo. i. calore cōficior. Reſpondet poeta. agas. i.
eas ſecundū Georgium nudus. uel agas ſup. rem iudicialem. infa-
nia eſt minus turpis ſup. q̄ mollicies. q. d. potius eligendū eſt: ut po
pulus te inſanum q̄ mollem dicant. Alij legunt infamia. & eſt ordo:
Infamia quam nudus agens incurres: eſt minus turpis. i. deteſtabi
lis, q̄ eſt ea, quā incurris agens in multitijs. Vnde infert per irriſio-
nem ſicut Vir. En agros, & quā bello Troiane petiſti Italiam meti-
re iacens &c. En habitum. q. d. uide qualem habitum geris. quo. i.
in quo. populus modo. i. pauloante. uictor. i. quaſi iam rediēs ex re
cēti cęde hoſtium. & per diſciplinam militarem exercitus. & uulne
ribus crudis. i. adhuc hebetantibus & nondū conſolidatis. & illud
montanum uulgus. q. d. quod notum eſt eſſe duriſſimū & omni aſ-
ſuetum: quia in montibus degentes remoti ſunt ab his, quę ad mol
lē uitā nauibus aduehūtur. mōtanū dico uulgus poſitis. i. repoſitis
& relictis aratris. audiret. i. audire debeat ferētē leges & iura. q. d. nō
decet in tam molli habitu ferre legem, aut militiam, aut agricultu-
ram paſſis: qui omni labori aſſueti ſunt. Quid. i. q̄ rē nō ꝓclames. q.
d. nullā nō proclames: uel nihil nō ꝓclames. i. porro: hoc eſt a lōge
clames. uel qd. i. cur nō ꝓclames. ſi uideas iſta. i. iſtos uitupabiles ha
bitus in corpore iudicis. quęro enim an multitia deceant teſtē: hoc
eſt an audiendus & accipiēdus eſt teſtis: qui tam molliter ueſtiatur?
q. d. non: quia talis infamis eſt. infamis autē nō poteſt firmū & ratū
teſtimonium perhibere. & ſi iſta non decent teſtem. o tu Cretice exi
ſtens uel exiſtere debes acer. i. uehemens uitiorū caſtigator & puni
tor. & indomitus. i. nullo munere: nulla pręce: nullis minis: nulloqȝ
fauore a ſeueritate flectēdus. Et ponitur indomitus pro indomabili.
Sicut. vii. Aenei. Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos. inacceſſos
lucos dicit non quos nemo acceſſit: ſed inacceſſibiles: quos nemo
accedere debeat. Et i Geor. Aut illaudati neſcit Buſyridis aras. Nō
erat ergo indomitus de quo loquitur: ſed debebat eſſe. & magiſter
libertatis: ideſt qui debebas ut in ciuitate libera unicuiqȝ ius ſuum
tribuere: ſecluſo omni timore & fauore. Tu inquam o Cretice: qui
eſſe deberes acer, indomitus, & magiſter. i. princeps & maximus
conſeruator libertatis. pelluces: ideſt ꝑ medium habitus tui luces
ut liniamenta corporis tui appareant: quaſi dicat minime talis eſſe
deberes. ſed ſcio unde hic morbus ingruerit. contagio. i. cōmertiū
& ratio, ſeu conſuetudo, quā habes cum mollibus uiris. dedit: ideſt
genuit hanc labē. i. maculā uel inquinationē uitæ. & dabit hanc la
bem in plures: quia plures te ſecuti idem facient. ſicut totus grex:
ideſt congregatio ouium ſupple cadit. i. moritur uel deterior fit ſca
bie: ideſt ꝓpter ſcabiē. unius ſup. ouis. & totus grex porcorum ca-
dit porrigine. i. porcorum ſcabie ſquāmoſa: quę per ſquāmas deci-
dit. & ita loquitur de grege ouiū & porcorum. & dat ſcabiē ouibus:
porriginē porcis. uel (quod minus placet) utrūqȝ porcis. qȝ pro &.
uua. i. botrus. eſt cōſpecta ab uua. i. exiſtēs in umbra alterius uuæ
ducit. i. ꝯtrahit liuorē maculā. i. q̄lis naſcit ex percuſſione & nimio Liuor
ꝯctatu: aut morſu: & eſt plūbei coloris. Vnde Tibul. Cū ſuccos, her
baſqȝ dedi: qs liuor abiret: Quē facit impreſſo mutua dente Venus.

Quia uero qui inuident cum se corrodant. & succum naturalem consumant. talem colorem habent quales qui cōpressi sunt, aut cōtacti uiolenter: ergo liuidi dicūtur. Omnis igitur contagio & cōsuetudo malorū parit maculam. Vnde in psalmo. xviii. Cū sancto sanctus eris: & cum uiro innocente innocens eris; & cū electo electus eris: & cum peruerso peruerteris. Dicitur autem contagio: hæc cōtages: & hoc contagium. Primū ponitur hic. Secundū apud Lucretium: Qui fuerant autē præsto contagibus ibant. & iterum apud Virg. i Bucolicis: Nec mala uicini pecoris cōtagia lædēt. Et in singulari apud Aulū Gellium libro. viii. cap. ii. legitur cōtagio singulariter ubi dicitur. Quoniam nefas ducerent nomina libertati patriæ deuota seruili cōtagio pollui. Fœdius hoc aliquid &cæ. Progreditur ad reprehendendos sacerdotis: quorū collegium Mineruæ in Albano constituerat Domitianus: ōnditq; fœdissima illorum scelera: atq; hi, qui tam molliter allicuntur aliquando progressuri sunt. Dicit ergo q amictus quidem fœdus est: sed longe fœdioris uitæ præ se fert iudiciū. de qua re Au. Gellius lib. iii. cap. v. Plutarchus refert Archesilaum uehementi uerbo usum esse de quodam nimis delicato diuite, q incorruptus tamē. & castus, & per integer diceba ur. Nam cū uocem eius infractam: capillumq; arte cōpositū: atq; oculos ludibundos: atq; illecebræ, uoluptatisq; plenos uideret. Nihil interest, inquit, qbus membris cinædi sitis: posterioribus an prioribus: hunc autem locū Cecropiā soliti bapte lassare Cotytto: a Calderino nō bene intellectum: & a Georgio, Mancinelloq; nō satis explanatū: qui secuti Probum, quædam uocabula non satis integ. posuerunt. Angelus politianus ad unguem explicat capi. x. centuriæ suæ: probatus ueterū auctoritate baptas esse fabulam Eupolidis cōtra baptas. q nocturno sacra Cotyttus Deæ impudētiæ: quam psaltriam fuisse Probus dicit: pudentissime colebant: ob quā fabulam (ut Platonius græcus auctor est) ab ipsis baptis in mare submersus est. Est aūt bapte masculini generis: quia uiros significat principaliter: licet etiam fabulæ nomen sit. Cotytto aūt quia psaltriæ aut Deæ impudētiæ nomen: nō dubie fœminini declinatum, sicut cætera grǽca in o longum: quorum s̄m Seruium non habemus nisi genitiuū in us: & accusatiū in o in nostra declinatione. unde hic legendū est Cotytto: nō Cotytton nec Concytton. Dicta tamen est ēt Cotys: cū accusatiuū Cotin. Cic. & Strabo ponūt: & genitiuū Cotyos Synæsius. sacra aūt dn̄r Cotyttia: ut patebit in explanatione nostra. Ordo igitur est: Tu qui tā molliter uestiris. audebis quandoq;. i. aliquādo tpe futuro. aliquid. i. aliquod factū. fœdius. i. obscænius & turpius. hoc amictu in quo. s. pelluces. nemo fuit repente. i. sine incremēto successiuo turpissimus. hoc est sicut nemo uno īpetu factus est optimus: ita nemo uno turpi facto habet' turpissimus: sed paulatim fiet. Nā sup. illi q accipiūt domi. non. n. cum sint sacerdotes sed turpes ut sacerdotes illi: hoc audent in populo, aut in tēplo. redimicula qbus. s. mittræ alligantur, quod molliciei signū est. unde apud Virgiliū uitio datur Phrygibus: hoc est Troianis. ubi dicitur. Et tunicæ manicas & habēt redimicula mitræ. illi inquam, qui sumūt domi redimicula in frōtibus suis: idest. imitātur molles sacerdotes albanos. accipient supple in collegium aut consortiū suū. q paulatim. i. successiue te. & qui posuere. i. apposuere toto collo monilia. i. ornamēta muliebris colli. i. qui uicissim patiuntur in secreto muliebria: & ita se ornant ornamentis muliebribus.

Atq; bonam teneræ placant abdomine porcæ,
Et magno cratere Deam. sed more sinistro
Exagitata procul non intrat fœmina limen.
Solis ara Deæ maribus patet. ite profanæ
Clamatur, nullo gemit hic tibicina cornu.
Talia secreta coluerunt orgia teda
Cecropiam soliti baptæ lassare Cotytto.
Ille supercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu, pingitq; trementes
Attolens oculos, uitreo bibit ille Priapo,
Reticulumq; comis auratum ingentibus implet
Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa,
Et per Iunonem domini iurante ministro.
Ille tenet speculum patici gestamen Othonis,
Actoris Aurunci spolium, quo se ille uidebat
Armatum, cum iam tolli uexilla iuberet.
Res memoranda nouis annalibus, atq; recenti
Historia, speculum ciuilis sarcina belli.
Nimirum summi ducis est occidere Galbam,
Et curare cutem summi constantia ciuis,
Bebriaci in campo spolium affectare palati,
Et pressum in faciem digitis extendere panem,
Quod nec in assyrio pharetrata Semiramis orbe,
Mœsta nec Acciaca fecit Cleopatra carina.
Hic nullus uerbis pudor, aut reuerentia mensæ.
Hic turpis Cybeles, & fracta uoce loquendi
Libertas, & crine senex phanaticus albo
Sacrorum antistes, rarum, ac memorabile magni
Gutturis exemplum. conducendusq; magister.

ATQVE Bonam: ordo est: Atq; placant Bonam Deam. Abdomine teneræ porcæ: oia, inquit, in sacris Bonæ Deæ faciūt, quæ ad eius cultū pertinēt. Nā sus prægnans ei (ut scribit Macrobius) mactabatur: quæ hostia propria est terræ. Abdomine: idest sumine. Plin. in. ix. cap. xxxvii. ait antiquos uocauisse abdomen, quod nūc sumē. Aristot. lib. pri. de natura animaliū de Abdomine ita scribit: Venter infra pectus est parte priore, eiusq; radix umbilicus est: cui radici pars subiecta in latus utrumq; Ilia dicit. q autem recte subiūgitur sumē est, siue abdomen. Magno cratere: nā in sacris (auctore Macrobio) erat uas uini: quod mellariū apppellabantur: & uinum lac dicebatur. Sed more sinistro: sed in ijs sacris contrario se gerunt ritu. Nam cū sacra a mulieribus tantū celebrentur: ipsi cōtra ritū sacrorū eas excludūt: & soli inter se molles & effœminati celebrant. More sinistro: more contrario: cū a mulieribus soleant excludi mares ita: ut ne effigies quidē maris eo in loco sit fas conspici. Nam & picturæ mariū uelis integebant'. unde alibi: Testiculi sibi conscius unde fugit mus. Varro. n. tradit eam adeo pudicā fuisse: ut extra Gynęceū nunq̄ sit egressa: nec nomen eius in publico fuerit auditū: nec uirū unquam uiderit: uel a uiro uisa sit: pp quod nec uir templū eius ingreditur. Ite profanæ clamatur: iubent inqt magno clamore mulieres abesse. Profanæ: sacer & profanus uocabula sunt cōtraria. Sacrum. n. est (ut Trebatius libr. primo de religionibus refert) quicquid est quod Deorū habetur. unde Virgilius hujus diffinitionis memor ubi sacrū nominauit: admonitionem Deorū pene semper adiecit Sacra Dioneæ matri, diuisq; ferebam. Item Sacra Ioui stygio q̄rite incepta paraui. Profanū omnes pene cōsentiūt id esse: quod extra fanaticā causam sit q̄si porro a fano & religione secretū. Vnde Cic. ad Herenniū. Locus quærit' celebris an desertus: sacer an pfanus: publicus an priuatus, ubi liquido ostēdit uocabula esse opposita. Porphyrio exponēs illud Horatij Odi pfanū uulgus. ait Profanus eos dici, q sacris initiati nō sunt: q fanū intrare nō poterāt. Gemit hic tibicina: nā in eius sacris adhibebantur modulationes & Tibicinæ canentes cornibus. Sed hic, inquit, nō sunt Tibicinæ: non sunt mulieres, sed uiri tantū. Talia orgia: ostendit poeta eorundem sacerdotum molliciem nihil differre a mollicie sacerdotū Deæ Cotyttus. est. n. sensus: Non dissimilia inquit, sunt sacrificia quæ sacerdotes instituti a Domitiano Mineruæ in Albano colunt: ab ijs quæ feruntur ab Atheniensibus culta: quæ Cotyttia appellata sunt. Nam Athenienses instituerāt Cotyttia sacrificia peregrina sumpta a Thracibus: q̄ nocturnis peruigilationibus celebrarentur. In quibus impudica, turpiaq; multa fiebant. De quibus uidetur intellexisse Hora. in Epodis: Inultus ut tu riseris Cotyttiam uulgatā sacrū liberi Cupidinis: Candida. n. saga minatur Horatio quia talia sacrificia ei cōmissa ridens diuulgauerit. Cotyttia autem (ut scribit Porphyrio) sacrum Cupidinis esse dicit: quia maleficia hæc quæ per inferma sacra fiunt ad amorē pertineant. unde apparet & hos sacerdotes talia sacrificia ut impudica & ad amorē pertinētia tractare. His ritibus peruigilijsq;: Deam Cotytto præesse uoluerūt: & proinde Cotyttia nominata sunt. Vnde Strabo sic inquit: Athenienses aūt sicuti reliquis in rebus hospitū & externorū studiosi perstiterūt: sic & in Deis. extrema. n. mulsa suscepere sacra ita: ut in comœdijs cōplura & Thracia & Phrygia decātata sint. Eam tamen Deam alij Cotytto, alij uero Cotyn

Abdomen

Profanū Sacrum

Cotytto

appellauere. Vnde Strab. lib. x. Similia inquit ſunt quæ apud Thraces celebrantur: quæ Cotyttia & Bendidia. apud quos & Orphica initiũ habuerunt. Ipſam ſane Cotyn: quæ apud Edonios colitur: & eius inſtrumẽta memorat Aeſchylus: Sic & Synæſius appellat his uerbis θαῤῥῶν ἀποφαίνου τὸν ἄνδρα ἡμίσυνον ἀντρόχημα καὶ τίκτω τὴν τῆς κότυος. Confidens demonſtra uirũ ſemimarẽ ſtatim ſodalemq; Cotys. quem locũ exponẽs Suida: Cotyn Deam colit ait turpiũ præſidem. Alibi tamẽ idem Synæſius Cotytto appellat: obi ait: ἑρμῆ μὲν καὶ ἡρακλῆς παλαίστρας ἐφόροις οὐδὲ κατὰ μικρὸν πρέπει κοτυττοῖ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀττικοῖς κονισάλοις νέμεσθαι: Mercurio quidẽ & Herculi palæſtræ præfectis neutiquã congruit. Cotyttoni aũt & alijs apud Atticos deſpicatiſſimis adminiſtrat. quibus uerbis declarauit eũ (de quo agit) in epiſtola fœdiſſimis eſſe moribus qui in Cotyttoni inſeruiat. Contra igitur hæc nocturna Cotyttia Eupolis poeta Comicus) ut referunt quidã cõmentatoros) Ariſtophania ſcripſit comœdiã: quam Baptas appellauit, de qua ſic Plato meminit: ubi de comœdiarum differentijs agit: ἴσμεν γοῦν τὸν εὔπολιν τὰ δηλώσαντα τοὺς βάπτας ἀποπνιγέντα ὑπὸ τὴν θάλατταν εἰς οὓς κατῆκε τοὺς βάπτας. Scimus, inquit, Eupolim cum Baptas fabulam docuerit: ab ijs ipſis in mare ſubmerſum contra quos Baptas emiſerat. Lucianus quoq; in ea oratione: quæ inſcribitur ad ineruditũ multos empt itantẽ libros in hanc ferme ſententiam. Dic mihi, inquit: etiã ne Æſchinis orationẽ aduerſus Timarchũ legis: an uero oĩa illa ſcis & noſti ſingula? Ariſtophanẽ uero & Eupolim ſubſiſti Baptas integrã fabulã pellegiſti? unde etiã Probus ſic

Baptæ

ſcribit: Baptæ comœdia inquit fuit, in qua Eupolis inducit uiros Athenienſes ad imitationẽ fœminarũ ſaltantes laſſare pſaltriã Cotytto. Cotytto apud Athenienſes pſaltria quã effœminati colũt noctu illã adeũtes. De Baptis & Cotytto Angelus Politianus in Miſcellaneis ſuis elegãtiſſime diſſeruit. ¶ Orgia: proprie nũc dñr ſacri-

Orgia

ficia Bacchi. ὀργιάζω. n. Orgia celebro. Vnde Stra. lib. x. ſcribit ſic: Plurimi igitur græcorũ totum cerimoniale negocium, quod Orgia uocantur: Bacchanaleq; & choricũ & ſacrorũ myſteria Libero patri attribuerunt. Cæterorũ ante Orgia pro oĩbus cerimonijs capientur. unde idẽ Stra. Cybelẽ præcipuo uenerantur honore, eius Orgia frequentãtes. Orgia putat Euſe. de præparatione euãgelica dicta ἀπὸ τῆς ὀργῆς. i. ira: quam aduerſus Iouẽ Ceres ſuſcepit. uerũ poſtea & aliorũ Deorũ dicta ſunt Orgia ipſa myſteria. unde Orgia dicimus Veneris: Orgia Corybantiũ. ¶ Secreta teda. i. myſtica face. nam noctu talia ſacrificia peragebantur. ¶ Baptæ: ſacerdotes molles & effœminati: a quibus Eupolis denominauit comœdiam ſuam: a βάπτω quod ſignificat tingo & lauo: ꝙ qui ſacris initiabãtur, lauarentur a qua calida primum. Ariſtophanes: Primũ ex ritu ueteri me lauerũt. ¶ Laſſare: nam in ſacris ſalutãtes fictam fortaſſe perſonam Cotyttus laſſabãt. Probus (ut diximus) ait fuiſſe pſaltriam, quam effœminati Atheniẽſes noctu colũt, eam adeũtes. ¶ Cotytto: accuſatiuus eſt græcus. ¶ Cecropiam: atticã a Cecrope rege, qui primus Athenienſium rex regnauit in Attica ante Deucalionis tempora: quẽ omnis antiquitas fabulata eſt biformẽ fuiſſe: quia primus marem fœminæ matrimonio iunxit. ¶ Ille ſupercilium: mollicẽ adhuc inſectatur in iiſdẽ ſacerdotibus: qui more mulierum decoris eſſent ſtudioſi. ſupercilia enim fuligine denigrabant: quod ſolitum fieri oſtendit Pli. lib. xxviii. ubi ait: Capilli de fluuia Vrſinus adeps miſto Ladano & lantho continet: alopeciaſq; emẽdat, & raritatẽ ſuperciliorũ cum fungis lucernarũ ac fuligine: quæ eſt in roſtris earũ. ¶ Producit: extendit & emendat. ¶ Obliqua acu: calamiſtro. ¶ Pingit oculos. n. ſibi tingebãt. Plin. in. xi. Palpebræ in genis homini utrinq;. mulieribus ẽt infectæ quotidiano tanta eſt decoris affectatio, ut tingantur oculi quoq;. Oui. in arte amandi: Nec pudor eſt oculos tenui ſignaſſe fauilla: Vel prope te nato lucide. Cidne croco. per oculos igitur intellige genas, quæ inficiebãtur. unde diuus Ciprianus in tractatu habitus uirginũ de impudicis uiris ſic ſcribit: Illi docuerunt & oculos circunducto nigrore fucare: & genas mendacio ruboris inficere: & mutare adulterinis coloribus crinem &c. Sic & diuus Hieronymus ad matrẽ & filiam in Gallia cõmorantes ſcribit: Oculos ſtibio linit. Imperator Antonius ſecundus (auctore Herodiano) procedebat in publicum pictis oculis: geniſq; purpureis ſatis. ¶ Ille: alius ex ſacerdotibus. ¶ Vitreo Priapo: nihil inquit omittũt, quod ad mollicem, nequitiamq; pertineat. Nam & poculiis, inquit, utũtur in cõuiuio effigiatis inſtar inguinũ: quam obſcœnitatẽ notat & Pli. li. xiiii. loquẽs de ebrietate: Iam uero quæ uaſa adulterijs cælata? tanquã per ſe parũ doceat libidines temulentia, ita uiua ex libidine hauriuntur. Idem etiam in prooemio li. xxxiii. his uerbis: In poculis libidines cælare iuuit, & per obſcœnitates bibere: panibus etiam ꝓ obſcœnitatem ſic formatis ueſcebantur. Martialis: Si uis eſſe ſatur noſtrũ potes eſſe. Priapũ ipſa licet rodas inguina tutus eris. ¶ Reticulumq;: tegmẽ eſt capitis mu-

Reticulũ

lieris a rete dictũ. a cuius ſimilitudine eſt factũ: quali & noſtris temporibus a matronæ utuntur & aureis & ſericis. græce ἄμπυξ appellatur. De eo ſic Lampridius: Matronas aũt regias contentas eſſe debere uno reticulo, atq; inauribus, & bacato monili. genere maſculino protulit Plin. lib. xii. ubi de natura thuris, ſic. n. ſcribit: Perſona adijcitur capiti. denſuſue reticulus. Nã apud ueteres capillos puellæ aut humeris diffluẽtes, aut reticulo collectos geſtare cõſueuerũt. Propertius: Nec de more comæ per leuia colla fluentes: ¶ Scutulata. i. ueſtes ſcutulis diſtinctas: quas galli inſtituerũt. unde ſic Pli. Plurimis uero licijs texeræ, q̃ polymita appellant. Alexandria inſtituit, ſcutulis diuidere Gallia. ¶ Cærulea: color cæruleus in-

Cærruleus

ter uiridẽ & nigrũ eſt: proprieq; thalaſſicus. unde poetæ mare, reliquaſq; aquas cæruleas appellant. Idem etiã dicitur color uenetus. unde Vegetius lib. iiii. de re militari ſcribit nautas ueſte ueneta eſſe induendos: & uela nauiũ exploratoriarũ colore ueneto eſſe tingenda: hoc eſt cæruleo. Nã (ut idẽ inquit Vegetius) ſimilis eſt fluctibus

Venetus

marinis ita: ut color cæruleus, & uenetus, & thalaſſicus idem ſit: id eſt color ſimilis marinis fluctibus. Thalaſſam. n. uocãt græci mari.

Thalaſſicus

¶ Raſa: ueſtimẽta q̃ pilo carerent. Nam abſolute poſitũ eſt raſa & numero plurali. apud priſcos in uſu fuit toga raſa & pexa: q̃ cõtrariæ erant. Nam raſa ſine pilis erat: pexa uero uilloſa. De quibus ſic

Raſa

Pexa

Martia. Raſam tu mihi mitte togã. Et alibi: Togã ue pexam. Plin. itẽ ſcribit: Lanã hiſtriæ, liburniaq; lino propiorẽ q̃ lanæ eſſe, alienã pexis, & quã ſola ars ſcutulato textu cõmendat ita: ut bene cõueniat togæ raſæ: q̃ ſcutulato textu cõficiebatur. i. breuibus ſcutis diſtinguebatur. ¶ Galbana: galbanũ genus eſt coloris albi: ut aliqui putant & ſublucidi. quod mollium & delicatorum fuiſſe oſtendit non

Galbanũ

ſolum Iuuenalis. ſed & Martialis: cum hominem muliebriter indutum galbanatũ appellat. unde etiam idẽ Martial. mores appellat galbinos. i. molles & effœminatos. Tunicã galbinã a colore galbano appellat. ſic Flauius Vopiſcus in Aureliano: Inter hæc fuit tetricus chlamyde coccea, tunica galbina. Galbinũ item (ut ſcribit Pli. lib. xii.) arbor eſt Syriæ in Amano monte ſimilis, ferule reſinã ꝓducens puram & tranſlucidã. Suetonius in Galba ſcribit primũ Sulpitiorũ cognominatũ Galbam: eo ꝙ facibus galbano illitis oppidum Hiſpaniæ ſuccenderit. Plin. itẽ lib. xi. Propolis eſt odore graui, ut qua pleriq; pro galbano utantur. ¶ Et per Iunonẽ domini: oĩa, inquit, faciunt q̃ mulierũ ſunt. ut etiã nõ per Geniũ: ſed per Iunonẽ domini iurẽt. Nã placuit quibuſdã (ut auctor eſt Sene. ad Luci. lib. xix. epiſtola. cxi.) unicuiq; noſtrũ pædagogũ dari Deũ: nõ quidem primarũ: ſed hunc inferioris notæ ex eorũ numero. quos Ouid. ait de plebe Deos. Stoici uero affirmarũt ſingulis & Geniũ & Iunonẽ dari, unde & Pli. lib. pri. cap. vii. ſic inquit: Quamobrẽ maior cælitũ populus ẽt q̃ hominũ intelligi põt: cũ ſinguli ex ſemetipſis totidem Deos faciãt, Iunones, Genioſq; adeptando ſibi. Ex quo uidetur inuenere mares cõſueuiſſe per Deos maſculos fœminas uero ꝑ Deas iurare. unde modo poeta ait ſacerdotes ipſos more fœmineo ꝑ Iunonẽ iurare: ſicuti iurat, ſiue imprecatur. Quartilla apud Petroniũ his uerbis: Iunonẽ meam iratã habeã: ſi unq̃ me meminerim uirginẽ fuiſſe. Licet Socrates apud Platonẽ i Gorgia iuret per Iunonem

Locus obſcurus

ita: ut de hoc adhuc quærendũ cenſeam. ¶ Ille tenet ſpeculũ: ex ſacerdotibus inquit alius tam grande habet ſpeculũ: quo ſe polit, q̃ grande fuit illud Othonis: quo ſe in acie uidebat. De quo ita & Sydonius Apollinaris: Poſt ſpeculi immanis pompam: quo ſe ille uidebat. Hinc turpis ꝙ pulcher Otho. Idem alibi: Galbam ſternis Otho ſpeculo q̃ pulcher haberi Dũ captas, ſicq; ꝑ tranſitũ mollicẽ Othonis ſuggillat: qui (ut ſcribit Tranquillus) adeo mollis fuit, & mundiciarũ muliebriũ ſtudioſus, ut uulſo corpore & galericulo capiti propter raritatẽ capillorũ adaptato & adnexo incederet: & nemo dignoſceret, quin & faciẽ quotidie raſitabat: & pane madido, lacte aſinino linebat. Idq; inſtituit a prima lanugine ne barbatus unq̃ eſſet. ¶ Geſtamẽ: expoſitio eſt: hoc equale ſolebat geſtare Otho ſtudioſiſſimus formæ. ¶ Patici Othonis. i. patiẽtis muliebria. Nam (ut ſcribit Tranquillus) Neroni cõſuetudine mutui ſtupri conciliatus eſt. ¶ Actoris Aurunci ſpoliũ: alia expoſitio. Hoc aũt Hemiſtichiũ Vergilianũ in dedecus dicit Othonis: qui nõ iã in gentẽ haſtã more Actoris uiri fortiſſimi portabat: ſed igẽs ſpeculũ ut mollis & effœminatus: legendumq; eſt ironicos: quaſi dicat non iã ſpolium ablatum hoſti: quale fuit haſta quam Turnus Actori abſtulit.

¶Ille.ſ.Otho.¶Cũ iã tolli uexilla iuberet cũ iã ĩ hoſtes acies dirige
ret ſublatis ſignis.¶Res memorãda:acclamatio eſt in deriſũ Otho
nnales nis:ut ſit nõ memorãda,ſed ſupprimẽda.¶Nouis annalibus, atq;
Hiſtoria recẽti Hiſtoria ĩter annales & hiſtoriã hoc ĩtereſt:ꝙ Annales, quã
tũ potuimus colligere ex uerbis Ciceronis & Gellij, ſunt libri cõti-
nẽtes res geſtas pluriũ annorũ.obſeruato cuiuſq; anni ordine:un
de & nomẽ accepere.nudi aũt ſunt & ſimplices, uelutiq; cõmenta
rij,q breuiter rẽ cõplectẽtes,materiã pbeãt uolẽtibus ſcribere hiſto-
riã,neq;.n.affectus mouẽt,neq; alacriores ad rẽp.defẽdẽdã, neq;
ſegniores ad rẽ pperã faciendã annales cõmouere poſſunt.Hiſto-
ria uero eſt rerũ geſtarũ narratio uel demõſtratio.dicta ab ἱστορέω
quod eſt idẽ quod narro.unñ Cic.in.ii.de oratore.Erat hiſtoria an-
naliũ cõfectio: res oẽs ſingulorũ annorũ mãdabat literis põt.max.
efferebatq; in albũ & pponebat tabulã domi:ptãs ut eſſet populo
cognoſcẽdi:hiq; annales maximi nominãtur.Virg.itaq; oĩum rerũ
pitiſſimus inducit Æneã tanq̃ põtificẽ dicere.Et uacet annales no-
ſtrorũ audire laborũ.Cũ ergo Æneas, ut pontifex inducat, merito
annales appellat hiſtoriam.Hiſtoria(ut ſcribit Gellius) q̃ ratione,
quoue cõſilio geſtæ ſint res demõſtrat.Ex annalibus igit̃ tanq̃ ex
breui,nudaq; materia ſumebat̃ hiſtoria:quæ rẽ uberius pſcribit: q̃
affectuũ plena eſt.Ergo annales id oĩno ſunt,quod hiſtoriæ:ſed hi
ſtoriæ non oĩno id quod annales ſunt:tanq̃ alterũ ſit ſpeciale nomẽ
alterum generale.ſicuti quod eſt homo,id neceſſario aĩal eſt: quod
eſt aĩal nõ id neceſſe eſt ut ſit homo. ¶Speculũ ciuilis ſarcina belli.
ueluti acclamatio ĩ ɔtẽptũ tãtæ molliciei:ꝙ ĩter cætera belli machi-
namẽta ſpeculũ quoq; geſtaret.¶Belli ciuilis: bellũ appellat ciuile
ebria- quod inter Othonẽ & Vitelliũ geſtũ fuit ad Bebriacũ uicũ ĩter Cre-
s ui- monã & Veronã:ubi duabus Otho cladibus acceptis ſuperatus ẽ.
s De quo bello & loco Plin.meminit lib.x.cap.xlix.Venerũt ĩ Italiã
Bebriacẽ ſes bellis ciuilibus trãſpadũ & nouæ aues.¶Nimirũ:inſul
tatio eſt in Othonẽ ut effœminatũ.q.d.rẽ facit mõſtruoſam Otho:
q Imperatores de regno eijcit:& cutẽ more mulierũ curat & polit,
q̃ſi cõtraria.Nã cũ ab Galba adoptari expectaret: illq; Piſonẽ ptu-
liſſet,indignatus,ad uimq; cõuerſus,eũ a ſuis deſertum interemit.
Galba aũt ſeptimus fuit Imperator,q Neroni ſucceſſit: nullo gradu
cõtingẽs Cæſarũ domũ.lege Suetoniũ.De cæde itẽ Galbæ & Otho
nis & pugna Bebriaca meminit Ioſep.de bello Iudai.i.v.libro ſic:
In medio nãq; Romanorũ foro Galba perẽpto, creatus Otho Im-
perator,cũ Vitellio ĩperãte pugnabat,quẽ germanorũ tunc manus
elegerat.Habito aũt apud Bebriacũ Galatiæ plio cũ Valente & Ce
cinna cinna Vitelli ducibus:primo die Otho ſupauit:altero Vitellii mili-
tes,multiſq; trucidatis,& aduerſæ ptis audita uictoria Otho apud
Brixellũ ſemet occidit:poſtq̃ biduũ tre ſq; mẽſes imperitum tenuit.
¶Curare cutem:faciẽ(ut diximus)quotidie raſitare,& corpus uelle
re.¶Affectare:eſt aĩum habere ĩtentũ ad aliqd habendũ.i. affectu
inhiare ut Gigãtes affectauerũt cælũ.i.aĩum intentũ habuerunt ad
hñdũ cælũ.& Cæſar affectat ĩperiũ.i.aĩum intentũ habet ad habẽ-
dũ imperiũ.¶Spoliũ palati:p palatij:ubi ſedes erat ĩperatorũ. Nam
primus fuit Romulus(auctore Liu.ĩ primo) q palatiũ ubi educat⁹
ipſe fuerat,munijt.Sic.n.dixit queãdmodũ alibi:Purpureus magni
ructaret ſcurra palati. Et Petroni⁹:Fama uolat,ſummiq; petit uga
latiũ celſa palati. Ex ſeptẽ.n.collibus urbis fuit palatiũ.unde Cic.in Of
ficijs ait:Cn. Octauiũ pclarũ ædificaſſe in palatio,& plenã dignita
tis domũ.& inde domũ palatinã appellauerunt domũ Imperatorũ.
Dictũ palatiũ uel ꝙ ibi pecus paſcẽs balare cõſueuerit:& q̃ſi balan
tiũ.unñ Neuius balantiũ appellat.uel ꝙ palare.i.errare pecudes ſole
rẽt.uel ꝙ ibi Hyperborei filia Palãto habitauerit:q̃ ex Hercule La-
tinũ peperit.uel ꝙ ibi Pallas Euandri filius ſepultus fuerit. uel ꝙ ẽt
Palatini & Aborigines ex agro rheatino,q appellat̃ palatiũ, ibi cõ
ſederint.uel a Pali:paſtorali Dea ut ſcribit Solinus.¶Et extẽdere pa
nẽ.ſ.madidũ lacte aſinino.Namq;(ut ſcribit Pli.li.xxviii.)cutẽ in fa
cie erugari & tenereſcere, & cãdorẽ cuſtodiri lacte aſinino putant.
Proĩde Poppea uxor Neronis quomodocũq; ire cõtigiſſet,ſecũ ſex
cẽtas aſellas ducebat. ¶Quod nec in aſſyrio fecit:inqt Otho ea ad
curandã cutẽ,& ſe molliẽdũ ĩ caſtris:q̃ nec Semiramis regina, nec
Cleopatra fecerũt:ut oſtẽdat ipſum ẽt fœmininis molliorẽ extitiſſe.
Mollis.n.ornatus & expolitio cutis uirũ nõ ornat:ſed mẽtẽ eius in-
dicat.unde eſt illud Ciceronis in Officijs:Ergo & a forma remouea
tur oĩs uiro nõ dignus ornatus. Ouid. Sint pcul a nobis iuuenes
mira- ut fœmina cõpti.¶Semiramis:Nini regis Aſſyriorũ fuit uxor: ma-
is gni mulier aĩ:q̃ occiſo marito, nõ auſa tradere imperiũ filio Nino
adhuc ĩpuberi:nec ipſa palã tractare:mutato habitu cũ filio, regni
moderationẽ ſuſcepit.Hæc Babylonẽ cõdidit:nã cõtẽta acqſitos

a marito terminos tueri:Æthiopiã quoq; ſuo ĩperio adiecit: Indis
etiã bellũ intulit:libidinis adeo ĩpatiẽs,ut adamaſſe ẽt æquũ feratur.
Ad poſtremũ cũ cõcubitũ filij petijſſet:ab eodem ĩterfecta eſt:duos
& trigita annos poſt Ninũ regno potita:quo tpe ɔſtat fuiſſe Abraã
& Zoroaſtrẽ magnũ apud Bactrios.¶Orbe aſſyrio:in ea parte Aſ
ſyriæ,ubi Babylon eſt.Nã Babylon & Niſibis urbes Aſſyriæ ſunt Aſſyria
maximæ.q̃ aũt Aſſyria antea dicta fuit poſtea dicta eſt Syria terra- Syria
rũ maxima,& pluribus diſtincta nominibus.De qua abunde Plin.
lib.xiiii.Et Strabo decimoſexto.¶Pharetrata:pharetra armata:qua Pharetra
li habitu in bellũ deſcẽdebat. eſt.n.pharetra recõditorũ ſagittarũ.
¶Cleopatra:Ægypti fuit regina:ſoror illius Ptolemæi: qui Põpeiũ Cleopa-
neci tradidit.Eã primo amauit Iulius Cæſar:ex q̃ puerum ſuſcepit tra
Cæſarionẽ.Mox eã poſt mortẽ Iulij Cæſaris. M.Antonius ardẽter
dilexit:ex qua liberos dũos ſuſcepit:quos Solẽ & Lunã appellauit.
Eũ poſtea aduerſus Auguſtũ cũ exercitu pficiſcentẽ q̃tuordecim
cũ triremibus ſecuta eſt ad Acciũ pmõtoriũ: ubi cõmiſſa pugna,
uincẽteq; Auguſto,ipſa prior cũ ſuis triremibus anfugit in Ægy-
ptũ:quã fugientẽ Antonius relicto exercitu pditus amore cõſecu-
tus eſt. Sicq; Auguſtus potitus uictoria in Ægyptum ſecutus eſt
utrũq;.M.Antonius gladio ſuo ſeipſum ĩteremit: Cleopatra ne ui
ua ab Auguſto in triumphũ duceret:admotis corpori ſerpentibus
mortẽ ſibi ɔſciuit.lege Plutarchũ,Florũ,Strabonẽ,& Sueto.¶Mœ
ſta:qa uicta irã Cæſaris Auguſti timebat.¶Carina acciaca:q̃ pugna
uit apud Acciũ pmontoriũ.Eſt aũt Epiri pmontoriũ: Auguſti co- Accium
lonia cũ tẽplo Apollinis nobili,ac ciuitate Nicopoli:q̃ Victoriæ ci-
uitas ĩterpretat̃.Vnde Pli.& Strabonẽ.¶Hic nullus uerbis pudor,
aut reuerẽtia:redit poeta ad ſacerdotes:de qbus cœperat. Ait ergo
ĩter ipſos oĩa turpia fieri:nec ullũ exiſtere pudorẽ:quominus & uer
bis & factis utant̃ obſcænis.Nã pudor eſt ueluti obſtaculũ:nequid Pudor
turpe faciamus:unde phi ſic diffiniũt:auctore Gellio: Pudor eſt iu-
ſtæ uitupationis ſiue rephẽſionis timor.¶Turpis Cybeles.i.oĩa ob Cybele-
ſcæna fiũt hic.i.ĩter ipſos ſacerdotes:q̃lia fieri ſolẽt in ſacris Cybe ta ſacra
les: ubi turpiſſima quæq; fiebãt:& pcipue ſolemni die lauationis
eius in Almone fluuio.Nã(ut ſcribit Augu.lib.ii.cap.iiii.de ciui-
tate Dei)ante Deæ lecticã talia p publicũ cantitabãtur a neqſſimis
ſcænicis:q̃lia nõ deceret matrẽ ipſorũ ſcænicorũ audire.unñ Augu.
ſubdit illã pinde turpitudinẽ obſcænorũ dictorũ,atq; factorũ ſcæni
cos ipſos domi ſuæ pludẽdi cauſa corã matribus ſuis agere pude-
ret:quã p publicũ agebãt corã Deorũ matre:ſpectante & audiente
utriuſq; ſexus frequẽtiſſima multitudine. ¶Fracta uoce:aut molli
& effœminata,aut ĩ oẽm effuſa turpitudinẽ.ſumpta trãſlatione ab
eqs,q fracto & ſoluto freno,toto ĩpetu ferũtur.Apul.lib.viii.de ſa
cerdotibus Deæ Syriæ: Fracta rauca & effœminata uoce clamo-
res abſonos intollũt. ¶Phanaticus ſegex.i. ſacerdos non abſimilis
Gallo ſacerdoti Cybeleio.Nã phanaticus epitheton eſt Galli.i.affla Phanati
tus numine.nã ſpiritu quodã uidebantu ragi diuino:& futura præ cus
dicere.unñ Horat.in Satyris:Hũc circũ tonuit gaudẽs Bellona cruẽ
tis.& in Odis:Nõ Dindymene:nõ adytis quatit. Mentẽ ſacerdotũ
incola Pythius,Nec liber æq;.Cũ igit̃ quodã furore diuino agant̃,
caput iactãt,rotãtq; crines.Lucanus in primo:Crinẽq; rotãtes Sã
guineũ populis cecinerunt triſtia galli. unde Liuius.lib.xxxvi.ſic
ſcribit.L.Scipionis legatus claſſem ĩ Europã ad Sextũ opugnandã
traiecit.Iamq; ſubeuntibus muros phanatici Galli primũ cũ ſolẽni
habitu añ portã occurrerũt. Lymphatus ẽt & lymphaticus uocat̃
inſaniẽs & laruatus.i.demoniaco ſpiritu afflatus.Pli.de helleboro. Lympha
Medetur ita comitialibus morbis,uertigini,melãcolicis, inſaniẽti- tus
bus lymphaticis, elephãtiæ albæ.Idẽ l.viii.ca.liiii.Loquẽs de Api Lympha
boue:Hi greges repẽte lymphati futura præcinũt.unde lymphare ticus
quod eſt ueſanũ facere.Vale.Flaccus lib.iii.Deus ancipitẽ lympha
uerat urbẽ.¶Sacrorũ antiſtites:dñs & magiſter taliũ ſacrorũ. Tull.
pro domo ſua ad põtifices:Aliæ cerimoniæ nobis erũt.alij Antiſti
tes Deorũ immortaliũ.Ibidẽ. Qui eſtis antiſtites & cerimoniarum
& ſacrorũ.¶Rarũ & memorabile magni:ironicos dictũ. q.d. Raro
inuenias tã boni exẽpli magiſtrũ conducẽdũ mercede ad uoiupta-
tẽ gulæ.Nã exemplũ.i.quod nobis ppoſitũ monet qd nobis fugiẽ Exemplũ
dũ,imitandumue ſit.Eſt.n.(ut difinit Cic.ad Herenniũ) alicuius fa
cti aut dicti præteriti cũ certi auctoris noĩe propoſito.Exemplũ itẽ
dicimus id quo demõſtratur in rebus uenalibus, cuiuſmodi ſit ea
res uænalis.unde Cic.ad Herenniũ.Si merces ipſi q uenditãt,aliũ
de exemplũ quæritant mercis:aut ſi aceruos dicant ſe tritici habe-
re:& eorum exemplũ pugno non habent quod oſtendant.
¶ATQVE placãt.i.ita cõgregant̃ tẽpore nocturno:ut mulie ASCen.
res q̃ placabãt Bonãm Deã abdomine.i. ſumine porcæ teneræ.i.

Quid tamē expectant, phrygio quos tēpus erat iam
More superuacuam cultris abscindere carnem?
Qudringenta dedit Gracchus sestertia dotem
Cornicini, siue hic recto cantauerit ære.
Signatæ tabulæ. dictum feliciter. ingens
Cœna sedet. gremio iacuit noue nupta mariti.
O Proceres censore opus est, an aruspice nobis?
Scilicet horreres, maioraq; monstra putares,
Si mulier uitulum, uel si bos ederet agnum?
Segmenta, & longas habitus, & flammea sumit
Arcano qui sacra ferens nutantia loro
Sudauit clypeis ancilibus. o pater vrbis
Vnde nefas tantum latiis pastoribus? vnde
Hæc tetigit Grauide tuos urtica nepotes?
Traditur ecce viro clarus genere, atq; opibus vir.
Nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas,
Nec quereris patri. vade ergo, & cede seueri
Iugeribus campi, quem negligis. officium cras

suis eximiæ. Sues. n. (sm Donatū) sacrificio idonei dicebātur eximii: oues lectæ: boues intacti. placāt inq̄ abdomine & magno cratere. i. uase, quod mellarium uocāt: licet uino impleāt. placant inq̄ Deā abdomine porcæ. i. faciunt oia q̄ mulieres Bonæ Deæ sacrificātes facere debeāt: sed fœmina exagitata procul, nō intrat templū more sinistro. i. peruerso: qa solis mulieribus debebātur: & ita excludendi erāt uiri, un̄ dicit Ouidi. Sacræ Bonæ maribus nō adeūda Deę: & ipsi excludebāt fœminas. Ara deæ pater solis maribus. i. iuris: cū patere debeat solis fœmininis: & clamatur a sacrificulo. s. sicut in cœtu mulierū clamabatur a præfica. clamatur inq̄ sic: o uos ꝓfanę. i. a fano excludēdæ, tanq̄ indecētes mulieres. ite. i. discedite hinc. tibicina. i. quis psaltria. non gemit. i. nō facit fœmininū sonū, q̄si gemitū, ullo cornu: qa nulla admittebant: & ita ut ꝑceptū erat mulieribus ne tibice adhiberetur: & non adhibebāt tibicinā baptæ. i. uiri molles & impudici: qui Athenis peregrina sacra tēpore nocturno cum omni immunditia feciebāt: cōtra quos Eupolis baptas scripsit. solit. i. consueti olim apud Atheniēses. lassare. i. frequēti sacrificio molestare Cotytto: illā Deam q̄ prius fuerat psaltria: sicut apud Romanos Dea Flora: cui Romani Floraria instituerunt, fuerat meretrix. Cecropiā. i. Atheniensem: hoc est i ea ciuitate: ubi Cecrops olim regnauerat. coluerunt talia Orgia. i. impudica sacrificia: qualia. s. fuerūt Orgia Bacchi. nō aūt uocabantur Orgia, sed Cotyttia & Bendidia. sed quia Orgia erant Bacchi sacra in quibus, ut prius per Mancinellū dictū est, oia obscęna fiebāt. ideo pro obscænis sacrificijs accipit. coluerūt inq̄ secreta teda. i. absconsa lampade: ne a turpitudine arcerent quouis pudore. ille. i. quiuis ex talibus uiris mollibus. produxit. i. extendit. acu obliqua. i. ab hoc incuruata. supercilīū. i. pilum in superiore oculorum cilio. tinctū. i. intictum prius. fuligine. i. nigredine fumi ad hoc collecti. madida. i. adhuc humida. ut adhæreat. idest cōponit & facit sibi supercilīū nigrū, quod in muliere placet. & attollens oculos trementes. i. pætos & lubricos: uel timore ne fuco lædantur. depingit. i. cōponit aut fucat eos. Ille. i. alius ex illis. bibit ex Priapo uitreo: q̄si delectetur mēbro uirili: sicut mulier. & implet reticulū auratū. i. aurū intextum habens. ingentibus comis. i. multis & prolixis capillis more mulierum. quem Pannonij, seu Vngari, & Huni, nonnulliq; Alemannorū assumpserunt. implet inq̄ existēs indutus scrutulata. i. id genus uestis mulieris cærulea. i. cærulei coloris. aut galbana aliud genus uestis. rasa. i. nō uillosa: sed tonsa probe. ministro. i. pedissequo iurāte &. i. etiam nō solū domino. per Iunonē domini. i. per Iunonē nō per Iouē: quo dominæ solent: ut minister ēt dominū effœminatū signifi. et ipso nō refragante. Ille. i. alius: tenet speculū: appositorie gestamē. i. quod erat gestamen. Othonis patici. i. soliti pati muliebria. & hoc tenet pro re: egregia: q̄si magnū sit habere talis uiri speculū & ideo per aliam appositionem iucūde addit. Actoris Aurunci spoliū. i. quod sic iactabūde tenebat: ut Turnus apud Virgiliū hastam ingentē Actoris Aurūci spoliū. i. qua uictoria Auruncū ingentē bellatorem spoliauerat. usitatius dicitur spolia quā spoliū singulariter. quo sup. speculo. ille. s. Otho. uidebat se armatū. i. effigiem sui existentis in armis. cū. i. quando iuberet. i. uellet iubere. iam. i. paulopost. uexilla ad pugnā cōmittēdam tolli: erat. n. imperator exercitus. Speculū dico existēs sarcina. i. quod habebatur in sarcinis ciuilis belli: quod Otho cōtra Vitelliū gessit. est sup. res memorāda. i. memoriæ commendāda. nouis annalibus. i. per nouos annales. & historia recēti. s. quæ eo anno, quo talis res gesta sit, scribatur. Nimirū: qa certe est sup. facinus summi ducis: uel pertinet ad summū ducem occidere Galbā. i. per hoc ꝓbatur Otho summus: dux: qa Galbam occidit. unde magnū est habere spolia: uidelicet speculū. & constantia summi ciuis est curare cutē. i. polire & leuigare aut fucare more muliebri cutem. & hæc oia per ironiā dicit. Aduertendū autem quod pleriq; hūc locū accipiūt: quasi totus de Othone intelligēdus sit: utpote ꝙ Otho Galbā interfecerit: ut speculū eius haberet. dicit ēt Valla: ꝙ hic dictum est Bebriaci in campo pro Bebriaco ꝑꝑ homeoteleuton. & ꝙ Palati sit genitiuus huius nominis Palatus. dicit. n. quod illud spolium prius Galbæ mortuo Palatus sustulerat: quod sublatū ipsi Palato infamiori postea ab Othone fuit. Erat. n. ut inq̄t, Galba mollior quā Otho. Ego aūt, ut oia de Othone intelligenda, potiusquam de ciuibus Romanis cōcedam: malim dicere spoliū Bebriaci palati pro palatij. i. quod Otho a Galba affectauit in cāpo Bebriaci palati. i. ubi erat imperator: & ita palatiū imperatoriū: qa sic in cāpo ciuilis belli, ut in palatio mollissime uixit. Ordo igitur est: Et summi ciuis est affectare in campo sup. bellico spoliū Bebriaci palati. i. palatij. s. speculū. & extēdere digitis panē madidatū lecte asinino in faciē: ut cutis firma & nitida sit. quod. i. quā rem. Semiramis regina Babylonię: quamuis esset tā lasciua, ꝙ equū usq; ad coitū amauerit: ut dicit Plinius. pharetrata. i. armata: qa gessit uiriles habitus simulās se filiū suū esse. nō fecit in orbe assyrio. i. oppido babylonico. nec Cleopatra regina Ægypti. Mar. Antonij triumuiri amica. mœsta propter amissam uictoriā: ferit in acciaca carina. i. qua in acciaco mari: ubi ab Augusto uicta est utebatur: hoc est: licet Semiramis & Cleopatra mulieres fuerūt: tamē cū bella gererēt: nec speculo nec fuco usæ sunt. hic. i. in hoc collegio sacerdotū: aut potius (ut dixi) qui sacerdotes imitantur in turpitudine uitæ, nullus est honor aut reuerentia mensæ. hic est libertas turpis Cybeles. i. q̄lis erat apud gallos Cybeles sacerdotes turpissimos. & libertas loquēdi uoce fracta. i. effœminata est hic & senex phanaticus. i. delirus, aut ad fanū pertinēs albo crine. i. canescens. antistes. i. præses sacrorū existens rarū & memorabile exēplū. gutturis magni. i. maximus deuorator ciborū. & magr̄ ꝯducēdus. i. q talibus ꝯducat̄ est sup. hic. i. q talia sacra colebāt, attistitē moribus suis cōsentaneū cōducebāt. & ita nō tam de collegio albanoꝝ, q̄ de immundis Romanis loquitur poeta.

ONFVSVS: subaudi extrinsecus sim. ut sit q̃uis sim totus perturbatus & commotus. Nam cõfundi est cõtristari & commoueri. Vale. lib. 3. Alcibiades interrogauit Periclem auunculũ qđ ita tantã in multu cõfusionẽ gereret. ¶ Amici: Vmbricij. haruspicem fuisse docet Pli. li. 10. ca. 4. ¶ Destinet: statuat, paret. Alias mittere signat. ut alibi: Destinat hoc monstrum cymbæ, liniq; magister Pontifici summo. Destinare itẽ attribuere ut marmora destinata sunt tẽplo Dianæ. i. attributa. ¶ Cumis: Cumæ ĩ Cãpania ciuitas est: quę antiquitate cũctas & Italię & Siciliæ urbes antecellit: quam Hippocles Cumęus, & Megasthenes Calcidẽsis condiderunt: qua ex re Cumæ nuncupãtur a Cumęis: q ex Euboia uenerant. Nõnulli Cumas ob κύματα. i. fluctus nomen duxisse memorãt. littus. n. proximũ frequẽtibus abũdat tergoribus, q̃bus illisæ fremunt un̄. Hęc Stra. li. 5. Ibi Sacellũ (auctore Solino) fuit Sibyllæ: quæ Cumęa est cognominata. ¶ Vacuis: non tã plenis hoĩum q̃ est Roma: ut sit honesta ratio illic habitãdi. ¶ Sibyllæ nã illic (ut dixi) sacellũ habebat Sibylla. Nomẽ est aũt officij nõ propriũ. Nã antiqui Sibyllas appellauere oẽs puellas, q̃ numine afflatę Deorũ cõsilia enunciarẽt σιούς. n. Deũ significat: & βουλὴ consiliũ: quasi σιους βουλὴ. ¶ Ianua Baiarũ. i. Cumæ ciuitas est ianua Baiarũ: ut euntibus Baias ab urbe Roma necesse sit trãsire Cumis: & ita est tanq̃ quædã ianua q̃ excipiat: & emittat proficiscẽtes ad oppidũ Baias. Eo multi Ro. tp̃e æstatis animi causa migrabãt. Ibi. n. erãt calidæ aquæ, & ad uoluptatẽ & sanãdos morbos accommodatissimę. Hora. Nullus in urbe locus Baijs p̃lucet amœnis. Baias, inq̃t Seneca ad Luciliũ, sapiens uir nunq̃ eliget, q̃ diuersoriũ uitiorũ esse cœperũt. illic sibi plurimũ luxuria p̃mittit. Baiæ aũt ciuitas est Cãpaniæ a socio Vlyssis Baio illic sepulto denoĩatæ. Silius Italicus:

Comæ — Destino — Sibylla — Baiæ

Primores ad sunt Capuæ: docet ille tepentes Vnde ferant nomen Baię, comitẽq; dedisse Dulychiæ puppis stagno sua noĩa mõstrat. ¶ Et gratũ littus. i. totus ille tractus littoralis, q̃ est inter Baias, & Cumas amœnissimus est. Nã de Cumęo littore intelligit: cũ dicat Cumas esse ianuã Baiarũ & littus amœnũ. Illud deniq; constat omniũ siq̃dẽ nõ modo Italię tm̃, sed pene toto orbe terrarũ pulcherrimã Cãpanię plagã esse: nihil hospitalibus mari. Hic illi nobiles portus, Caieta, Misenus, tepẽtes fontibus Baię, Lucrinus & Auernus, q̃dã maris hostia: hic amici uitibus mõtes. ¶ Ego uel Prochytã p̃pono Suburrę: antipophora est. q̃si aliq̃s dixeris Cumas locũ esse desertũ & parũ frequẽtatũ, & ipse respõdeat: Ego etiã Prochytã. q. d. uilissimũ queq; locũ p̃pono Suburrę regioni urbis Ro. frequẽtatissimę. Nã Prochyta insula est in littore Cãpano, de qua ita Pli. Inarimes mõs fuit, q terręmotũ passus alterã fudit insulã: q̃ Prochyta ab effusione dicta est. Nã p̃cheo effundo significat. Oui. Inarimẽ, Prochytãq; legit. Stra. in. 6. sic scribit: Prochyta & Pithecusę auulsę de terra p̃tes sunt, eodẽ modo & Capreę. ¶ Suburrę: ac si dicat amœniori ẽt loco urbis. Nã regio erat (ut diximus) celebratissima ĩ urbe. ¶ Nã q̃d tã miserũ: rõ q̃re pluris faciat hęc loca tã deserta q̃ Romã. Nã q̃d iq̃t tã solitariũ uidimus: ut nõ sit lõge meli⁹ illic eẽ q̃ Romę: ubi quotidie multa uarij generis p̃icula & incõmoda oĩbus imminent, p̃cipueq; paup̃ibus. ¶ Tã solũ: ta solitariũ & desertũ. ¶ Horrere incẽdia: q̃ creba ĩ urbe uidebãt ñ sine multorũ calamitate. Nã ĩpante Nerone. 132. dom⁹, Insulę q̃tuor, sex diebus (ut scrib. Sene.) arsere. ¶ Lapsus assiduos: assiduas ędificiorũ ruinas. ¶ Sęuę urbis: magnę. aut sæuę, ubi quotidie sęua multa acciderẽt. ¶ Et Augusto recitãtes mẽse poetas: subaudi extrin secus audire. Nã & hoc iter alia urbis incõmoda ꝯnumerat refert. n. ad fastidiũ audiẽdi poetas passĩ recitãtes. ut dicat: Nihil q̃dẽ tã solitariũ est, tãq; desertũ, quo nõ putes eẽ deteri⁹ p̃peti urbis ĩcõmoda: ubi horremus icẽdia: deniq; cogimur audire poetas recitãtes ẽt mẽse Augu. q nobis occurrẽtes uelĩt audiri. Mẽse ãt Aug. dixit ex stomacho. q. d. eo tp̃e quo Ro. migrãt. ut sit sensus: Ciuitas nũq̃ ẽ adeo ciuibus exhausta, qn semp̃ hẽat poetas, q mẽse Aug. cũ oẽs fere migrarũt recitatione sua te uexent. Nã (ut diximus) initio operis non sine molestia audiebantur.

Prochyta

ASC



Vãuis digressu. In hac tertia Satyra poeta (ut ĩq̃t Calderi.) rep̃hẽsurus accerbitate satyrica ciuitatis romanę uitia: ex hoc p̃sertĩ ꝙ bonis uiris locus nõ sit ĩ urbe: sed tm̃ p̃egrinis & seruilibus assẽtatoribus: Vmbriciũ suę ętatis uirorũ optimũ & haruspicẽ migrãtẽ ĩtroducit: eiq; suas dat p̃tes ad urbis ĩcõmoda exponẽda. Dicit ergo p̃mo ꝙ mœstus q̃dẽ & p̃p̃ digressionẽ amici sui Vmbricij: sed tñ eũ laudare & ꝯsiliũ ei⁹, ꝙ p̃ponat habitare Cumis nõ tã populosis, nec tãtis incõmodis, ut ciuitas Roma ẽ, p̃ssis. Quia ĩ multis locis sũt iucũdi & amœni secessus, quos p̃ferat uico R. pop. imo poeta dicit se malle habitare ĩ insula desertissima, sicut erat Prochyta, q̃ ĩ Suburra. nã nulla solitudo, aut uastitas, seu desertio loci ẽ tã misera, aut tã molesta cuiq̃ ut ĩcõmoda ciuitatis & p̃icula q̃ ex p̃te enarrat. Vñ ordo ẽ: Quãuis ego sup. sũ ꝯfusus. i. p̃turbatus aĩo. digressu. i. p̃p̃ digressum amici mei Vmbricij haruspicis: tñ ego laudo ꝙ destinet. i. intẽdat. figere. i. firmare. sedẽ. i. mãsionẽ. Cumis. i. ĩ ea ciuitate antiq̃ssima: q̃ ẽ ĩ Cãpania Italię. atq; destinet. i. aĩo p̃ponat. addere. i. adiũgere Sibyllę. s. Cumanę: q̃ Cumis residebat. unũ ciuẽ. i. ciuitatis ei⁹ habitatorẽ: uidelicet seipsũ. ianua. i. itroitus Baiarũ ẽ littus gratũ. i. utile & cõmodũ. & secessus amęni. i. receptacula a pp̃lo seposita lõge amęnissima. q. d. nõ eẽ op⁹ ut q̃s Ro. maneat: cũ tã amęni sĩt secessus ĩ Cãpania: ut Cumis & Baijs. Et si nõ essẽt secessus ta amęni: tñ iq̃t ego p̃pono. i. añpono Suburrę. i. regioni illi roma. uel uico ciuita. ro. sub muro terreo lõge celeberrimo. Prochytã ĩsulã p̃uã & desertã añ Misenũ iacẽtẽ. nã q̃d uidim⁹ tã miserũ, & tã solũ. i. desertũ. q. d. nihil ẽ tã miserũ ut nõ credas sup. eẽ deterius

ferius .i.peius.licet ꝓprie sit minus bonū horrere icēdia: &assiduos lapsus tectoꝝ:ac mille picula sęuę urbis: &poeta recitātes mēse Augu.quo tñ cęteris gymnasijs pp intēsum cauma uacatio ꝯceditur. Innuit itaq͂ qđ in principio primæ Satyrę diximus: nihil molestius esse q̃ raucos & ineptos poetas audire. quorum tanta erat impudentia: ut etiā sub æstiuo calore unū quemq͂ solicitarent ad audiendū.

Sed cum tota domus rheda componitur una,
Substitit ad ueteres arcus, madidamq͂ Capenam,
Hic ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ.
Nunc sacri fontis nemus, & delubra locantur
Iudæis, quorum cophinus, fœnumq͂ supellex.
Omnis enim populo mercedem pendere iussa est
Arbor, & eiectis mendicat silua camœnis.
In uallem Ægerie descendimus, speluncas
Dissimiles ueris. quanto præstantius esset
Numen aquæ, nitidi si margine clauderet undas
Herba, nec ingenuum uiolarēt marmora tophum?

AN. IT. ❡ TOTA domus: tota supellex domestica Vmbricij. ⁋ Rheda: genus ē uehiculi. uocabulū ē (auctore Quin. i. 1.) gallicū sicut & petoritū: quoꝝ altero, hoc est Rheda, usus ē Cic. altero Hora. in Satyris: Atq͂ caballi pascēdi, ducēda petorita. Est āt & petoritū genus uehiculi: q͂ uulgo cadr. Auctor Porphyrio. ⁋ Substitit: restitit expectās Rhedā. ⁋ Ad ueteres arcus: aliq itelligūt arcus quos Romulus ꝯstruxerat lateritios: quos postea Ro. florentes opibus i marmoreos mutauerūt ne ꝯditoris sui memoria periret possemus ēt itelligere arcus tergeminoꝝ Horatioꝝ: q ad portā Capenā erāt: ubi & cāpus eoꝝ erat. Mart. Capena grādi porta, q̃ pluit gutta, Phrygiæq͂ matris Almo q̃ lauāt ferrū, Horatioꝝ q̃ nitet sacer cāpus hocq͂ meliꝰ. nā ait Vmbritiū substitisse ad portā Capenā iuxta q̃ erat cāpus tergeminoꝝ cū arcubus. Locū etiā fuisse Romę: qui diceretur sub ueteribus, docet Plin. lib. 35. sic: Hinc Marci Crassi oratoris ille lepos agentis sub ueteribus, cum testis compellatis instaret. Eiusdem meminit & Plautus in Curculione: Sub ueteribus ibi sunt, qui dāt, quiq͂ accipiunt. ⁋ Madidamq͂ Capenam: Capena porta erat: quæ etiam Appia (ut auctor est Frontinus de aquæ ductibus) dicta est: per quam itur Capuam. Propertius: Armaq͂ cum tulero portæ uotiua Capenæ. ⁋ Madidam: ideo quia (ut scribit Probus) super eam erat aquæ ductus. Quod & Martia, comprobare uidetur carmine antedicto: Capena grandi porta qua pluit gutta. ⁋ Hic pro illic substitit. ⁋ Vbi nocturnæ Numa constituebat amicæ: Numa Pompilius secundus post Romulum rex Romanorum, quo efficacissimum Deorum metum rudi & imperitæ multitudini incuteret: simulauit se congressus nocturnos, connubiumq͂ habere cū Ægeria Dea: eius monitu nō modo rempu. administrare: sed etiam quæ acceptissima Dijs essent sacra instituere, sacerdotesq͂ suos cuique Deorum præficere. Erat autem lucus extra portam Capenam, quem mediū ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: ubi nympha habitare ferebatur: eo Numa se persæpe sine arbitris uelut ad cōgressum Deæ inferebat: camœnis eum lucum sacrauit: q earum sibi concilia cum coniunge sua Ægeria essent, & soli Fidei solemne instituit. Ait nūc poeta lucum illum & delubra musis sacrata Iudęis mendicis locari. Et sic auaritiam sui temporis flagellat: quæ æs etiam ex tanta inopia exigeret: & paupertatem ostendit Iudęorum, qui euersis Hyerosolymis a Vespasiano per orbem profugi mendicare cogebantur: & edicto Domitiani pulsis urbe necesse fuit colere siluas. ⁋ Amicæ nocturnæ: nam noctu congressum cum ea simulabat. ⁋ Quorum cophinus: subaudi est, adeo, inquit, pauperes sunt Iudæi, ut nihil aliud habeant, q̃ cophinum & fœnum. nam fœni fasciculum gestabant & cophinum. unde in Satyra sexta: Cophino fœnoq͂ relicto. Cophinus autem uocabulum est græcū: apud nos (auctore Priscia.) corbem significat. Sydonius de eo ita meminit: Ordinis res est, ut Ægyptius Pharao incedat cum diademate, Israhelita cum cophino. ⁋ Sacri fontis nemus: nam fons ex opaco specu medium (ut diximus) lucum rigabat perenni aqua. Sacrum autem fontem appellat, aut quia omnes pariter fontes sacri habentur unde Horat. Nunc ad aquæ lene caput sacræ: aut quia Numa (auctore Plutarcho) non solum camœnis lucum & prata, quę circum erant, sacrauerat: sed & fontem ipsum, qui sacris uestalibus uirginibus erat constitutus. ⁋ Delubra: camœnis antea a Numa consecrata. Delubrum. Var. lib. 8. rerum diuinarum, ut recitat Macrob. li. 1. Satur. ait alios existimare in quo præter ædē sit area assumpta Deū causa: ut est in Circo flaminio Iouis statoris. Alios in quo loco Dei simulachrum dedicatum sit. & adiecit: Sicut locum in quo figerent candelam candelabrum appellatum: ita in quo Deum ponerent nominatum delubrum: de quo ita accepit Virg. in. 2. At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiūt. & ut mox simulachrum nominaret, subtexuit: Sęuęq͂ petunt Tritonidis arcē: Sub pedibusq͂ Deę, clypeiq͂ sub orbe teguntur. Festus uero sic ait: Delubrum dicebant fustem deliberatum: hoc est decorticatum: quem uenerabātur pro Deo. Asconius item Pædianus sic scribit: Sunt etiam qui delubra ligna delubrata .i. decoriata pro simulachris Deorum more ueterum posita existiment, sed male. Illud tamen constat. Delubra poni generaliter pro tēplis, unde Plin. lib. 36. Durat Cyzici delubrum, quo filum aureū cōmissuris omnibus politi lapidis subiecit artifex. ⁋ Omnis arbor iussa est pēdere mercedem: hinc exit summa indignatio poetę, q etiam ob auaritiā loca sacra Romani profanarēt locando ea Iudæis. ⁋ Pendere mercedem: soluere. Nā penso ære & nō numerato debitum soluebant. ⁋ Populo. s. Romano. ⁋ Omnis silua .i. omnes Iudæi habitātes in silua. ⁋ Eiectis camœnis: quibus lucus erat sacratus. Camœnæ autē dicuntur musæ, quasi canenæ a canendo. ⁋ In uallem Ægerie. i. in lucum. de quo diximus camœnis consecratum: & in quo simulabat colloquium habere Numa cum Ægeria. ⁋ Et in speluncas: in specū, de quo dictum est. ⁋ Dissimiles ueris: naturalibus non similes. Nam quæ ex topho antea erant: aucta Romanorum luxuria & ambitione, marmoribus sunt adornata. ⁋ Numē aquæ: fontis. ⁋ Quanto prę stantius esset. i. excellentius & proinde præsentius: si in natura sua mansisset. & non marmore incrustatum esset. ut ostendat Deos rebus humanis non capi: sed bona, synceraq͂ hominum uoluntate gaudere. unde ait Sene. ad Lucilium: Cogita Deos cum popitij essent, fictiles fuisse. ⁋ Clauderet undas: uestiret. ⁋ Violarent tophum: nam uis inferri uidetur topho: qui ex hoc loco suo detruditur appositis marmoribus. ⁋ Tophum: tophus lapis est leuis & cauernosus. Tophꝰ ⁋ Ingenuum: ubi natum. unde & Lucretius: Ingenuos appellat fontes ibi natos: nec aliunde ductos. Vnde mare, ingenui fontes, extremaq͂ longe Flumina suppeditant. translatio est ab ijs qui liberi nati sunt. Nam ingenuus dicitur, qui ut statim natus est, liber est, siue ex duobus ingenuis matrimonio constante editus est, siue ex libertinis duobꝰ, siue ex altero libertino & altero igenuo, lege Iustinia. Ingenuꝰ

ASCEn. ❡ SED dum tota cohors &cæ. Describit locum quo conuenerat Vmbricium: & id non sine acerbitate satyrica in auaritia Romanorum: qui sanctissima loca & musis olim consecrata Iudæis locabāt Legendum puto: Sed dum: quia cum subiunctiuum efflagitat in sensu quo hic poneretur cum autem non tam congruit. Nam ordo est. Sed interea dum tota domus. i. omnes supellex Vmbritij: per quod significatur uir continens, & minime auarus componitur. i. simul ponitur in una rheda. i. uehiculo humili. ipse Vmbricius substitit. i. parum stetit expectans aduentum rerum suarum: ad ueteres arcus, quos Romulus lateritios fecerat. Fiebant autem arcus lapidei sicut in pontibus ad memoriam triumphi aut uictoriæ egregię unde hos factos dicit Calderinus ob memoriam Horatiorum tergeminorum: de quibus est. Liuius libr. 1. Et ad id iuxta Capenam sup. portam madidam propter fontes & aquæ ductus illic existentes: & fontinalia festa, quæ illic celebrari consueuerunt puteis coronatis, & sparsis floribus in fontes. constitit inquam hic. i. in eo loco ubi. i. In quo loco. Numa Pompilius. s. secundus Romanorum rex, & uir religiosissimus: qui cum uxore sua Ægeria nympha dicebat se habere nocturna colloquia super sacris ab se institutis: ut reuerentia maior haberetur eis pro numinis auctoritate. constituebat sup. colloquendi tempus amicæ nocturnæ. i. qua cum tempore nocturno amicorum more locutus eū. i. familiariter: & hoc tempore suo. Nam nunc, inquit, nemus. i. secessus ille & locus a nemine propter religionem omnium habitatus sacri fontis: in quo erat sacer fons. & delubra. i. templa Deæ illic constructa locātur Iudæis: quorum post destructionem Hierosolymæ: Nusquam certa domus: requies & nulla labori. unde dicit. quorum supellex. i. tota utensilium collectio: est sup. cophinus: in quo infantes & pauca supellex ad uictum necessaria reponebantur: & fœnum in alimentum iumenti. omnis enim arbor. i. quilibet locus minimus: in quo ad arborem alligari potest equus aut mulus. est iussa nunc a senatu pendere. i. ad pensum dare hoc est persoluere populo Romano mercedem. i.

Camœnæ

Fontinalia

Silua pretium locationis & ſilua a ſilendo, uel ſylua ab hyle.i.congerie materię primæ dicta. mendicat.i.turpem ſtipem a miſeris Iudęis efflagitat.aut ſilua: ideſt habitans in ſilua Iudæorum populus mendicat.& hoc camœnis.i.muſis & cæteris nymphis eiectis:ideſt uiolenter excluſis aut expulſis. Nos ergo ut poſſemus .ſ. habere prolixius colloquium: longa enim eſt Satyra:deſcendimus in uallem Ægeriæ,ubi erat fons Ægerię ſacer.& ad ſup. ſpeluncas.i.antra Dearum diſſimiles ueris .i.longe diſtantes ab illis naturalibus a natura exhauſtis: cū iam ſint manu exhauſtæ. cum ars imitetur naturam non præſtet. unde dicit quanto: quaſi dicat multo præſtantius eſſet numen aquę.i. ſanctitas propter præſentiā numinis. nullus enim fons credebatur ſine numine. ſi herba illic naſcens clauderet.i.circundaret uel potius ſepiret undas .i. aq̄s fontales. uiridi.i.uirenti.margine.i. extremitate. & marmora, quæ nunc ſunt per artem polita & illic conſtructa. non uiolarēt: .i.corrumperent, & minus religioſum redderent. tophum.i. lapidem ſcabrum illic naſcentem unde dicit ingenuū: quaſi dicat inde genitum. uel non adulteratum, ne fuco aut arte ſimulatum quod ingenuorum eſt.

Hic tūc Vmbricius quādo artibus inquit, honeſtis
Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,
Res hodie minor eſt, here q̄ fuit, atq; eadem cras
Deteret exiguis aliquid, proponimus illuc
Ire, fatigatas vbi Dædalus exuit alas,
Dum noua canicies, dum prima, & recta ſenectus,
Dum ſupereſt Lacheſi quod torqueat, & pedibus me
Porto meis, nullo dextram ſubeunte bacillo.
Cedamus patria. viuant Arturius iſtic,
Et Catulus, maneant qui nigrum in candida vertūt,
Queis facile eſt ædem conducere, flumina, portus,
Siccandam eluuiem, portandum ad buſta cadauer.
Et præbere caput domina uænale ſub haſta.
Quondam hic cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notæq; per oppida buccæ,
Munera nunc edunt, & verſo pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter, inde reuerſi.
Conducunt foricas. & cur non omnia? cum ſin
Quales ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit, quoties voluit Fortuna iocari.

IOAN. BRIT. ¶ HIC: ꝓ illic. ¶ Tunc Vmbricius: ſubaudi dixit. ¶ Quādo artibus: ſenſus eſt: Ex quo nullus iam locus eſt uiris bonis ī urbe: nec iam ullus fructus ſequitur labores: & omnia iam in deterius labuntur: ſtatui migrare Cumas. Sic & Martia. libr. 3. oſtendit uiro bono nullum eſſe locum in urbe: Quid faciam ſuade, nam certum eſt uiuere Romę: Si bonus es, caſu uiuere Sex te potes. ¶ Viris honeſtis: uiris honeſtas artes exercentibus. ¶ Nulla emolumenta: nulla utilitas: nullus fructus laborum noſtrorum eſt. ¶ Res hodie minor eſt uidentur enim omnia per proceſſum temporum in deterius labi. unde Horatius: Damnoſo quid non imminuit dies? ¶ Hodie: dicitur Here hodie quaſi hoc die: ut inquit Aſconius lib. 2. Verrinarum. ¶ Here: pro heri. Quinti. oſtendit magis dicendum here quam heri. Inquit enim Here nunc e litera terminamus. At ueterum comicorum adhuc libris inuenio: Heri ad me uenit. quod idem in epiſtolis Auguſti, quas ſua manu ſcripſit, atq; emendauit, deprehendetur. ¶ Deteret: diminuet. ex conſequenti: quia quæ deterūtur comminuuntur. ¶ Dædalus exuit alas: Cumas intelligit, ubi Dædalus fugiens Minoem, condidit templum Apollini. Virgilius: Dædalus ut fama eſt fugiens Minoia regna Prępetibus pennis auſus ſe credere cælo. Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos: Calcidicaq; leuis tandem ſuperaſtitit arcit. Redditus his primum terris, tibi Phœbe ſacrauit Remigium alarum, poſuitq; immania templa. Dædalos autem ingenioſos interpretatur. Dædalo tamen orno, uario. De Dædalo uero latius Diodorus lib. 5. ¶ Dum noua canicies: ſubaudi eſt. Canicies homini tantum eſt & equo. Auctor Plin. Ordo eſt: Cedamus patria dum noua canicies. ¶ Dum prima, & recta ſenectus: anno quadrageſimoſexto initium ſenectutis maiores noſtri eſſe uoluerūt ut inquit Cice. Gel. item libr. 9. cap. 28. ait: ꝙ Tubero ſcripſit Seruium Tullum regem populi Romani: pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim. Atq; inde ab anno ſeptimodecimo: quos idoneos iam eſſe reipublicę arbitraretur milites ſcripſiſſe: eoſq; ad annum quadrageſimumſextum iuniores: ſupraq; eum annum ſeniores appellaſſe. ¶ Recta non curua. ¶ Dum ſupereſt: dū Lacheſis adhuc aliquid uitę mihi ſupereſt. ¶ Lacheſi: Lacheſis una eſt ex tribus parcis: quę uitam humanam ſumma diſponere concordia dicuntur. Vna enim earum dicitur nere uitam hominis. Altera filum ipſum uitę colligere. Tertia abrūpere. unde bene poeta dixit quod torqueat.i. neat. Lacheſis etiam interpretatur protracto ſecundum quoſdam: ab aliquibus ſortiens: quia de nobis ſortiatur. Lachos.n. ſors dicitur: lachano autem ſortior. Cur uero tria fata ſunt latius ui de Apule. in fine libri de Mundo. De Lacheſi ſic Martia. Nil adijcit penſo Lacheſis, fuſoſq; ſororum Explicat, & ſemper de tribus una necat. ¶ Bacillo paruo baculo. Eſt autem diminutiuū & generis neutri. Cic. de finib. bonorum & malorum: Vt bacillū aliud eſt inflexū & incuruatū, aliud ita natum. Apule. in. 1. limine. 1. libri metamor. Qua bacillū inuerſi teli ad occipitium per inguen ſubit. ¶ Cedamus patria mira idignatione dictum. ¶ Viuat Arturius: Catulus & Arturius noma ſunt uiliſſimorum hominū: q ex humili fortuna ad ſummas peruenerāt opes. Vmbricius nūc cōqueritur in urbe tales homines fauorabiliores eſſe q̄ honeſtos. Meminit Euſe. de temporibus cuiuſdā Arturij medici Auguſti quē ait naufragio perijſſe poſt uictoriā acciacam. ¶ Maneant qui nigrūin candida uertūt: acribile dictū. improbos autē & uerſutos hoies deſignat: qui uirtutē in uitiū & uitiū in uirtutē uertunt. Nam per nigrū malū accipere debemus. Hora. Hic niger eſt: hunc tu Romane caueto. Albū uero pro bono. Perſius Per me equidē ſint omnia protinus alba. unde eſt illud Ouidij de Autolyco in. 11. Metamor. Candida de nigris, & de candētibus atra. Sicq; poeta oſtēdit tale genus hoīum gratius eſſe. unde & Terē. in Phor. Hic pretiū nūc eſt q recta praua faciūt. ¶ Quis facile eſt ędē ꝯducere deſignat cū portitores, tū alios uiliſſimarum rerū redēptores: q habētur infames ob uile lucrū, qd' ſectātur. Nō.n. eos pudet ꝯducere ædes reficiēdas, flumina purgāda, & uectigalia portus. ¶ Quis: ꝓ qbus. ¶ Eluuiē: ſordes quę per cloacas, aut flumina labūtur, & reſidere ſolēt. ab eluēdo dictę. Nam reſidētes eluūtur aqua dilabēte. ¶ Cōducere portus.i. portoria redimere, quę in portu exiguūtur. unde & portitores ſunt nominati: q uectigalia exigūt ad portus: qua ſignificatione ita accipit illud Virg. Portitor ille Charon. de hoc uberius dicemus infra: Quē porrigat ore trientē. ¶ Portandū ad buſta cadauer: libitinarios deſignat, q cadauera ſepeliēda cōducebāt. Nā in tēplo Libitinę ea uēdi ſolebāt, q̄ ad ſepeliēdū mortuū fuiſſēt neceſſaria. Funera.n. locabāt unde Pli. 21. li. loquēs de Scipione ſuario: Aſſes ergo ꝯtulit populus, ac funus elocauit. hiq; q uēdebāt libitinarij dicebāt, polinctores uero q ſepeliebāt. unde Vulp. de Inſtitoria actione: Si libitinarius ſeruū polinctorē habuerit, iſq; mortuū ſpoliauerit, dandā in eū q̄ſi inſtitoriā actionē. Cūq; ex hac re lucrū ſectarētur, mortē multorū optabāt. unde Sene. de Benefic. An tu Aruntiū, & Ateiū, & cęteros qui captandorū teſtamētorū artē profeſſi ſunt. nō putes eade habere, q̄ deſignatores & libitinarij uota? ¶ Ad buſta: buſtū ꝓprie dicebatur locus, in quo mortuus erat cōbuſtus. & buſtū dicit q̄ſi bene uſtū. Nūc uero buſta dicūtur ſepulchra. Feſtus. ¶ Et p̄bere caput: multi enim patiebātur ſe uēdi, quod Martianus in digeſtis de ſtatu hominum ſic oſtendit: Serui in dominium noſtrum rediguntur: aut iure ciuili: aut iure gentium. Iure ciuili ſiquis maior uiginti annis ſe ad pretiū participandū uenire paſſus eſt. Iure gentium ſerui noſtri ſunt: qui ab hoſtibus capiuntur, aut qui ex ancillis noſtris naſcuntur. Plautus in Curculione: In Tuſcho uico, ibi ſunt homines, qui ipſi ſeſe uenditant. Apud Germanos (ut ſcribit Tacitus in libro de ſitu Germaniæ) hæc conſuetudo ſeruatur, ut cū in alea omnia amiſerint, extremo ac nouiſſimo iactu de libertate & corpore cōtendāt, uictus uolūtariā ſeruitutem adeat. ¶ Sub haſta: nam publica auctione i foro ponebat haſta: quę p̄cipuum erat ſignū auctionis, eiq; ſubiiciebātur omnia, q̄ publice uēderētur. Vnde Valerius libro ſecūdo. Cęterū (auctore Plinio) Scipione Naſica omnē apparatū operis ſcænicorū ſubiectū haſtæ uenire placuit. Tranquillus in Cæſare: Et bello ciuili ſuper alias donationes ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ minimo addixit. ¶ Domina: q̄ſi cuius poteſtati & imperio oīa eſſent ſubiecta in uēditione. ¶ Quōdā hic cornicines: ꝯquerit Iuue. eos q cornicines, & tubicines nō mō Romę, ſed ēt ī municipijs fuerūt, eo diuitiarū ꝑueniſſe tꝑibus ſuis: ut tāq̄ magnifici & potētes uiri ludos gladiatorios edāt

Eluuies

Portitores

Libitinarius

Polinctores

Buſta

Sub haſta

in urbe

in urbe, cædantq; quos uelint. Nam facile erat eiusmodi homines principum liberalitate locupletari. unde Menecratem citharœdum & Spiculum mirmillonem scribit Tranquillus a Nerone triumphalium uirorum patrimonij, ædibusq; donatos fuisse. Martia. Artes uult discere pecuniosas, Fac discat citharœdos, aut chorau las. ℞ Hic cornicines: legendum est hic, & non hi. ut sit: Qui hic cornicines quondam fuerunt. i. Romæ: & comites perpetui arenæ municipalis: hoc est & in municipijs. ℞ Munera nũc edunt. i. ludos gladiatorios: ut potentissimi uiri. ℞ Perpetui: assidui. ℞ Comites arenæ municipalis: nam tubicines nõ solum theatris Romanis: sed etiam municipalibus buccas suas locabant: ludis enim canentes tuba ferebant. Municipia (ut Gel. diffinit) dicta sunt, quod cum omnino suis iuribus, & legibus uiuerent, munera cum pop. Ro. habebant. i. tanquam Romani habebantur. Sicq; idem fuisse uidentur cum fœdere in ciuitatem accepti. unde Cic. in oratione pro Aulo Cluentio sic dicit: Equitem Romanum in municipio suo nobilem. Festus Põp. sic scribit: Municipes erant, qui ex alijs ciuitatibus Romam uenissent, quibus non licebat magistratum capere: sed tantum muneris partem: ut fuerunt Cumani, Acerrani, Arcellani, qui & ciues Romani erant, & legione merebant, sed dignitates nõ capiebant. Vulpia. iurifcõ. proprie, inquit, municipales appellantur muneris participes recepti in ciuitatem, ut munera nobiscum facerent. Sed nunc abusiue municipes dicimus suæ cuiusq; ciuitatis ciues. ut si Brixianus sis, alios ciues Brixianos municipes tuos appelles. Arenam ergo municipalem intelligit: quæ in municipijs esset, quæ munera cũ po. Ro. caperent. ℞ Notæ buccæ. i. ipsi tubicines: qui etiam buccinatores dicuntur a buccis, quas canentes inflant. est enim bucca ea pars oris infra malam, quę inflatur. Vnde Hora. Quin Iuppiter ambas Iratus buccas inflet. ℞ Munera: ludos gladiatorios. nã multi ex infima conditione ad summas opes prouecti, munera gladiatoria edebant. Martialis libro. 3. Das gladiatores sutorum regulæ cerdo. Quodq; tibi tribuit subula, sicca rapit. Idem albi: Succensus ad uilibus ede munera clamat Sutor cerdo dedit tibi culta Bononia munus: Fullo dedit Mutinæ, nunc tibi copo dabit. ℞ Et uerso pollice uulgi: de eisdem tubicinibus intelligit, qui cũ arte & quæstu suo locupletati sint: nõ modo munera edant gladiatoria suis impensis, sed etiam conciliato sibi fauore populi occidãt quem uelint: quales multi in seditionibus interempti fuerunt a potentioribus. ℞ Populariter: po pulo fauente. q. d. omnibus applaudentibus. Nam popularis is appellatur, qui gratus est populo. popularis etiam ciuis: hoc est, qui ex eodem est populo: unde Terẽtianus ille Samio: Obsecro populares ferte misero atq; innocẽti auxilium. popularis etiam qui nobilis non est: sed ex plebe. Plaut. Præstat diuitem esse ac popularem, quam nobilem & mendicum. Cice. in. 2. Officiorum: Popularibus enim uerbis est agendum, & usitatis cum loquamur de opinione populari. ℞ Verso pollice uulgi. i. uerso ad se & conciliato fauore uulgi. sequitur enim populariter. i. fauente (ut dixi) populo: hocq; ex prouerbio tractum ostendit Pli. libr. 28. in magicis: Pollices, inquit, cum fauemus premere etiam prouerbio iubemur. unde etiam illud est Horatij in epistola ad Lolium: Fautor utroq; tuum laudabit pollice ludum. Vbi Porphyrio ait per utrũq; pollicem intelligi utrãq; manum a parte totũ: aut quia qui laudat uehementius manus iungens iungit pollicem cum proximo. ℞ Inde reuersi. s. a ludis gladiatorijs & cædibus hominum. ℞ Conducũt foricas: ad res uiles descẽdunt. i. foricas purgãdas. foricæ enim sunt latrinę, in quas uentris excrementa deijcimus. Foria enim (auctore Nonio) ueteres dixerunt stercora liquidiora, unde Diomedes Laberius in Paniceis: Foriolus esse uideris, in coleos cacas. ℞ Et cur nõ oia: subaudi faciunt sordidissima. ℞ Cũ sint q̃les ex humili: quãdoquidẽ sunt ex numero eorũ quos fortuna solet p ludũ ex humili loco ad altiora puehere.

ℭ HIC tunc Vmbricius. In hac parte incipit Vmbricius narrare causam cur migret: quasi interrogatus fuerit a Iuue. cur nolit amplius Romæ residere. & assignando causam oportune recitat uaria uitia ciuitatis Romæ usq; ad finem Satyræ fere. Ordo est: Vmbricius inquit. i. in ualle Ægeriæ. tunc. i. postq̃ illuc perueneramus. quãdo. i quando quidem. nullus locus est sup. in urbe honestis artibus & nulla emolumenta. i. nulli fructus: nullæ mercedes, sup. sunt laborum: quos sumunt. s. honesti. & quandoquidem res. i. possessio diuitiarum uiri boni: nihil lucrantis Romæ. est hodie minor, q̃ fuit here. i. heri. & eadem res deteret. i. diminuet consumendo sese cras aliquid exiguis sup. rebus. Non dices sic. & cras. i. crastinum tempus deteret aliquid exiguis rebus: quia tunc uacaret eadem: quod fieri non potest: quia ergo res, inquit, mea in dies Romæ deterior fit. nos proponimus ire illuc: ubi Dædalus faber Atheniensis subtilissimus: qui a Minoe rege captus: factis sibi & Icaro filio alis auolauit: unde dixit: Exuit alas fatigatas: longo uolatu. s. hoc est proponimus ire Cumas. Vnde Virgilius in Sexto: Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna Præpetibus pennis ausus se credere cęlo Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos: Chalcidicaq; leuis tandem super astitit arce. Hoc est Cumis a Chalcidẽsibus conditis. Videtur autem hic non sine causa uti periphrasi. i. circumlocutione: habet enim suum pondus in sententia. Nam si Dædalus uolans & longe terras despiciẽs: elegit sibi sedem, & resedit Cumis, facile creditu est illic optimum & amœnissimum esse locum. Proponimus, inquit, ire Cumas. dum quamdiu sup. nobis est canicies noua. i. prima. i. nõ pridem cœpta. & dum senecta est prima. i. in principio sui. & recta. i. sinẽs rectum incedere. & dum superest. i. reliquum est: uel restat Lachesi: idest illi Parcæ seu Deæ fatali: quę uitam hominum, quasi e colo filum trahẽs paulatim deducit ad mortem: sup. aliquid roboris. qd̃ torqueat. i. carpat, aut attenuet: seu fuso inuoluat. & dũ ego porto me meis. i. naturalibus pedibus. & hoc nullo bacilo. i. paruo & leui baculo subeunte. i. subingrediẽte uel sustentante dextrã. Cedamus. i. abeamus patria: non dicit patriæ: quia is patriæ cedit: qui & eam infestam & inimicam habet: Patria autem qui ultro abit. Arturius & Catulus perditi adulatores olim cornicines nunc potẽtissimi uiuant istic: idest in ista nostra patria. & maneant illi qui uertunt nigrum. i. opera sua mala in candida. i. in bonorum apparatu & ita recipiunt pro malis operibus mercedem bonorum. uel qui uertũt nigrũ. i. fortunã aduersam nigro lapillo designatã in cãdida. i. i bonã. uel qui opera imperatoris mala laudãt ut bona. Quis. i. quibus facile est conducere ædem Romæ: licet magno constet: & flumina & portus ut maiore pretio locent, unde diuites facti sunt. Item quibus est facile conducere eluuiem. i. uoraginem, & cloacarum immundiciam siccandam. i. emundandam: quasi dicat quorum tanta est auaritia, ut uelint & tantæ apud imperatorem auctoritatis, ut possint etiam inhonestissimorum ministeriorum habere gubernationem: ut uidelicet sine eorum consensu nemo aut cloacas seu latrinas audeat mũdare: aut cadauera comburere. unde subdit: Et quibus facile sup. est conducere cadauer portandum ad busta: idest ad ustrinam: ubi defunctorum corpora comburebantur: & postea cineres in uasculum (quod ab urendo urna dicitur) collecti condebantur in loco, quem bustum quasi bene ustum dicebãt. qui autem tale munus habebant, dicebantur libitinarij. Et quibus facile est præbere caput uænale sub hasta domina: idest cuius auctoritate præco uendit: & q̃ dominos emptores facit. Potest aũt dupliciter intelligi aut sicut Mancinellus: ut sit: Quibus est facile præbere suum caput uænale sub domina: idest qui non timent, cum nõ sint soluendo, aut soluere non possint pretium conductionis publicarum rerum uẽdi sub asta publica licitatione: aut qui tam auidi sunt lucri, ut se uænales exhibeãt: aut certe quibus facile est præbere caput seruorum uænale sub asta domina: idest qui etiam uenditionibus publicis præsunt. Hi de quibus loquor Arturius & Catulus qui supple fuerunt quondam cornicines: idest canentes cornu more histrionico, dum gladiatores, aut consimiles in arena exercebantur: non quidem Romæ ubi peritiores erant: sed in municipijs. unde dicit: Et qui supple fuerunt quondam comites perpetui: idest continui arenæ municipalis: idest gymnasii: ubi lanistæ, aut cæteri ludij sese exercebant. & buccæ notæ: idest habentes buccas: quibus cornua inflabant notas per oppida. i. loca clausa mœnibus. edunt idest distribuunt nunc munera supple gladiatoria: id est qui erant ministri gladiatorum: nunc eorum pręfecti sunt. & occidunt populariter: idest per populum & passim. & hoc tamen pollice uulgi uerso: idest fauore subtracto & in odium uerso. Quam sententiam Politianus. cxlii. ponit. Videtur tamen maior uis esse in sententiã Calderini, qui intelligit uerso pollice uulgi: idest conciliato uulgo & populi fauore: quasi dicat nunc tantum sublimati sunt ut populus, etiã dum male populo faciunt, eis faueat: quia populus qui stupet in titulis & imaginibus, ut Hora. dicit, fortuna sequitur. & ipsi reuersi inde: idest ex populi cęde. conducunt foricas: idest latrinas purgandas. & cur non omnia supple faciant, & uilia, & sublimia. cum sint supple tales quales fortuna, quoties uoluit ioculari: idest ioculariter & sine ratione agere, extollit ex humili: idest ex re humillima: hoc est infima & humi sita. ad magna fastigia: idest ad summitatem & magnam altitudinem rerum: idest diuitiarum & honorum. Et quia ipse talis non est: nec esse uelit: ideo innuit sibi Romæ non esse locum. Vnde subdit quod sequitur.

IOAN. BRIT. ❡ QVID Romæ faciam: uerba sunt Vmbritij. Mentiri nescio: antipophora.i.nec simulare, nec dissimulare noui: sicq; conditionē sæculi sui taxat: quasi aliter agi uita non queat. Librum si malus est: assentari se dicit nescire: quod multi in gratiam diuitum & nobilium faciebant: qui laudibus alienis delectati laudatores cōducebāt & cœnis & muneribus. unde Persius: Calidū scis ponere sumen. Et comite horridulū trita donare lacerna. Et uerū inquis amo, & uerum mihi dicito De me quis populi sermo? Hora. Laudato carmina uecors. Idē i poetria: Vt pręco ad merces turba q̃ cogit emēdas: Assentatores iubet ad lucrū ire poeta Diues agris, diues positis in fœnore nūmis. Et poscere: per adulationem transcribendum: tanq̃ q̃ mirabiliter placeat. Motus astro℞ ignoro: ut possim futura prædicere. hoc aūt dicit ut oñdat magos & Chaldęos qui futuri cognitionē profitebātur & id genus hoies Romę gratia, & auctoritate apud omnes ualere: ac per hoc dites fieri. uulgo.n.consulebantur. unde poeta in sexta Satyra: Chaldęis, sed maior erit fiducia, Quicquid dixerit astrologus credet a fonte relatum Ammonis. Horatius in odis: Nec Babylonios tentaris numeros. Funus ꝓmittere patris: iniquitatem ostēdit filio℞ sui temporis, qui mortem parētum mulus plerūq; optabant uotis: inquirebantq; a diuinatoribus. unde Ouid. Filius ante diem patris Inquirit in annos. Ranarum uiscera nunquā inspexi: ut ex ijs aliquod pararem ueneficium. sicq; ostendit tale hominū genus in urbe esse, & gratum & fauorabile. Nam ex uisceribus ranę: hoc est liene, iecinore, corde, lingua, & officulo multa ueneficia fieri posse tradit Plin. lib. 32. Nam inter alia docet ex officulo, quod sit in sinistro latere amorem concitari, & iurgia addito in potionem, Venerē allig atum simulare. Ferre ad nuptam: alij, inquit, internuntij sint ad ꝯciliāda adulteria: ego uero hoc nō fecero. Nemo enim erit adulter me ministro.i.sequestro & medio. Mittit: munera intellige & literas. Mandat: hoc est uerba & mandata. Me ministro: me auctore conciliatore, & internūtio. Cic. in Lælio: Vt aut libidinos ministri: aut adiutores essent ad iniurias. Fur erit.i.adulter. Nam & furtum adulterium appellatur. Propertius: Nolim furta pudica tori. Atq; ideo nulli comes exeo: sensus est. Et quia tales inquit artes mihi nō placēt: discedo ab urbe nulli comes.i.sine comite ac per hoc solus q̃si qui a cunctis repudier: tanq̃ mancus & tanq̃ corpus inutile extincta dextra.i.tanq̃ homo iners: nullius pretij, nulliusq; ingenij, ut pote qui nouas uiuendi artes, ut cæteri nō calleam: & ita quod animi est, trāstulit ad corpus. Extincta ergo dextra.i.extinctis ingenij

Mancus uiribus. legendumq; est extincta dextra nō extinctæ dextræ. Mancus: dicitur quasi manu carens. Nisi conscius: nisi qui secreta diuitis scelera nouit. Feruens: coniunge feruens occultis & tacendis. Æstuat: agitatur taceat ne an proferat uspiam. Nil tibi se debere putat: nō eris inquit gratus, neq; acceptus illis: quorum secreta honesta noueris. sed tantummodo ijs, quorum scelera tibi nota erunt afficieris eni muneribus, ne secreta eo℞ reueles. Verri: sensus est: Ille erit carus uiro scelerato & furi, q̃lis fuit Verres, qui potest furti eum accusare. Nam Verres (ut dictum est superiore Satyra) quæstor Siciliam per trienniū tenuit: ubi libidinem, auaritiam crudelitatemq; exercuit. succedente tandem Metello repetundarum postulatus est a Siculis. Eam causam egit Cice. pro Siculis. Adhuc extant actiones, quæ Verrinæ appellantur. Tanti tibi non sit opaci: etsi, inquit, conscij scelerum diuitis afficiuntur muneribus ut taceant: tamen tu noli quærere ut diuitis secreta scias: ne semper solicitus sis: & nequeas dormire: ueritus ne aliquando tibi obijciat: ꝙ ea patefe-

Tagus ceris: quorum eras conscius. Tagi: Tagus Hispaniæ est fluuius auriferas habens arenas. Opaci: umbrosi propter arborū densitatē in ripis. Martia. Æstus serenos aureo frangens Tago Obscuris umbris arborū. In mare uoluitur: defertur ex fluminū profluuiō. Vt somno careas: nā dormire nequit solicitus ne aliquo afficiatur incōmodo a diuite. Præmia ponęda quę postea cogaris ei reddere. Timearis: ne eius scelera patefacias. Amico magno: diuite & potēte. Alibi ante: Magni delator amici. Quę nūc diuitibus: oñdit poeta in urbe uiros bonos nō esse gratos: sed tantūmodo uersutos assentatores, scele℞ ministros, & id genus hoies. sed si quæras q̃ maximi grati sint, sunt inq̃t Gręci. Ii.n. acceptissimi sunt diuitibus, & tota ciuitas Gręcis referta est. Quos: fugiā deuitē, habeā odio. Nec pudor obstabit:

Pudo pudor igt nō me impediet quominus aperte dicā, q̃ sentiam de Gręcis. Est.n.ita dictū quasi aliquis monuerit: nō te pudebit tā insolenter Græcos insectari. Pudor aūt est metus iustę reprehensionis. Quirites: Romani. Nā q̃

Quiri orationem habebāt ad populū, Romanos Quirites appellabāt a Curibus ciuitate Sabinorū sunt dicti Quirites: ex qua acciti Titus Tatius, & Numa Pompilius Romæ quandoq; regnantes. A

Quirit re Quiritibus fit quiritare, qđ idē est quod clamare. quo usus est Apul. & Plau. Græcā urbē: mores Gręco℞: quibus tota ciuitas corrupta est. Vnde ait inferius: Omnia nouit Gręculus esuriēs. Quamuis quota portia: quam uis sit minima pars gentis Gręcæ: ac si dicat: Græcorum uitia adeo sunt magna, ut uel pauca multitudo eorū possit etiā urbē corrūpere. Quota: minima. Plin. in. 3. ubi de Italia & Roma mētionē facit ipsi de ea iudicauere Gręci: genus i gloriā sui effusissimū: quotā partē ex ea appellādo Gręciā magnā. Alibi Iuue. Hęc quota pars scelerū. Mart. li. 8. Pars quota Par

Quot rhesię labor est mareoticus aulę. Quotus itē nomē est qđ numerū refert, sicut quot. Hora. Tu quotus esse uelis rescribe. Pli. li. 11.c. 37. Murū iecusculis fibrę ad numerū Lunę dierū in mēse ęgruere dicūtur, totidēq; & inueniri quotū eius lumē sit. Mart. lib. 9. Scis quota de libyco littore puppis eat.i.quot naues eant. Fecis: i cōteptū est gręcorū.q.d. sordidę & uilissimę gētis: sic & Pli. li. 29. Medicos græcos fecē appellat: Ne fecē quidē aut inscitiā eius turbę arguamus, ipsorūq; intēperātiā in morbis. Achææ: secundū gręcā declinatio

Achai nē dixit. Nā & A chiuū dicimus. ae diphthōgo in i producta cōuersa, & u digama interposita. Est aūt dictio deducta ab Achaia, q̃ pars est Pelopōnesi incipiēs ab Isthmo. antea Ægialos uocabatur ꝓpter urbes in littore per ordinē dispositas αἰγιαλὸς enim littus significat.

ASCe ❡ QVID Romę faciā.q.d. nihil cū nihil sciā, aut scire uelim eo℞ quę nūc Romę i ꝓtio sunt, ego nescio mētiri, sicut faciūt adulatores & bonorū delatores. & nequeo laudare librū.i.scripta diuitū. si est malus.i.si sunt inepta. & nequeo laudādo librū malū, poscere ipsū ab eo, q̃ eū fecit. ego ignoro motus astro℞ ut futura canā. & nec uolo nec possum ꝓmittere liberis sup. funus.i.mortē patris diuitis.s. & rigidi. ego nunq̃ inspexi uiscera ranarū q̃ rubetę dicūt: ut inde uenenū extrahā. Alij norūt.i.nouerūt.q.d. ego nō noui ferre.i.portare ad nuptā, q̃ adulter mittit, & q̃ mādat. nemo erit fur me ministro .i.me ministrante, uel existēte ministro atq; ideo ego nulli ex eo comes.i.nō egredior cū aliquo ad malū facinus ꝑpetrādū. & q̃a nemo Romę iā bonū facit. ego sum tāq̃ sup. essem macus.i.cui mēbrū deē. & tāq̃ corpus non utile.i.inutile dexteræ extinctæ.i.emortuæ.i. cuius dextera ē mortua. Quis nūc diligit̃ nisi ꝯscius.i.q̃ scit secreta facinora. Et cui aius feruēs.i.incēsus ęstuat.i.ardet occultis semp tacēdis.q.d. nemo ē at sentētiose dictū, ꝙ aius ꝯscij ardet. uel q̃a difficile est tacere: uel quia nota mala incitāt ad similia. is qui fecit te participē.i.ꝯsciū secreti honesti. nil.i.nō aliqd nō putat se debere aliqd Ille sup. erit carus Verri.i.furi diuiti, sicut Verres erat qui potest accusare Verrem tempore quo uult omnis arena Tagi.i.fluuij Lusitaniæ seu Hispaniæ, qui aureas habet arenas. opaci.i. densi & turbulenti propter tales arenas: & aurum quod uoluitur in mare per Tagum

Quid Romæ faciam? mentiri nescio, librum
Si malus est, nequeo laudare, & poscere, motus
Astrorum ignoro funus promittere patris
Nec volo, nec possum, ranarum viscera nunq̃
Inspexi, ferre ad nuptam quæ mittit adulter,
Quæ mandat, norint alii, me nemo ministro
Fur erit, atq; ideo nulli comes exeo, tanq̃
Mancus & extinctæ corpus non vtile dextræ.
Quis nunc diligitur nisi conscius? & cui feruens
Æstuat occultis animus, semperq; tacendis?
Nil tibi se debere putat, nil conferet unq̃
Participem qui te secreti fecit honesti.
Carus erit Verri, qui verrem tempore, quo vult,
Accusare potest, tanti tibi non sit opaci
Omnis arena Tagi, quodq; in mare voluitur aurū,
Vt somno careas, ponendaq; præmia sumas
Tristis, & a magno semper timearis amico,
Quæ nunc diuitibus gens acceptissima nostris,
Et quos præcipue fugiam, properabo fateri,
Nec pudor obstabit. Non possum ferre Quirites
Græcam vrbem, q̃uis quota portio fecis achææ

Tagum & similes fluuios.non sit tibi.i.nō reputetur a te tanti sup. pretij esse.ut careas somno:quia conscius tanti sceleris.& ut tristis sumas pręmia ponenda.i.quæ merito deponi debeant. & ut timea ris semper a magno amico.i.unde ea præmia sumpsisti.timearis in quam,ne eius scelera reueles. Ego properabo nunc fateri,quæ gēs sup.sit acceptissima nostris.i.Romanis diuitibus.&quos,sup.homi nes ego fugiam sup.si essem di ues ut illi pcipue.i.præter alios. fatebor inquā nec pudor obsta bit:quamuis sit dedecus ciuitati quæ est patria mea.o Quirites.i. o Romani. ego non possum fer re.i. æquo animo tolerare urbē græcam.i.romanā ubi tot Gre ci:&fere oēs gręco more uiuūt. quamuis quota portio.q.d.mi nima portio fecis .i. turpissimæ gentis Acheæ.i.Gręcus sit Ro mę:hoc est pauci quidem Gręci respectu aliorū obscęnorū sunt Romę. & tñ tota urbs gręcissat.

Iam pridē Syrius in Tyberim defluxit Orontes,
Et linguam,& mores,& cum tibicine chordas
Obliquas,necnon gentilia tympana secum
Vexit,& ad Circum iussas prostare puellas.
Ite,quibus grata est picta lupa barbara mitra.
Rusticus ille tuus sumit rechedipna Quirine,
Et cęromatico fert niceteria collo.
Hic alta Sicyone,ast hic Amidone relicta,
Hic Andro,ille Samo, hic Trallibus,aut Alabādis
Æsquilias,dictumq; petunt a vimine collem,
Viscera magnatum domum,dominiq; futuri.
Ingenium uelox, audacia perdita,sermo
Promptus,& Isæo torrentior.ede qui illum
Esse putes? quemuis hominē secum attulit ad nos
Grammaticus,rhetor,geometre,pictor,aliptes,
Augur,schœnobates,medicus,magnus, omnia no-
Græculus esuriens,in cælum iusseris,ibit. (uit
Ad sūmā nū Maurus erat,neq; Sarmata,nec Thrax
Qui sumpsit pennas,mediis sed natus Athenis.

¶ IAM pridē in Tyberim:nō solum inquit Gręci in urbem ue nere:qui diuitibus sunt acceptis simi: sed etiā alię gentes barba rę ex Syria in urbem nouos gē tis suæ mores inuexerunt: sicq; Vmbritius indignatur peregri nos gratiores esse:qui non uirtu te,sed nouis delitijs & artib⁹ pla ceant:simulq; ostēdit Romanos ex quo ad summum diuitiarum culmē peruenere,in omnem ita luxum prorupisse: ut ex peregrinis omnia etiam uoluptatū blādimenta perdiscerent.unde in sequenti bus:Prima peregrinos obscæna pecunia mores Intulit: & turpi fre gerūt sęcula luxu. ¶ Orontes:hoc est ipsi Syrij,qui ad Orontem ha bitant.Est enim fluuius,qui Syriā ab Antiochia diuidit. dictus ab Oronte,qui primus eas ponte iunxit.Legendumq; est Syrius.pri ma.n.corripitur. Tibullus: Alba palestino sancta columba Syro. Et ante Iuue. Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe. Si rius uero cum p sidere ponitur primā habet longam. Virg. Tū ste riles exurere Sirius agros. ¶ Tyberim:Romā.s. ¶ Linguam:sermo nem Syrium,quem discāt Romani. ¶ Et mores.s.patrios. ¶ Et cum tibicine chordas Obliquas & instrumēta musica,qbus placeāt.Nā per chordas obliquas intelligimus citharā: cui chordæ intendūtur obliquę i.obtortę:aut obliquę pro forma citharę:ut ostēdat nō so lū tibię,sed & citharę cantū a barbaris introductum.Citharœdi.n. apud Romanos extitere,q lyras septicordes eburneas,& quę bar bita dicūtur,intendebāt. Dionysius. ¶ Tympana gētilia:quibus do mi suę utūtur. Nā gētilis dicitur eiusdē gētis:ut hoc in loco. gētiles itē dicūtur (auctore Cic.in topicis) q inter se eodē sunt nomine ab ingenuis oriūdi:quorū maiorū nemo seruitutē seruiuit:& qui capi te diminuti nō sunt. ¶ Iussas prostare puellas:pręter alia inqt turpia in urbē etiā inuexerunt puellas quęstuarias,quę prostant ad Circū maximū:ubi ędificiū erat ad id accōmodatū. Propertius in.2.li.Et quas Euphrates,& quas mihi misit Orontes Me capiāt nolim furta pudica tori.Prostare autē dicitur mulier, quę turpitudine corporis quęstū facit. ¶ Ite:cū indignatione legendū:Ite uos ad libidinandū: quibus gratę sunt meretrices istę barbarę,uel ite uos ad spectādas puellas meretricias saltātes, q delectamini ludis. ¶ Lupa:meretrix, quasi quę ad rē nō minus sit auida:q lupa ad cibū. ¶ Barbara: non gręca,sed Syria. ¶ Mitra picta:ornamētū erat capitis nō modo Ly dorū & Phrygū,sed & Assyriorū. Herodotus loquens de Assyrijs: Assyrij capita crinita habētes mitris redimūt. Virg.de Phrygibus: Et nūc ille Paris cū semiuiro comitatu Meonia mētū mitra, crinēq; madentē Subnixus rapto potitur. Ait Seruius pileū fuisse curuū,de quo pēderet buccarū tegmē. ¶ Rusticus ille tuus.s.Romanus,q su perioribus sęculis summa frugalitate uiuebat,& agricolationi intē tus erat.ducta origine (ut diximus) a pastoribus. ¶ Sumit rechedip na.i.in gymnasiis uersatur & palęstra, ubi sumit rechedipna.i.ue stes peregrinas post exercitationē cū desudauit. Sicq; indignat cō tagione Gręcoꝝ,Syriorūq; Romanā iuuentutē corrūpi,in Gymna sijsq; exerceri:ubi (auctore Pli.lib.35.ca.12.) animorū uires per derētur.ita enim scribit de mollicie palestrę.Plura de hac parte nōn sum dicturus,nō Hercules magis,q de terrę usu in ceromatis, qui bus exercendo iuuentus nostra corpora, uiresq; animorum perdi dit. ¶ Rechedipna:uestis est,de qua mentionē facit Atheneus lib.6. dipnosophiston,cum de parasitis loquitur. Plutarchus itē mentio nem facit in symposiacis.In quodā codice est Trechedipna. ¶ Qui rine. Romule, de quo supra: In ualle Quirini. ¶ Et ceromatico.i. uncto ceromate.est eni unguē tum athletarū.fit ex oleo & terra in speciē luti:quod ostēdit Sene ca ad Luciliū loquēs de uita lu tosa: Tantū luti tota uia fuit, ut possum uideri nihilominus na uigasse. Totum athletarum fatū in illo die perpetiendum fuit. A cęromate nos haphe accipit in crypta neapolitana. A cęroma te igitur a luto per similitudinē. Marti.lib.5. Et castigatum liby cę cęroma palæstræ.i.ipse pale strita Antęus cęromate pūctus castigatus est ab Hercule. De cę romate intellexit Pli.14. loquēs de ebrietate uitāda: Ad hęc per tinēt peregrinæ exercitationes, & uolutatio in cœno, ac pecto rosa ceruicis repandę ostētatio. qbus uerbis athletaꝝ certamen designauit.nam athletę (ut dixi mus) luto.i.terra oleo mista un gebātur. quorum mos erat cer uicem dilatare,pectus exporrigere. unde illud est quod sequitur:Et lōgum inualidi collum ceruicibus ęquat Herculis antęum procul a tellure tenētis. ¶ Niceteria:insignia uictorię pugilum: qui in Gym nasio alios uicissent.νίκη enim uictoriam significat. ¶ Hic alta:redijt ad Græcos, quos ait ex diuersis Græciæ locis in urbem uenire,in ferētes se domibus diuitū:ubi assentatione,alijsq; artibus se gratos reddūt. ¶ Sicyone:Sicyon urbs est Achaię.itē urbs i Laconia:unde Laconia dicta est Sycyonia.isula est etiā i mari Ægæo ꝑtra Epidau rū:q altā esse & eminentē docet Pli. ¶ Amidone: Amidon insula est inter Sporadas,& ciuitas Peoniæ. ¶ Andro:Andros isula est ex Cy cladibus cū oppido eiusdē nominis.dicta postea Cauros, deidē An tādros. ¶ Samo:Samos insula in mari Icario,ubi Iuno maxime co lebatur. ¶ Trallibus: Trallis oppidū Phrygiæ, a qbus fit possessiuū Trallianus.Cic.in oratione pro Flacco:Vidi ego in quodam iudi cio nuper Philodotū testē Trallianū.Ex magno terræ motu ꝯsede rūt eo anno:quo Cornellius Gallus Forouiliēsis ꝓpria manu se in teremit. ¶ Alabādis:Alabāda oppidū Ioniæ:quā Apollonius molō ciftā inuersam appellauit scorpionū plenā. Nā eorū illic est copia. hoies sunt molles, & psaltriæ multę:ut scribit Strabo. ab Alabādis possessiuū fit Alabādēsis.Cic.in epist.ad Thermū:Quare peto a te, ut & eos & Alabādēses iubeas ecdicos Roma mittere.fit etiā Ala bādicus:ut est apud Pli.lib.37.ca.7.de carbūculis: Alabādicos in orthosia caute nascētes.Vitruuius uero lib.7.Alabādos uocitat. ¶ Æsquilias.i.collē Æsquilinū.Nā i urbe septē fuere colles.de qbus sic Tibullus:Carpite nūc tauri de septē mōtibus herbas. Æsquilæ dictę sunt secūdū Varro.aut ab excubijs regijs, aut ꝙ excultæ sint a rege Tullo.unde Ouidi.in Fastis: Adde ꝙ excubias ubi rex Ro manus agebat: Qui nūc Æsquilias nomina collis habet. ¶ Collē a uimine.i.Viminalē denominatū a Ioue Vimeneo: ꝙ ibi aræ sint,& ibi nata uimina fuerint. Festus Pōp.ait portā Viminalē & collē ap pellari:ꝙ ibi uiminū fuisse silua uideatur. ¶ Viscera magnarum do muum: appositio est:hoc est qui artibus suis in diuitum familiaris tatem se insinuant,eorumq; secreta condiscunt. ¶ Dominiq; futu ri:tam callidi inquit sunt, ut a diu.te in amicitiam & familiaritatem recepti:quasi domini omnia in domo moderentur. ¶ Ingenium ue lox:ad omniā solers & promptum. ¶ Torrentior Isæo:uberior co piosior.sumptū a torrēte,qui magna fertur aquarū ubertatæ.Nam Isæus orator fuit.de quo Plin.in epist.ad nepotē.2.lib. Magna Isęū fama pcesserat,maior inuētus est, summa est facultas,copia,uber tas,dicit semper ex tempore &c. fuit item Isęus alter præceptor De mosthenis. ¶ Ede quid illum: hoc quasi argumenti loco positum ad

Rechedipna
Cęroma
Niceria
Socyon
Amidon
Andros
Samos
Trallis
Alabanda
Æsquilie
Viminalia
Isæus

Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
Signabit? fultusq; toro meliore recumbet
Aduectus Romam, quo pruna, & coctana uento?
Vsq; adeo nihil est, quod nostra infantia cælum
Hausit Auentini baca nutrita sabina?
Quid quod adulandi gens prudentissima, laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum inualidi nullum, ceruicibus æquat
Herculis, Antæum procul a tellure tenentis.
Miratur uocem angustam, qua deterius nec
Ille sonat, quo mordetur gallina marito.
Hæc eadem licet & nobis laudare, sed illis
Creditur, an melior cum Thaida sustinet, aut cum
Vxorem comœdus agit, vel, Dorida nullo
Cultam palliolo; mulier nempe ipsa uidetur,
Non persona loqui, uacua, & plana omnia dicas
Infra uentriculum, & tenui distantia rima.

probandum q̃ uersuti sint Græci ad omnia. Ait ergo: Dic quid cē-
ses. s. esse græcū hominem: quasi dicat: tam astutus tamq; uafer est:
ut nulla sit prorsus ars, quam ipse non profiteatur. secum enim at-
tulit omnem hominem. i. omnia profitetur: quæ homo possit face-
re & scire: Erit enim grammaticus, rhetor. unde est illud apud Se-
necam in secundo controuersiarū: Hoc autem uitium aiebat Scau
rus græcis declamatoribus tra-
ctum: qui nihil & non promise-
Grāma- rint sibi & penetrauerint. ⁋ Grā
ticus maticus: subaudi est. grammati
cus autem circa curam sermo-
nis (ut scribit Seneca) uersatur.
& si latius euagari uult circa hi-
storias: iam ut longissime fines
Rhetor suos pferat circa carmina. ⁋ Rhe
tor: qui rhetoricam docet, & qui
Orator præcepta artis tradit. Orator ue
ro qui secundum pręcepta agit.
Geome- ⁋ Geometres: primæ est declina-
tres tionis. Estq; is qui numeros, mē
surasq; persequitur, & supputat,
qua ratione cōstent cęlestia, quę
illis sit uis, quæue natura. unde
Hora. de Archyta Tarētino geo
metriæ perito: Te maris & terrę,
numeroq; carentis arenæ Men
Aliptes sorem cohibent Archyta. ⁋ Ali-
ptes: is erat qui descendentes in
balnea, quiq; palęstritas i Gym
nasio ungebat ἀλείφω: quod est
ungo, uellebatq; alas. unde Seneca ad Lucilium: Aliptū cogita te-
nuē & stridulā uocē: quo sit notabilior subinde exprimentē: nec un
quā tacentē; nisi dū uellit alas: & aliū p se clamare cogit. Cic. ad Lē-
tulū ostēdit unctiones i. las solitas fieri ab Aliptis ad corroboranda
corpora, cū ait: Sed uellē nō solū salutis meę, quemadmodū medici
Augur sed ut Aliptę est, uiriū & coloris rationē habere uoluissent. ⁋ Augur
qui futura p̄noscit ex auiū obseruatione. unde aliqui ab auiū garri
tu ductū putāt: alij uero ab augēdo. Ouid. Sācta uocāt augusta pa
tres, augusta uocātur Templa sacerdotū rite dicata manu. Huius &
auguriū depēdet origine uerbi: Et quodcūq; sua iugiter auget ope.
Schœno ⁋ Schœnobates: ille dicitur, qui p funes ambulat. σχοῖνος, n. funē si-
bates gnificat: & βαίνω ascēdo, & uado. Latini uero funabulū dixere. q̃ di
ctione usus est Terēt. in Hecy. Funābuli expectatio accessit. Et po
pulus in funābulo aium occuparat. primus Messala usus, & iā p la
tina recepta. pro funābulo dixit Apule. funerepū. unde ubiq; apud
ipsum pro funepeus siue funereplus, correximus funerepus. ut di-
ctio sit deducta a fune & repo. qd' ita scribēdū sit innuit Apule. i. 1.
Funere- Floridorū: ubi scriptū est Funereplus pro funerepus: ut omnino fu
pus nerepos appellemus & nō funepeos: cū a fune & repo deducatur. si
cut dicimus funābulū a fune & ambulo: & pinnirapū a pinnio & ra
pio: bustirapū a busto & rapio. quo usus Plaut. in Pseudolo. Fœdi
fragū a fœdere & frāgo. Legirupā a lege & rūpo. quo idē Plau. usus
Magus est in Pseudolo. ⁋ Magus: lingua Persarū magus est, q nostra sacer
dos, q rite sciat & calleat leges cerimoniarū, fas sacrorū, ius religio
nū. Siquidē Magiā Plato interpretatur artē esse Dijs immortalibus
acceptā, colēdi eos ac uenerādi pergnarā piā. s. & diuini sciētē, iam
inde a Zoroastre & Ormace auctoribus suis nobilē, Cęlitū Antisti
tā, quippe inter prima regalia docetur: nec ulli temere inter Persas
ꝯcessum est magnū esse, haud magis q̃ regnare. Et Cic. in. 1. de diui
natione: Et in Persis augurāt & diuināt magi: qui ꝯgregātur in fano
cōmentandi causa: atq; inter se alloquēdi. Nec quisquā rex Persarū
potest esse: qui nō ante maiorū disciplinā, scientiāq; perceperit. Mo
re uero uulgari is pprie magus existimatur, qui cōmunione loquē
di cū Dijs immortalibus ad omnia, quę uelit incredibilia quadā ui
cātaminū polleat. Hęc ex prima Apuleij Apologia. ⁋ Græculus esu
riēs: Gręculus, inqt, premēte rerū egestate omniū rerū scientiā pro
fitebitur. ⁋ In cælū iusseris, ibit affirmabit etiā (si iubeas) se in cælū
uolaturum: hoc q dicit respiciēs ad Dædalū Atheniēsem: qui (ut di
ximus. 1. Satyra) uolauit per aerea, sibi & filio Icaro fabricatis alis.
⁋ Ad summam: ad collectionē: ad conclusionē. Sic Cic. in epist. Sū-
ma huius epistolæ hæc est. Plin. ad Septitiū clarū: Potes cœnare ap-
paratius apud multos, nusquam hilarius, simplicius, incautius, in
summa experire. ⁋ Non Maurus erat: uult probare exemplo Dæda
li facile esse Gręco uolare in cælū. ⁋ Maurus: Mauritania posita est Mauri
in extrema parte Africę occidentē uersus, ubi mons est Atlas. ⁋ Sar nia
mata: Latini Sarmatas appellant, quos Græci Sauromatas. populi
sunt Scithiæ, loca iuxta Tanaim & Meotidē paludē icolētes. de qui
bus ante. ⁋ Thrax: Thraces populi sūt septētrionales: quoꝝ pleriq; Thrac
trās amnē Strymonē usq; ad ponticū hostiū, atq; Æmū mōtē habi
tāt. Quidā etiā in Propontide siti
plęriq; uero ad Hellespōtū. de q
bus abūde Stra. li. 7. ⁋ Qui sum
psit pennas. i. Dædalus. de quo
supra: Et mare percussum puero
fabrumq; uolantem.
⁋ IAM pridem in Tyberim: ASCe
cōtinuat eundē sermonē. Orō-
tes: fluuius ille Syrus. i. fluens in
Syria. defluxit Tyberim fluuiū
romanū: hoc est mores syrorum
traducti sunt Romā per seruos.
Nā Syrus uexit secū linguā sy-
rorum & mores & chordas obli
quas cithararū cū tibicine. nec-
nō. i. etiā. tympana gētilia. i. gē-
tis suę propria. & uexit secū puel
las iussas prostare. i. pro foribus
suis stare ad meretriciū suū quæ
stū ad Circū i fornicibus. s. Ite. i.
discedite a me, & ab oibus hone
stis Romanis. quibus grata. i. ac
cepta est lupa. i. meretrix. barba
ra. i. peregrina & barbaris mori-
bus. picta mitra. i. habēs mitrā i capite pictā more gētis patrię suæ.
O Quirine: ille tu⁹ rusticus, q colit rura populi tui sumit nūc reche-
dipna. i. peregrinas uestes, qbus in gymnasijs utebātur. & fert. i. ge
stat collo cęromatico. i. unguēto tali pfuso. niciteria. i. p̄mia relata
ex uictoria. hic. i. aliquis uiliū hoium sup. petit Æsquilias. i. collē illū
Romę. & collem dictum a uimine. i. Viminalem. & hoc Sicyone. i.
ciuitate illa Achaiæ relicta, hic. i. alius. Amidone ciuitate Peoniæ
relicta. hic. i. alius. Andro illa insula relicta. & ille. i. alius. Samo illa
insula relicta, hic. i. alius. Trallibus illa urbe Carię: aut Alabādis il-
la urbe minoris Asiæ sup. relictis. petūt inquā Æsquilias: & uimina
lē collē ubi multi diuites habitabāt. exstētes futuri uiscera. i. itestina
q̃uis uiscera sint quæuis caro intra cutē: & futuri domini magnaꝝ
domuū. Ede. i. eloquere: dic expresse qd putes sup. esse illū: cui sup.
est ingeniū uelox: & audacia pdita. i. p quā ipse pditus dicitur. & ser
mo prōptus. i. paratus & expeditus. & torrētior. i. abūdantior in flu
xu: Isęo oratore illo clarissimo & promptissimo. tal s sup. attulit ad
nos quēlibet hoiem. i. seipsum: q est omnis homo: grāmaticus rhe-
tor: geometres: pictor: aliptes. i. unguentarius: augur q garritū auiū
obseruat: schœnobates super cordas ambulās: qui ideo aliquādo a
latinis funābulus dicitur medicus: magus: omnia enim nominat se
cundū iactantiā suā. Gręculus. i. homo Græcus. esuriēs ibit in cęlū
si sup. iusseris. Ad summā. i. ut summatim dicā, & uno uerbo expli
cē. nō erat Maurus, neq; Sarmata: neq; is qui sumpsit pennas erat
Maurus: aut Sarmata. i. Dædalus uel Icarus fili⁹ eius. nō erat Mau
rus neq; Sarmata. nec qui sumpsit pennas: idest uolauit. sed natus
est in medijs Athenis ubi philosophi plurimi.
⁋ HORVM ego nō fugiā cōchylia: inter alias causas sui ab ur- IOAN
be discessus unā hāc p̄cipuā esse ostēdit: q neqt ferre Græculos, qui BRI
nup ex Græcia aduecti ita suis artibus locupletati sunt: ut nūc iter
primores urbis habebāt. Nā purpurati incedūt: priores etiā testamē
ta signāt: honoratiore loco discūbūt. ⁋ Cōchilia: hoc est uestes ꝯchy Conch
liatas: qbus induti in publicū pcedūt tanq̃ nobiles Ro. Nā cōchyliū lium
piscis est ex genere cōcharū, sicut purpura & murex. ex his aūt pi- Purpu
scibus elicebat liquor ille tā p̄tiosus ad tingēdas uestes. Iulius Cæ- Mure
sar (ut scribit Trāqllus) ꝯchyliatę uestis usum ademit, nisi certis p-
sonis & ętatibus. Plin. lib. 9. Cōchylia & purpuras ois ora atterit: q
bus eadē mater luxuria paria pene etiā margaritis p̄tia fecit. & in-
fra: Concharū ad purpuras, & cōchylia eadē quidē est materia. Ali
bi i. 5. mentionē faciēs de Tyro: Nunc ois eius nobilitas cōchylio
atq; purpura ꝯstat. Cōchiliū ēt capimus p oi pisce ꝯcha ꝯtecto. Se
ne. li. 14. epi. 1. Quātulū ex tot ꝯchylijs tā lōge aduectis p istū stoma
chū iexplebilē labit. Ergo p ꝯchylia uestes itellige ꝯchyliatas & pur
pureas. ⁋ Me prior ille: sūma idignatione pnūciādū. ⁋ Signauit. s. te
stamēta.

ſtamenta. ⁋ Fultuſq;: ſuſtentatus. ⁋ Meliore toro: meliore & honora
tiore parte triclinij. Nā poſita mēſa cōuiuæ duobus aut tribus le⸗
ctis diſcūbentes epulabātur. Vnde nō ſolū lectos ipſos: ſed & locū
& Biclinium & tricliniū appellauere ubi comedebant a numero le⸗
ctulorum. κλίνη. n. lectū ſignificat. ⁋ Aduectus Romam: cauſas un
diq; colligit indignationis: q. ſ. Romā nō uenerint honeſto aliquo
negocio aut nauigio: ſed ut rerū uiliū mercatores, & illiberalis lu⸗
cri ſectatores: uenerūt. n. inquit Romā eo uento. i. ea naue q̄ pru⸗
na & coctana aduecta ſunt: ac ſi dicat onerata & plena uiliū mer⸗
ciū, quales ex Syria uehuntur: unde pruna damaſcena & coctana
ueniunt: non aūt Romæ nati ſunt. Sic Papinius in Siluis lib. ii. de
Glaucia puero loquitur: Nec miſtus pharijs uenalis mercibus in⸗
fans. ⁋ Pruna: intellige damaſcena: quæ ex Damaſco urbæ Syriæ
ſicca uehebantur. De quibus ſic Plin. lib. xiii. Syriæ peculiares ha⸗
rica — bet arbores. In ficorū autem genere caricas & minores eius gene⸗
ctana — ris, quæ coctana uocāt. Itē pruna in Damaſco mōte nata. Martia⸗
lis de coctanis. Hæc tibi quæ torta uenerunt condita menta. Si ma
iora forēt coctana, ficus erant. ⁋ Vſq; adeo nihil eſt: antipophora:
qnaſi aliqs dixerit: nō ne prodeſt uos eſſe natos Romæ: & ipſe re⸗
ſpōdeat: uſq; adeo nihil eſt. i. minime quidem prodeſt. i. in tantum
enti⸗ — nihil eſt. ⁋ Hauſit cælū Auētini: nutrita ſit Romæ ubi collis eſt Auē
s — tinus. partem poſuit pro toto. eſt aūt Auētinus dictus ſecūdū Var⸗
ronē: aut ab auibus, q̄ eo ſe a Tyberi ferrent: aut a rege Auentino
Albano, q ibi ſepultus fuit: aut ab aduentu hoīum, quod cōmune
ibi Latinorum templū fuerit: aut ab aduectu. Nam olim paludibus
ca — mons erat ab reliquis diſcluſus. ⁋ Baca ſabina: cibis italicis: at per
hoc Romanis: ut ſit ſpecies pro genere. Sic Horatius: Quod mare
Dauniæ nō decolorauere cædes. i. cædes italicæ per hoc Romanę.
p bacam aūt intelliga oēm fructū, omneq; eſculentū. Nam appella
tione bacæ intelligimus fructus: q in arboribus diſperſius & rarius
naſcuntur: ut ſunt fructus lauri, fructus oleæ, corni, loti, myrti, len
tiſci, ſimiliumq;. ⁋ Sabina: nō Sabini & Romani cōmune habuere
imperiū. Vnde Romani Quirites ſunt appellati, de quibus ſupra.
⁋ Quid: ſubaudi dices ſi aliud de Græcis grauius addidero: q. ſ. ar⸗
tificio adulationis, quo nihil eſt turpius, oēs excipiunt & fallaces
ſunt. de qbus ita Cic. ad Quin. fratrē in. ii. uolumine ad Atticum:
Atq; etiā e Græcis ipſis diligenter cauendæ ſunt quædam familia
ritates præter hoīum perpaucorū: ſi qui ſunt uetere Græcia digni.
Sic uero fallaces ſunt permulti, & leues diuturna ſeruitute ad ni⸗
miam aſſentationem eruditi &c. ⁋ Et longū inualidi collū: hoc ſum
ptū eſt ex Athletis: qbus mos erat in Gymnaſiis collū dilatare. Vn
de Sen. lib. ii. epiſtolarū ad Luciliū: Stulta eſt. n. mi Lucili & minime
conueniens literato uiro occupatio exercendi lacertos: & dilatan⸗
di ceruicē: ac latera firmādi. Plin. lib. xiiii. cap. ultimo loquens de
ebrietate uitanda ſic ſcribit ut ante diximus: Ad hæc pertinent pe⸗
regrinæ exercitationes, & uolutatio ī cœno, ac pectoroſa ceruicis
repandæ oſtentatio. ⁋ Æquat: Græcus, inquit, adulando: collū etiam
inualidi amici æquat. & comparat Herculi, qui collū dilatabat, cū
Antæum lacertis apprehenſum ſublimem teneret: ut dicat p adula
tionē uirū etiā imbecillū per oīa Herculi fortiſſimo ſimillimū. ⁋ An
tæi — tæum nam Hercules ſecundū laborem cōſumans, Anteum filium
ula — terræ in Libya hoſpites palęſtra ſuperantem occidit. Nam is cum
ab Hercule in palęſtra ſuperaretur, ſimulato caſu terram matrem
ſuam manibus cōtingebat a qua uires ei ſuggerebant. Hoc cogni
to Hercules amplexibus hominē ita reuinxit: ut nec manibus: nec
or — pedibus terram cōtingeret: ſicq; coactus eſt aīam reddere. ⁋ Mira⸗
tur: plus eſt, q̄ ſi dixiſſet laudat. ſic enim aliqua facta qui aſſentātur,
mirantur tan q̄ præclara quædā & noua. Sic Terentianus ille Gna
to: Et eorū ingenia admiror. ⁋ Vocem anguſtam: exilem non clarā,
ueluti ſuffucatam. ⁋ Qua deterius: nam talis uox maxime damna⸗
batur. de qua ita ſcribit Quint. lib. xi. Vox aūt ultra uires urgenda
non eſt: nam & ſuffocatur ſępe: & maiore nixu minus clara eſt. &
Locus — interim eliſa in illum ſonū erumpit: cui Græci nomen ab immatu⸗
enalis — ro gallorum cantu dederunt. quod autem nomen dederint Græci
curus — adhuc quærendum eſt: licet non defuerint qui interpretati fuerint
βραγχὸν. i. raucitatem quod cū auctoritate careat, ſatiſq; inſipidum
ſit, nullo modo probandum ducimus. ⁋ Ille. ſ. Gallus. ⁋ Quo ma⸗
rito: nam gallinarum eſt maritus. ⁋ Hæc eadem: antipophora, poſ
ſumus, inquit, & nos hæc facere quæ faciunt Græci p aſſentationē:
ſed nobis non tam creditur q̄ illis: ac per hoc inquit: non tam apti
ſumus ad aſſentandum. ⁋ An melior: cū interrogatione legendum:
qua oſtendit ad oīa eſſe aptiſſimū Mimum, ſiue meretricis perſo⸗
na, ſiue matronæ, ſiue Deæ ſit ſuſtinenda in actione fabularum,

⁋ Thaida: perſonam mertericis, qualis eſt apud Terentiū. ⁋ Agit: — Agere
nam agi proprie dicuntur fabulæ: q̄ cū in ſcænis repreſentantur:
non ſine & mentis & corporis agitatu pronunciātur, unde actor,
qui geſtū uultus & corporis agit: unde tū ipſa pronūciatio, tū ora⸗
tio quæ habetur, tum oratio ſcripta actio appellatur. Cicero actio⸗ — Actio
nē alias quaſi ſermonē, alias eloquentiam quādam corporis dicit.
Idem tamen duas eius partes facit: quæ ſunt eædem pronuncia⸗
tionis uocem atq; motū. Quint. lib. xi. Pronūciatio a pleriſq; actio
dicitur: ſed prius nomen a uoce, ſequens a geſtu uidetur accipere.
⁋ Comœdus: is eſt qui fabulas agit. Comicus qui ſcribit, ſic Tragœ — Comœ⸗
dus & Tragicus. ⁋ Dorida: perſonam Doridis Deæ marinæ. Nam — dus
Doris Oceani & Tethyos fuit filia, uxor autem Nerei. ex quo pe⸗ — Comicus
perit Thetidem Achillis matrem oīum etiā nympharū mater dici⸗ — Tragœdus
tur. ⁋ Nullo palliolo cultam ornatā nullo uelamēto: Nam Deæ ma⸗ — Tragicus
rinæ nudæ fingebantur. Statius in. ii. lib. ſyluarū. Nudamq; per un⸗ — Doris
das Dorida montani cupierit prendere Panes. palliolum aūt cōis — Palliolū
eſt ueſtis, tam uirorū q̄ mulierū. Martialis: Hanc uolo quæ facilis,
q̄ palliolata uagat. Idē alibi: Succida palliolo uellera quinq; petit.
Sueton. in Clau. Palliolatus nouo more præſedit. unde palliolatim
aduerbiū quo uſus eſt Plau. Palliolatim amictus ſic inceſſi ludibun
dus. Caper grāmaticus oſtendit uelū fuiſſe capitis cum ait: Vir du⸗
cit, mulier nubit, qa pallio obnubit caput ſuum, genaſq;. Lampri⸗
dius ſcribit: Matronas regias contentas eſſe debere unico pallio au
ro ſparſo. Flauius uopiſcus in Aureliano: His accedit q̄ ex pallio
lo purpureo: quod Soli ſui tēporis imperator obtulerat, ſacerdos
mulier crepundia filio feciſſe perhibet. ⁋ Mulier nēpe ipſa uidetur:
adeo bene inquit, mulieres reddit Græcus: ut putes mulierem ip⸗
ſam eſſe quæ loquat non perſonatū mimū. Nā mimi, quo liberius
omnia peragerent, perſonas induebant. Tranquillus in Nerone.
Tragœdias quoq; cantauit pſonatus Heroum, Deorumq;. item
Heroicū ac Dearū perſonis effectis ad ſimilitudinē oris ſui: Eſt au
tem pſona uelamentū oris. dicta a perſonando: q̄ facit uocē clare
ſcere & reſonare. Vox. n. nō uaga, neq; diffuſa in unū tantūmodo
exitū collecta, coactaq; magis canoros, claroſq; ſonitus facit. Le⸗
ge Gelliū. Æſchylus eam primus inuenit. Horatius: Poſt hunc per⸗
ſonæ, pallæq; repertor honeſtæ Æſchylus: & modicis inſtrauit pul — Perſone
pita tignis. ⁋ Vacua & plana: tam bene inquit perſonam mulieris
ſuſtinet: ut non ſolū uoce: ſed ēt toto corporis habitu uideatur mu⸗
lier. Nam ueretrum ita habet depreſſum & planū: ut uiri formā ha⸗
bere nō cenſeatur. Rūdet autē ijs, qui poſſent dicere quomodo po⸗
teſt perſonā Doridis nudæ ſuſtinere. cū ſexū maſculū occultare ne
queat, immo inqt probe. Nam ita plana & uacua habet oīa inter fe
mina: ut mulier indubitāter cenſeri poſſit, niſi tenuit deſit rima. ⁋ In
fra uētriculū: infra ipſum uētrē ubi pubes eſt. ⁋ Diſtātia: q̄ tantūmo
do diſtant a ſexu fœmineo paruula rima: q. d. genitalia uiri p om⸗
nia ſimilia ſunt genitalibus muliebribus. cum ſint admodū depreſ
ſa: & inter femina abſconditia: niſi q̄ in mulieribus tenuis eſt rima.
❡ CHORVM ergo &c. Pergit Vmbricius recitando ineptias & — ASCen.
uitia intolerabilia uiliſſimorū hoīum: qui per adulationem & nefas
ad diuitias & dignitatē peruenerūt: & dicit. nō fugiam. i. debeā nō
fugere. q. d. maxime. conchylia. i. cōchyliatam ueſtem. horū uideli⸗
cet uiliſſimorū hoīum: qui qa mollibus & prætioſis induuntur, uo⸗
lūt bonis uiris pferri. unde ſubit. ille. i. notiſſimus cornicē & hiſtrio.
ſignabit ſup. teſtamentū prior me. i. priuſq̄ ego: ubi in teſtimonium
uocati fuerimus. & ipſe fultus. i. ſuſtentatus & molliter ſedens. re⸗
cumbet in meliore toro. i. habebit honeſtiorem recubitū in conui⸗
uijs q̄ ego. ille inq̄ aduectus. i. qui aduectus eſt uænalis ex Syria
Romam: eo ſup. uēto quo coctana. i. fici minores & pruna. quæ in
Damaſco mōte ſup. aduehuntur uel aduecta ſunt. Vſq; adeo. i. in
tantū eſt. i. reputatur a Romanis. nihil. i. nullius momēti: q̄ noſtra
infantia nutrita baca. i. fructu minutæ arborū nō denſe creſcenti:
ut ſunt bacæ oliuarū & cornorū: ſabina. i. e ſabina Romā uænali
allata: hauſit cælum. i. cōcepit aerem & ſpiramētū Auentini ſupp.
collis. i. q̄ nos nati & nutriti ſumus in ciuitate Ro. quia illi aduenti
tij ſerui & hiſtriones pferuntur nobis antiqs ciuibus & ingenuis,
ingenueq; in ciuitate Romana educatis, qd ſup. dicā: q̄ gens pru⸗
dentiſſima. i. peritiſſima adulandi laudat ſermonē indocti amici &
laudat faciem amici deformis. & æquat. i. æquiparat & æqualiter
laudat longū collum amici inualidi. i. quæ prolixa. ſed laxa & inua
lida habet membra. æquat inquā ceruicibus Herculis tenentis pro
cul a tellure. i. a terra matre eius. Antæum gigantē, q quoties deui⸗
ctus ab Hercule defatigaretur: terrā matrem contingendo uires re
ſumpſit. quod tandem animaduertens Hercules, eum ſubleuabit:

& ita membra eius cōfregit. subleuādo autem cum frontem ei applicaret: ceruices extendit bene dico ceruices: quia (ut auctor est Quintilianus) Hortensius primus ceruicē singulariter dixit. Miratur. i. cū admiratione laudat uocē augustam. i. stridulam & exilem amici. qua uoce nec sonat deteritus. idest peius & d ssonantius ille supple maritus. idest gallus. quo marito gallina mordetur: idest qualem habet gallus dum gallinam mordet. licet. idest licitum est: hoc est non est aliqua lege uetitum nobis laudare hæc easdem. quæ illi laudant. sed creditur. i. fides adhibetur illis. s. græculis. an melior supple sit comœdus. i. actor comœdiarū. cum. i. quādo, sustinet. i. representat. Thaida. i. personam meretricis. uel cū agit uxorē. i. matronam honestā. uel cum agit Dorida. i. nymphā cultam. nullo palliolo. i. nudā sicut sunt nymphæ maris. nēpe. i. qa ipsa mulier uiua. s. quā representat: uidet̃ loq. nō ipsa persona. i. non comœdus ꝑsonatus. i. facie muliebri adulterina tectus. & tu q audias eū sic loq. dicas oīa esse infra uētriculū. i. in loco mēbri uirilis. uacuo. i. sine membro uirili. & plana: idest nō extantia. cū non sit ibi mentula. & distantia: idest separata. aut fissa tenui rima: idest modica fissura. qualem habent mebra muliebria. hoc est: dicas eum cunnum: non mentulā habere, & ita plane mulierem non uirum esse. Et ita dicit ꝙ comœdi quidē ita agūt personā cuiuslibet mulieris: cū ipsi sint uiri. siue nudæ ut nymphæ. siue molliter uestitæ, ut meretricis. siue honestæ: ut uxoris. ut quilibet credat ipsasmet mulieres loqui & tamen optimi comœdi non tam bene agūt personas suas representādo quālibet mulierem, sicut Græculi illi adulatores suos agūt adulando, ut in sequēti dicam. Hæc Doris huius Doridis uel Doridos est filia Oceani: & accipitur interdum pro mari sicut ibi Doris amara suam non intermisceat undā. Diximus prius comœdū esse, qui comœdiam agit. & comicū, qui eam scribit ꝙ aūt dicit nullo pallio: ad hoc respexit, ꝙ comœdiæ fere ex grꝭco sunt argumento. & tales palliatæ dicuntur: quia more græco in pallis agebātur. Est enim uestis utriusqꝫ sexus apud Græcos. sicut toga apud Romanos: sed pro muliebri sæpe palla legitur.

Nec tamen Antiochus, nec erit mirabilis illic
Aut Stratocles, aut cum molli Demetrius Hœmo,
Natio comœda est, rides: maiore cachinno
Concutitur, flet si lachrymas aspexit amici,
Nec dolet igniculum brumæ si tempore poscas,
Accipit endromydem, si dixeris, æstuo sudat.
Non sumus ergo pares, melior qui semper, & omni
Nocte, dieqꝫ potest alienum sumere uultum,
A facie iactare manus, laudare paratus,
Si bene ructauit, si lectum minxit amicus,
Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.
Præterea sanctum nihil est, & ab inguine tutum,
Non matrona laris, non filia uirgo, neqꝫ ipse
Sponsus leuis adhuc, non filius ante pudicus.
Horum si nihil est, aulam resupinat amici.
Scire uolunt secreta domus, atqꝫ inde timeri.
Et quoniam cæpit græcorum mentio, transi
Gymnasia, atqꝫ audi facinus minoris abollæ.
Stoicus occidit Baream delator amicum,
Discipulumqꝫ senex, ripa nutritus in illa,
Ad quam Gorgonei delapsa est penna Caballi.

IOAN. BRIT. ¶ NEC tamen Antiochus: licet, inquit, hi omnes fabulaꝝ actores feliciter omnia representent: tamen illic non sunt mirabiles: adeo omnibus notū est eos esse agendi peritissimos. Nā Antiochus, Stratocles, & Demetrius, & Hœmus nomina sunt comœdorū. de Demetrio & Stratocle Quintil. lib. xi. sic: Maximos actores comœdiarū Demetriū & Stratoclē placere diuersis uirtutibus uidimus. Sed illud minus mirum: ꝙ alter Deos & Iuuenes, & bonos patres, seruosqꝫ, & matronas, & graues anus optime alter acres senes, callidos seruos, parasitos, lenones, & oīa agitatoria melius sunt. n. natura diuersa. Nam uox quoqꝫ Demetri, iucundior, illius acrior erat De Hœmo alibi Iuuen. Mollius Hœmo, quamq̃ & Carpophoro.

Natio — Cognatio

¶ Natio: ista græca. Natio aūt dr̃ græcus an barbaros: patria, Atheniensis an Lacedæmonius: Cognatio, ꝗbus maioribus, quibus cō sanguineis Cic. auctor est lib. pri. Rheto. ueteꝝ. ¶ Comœda est: ita inqt ad fabulas agendas est apta: ut id a natura habere uideatur. ¶ Rides: q̃ periti sint græci ad adulandū ostendit multis modis. Est ergo sensus. Si rides ipse statim tibi applaudēdo ridet.

Cachinnari — Cachinno

¶ Cachinno: solutiore risu. est. n. cachinnus risus immoderatus a quo est cachinno uerbū: quo utitur Tranquillus in Vespasiano: Nec illam quicq̃ aliud q̃ cachinnasse ferunt. Cic. in. iiii. Tusculana. ostēdit cachinnū esse rephensibilem, cū ait: Vt si ridere concessum sit, uituperetur tamen cachinnatio. Et cachinno nomē tertiæ declinationis.

Endromys

¶ Nec dolet: quāuis inqt fleat: nō tamen dolet. sunt. n. oīa in eo ficta. ¶ Endromydem: uestis est gallica: q̃uis nomē sortita sit græcū: ad arcendū frigus sumebatur. Martialis: Hanc tibi sequanicæ pinguē textricis alumnā. Quæ lacedæmoniū barbara nomē habet. Aspera sed gelido nō aspernenda Decēbri: Dona peregrinā mittimus Endromyda. Ea utebātur in Gymnasio & Theatro post ludoꝝ exercitationē: ne lusores calefacti refrigescerēt. Vnde Martialis: Ne madidos intret penetrabile frigus in artus: Neue grauis subita te premat Iris aqua. Ridebis uentos hoc munere tectus, & imbres. ¶ Non sumus ergo pares. Ergo, inquit, cū gens græca adulandi sit peritissima: idqꝫ mihi minime placeat non sumus pares. i. ego longe sum dissimilis a natura Græcorū. ¶ Alienū sumere uultū: sed ille, inqt, primū in adulatione obtinet locū: qui uultu suo fecit alienos exprimere affectus. ut aliqñ in gratiā diuitū tristitiā gerat: aliquādo lætitiā. Tales. n. sunt uersutissimi. uñ Terentius. Vultus quoqꝫ hoīum fingit scelus. ¶ A facie iactar̃ manus: solēt. n. adulatores utraqꝫ manu faciē amici adulādo demulcere. Videturqꝫ ad id alludere: quod antiqs Grꝭciæ (ut auctor est Pli. lib. xi.) in supplicādo mētū attingere mos erat. ¶ Laudare paratus: sensus est. Græcus ad oīa uersutus, si amicus ructauerit, aut lectū minxerit, aut crepitū uentris emiserit, paratus est hæc oīa tanq̃ salutaria laudare. ¶ Si lectū minxit amicus: locus hic corrigendus est nam legendū est lectum nō rectū. estqꝫ imitatio Horatiana, q sic scribit in sermone tertio: Cōminxit lectū potus. lectū aūt discubitoriū intellige. ¶ Si trulla

Trua — Trulla — Truleū — Detrullare

trua uas est s̃m Varronem: quo aqua e culina in lauacrinā fundebant: dicte a traijciendo: ꝙ ꝑ eam aqua traijciatur: a qua Trulla ꝑ diminutionē dicta a similitudine truæ: q̃ ꝙ magna & hæc pusilla. inde ēt Truleū aliud uas aquariū. a quo uocabulo deflexit Apicius uerbum de trullare. quod est de trulla in trullam diffundere. Trullā itē capi pro uasa potorio ita docet Scæuola iurisconsultus de auro & argento legato. Poculum aureū Seiæ dulcissimæ: quod elegerit fidei hæredū cōmitto ut dent: quæro cū in hæreditate nō sint nisi Trullæ. Scyphi, Modioli, Phialꝭ: an Seia de is speciebus eligere possit. respōdi, cū oīa potui parata pocula dicuntur, posse eam ex ijs eligere. Plinius lib. xxxvii. cap. ii. Titus Petronius consularis moriturus inuidia Neronis principis, ut mensas eius exhæredaret trullā murrinā. ccc. sestertijs emptam fregit. Horatius in Satyris: Qui ueientanū festis potare diebus Campana solitus trulla, uappamqꝫ profestis. De trulla alio genere uasis crebra fit mentio a Catone in re rustica: Trulla itē appellatur instrumentū illud, quo fabri parietarij utuntur ad extruendos parietes, tectoriaqꝫ leuiganda & complananda. uñ uerbū trulissare apud Victruuiū. Cū ergo trulla pro duplici genere uasis accipiatur: hinc fit ut diuersis etiam sensibus locus exponatur. Aliqui. n. dicūt græcū laudare cū crepitus fit sordidus alui decidentibus in trullam, q̃ inuerso fundo excipERentur. Aliqui laudare cū crepitus fit bibendo iuerso fundo trullꝭ. Ego uero neutrā secutus sententiā, ita interpretor, ut ex consuetudine uetere, & quasi prouerbio dicatur: Græcus paratus est laudare siue recte mingat, siue pedat. Nā metaphoricos omnia sunt accipienda. i. si trulla. i. uenter diuitis dedit crepitum: hoc est pepedit.

Trulissare

¶ Inuerso fundo: nam tunc uas dicit̃ habere fundū inuersum: cum os ima spectat & fundū sublimia. Ventris ergo os. i. anus ima spectat, fundū uero superiora. Nam proprie crepitū uētris appellamus sonitū illū: q exaudit̃ nō emissis tamē sordibus. ubi uero sonitus nullus exauditur, appellamus flatū uentris. Suetonius in Claudio: Dicitur ēt meditatus edictū: quo ueniā daret: & flatū, crepitumqꝫ uētris in conuiuio emittendi: cum periclitatū quendā præ pudore ex continētia reperisset. Nec Mirū quidē est Trullam uos poni pro uentre: quādo talibus metaphoris crebro utantur poetæ. Nam & carmen extat ex Apollinis oraculo apud Plutarchū in uita Thesei in primo limine: in quo pedem pro membro genitali, & utrem pro

uentre

uentre poſuit ſic:Neue prius uir magne pedem : qui prominet utri
Soluas, cecropidū q̃ ſacram acceſſerim urbē.quod ſane carmen li
benter in mediū attulimus:atq; ēt expoſuimus:ꝙ eius ſenſus ut ob
nctū ſcurus multorū ſæpe ingenia defatigauit. Præterea ſanctū: nulla
inquit illic tuta eſt caſtitas:ubi Græcus uerſatur. Sanctū dr̃ (aucto
re Martiano de re diuina) quod ab iniuria hominū defenſum atq;
munitum eſt : ut hoc loco.i. nihil eſt quod ſit munitū & defenſum
ab iniuria Græcorū. Macrobius etiam ait ſanctū dici ſacrū & reli-
gioſum, & omni obſeruatione inuiolatū. Ab inguine libidine Græ
guen corum, Inguen pro parte genitali tam in mare, q̃ in fœmina acci-
pitur. de quo diximus in prima Satyra. Filia uirgo: illa proprie di
citur uirgo, quæ nunquā nupſit. Ante pudicus: qui pudicus ante
erat q̃ Græcus in eius domo uerſaretur. Spōſus leuis adhuc.i. ad
huc ſine pube qui adhuc inferiora pube nō ueſtiuerit leuis, n. pri-
ma producta ſignificat ſine pilis. Aulam reſupinat amici : ſi nihil
ſupi- ingt eſt horū quod agat: reſupinat aulam.i. oĩa q̃ in domo ſunt euo
re luit, & euertit ſcrutans ſecreta dñi, ſeqtur. n. ſcire uolūt ſecreta do-
mus. Statius in. vij. Theba. Aut Cyrrham tauris, Anemoriamq; ſu
pinat.i. arat & euoluit. Vnde Actius in Antigona ut tradit Marcel.
Quid agis, perturbas rem oēm, ac reſupinas ſorori. Statius item ĩ
ix. Theba. Te quoq; ſublimi tranſnantem flumina curru: Dum ſo
cios Pharſale petis ſupinat ademptis Dorica cuſpis equis.i. euertit.
Propertius: Nec mora cū totas reſupinat Cynthia ualuas.i. peruer-
tit & proſternit. Reſupinare item accipitur ꝓ erigere & eleuare Se-
neca. Qui per pronū eunt, reſupinant corpora: qui in arduū incū-
bunt. Plinius loquens de gruibus: ait eas reſupinato collo bibere:
ueluti per fiſtulam infundentes aquam. Et alibi de columbis & tur
turibus ita ſcribit: Proprium generis eius & turturū cum bibant, col-
la non reſupinare, large bibere iumētorū modo. Inde timeri: a do
minis ne ſecreta reuelent: ac ꝑ hoc cōſeq eorū gratiā & munera. ta
les. n. dubitātur. Martialis: Vis fieri diues Bithynice, conſcius eſto.
Et quando cœpit: quandoquidē, inquit, de Græcis facta eſt mē-
mna tio: uolo Gymnaſia.i. certamina gymnica prætereamus, quaſi quæ
leuiora & tolerabiliora ſint præ alijs, q̃ ab ijs fiunt. ſicq;: poeta ꝑ trā
ſitū oſtendit exercitationes gymnicas damnandas eſſe: quarū uſus
a Græcis in urbē inuectus iuuentutem Romanā eneruauit. Nam
(ut ſcribit Plin.) iuuenes ſe exercendo & ungēdo animi uires per-
diderūt. Gymnaſia (ut docet Cic. in. ii. de oratore) inſtituta ſunt a
Græcis cauſa exercitationis: a γυμνάζω quod eſt exerceo. in quibus
poſtea philoſophi cœperūt diſſerere & philoſophari unde & Gym-
naſtica appellatur diſciplina exercitationis: quā laudat Plato unde
in. v. de repu. fœminas quod iubet exerceri gymnaſtica. Maioris
olla abollæ: abolla ueſtis fuit: qua & philoſophi uterentur de qua Mar-
tialis loquens de Cynico phõ. Cerea quem nudi tegit uxor abolla
grabati. Seruius exponēs illud Virgilianū: Duplicem ex humeris
reiecit amictum. ait duplicē amictū eſſe abolla: qua philoſophi &
milites uterētur. De qua ēt Horat. intellexiſſe ur̃, cū ait loquens de
Diogene: Contra quē duplici panno patientia uelat. Nonius Mar.
ait ueſtem eſſe militarem. Iuue. alibi oſtendit eſſe ſenatoriam : Ra-
pta properabat apolla Pegaſus. Ergo maioris abollæ.i. nō milita-
ris, ſed philoſophicæ, & ideo maiores & grauioris auctoritatis : ut
ſit: Audi quæ fecerit Græcus phus uir magnæ auctoritatis. Stoi-
cus occidit Baream: excandeſcit poeta in perfidiam Græcorū: oſtē
dens & eos q ſtudia ſapientiæ profitentur pecunia corrūpi ad per-
niciem uel amicorū & familiariū: notatq; P. Ægnatiū, q falſo teſti-
monio pecunia corruptus Baream Soranū amicū circumuenit. Nā
cum Torius Seninus eques Romanus Baream Soranū accuſaſſet
per calumnias Neroni, ꝙ detecta cōiuratione Piſoniana, nihil pro
conſul in Aſia minore ex cōi utilitate feciſſet : immo ſeditiones in
prouincia aluiſſet, Nero in eū cōmotus eſt. Itaq; cognitione ſenatui
mandata, accitaq; Seruilia filia, quæ & ipſa facta eſt rea, ꝙ pecuniā
dilargita eſſet ad deuotiones & ueneficia pro ſalute patris. Addu-
cti teſtes ſunt, quorū unus, P. Ægnatius emptus ad opprimendū,
amicū Bareā Soranū falſo teſtimonio oppugnauit. Sorano igitur
& Seruiliæ filiæ datū eſt mortis arbitriū. fuerat autem P. Ægnatius
cliens Sorani. Lege Corn. Tacitū in Nerone. Stoicus.i. P. Ægna
tius Stoicæ phiæ profeſſor. Nam(ut ſcribit Cornelius) auctoritatē
ſtoicæ ſectæ præferebat habitu & ore ad exprimendā imaginem
honeſti exercitij. Stoici denominati ἀπὸ τῆς στοᾶς .i. porticu ĩ qua
(ut diximus ante) commorantes diſputabant. Occidit Baream:
falſo teſtimonio ſcilicet. Diſcipulūq; ſenexe hinc maxime idigna-
tur poeta ꝙ magiſter diſcipulū oppreſſerit. Nutritus in illa: natus
in Bœotia ad Heliconē montē: ubi equus Pegaſus Neptuni & Me-
duſæ Gorgonis (auctore Higino) filius. ut alij uero tradūt ex Me
duſæ ſanguine & ceruice a Perſeo reſecta ꝓcreatus, ad Heliconem
montē deuolauit: ubi ungula ſaxū feriēs aperuit fontē: q Caballinus
latine, græcē uero Hippocrene eſt dictus. Pēna Caballi.i. Pegaſus Pegaſus
equus alatus hic aūt eſt quē Bellerephon(auctore Strabone) de-
prehendit potantem ad Pirenem fontem in Acrocorintho : quoq;
uſus eſt ad interficiendam Chymæram in Lycia: Plinius ait equos
pennatos & cornibus armatos Pegaſos uocari, de quibus etiam
uidetur intellexiſſe Cicero in oratione pro Quintio : O hominem
fortunatum, qui eiuſmodi nuncios, ſeu pegaſos habeat.

NEC tamen Antiochus. Sententiā ſuperius diximus. depen- ASCen.
det. n. cū ſuperiore. uult. n. dicere ꝙ ipſi græculi ſunt cenſores co-
mœdorū: & ſunt comœdi optimi. quia optime ꝑſonas ſuas adulā-
do agūt ita: licet ꝙ comœdius agat mulierē : ut ipſemet loq credat:
tamen Antiochus optimus ille comœdus non erit mirabilis.i. ad-
miratione dignus illis. uel illic.i. apud illos: aut Stratocles: aut De
metrius cū Hœmo molli.i. effœminata uoce, quæ ēt comœdi & mi
mi ſunt. non ſunt ſupple mirabiles illis: qa natio eoꝝ eſt comœda
.i. natura ſunt idonei ad paraſitos & adulatores agendos : cum nō
ſolū ueri uideantur: ſed ueri ſint. Si ſupple tu rides, talis concutitur
maiore cachinno. ſi cōſpexit lachrymas amici: ipſe flet etiā cū eiula
tu. nec.i. & nō tamen nō dolet. ſi tu poſcas tempore brumæ i. quo
dies ſunt breuiſſimi & frigus uigere ſolet. igniculū.i. modicū ignē
accipit endromydē.i. ueſtē uilloſam & denſam & craſſam, q̃ in ma
ximo frigore utebātur in Gymnaſijs. Si tu dixeris æſtuo.i. æſtu So
lis afficior uel caleo ſatis ille ſudat.i. dicit ſe ſudare . ergo cum nos
talia facere non poſſumus. non ſumus pares.i. ſufficientes expecta
tioni mollū Romanorum, uel æquales illis adulatoribus. melior.i.
magis idoneus ad hanc rem. ſup. eſt qui poteſt ſemper. & pro: ideſt
omni nocte & die ſumere uultum alienū.i. uoluntatis & affectio-
nis ſuę iudiciū facere in uultu ad affectionē alterius cui aſſentatur.
& q pōt iactare manus a facie in ſignū admirationis & doloris in
terdū ſummi. & paratus laudaī ſi amicus diues bene.i. libere ructa
uit. dicit. n. id ſalubre eſſe & ſanitatis iudiciū : ſi amicus minxit re-
ctū.i. directū: quod ſignū fortis & nō impeditæ calculo naturæ eſt.
& ſi aurea trulla dedit crepitū dum ebibit amicus. & hoc fundo in-
uerſo.i. ſurſum uerſo. dum. n. ebibimus, fundū poculi ſurſum uer-
timus. Vult Mancinellus ructationem & mixtionem in conuiuijs
a diuitibus fieri. & ita trullam accipi pro poculo auro: non pro ua-
ſculo quo excrementa excipiunt. Calderinus tamē de uaſculo tali
intelligit: eo ꝙ Martialis intelligit in Baſſam: Ventris onus miſero,
nec te pudet, excipis auro. Nec me mouet ꝙ trulla fere pro uaſe ui
nario accipiatur: qa luxurioſus homo : q auro excipit excrementa
uentris: etiam proculo ad hoc uti poſſe. plus autem mouet ꝙ dicit
fundo inuerſo quab ſurſum uerſo: ut dixi. Quia tamen non eſt ue-
riſimile ꝙ ad menſam mingant: ego potius & libentius dicam ꝙ ta
les adulatores ſequantur diuites: ēt quando ſecedunt ad opus ege
ſtionis: & ꝙ trulla facit crepitū: aut dū ille largiter egerit: aut dū bō
dum ualidiorem emittit: & hoc fundo inuerſo .i. a parte interiori
uerſo: uel ex onere reſultante. aurū. n. flexibile eſt & ſine dubio te-
nuis bractea unde talis trulla cōficitur. Præterea : ideſt præter per-
ditā adulationē qua patreſfamilias decipiūt nihil eſt ubi tales ſunt.
ſanctū.i. inuiolatū. & nihil eſt tutū ab inguine .i. a pudendis illorū
qbus oĩa conātur polluere. Matrona laris: ideſt domus: hoc eſt ma
terfamilias nō eſt tuta. filia adhuc uirgo nō eſt tuta: neq; ipſe ſpon
ſus, cui uidelicet uirgo deſponſata eſt. adhuc leuis.i. imberbis : &
filius pudicus ante.i. priuſquam tales uenerint in domū. Et ſi nihil
eſt hoꝝ ꝙ polluat, neq; matrona, neq; filius, neq; filia, neq; gener,
neq; nurus , reſupinat.i. ſubuertit ſm Manci. & Geor. dicit enim
Geor. Valla ſic: reſupinat.i. ſubuertit. Reſupinare. n. honeſte ab īce- Reſupi
pto reuocare uel ꝑcutere ſignat. Actius in Antig. Quid agis pertur- nare
bas rē oēm ac reſupinas ſorori. Eſt aūt reſupinare caput poſtq̃ de-
clinaueris: ſurſum eleuare: qđo galline bibūt. Qui ergo rem ꝑtur-
bat iam eleuando, iam deprimēdo, is proprie reſupinat. hoc igitur
loco reſupinat.i. inuertit diſquirēdo ſingula: unde ſit acquiſitum &
ad quem uſum: ut cognoſcat uitam amici. Aula præterea eſt quæ
græce aule dicitur: ideſt regia: qa uero paterfamilias rex in familia
ſua dicitur: & dominus conuiuij in conuiuio ideo poteſt hic capi
pro tota domo, cuius ipſe rex eſt. ſicut & ruſticus in Bucolicis uir-
gilianis tuguriū regna uocat dicens : Poſt aliquot mea regna ui-
dens mirabor ariſtas. Et id qdem mihi hoc loco plus placet, q̃ ut ac
cipiam aulam pro ea parte domus: quā uulgus ſalam uocat. Cau-
ſam aūt quare aulam reſupinat eſt: quia omnes tales noſſe uolunt

ſecreta domus: atq; inde timeri. Primum.n. non ceſſant indagare, donec norunt. & poſtq̃ nouerint ſi exigantur, aut nõ tam bene ac cipiantur: ut prius, minantur ſe ea reuelaturos. Et qñ.i. qm̃ mentio græcoꝝ cœpit ſupp. fieri. tranſi Gymnaſia.i. exercitia: palæſtras.ſ. & gladiaturas, ludoſq;, & certamina gymnica: hoc eſt præteri huiuſmodi mimos, & cernicines, atq; gladiatores. & audi facinus maioris abollæ. uel ſic. tranſi ſupple ad Gymnaſia literaria. & audi facinus maioris abollæ.i. ueſtis phicæ talaris.ſ. Stoicus.i. Ægnatius ꝓfeſſus ſtoicã ſectã occidit ꝑ falſum teſtimoniũ & delatione Bareã. & ipſe ex.ſtẽs delator occidat amicũ Bareã. & ipſe ſenex nutritus i illa ripa, ad quam delapſa eſt pẽna Gorgonei Caballi.i. equus alatus ex Gorgonis.ſ. Meduſæ a Perſeo interfectæ ſanguine natus.i. iuxta Heliconẽ nutritus occidit diſcipulũ.ſ. Toriũ Seninũ: & ita ꝺ eodẽ Ægnatio mallẽ intelligere cum Calderino, q̃ ut delator ſit Ægnatius, & ſenex Heliodorus: ut Probũ ſenſiſſe uolũt. Fabula explanatur ad unguẽ a Mácinello.

Non eſt Romano cuiquam locus hic, ubi regnat
Protogenes aliquis, uel Diphilus, aut Erimanthus,
Qui gentis uitio nunquam partitur amicum.
Solus habet, nam cum facilem ſtillauit in aurem
Exiguum de naturæ, patriæq; ueneno,
Limine ſummoueor, perierunt tempora longi
Seruitii. nuſquam minor eſt iactura clientis.
Quod porro officium, (ne nobis blãdiar) aut quod
Pauperis hic meritum: ſi currit nocte, togatus
Currere, cum prætor lictorem impellat, & ire
Præcipitem iubeat dudum uigilantibus orbis,
Ne prior Albinam, aut Modiam collega ſalutet.
Diuitis hic ſerui claudit latus ingenuorum
Filius, alter enim quantum in legione tribuni
Accipiunt, donat Caluinæ, uel Catienæ,
Vt ſemel, atq; iterum ſuper illam palpitet, at tu
Cum tibi ueſtiti facies ſcorti placet, hæres;
Et dubitas alta Chionen deducere ſella.

IOAN. BRIT.

Protogenes

℄ NON eſt romano in ea, inquit, domo ubi aliq̃s habitat & conuerſatur Græcus: nullus Romanus habitare põt. Nã ide falſis Græci criminat onibus elimi natur. ❡ Protegenes: aliquod Græcus. ſpecies pro genere noĩa propria & conueniẽt a græcis. Protegenes aũt interpretat̃ q̃ſi primus genitus. Protogenes pictoris meminit Pli. lib. vii. ❡ Diphilus: interp̃tatur amicus Iouis: ἀπό του Διός.i. Ioue, & φίλου amore. ❡ Erimanthus dici põt, q̃ lites diſſeminãdo diuinat: ἔρις.n. lis dicit̃: & μάντις diuinus uates: hoc eſt q̃ ſuis diuinatiõibus lites diſſeminat. ❡ Facilẽ ſtillauit in aurẽ: imitatio Horatiana. Pręceptũ auriculis hoc inſtillare memẽto. ❡ Limine ſummoueor: a familiaritate & amicitia diuitis reijcior. Nam a poetis limen pro amicitia poni docet Seruius illic apud Virg. de Turno: Se limine pelli ❡ Seruitij: ſeruitutis meæ, qui tanq̃ ſeruus in obſequijs & negocijs fui diuitis. ❡ Nuſq̃ minor eſt iactura clientis. adeo, inq̃t. parua habetur amiſſio clientis Romæ, ut nuſq̃ ſit minor. ❡ Quod porro officiũ: ſed ne forte, inquit, nobis uidear nimis blandiri & rationes noſtras nimiũ tueri, q̃ nihil nobis ſit, quod agamus in gratiã diuitũ & potentũ. Id tñ nobis pauperibus relictũ eſt negocij: ut diuitibus officium ſalutandi occupatis: ſimus comites nõ ſine multo labore & animi anxietate. Sicq; oſtẽdit pauperis clientis in urbe difficilẽ eſſe uitæ rõnem: qñ eius labores maximi ſint inanes eſtq; legendũ cum interrogatione. ❡ Quod meritũ pauperis? quod beneficiũ eſt, quod poſſit pauper diuiti pſtare: ut inde aliq̃d utilitatis cõſequat̃. ❡ Si currit nocte: ſubaudi diues ut ſalutet: Alibi legitur: ſi curet nocte. ❡ Togatus currere.i. hoc eſt officiũ paupꝛis currere togatus.i. ut ſumpta toga diuitẽ comitetur. Nã diuites ante ſe habebant (ut diximus) clientes togatos: q̃ appellabant̃ ante ambulones. Habebãt etiã q̃ pone ſequebãtur dicebantur aũt cliẽtes togati, q̃a toga erat uiliorũ, quã in officio ſalutandi ſumebãt mane. unde Mar. lib. iii. ad Candidũ: Exigis a nobis operã ſine fine togatã: Non eo libertũ, ſed tibi mitto meũ. Et alibi: Mane uel a media nocte togatus ero. Obſeruandũ eſt autẽ genus locutionis: ut dicat currere togatus, nõ aũt togatũ. Sic ẽt apud Virg. in. xi. de Camilla. Et Æneadũ ꝓmitto occurrere turmæ. Solaq; tyrrhenos equites ire obuia cõtra. Hocq; eſt ex rõne ueræ latinitatis, quæ in his uerbis abſolutis a parte poſteriore ſibi noĩatiuũ aſciſcit: ut ego curo uiuere iuſtus. Et officiũ tuũ eſt ire obuius patri. Vnde Terent. in Andr. Quæ ſeſe inhoneſte optauit parare diuitias: potiuſq̃ in patria honeſte paup uiuere. ait.n. paup nõ pauperẽ. Quare audiẽdi non ſunt q̃ legunt togatũ, q̃ſi uerbo abſoluto nominatiuus adiũgi nõ poſſit a parte poſteriore. ❡ Cũ p̃tor lictorẽ impellat: nã & magiſtratus nõ pudebat ut hæreditates captarẽt, ſalutare potiſſimũ uiduas diuites, & orbos. Sex aũt lictores pretorẽ: duodecim conſulẽ p̃cedebant cũ faſcibus uirgaꝝ & ſecuri colligata. Plutarc. rationẽ quærẽs q̃re faſces uirgaꝝ cũ ſecuribus ligatæ preferrentur

Diphilis

Erimanthus

Limen p amicitia

Anteambulones

ait: ſignũ fuiſſe nõ oportere magiſtratus iracũdiã prõptã ac diſſolutã eſſe, aut q̃a uirgarũ diſſolutio mora & tarditate irã frangit, & impetũ moderator. Sed malitia qm̃ partim medicabilis eſt, partim curari nõ põt: uirgæ quod mutari põt, corrigũt: ſecures autem quod emẽdari nõ põt, abſcindũt. ❡ Lictorẽ. ſcribit Valgius Rufus appellatũ a ligãdo, q̃ cũ magiſtratus populi Ro. quẽpiã uerberari iuſſiſſet, crura eius & manu ligari, ui ciniq; a uiatore ſolita ſint: Itaq; qui ex collegio uiatoꝝ officium ligandi haberet, lictor ſit appellatus. Cice. in oratione p C. Rabirio: Lictor, inq̃t, colliga manus. Feſtus uero ait aligando, q̃ faſces uirgaꝝ ligatos imperãtibus magiſtratibus gerit. Tyroni uero Ciceronis liberto a lino uel licito deriuari placuit. ❡ Orbis: orbus dr̃ proprie, q̃ & oculis & liberis priuatus eſt. Et filius ẽt qui parentibus ſit priuatus: Terent. Orbæ q̃ ꝓximi ſunt ijs nubãt. Perſius: Quis potior iudex, pueriſue q̃s aptior orbis. Inde eſt orbitas & orbare uerbũ: quod eſt aliqua re cara priuare. Orbis aũt, aut uiris, aut uiduis uig. lãtibus iam luce appropinquãte. ❡ Ne prior Albinã imitatio eſt Horatij in ſermonibus. Ne prior officio quiſq̃ reſpõdeat urge: Siue Aquilo radit terras, ſeu bruma niualẽ Interiore diem gyro trahit, ire neceſſe eſt. ❡ Albinã & Modiam: anus diuites & orbas. ❡ Diuitis hic ſerui: conqueritur poeta iniquã tẽporũ conditionẽ inciſſe: ut ingenui ſint togati & comites hoium diuitũ libertinæ cõditionis. ❡ Claudit latus: comitẽ ſe præbet. Nã illi, dicũtur claudere, ſiue tegere latus, q̃ exterius aliquẽ comitãtur, ut ſit honoratior. Horat. in ſermonibus. Ne tegã ſpurco damæ latus. ordo aũt eſt: Filius ingenuoꝝ claudit latus diuitijs ſerui.i. illius q̃ nuper ſeruus fuerat: nũc aũt libertinus: hyperbolicos aũt dicit diuitis ſerui ex nimio ſtomacho, quaſi qui adhuc oleat ſeruitutẽ. ❡ Hic.ſ. Romæ. ❡ Alter.n. ex libertinis, inq̃t, ſunt aliqui adeo diuites: ut donẽt Caluinæ uel Catienæ mœchis quantũ tribuni militares accipiũt ex ſtipẽdio. ❡ Attu.ſ.o Iuuenalis. p quẽ oẽm intelligit Romanũ pauperẽ. ❡ Scorti ueſtiti: ueſtibus ornati ut pulchrius appareat. ut ſic oñdat uix licere pauperi cõducere turpẽ meretricẽ. ❡ Chionẽ: nomẽ meretricis. Chion aũt græce niuẽ ſignat. in cuius nomẽ hoc diſticho iocatus eſt Martia. Digna tuo cur ſis, indignaq; noĩe dicã: Frigida es, & nigra es, nõ es, & es Chione. Idem in tertio de Chione: Vnde datur quadrans, unde uir es Chirones.

℄ NON eſt Romano cuiq̃ locus. Eandẽ rẽ ꝓſequit̃ Vmbricius oſtendens nullũ eſſe quæſtũ Romæ bonis ciuibus, poſtquã recepti ſunt tot græculi. Ordo eſt: Locus.i. gratia ut recipiaris a quouis diuite in familiarẽ: nõ eſt cuiq̃ Romano. hic.i. Romæ ubi regnat aliquis Protogenes.i. pictor egregius & adulator: uel q̃ ex ſeruili domo natus principiũ eſt generis & nobilitatis ſuæ. uel Diphilus.i. aliquis Ioui carus: hoc eſt adulator græcus imperatori carus. aut Erimanthus.i. litis & cõtrouerſiæ uates: & nuncius. hoc.n. interpretãtur hæc græcorũ propria: quæ interpretamenta poſui: q̃a conſona ſunt rebus. qui.ſ. Protogenes: Diphilus: aut Erimanthus: nunq̃ impartitur.i. partẽ facit amico & ideæ habet.i. poſſidet quæ per adulationẽ acquirit ſolus. & hoc uitio gentis.i. ſecundũ q̃ gẽtes i patria illius ſunt uitioſæ: uel q̃ uitiũ eſt patriæ. Tates aũt Maro apud inferos in tormentis & plurimos eſſe dicit in. vi. ſic. Nec partẽ poſuere ſuis, quæ plurima turba eſt. Nam p quia cũ.i. poſt q̃. ſtillauit.i. infudit in aurẽ pricipis.ſ. facilẽ.ſ. ad audiendũ exiguũ.i. modicum de ueneno naturæ. ſup. proprie. & patriæ q̃ omnibus illis cõis eſt. ego ſummoueor.i. ꝑ delationẽ expellor lumine.i. a domo diuitis, cui diu ſeruierã. & tẽpora longi ſeruitij perierũt: quia nullũ emolumentum mihi attulerunt. iactura.i. damnũ. clientis.i. amici familiaris in clientelã addicti: nuſq̃.i. nõ uſquã non eſt.i. nõ reputatur uſq̃ minor ſup. q̃ Romæ: hoc eſt omnino parui ſit Romæ dãnum clientuloꝝ q̃ exigũtur ſine occaſione legitima nulla mercede repoſita. Porro, Nã certe quod officiũ, aut blãdiar nobis, i. ut dicã ueritatem

Lictor unde

Orbus

Orbitas

Orbare

Chion

ASCE

Da testem Romæ tam sanctum,q̃ fuit hospes
Numinis Idei,procedat,uel Numa,uel qui
Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam.
Protinus ad censum,de moribus ultima fiet
Quæstio,quot pascit seruos,quot possidet agri
Iugera,q̃ multa,magnaq; paropside cœnat.
Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca,
Tantū habet & fidei,iures licet & Samothracum,
Et nostrorum aras,contemnere fulmina pauper
Creditur,atq; Deos,Diis ignoscentibus ipsis.
Quid,quod materiam præbet,causasq; iocorum
Omnibus hic,idem,si fœda,& scissa lacerna,
Si toga sordidula est,& rupta,calceus alter
Pelle patet,uel si consuto uulnere crassum,
Atq; recens linum ostendit,non una cicatrix.

licet nobis damnosa sic) quod meritū.i.præmiū. aut merces pauperis est hic.i.Romæ.q.d. nullū, si ipse cliens pauper curret nocte .i.ante lucē.togatus.i.in toga salutatū:cū ita sit q̄ ptor impellat lictorē.i.ministrū pnblicū:qui fasces ipsius fert:currere.& iubeat ipsum ire pcipitē.& hoc orbis.i.liberos nō habētibus.uigilātibus dudū.i.paulo prius.Ne collega.i.cōpetitor sportulæ ad idem munus missus.salutet prior Albinā,aut Modiam ditissimas illas matronas & orbas filijs igenuoꝝ.claudit.i.cōprimit cōtinuādo se illi. claudit inq̃.hic.i. hoc concursu latus serui diuitis.i.eius, qui seruit diuiti.Sed quare diuites sportulā petūt.Nā alter sup. diuitum donat Caluinæ uel Catienę mœchis illis:tm̄ sup.quātum tribuni militū accipiunt in legione.i.dū stipendia faciūt.ut palpitet.i.palpitationes ueneres & luxuriosas faciat super illā . semel, atq; iterum.i.semel aut bis. At tu.i. qcūq; es:nō.n. ad Iuuenalē loquit̃.cū.i.qn̄.facies scorti.i. meretricis.uestiti .i. optimis uestib⁹ cultæ placet tibi.hęres & dubitas Chionē meretricē optīe cultā deduceř.i. deorsū ducere alta sella.i.excipere eā cū descēdit de sella:q.d. non debes dubitare, & hoc ironice.Mordet aūt eos,q meretricibus ī publico obsequūtur.

AN. ¶ D A Testem Romæ:cōqueritur Romæ fidē nō haberi paupe-
RIT. ribus,licet uiri:boni sint:sed diuitibus tantū licet sceleratis.Est ergo sensus.Si testē produxeris tā sanctū,tamq; iustū q̃ fuit Scipio Nasica,Numa Pōpilius,& Metellus, nulla ei fides habebit̃ nisi diues sit,nā statim pcunctantur quo censu sit.de moribus aūt(quod primū esset inquirendū)nulla fit mētio. ¶Hospes numinis Idæi.i. Scipio Nasica,q hospitio Cybelē excepit:quā &Rheā,& Matrē Deoꝝ, & Vestā & Deā phrygiā magnā.a locis aūt Idæā & Dindymenam & Phylenā & Pessinuntiā nominauerūt.Græci ministros eius nūcupant uno uocabulo Curetes:eosdē & Corybantes uocāt.lege Strabonē.De cuius historia ita Liuius li.xxviii. Oratores Ro. Pergamū ad regem uenerūt.Is legatos comiter acceptos Pessinuntem in Phrygiā deduxit,sacrumq; ijs lapidē, quē matrē Deū esse incolæ dicebant tradidit,& deportare Romā iussit,quē Tyberi aduectum Scipio Nasica optimus,uir a senatu iudicatus,p portam Capenam duxit in urbem,eamq; hospitio excepit: qm̄ ita responsum habebatur,ut numen id ab optimo uiro reciperet̃,cōsecrareturq;.& cū Nasica tēplum ei uouisset.Metellus incepit, Augustus pfecit. Vnde Ouid.Illa sedens plaustro porta est iuecta Capena:Spargūtur iunctæ flore recente boues.Nasica excepit,tēpli nō extitit auctor:Augustus nunc est,ante Metellus erat.De simulachro Cybeles quod cælitus demissum cōstat multa scribet Herodianus lib.pri. ¶Vel:ēt quasi Numa longe fuerit sanctior Scipione . Numa enim Pompilius ob inclytam eius religionem ex Curibus ciuitate Sabinorum accitus est Romam , & creatus rex secundus post Romulum sacra plurima instituit:ædem Vestę cōfecit: Virgines uestales elegit Flāmines tres,Dialem,Martialem, Quirinalem:Salios Martis sacerdotes,pōtificem maximū creauit.¶ Seruauit trepidā: L.Metellun intelligit,q orbam luminibus incendio amissis exegit senectā cum ex æde Vestæ ardenti pontifex palladiū raperet memorabili causa:sed euentu misero.Tribuit ei (auctore Plinio) populus Ro. quod nunq̃ ulli alij ab cōdito æuo,ut quoties in senatū iret, curru ueheretur ad curiā,magnū & sublime , sed pro oculi datum . ¶Ex æde flagranti.s.Vestę.¶ Mineruā:palladiū.i.ipsius Deę simulachrū. Nam Palladē & Mineruā eandē esse dixere ueteres.ipsum aūt Palladis simulachrū Romani occultū:neminiq; uidendū colunt , immotumq; usq; ad eā diē conflagrationis, ex quo ab Ilio auectum fuit.¶Protinus ad censum:subaudi deuenit̃,ut interrogēt quantas possideat opes.¶Quot pascit seruos:hoc aūt est ex luxu Romanorū,q(ut scribit Pli.) tantam seruorū multitudinē habebāt: ut iustū execitus numerū diceres. Pudētilla uxor Apulei (ut ipse docet in ii.Apologia.) seruos haud minus quadringētis donauit filijs suis.

Cybelis nomina

Curetes Corybā-

ropsis ¶Quā multa:q̃ magno ciborū luxu cœnet.Paropsis.n.hoc loco p uase escario positū est:ut apud auctores tam græcos q̃ latinos sæpe usurpatur α παρὰ καὶ ὄψον.i.ad cibum . Licet proprie paropsis genus sit iuris:auctoribus Polluce & Eustachio . Vnde Plautus in Pseudulo : Terrestres pecudes , aut cecimandro condio , aut paropside.ubi liquido ostendit Plautus genus esse iuris & cōdimenti. ¶Iures licet & Samothracum:licet,inquit,pauper per Deos iuret peregrinos, & romanos : existimatur omnino uti mendacio, ac p hoc esse periurus.per Deas Samothraces Deos penates intelligit, quos ex Samothracia insula maris Ægæi Phrygiam Dardanus, & ex Phrygia Aeneas in Italiam peruexit. Dionysius Halicarnaseus scribit in primo libro.Deos penates duos fuisse adolescentes ligneos sedentes,ac pila tenentes ueteris artis opera , multaq; subdit de Samothracia ex sententia Callistrati & Satyri. De Dijs ipsis intellexit Virg. in.ii. Hos cape fatorū comites,his mœnia quęre. Pleraq; ētde ipsis tradit Macro. ¶Et nostroꝝ aras:per Iouē Iunonem , & Palladem.Nā ii præcipue ab Romanis colebantur , Dijque magni sunt appellati. ¶ Cōtemnere fulmina:creditur, inquit, pauper non timere Deos , ac per hoc securus esse ad periuria . ¶ Quid q̄ materiam : proponit poeta aliam pauperum miseriam q̄ omnibus sint de ridiculo. ¶Hic idem: scilicet pauper.

Samothraceis Dii

¶ D A testem Romæ &c. Ostendit uirtutem Romæ non esse in prætio,sed solas diuitias: q̄ etiam Horat.in epistolis sic dicit : Hos solos aiunt sapere & bene uiuere. Quorū conspicitur nitidis fundata pecunia uillis. Ordo est Da Romæ estē tam.i.tantū sanctū. q̃.i. q̃tum sup.sanctus fuit hospes.s.Scipio Nasica.numinis Idæi,quod in Ida silua troiana colitur.i.Cybeles.procedat.i. ueniat in conspectū Romanorū uel.i.ēt Numa secundus rex Romanorum uir religiosissimus.uel ille sup.qui seruauit supple incolumen Mineruam Deā illā trepidam.i.in periculo existentē ex æde.i.templo eius. flagrāti.i.ardenti:hoc est Luc.Metellus:q Palladiū.i.Palladis simulachrū ab Troia auectū ignibus subripuit. ptinus.i.statim sup.aspicietur ad cēsum.i.ad redditus & uectigalia:aut diuitias, quas possidere pmittebātur a censoribus ultima quæstio.i. inquisitio fiet de moribus.queret̃.n.sup.primū quot seruos pascit:quot iugera agri possidet,& q̃ multa.& q̃.i. quantū magna paropside .i. uase ad cibos coquēdos cœnat.uulgo dr̃ parapsis:sed qa dicitur a para & opson:& in cōpositione solet pcedens uocalis elidi:ideo periti scribūt parapsis. Quisq; habet tantum fidei.i.tanta cuiq; fides adhibetur: quantū nummorū seruat in sua arca.licet tu iures.i.iurādo in testimoniū accipias aras.i.Deos,q colunt̃ in aris Samothrachū.i.populorū Samothraciæ.& aras nostrorū:idest Romanorum: hoc est: licet tu qui es pauper iures per Deos aduectos ex Samothracia: & per Deos,quos Romani potissimū celebrant:tamen nihil sup. habebitur ubi fidei:quia pauper credit̃ cōtemnere fulmina.qbus Iupiter malos terret: atq; pro& Deos . & hoc ipsis Dijs ignoscentibus:idest nolentibus scire,aut factum pauperum dissimulantibus, quasi qui non attendant ad facinora pauperū. Quid supp.dicendum de hoc,q̄ idem uidelicet pauper præbet hic .i. Romæ omnibus materiam & causas iocorū.i.irrisionum per iocos . si lacerna .i.uestis oblonga & uirilis quā forte a patrono quiuis habuit dono sit fœda & scissa.toga.i.uestis exterior cæteras tegens.sit sordidula .i.modicū sordida.tolerabilior.n.est immūdicia ī ueste interiori:in q̄ pauperes laborāt,q̃ ī exteriore:in q̄ in populo uersant̃.& ideo dicit si fœda est lacerna:& si toga sordididula est.nō sine causa utens diminutiuo.& si alter calceus patet.i.uř ab eis.pelle rupta.i.detrita uel si nō una.i.multiplex cicatrix.i.uestigiū rupturæ ostendit linū .i.lineū filū crassum.i.densum:uel (quod tamē minus placet) pice inuolutū.atq; recens.i.recēter adhibitū.& uulnere consuto.i.fissura & ruptura consuta:dixi minus placere q̄ ideo crassum filum dicat:quia pice inuoluatur:qa quanto minus diligentiæ adhibuerit: tanto maior est causa irrisionis. præterea ideo dicit filum recens: quia adhuc album:& ita plus eminens , q̃ si detritum colorem picis,aut corij acceperit:& ita paupertatem, non uitia deridebant.

ASCen.

Nihil habet infelix paupertas durius in se.
Quam quod ridiculos homines facit exeat inquit,
Si pudor est,& de puluino surgat equestri,
Cuius res legi non sufficit,& sedeant hic
Lenonum pueri quocunq; in fornice nati.
Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes,iuuenesq; lanistæ.
Sic libitum uano,qui nos distinxit, Othoni.
Quis gener hic placuit censu minor:atq; puellæ
Sarcinulis impar:quis pauper scribitur hæres:
Quando in consilio est ædilibus:agmine facto
Debuerant olim tenues migrasse Quirites.
Haud facile emergunt,quorum uirtutibus obstat
Res angusta domi.sed Romæ durior illis
Conatus,magno hospitium miserabile,magno
Seruorum uentres,& frugi cœnula magno.
Fictilibus cœnare pudet,quod turpe negabit
Translatus subito ad Marsos, mensamq; Sabellam,
Conuentusq; illic ueneto duroq; cucullo.
Pars magna Italiæ est(si uerũ admittimus)in qua

IOAN. BRIT.

Roscius otho

¶ EXEAT inquit: q̃ infelix sit pauper ab exẽplo etiam theatri ostẽdit.Conqueritur.n.ꝙ cũ antea in theatro oẽs promiscue sederent:theatralẽ nunc illam spectãdi promiscuam licentiã in cõtemptũ pauperũ esse sublatam.Lucius.n.Roscius Otho tribunus plebis legẽ tulit:ut in theathro quatuordecim ordines spectandi gratia equitibus tm̃ Romanis darenť.ii aũt in ordinem equestrẽ transibant:quoꝝ cẽsus quadringentorũ fuisset sestertiũ. multi ergo uiri boni & nobiles:q aut ad integrũ illũ cẽsum nõ ꝑuenissent: aut forte aliquo casu decidissent iubebanť magno dedecore oĩbus fere spectaculis surgere ab ĩjs,qui ꝑerant. Tota indignatio est in Domitianũ,qui legẽ Othonis tẽporũ uetustate pene abolitã restituit:quod Trãqllus ostẽdit his uerbis:Licentiã theatralem ꝓmiscuã iniquitate spectãdi inhibuit. ¶ De puluino equestri .i.ex q̃tuordecim gradibus theatri:q̃ & equestria dicebanť. Sen. in.vii.de bñficijs:Equestria omniũ eqtũ romanoꝝ sunt. Et idẽ Sed cũ in theatrũ ueni si plena sunt equestria & iure habeo locũ illic,qa mihi sedere licet. Trãquillus in Caligula:Vt equestria ab infimo quoque occuparentur, popularia dicebantur ubi plebs sedebat. Tranquillus in Domitiano:Et qa pars maior intra popularia deciderat.

Puluin⁹ Puluinar

Puluinũ aũt equestrẽ appellat sed illa ipsa theatri ad similitudinem fortasse puluini plumei ꝙ nõ aliter in sedilibus requescimus toto corpore sedentes,q̃ in puluinis reposito capite.Nã puluinus dicitur q̃si pluminus:eo ꝙ plurimis refertus sit. ꝑ diminutionẽ dicimus puluillũ. puluinũ ẽt appellamus in hortis partẽ eminẽtiorẽ.Columel.in.xii. Spicæ alij liratim seri debent:ut in puluinis positæ minus infestentur:unde fit puluinatus.Pli.lib.xiii. Præterea cæsum adorso puluinato.i.eminẽtiore.dici a nautis puluinũ itẽ scri.Ser.Dorsum hoc ẽ arenã duriorẽ q̃ euntibus & remeãtibus fluctibus densatur in modũ saxi. A puluino uidenť deduci puluinaria,q̃ plerunq; pro tẽplis ponunť:cũ ꝓprie dicanť lectuli,q sterni in tẽplis cõsueuerũt. Cice: in oratione de haruspiciũ rñsis sic:Hoiemq; eũ, qui puluinaribus bonæ Deæ stuprũ intulerit:unde ẽt imperatoribus tanq̃ Dijs tribuitur,ut illic apud Iuue. Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem. ¶ Surgat: Martialis: Quadringẽta tibi nõ sunt Cherestrate, surge Lectius ecce uenit.Nã Lectius & Oceanus tpibus Domitiani præfecti fuerunt seruãdo ordini. ¶ Cuius res.i.ille surgat cuius census. ¶ Nõ sufficit legi nõ tantus est quantũ iubet lex Roscij Othonis. ¶ Et sedeant hic:hoc dictũ ex summa indignatione poetæ. sedeat, inqt,hic i quatuordecim gradibus turpissimus qsque modo diues sit. ¶ Lenonũ pueri:uilissimi quiq; uel cinædi,q lenonibus seruiuerũt:aut pueri lenonũ .i. filij lenonũ nã puer nõ solũ ad ætatẽ referť, sed& ꝓ filio accipiť:ut illud: Tuq; puerq; tuus.& ꝓ seruo Terẽt.in Andr.Cõuerti puerũ Chremetis.Multi.n.ex ignobili ꝯditiõe & ad opes summas & dignitatẽ equestrẽ peruenerãt oibus delitijs affluentes.Vñ legimus apud Phi.li.xiiii.ca.iii.quẽdã ex seruis Neronis solitũ unguẽto lauari imitatũ.C.principẽ q idem fecerat.

Puer

Leno

Lenones dñr (auctore Vulpiano)qui quæstuaria mancipia habent.sed & q in liberis quæstũ hunc exercent in eadem causa sunt.siue aũt hoc principaliter negociũ gerũt,siue alterius negociationis accessione utuntur.utputa si caupo fuerit uel stabularius & mancipia talia habuit ministrantia:& occasione ministerij quæstũ facientia.

Lenocinium facere

Lenociniũ facere nõ minus est,q̃ corpore q̃stũ exercere. ¶ Fornice:lupanari,& loco fornicato q̃lia domicilia solent inhabitare scorta. Alibi: Nudũ olidu stans fornice mancipiũ. ¶ Nitidi lauti & splendidi opibus. ¶ Plaudat:nã spectatores in theatro plausu uictoribus fauebant:excipiebãtq; in theatrũ principes de qbus bene sentiebãt: de qbus aũt male,sibilo.Vnde Horat.loquẽs de Auaro: Populus me sibilat,at mihi plaudo Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca. ¶ Præconis:præco a præcinendo est dictus,Est,n,is qui clara

Præco

uoce edicta magistratuũ:quiq; pretia rerũ in publicis ueditionibus pronunciat. ¶ Inter pinnirapi:ordo duplex esse põt.ut sit unus: Filius nitidi præconis plaudat inter iuuenes cultos pinnirapi:& iuuenes lanistæ.i.inter eos q ex gladiatoribus ad magnas opes ꝓuecti sunt & nũc sedẽt ut nobiles in q̃tuordecim:ut exponas iuuenes ꝓ filijs, Alter uero sic:Filius ꝑconis hic plaudat, & Iuuenes pinnirapi, & iuuenes lanistæ plaudãt inter cultos.i.iter cõptos & nitidos,ac ꝑ hoc diuites Romanos & equestris ordinis.

Pinnirapus

Pinnirapus aũt dictio est cõposita ex duobus corruptis:ex pinna & rapio sicut apud Plaut.in Pseud.

Bustirapus

Bustirapus:signatq; retiariũ alterum ex gladiatoribus:qui pinnam, & summitatẽ galeæ mirmillonis immisso rete capiebat:cũ cantaret:piscẽ peto.nõ repeto: qd me fugis galle: nã mirmillonicũ genus armaturæ gallicũ est: ipsiq;

Mirmillones

Mirmillones aũt galli uocabantur.in quorũ galeis piscis effigies inerat:quod genus pugnæ institutũ fertur a Pittaco uno ex septẽ sapiẽtibus:q aduersus Phrinonẽ dimicaturus ꝓpter cõtrouersias finiũ q̃ erãt inter Atticos & Mitylenęos,rete occultato impediuit Phrinonẽ. ¶ Lanistæ: genitiuus est casus.

Lanista Lanii Laniones

lanistæ,lanij,laniones denominati sunt a laniãdo:sed ita inter se differũt: ut lanij siue laniones dicanť, qui carnes uenditent populo,easq; concidant & laniẽt.unde Apuleius lanienã formauit uocabulũ:quod ꝓ cruciatu & uelũti quadã laniationẽ sæpe posuit.Plaut.uero in Epidico lanienã appellat locũ ubi pecudes mactantur a lanijs,his uerbis.Defessus sum quærere per medicinas,tõstrinas,in gymnasio,atq; in foro, per myropolia, & lanienas. Lanistę uero erant q gladiatorũ familias habebant uęnales,easq; digladiari docebãt.unde Tranq.in Cæs. Tyrones neq; in ludo,neq; per lanistas,sed in domibus ꝑ equites Romanos, ac etiam senatores armorũ peritos erudiebat.dicti ergo lanistæ ꝙ prę essent hoibus laniandis. ¶ Sic libitũ.subaudi est. cũ indignatione dictũ:q.d.nulla fuit huius distinctionis honestẽ ratio:sed sic libuit.

Libuit libitũ est

Sicq; poeta oñdit cõtumeliosam diuitũ aduersus pauperes superbiã.Est aũt libet unũ ex uerbis quod apud ueteres geminauit ꝑteritũ:ut libuit libitũ est:licuit licitũ est:placuit placitũ est: puduit puditũ est:nupsit & nupta est:prandit & pransus est:cœnauit & cœnatus est.Et dicimus libet & libent in forma tantũ tertiæ personæ in singulari & plurali,sic ẽt licet & licent. ¶ Vano: stulto & modicæ prudẽtiæ:cũ id ꝑ nimiã ambitionẽ fecerit.Virgil.Vane ligur, frustraq; aĩs elate superbis. ¶ Quis gener:alia est querela paupertatẽ ubiq; contemni.Nam si ducenda, inquit, uxor est repudiatur gener nisi opibus par sit puellæ:sicq; ostendit hoium fortunã nõ uirtutẽ quęri. ¶ Censu minor:q diuitijs nõ sit par puellæ. ¶ Quando in consilio est ædilibus:cõqueritur poeta:pauperẽ ab oi reipu. administratione,& cura tanquã nulli in aptũ arceri a magistratibus.Quando,inquit,est in cõsilio ædilibus:q.d. ædiles q minimi sunt magistratus, quiq; res minimas in urbe curãt,siqd cõsilio publico facturi sunt, pauperẽ in consiliũ nõ admittũt.Nã ædiles præerant mẽsuris.ut in sequẽtibus.Et de mensura ius dicere uasa minora Frangere.Et minimi erant magistratus: adolescentes prima commẽdatione creabantur.Cic.legũ secũdo.Suntoq; ædiles curatores urbis.annonę, ludorumq; solenniũ ollisq; ad honoris: amplioris gradũ primus accessus esto.Erit ergo argumẽtũ a minore ad maius. ut sit sensus; si a minore magistratu pauꝑ contẽnitur: multo magis a maiore. Per ꝙ poeta sæculũ suum inscitiæ dãnat: quod hoies tantũ excensu cõsiderandos putet.Hincq; est illud Plinij in procemio.xiiii. libri. Postquã senator cẽsu legi cœptus,iudex fieri censu,magistratũ ducemq; nil magis exornare q̃ census, pessum iere uitæ pretia, omnesq; a maximo bono liberales dictæ artes in cõtrariũ cecidere. ¶ Agmine facto:damnat ex nimia indignatione cõsiliũ priscorũ pauperũ:q cũ per seditionem in montẽ sacrũ secessissent: in urbem

bem tñ hortatu Agrippæ redierũt:cũ debuissent omnino migrare. Plebs enim cum tributum & militiam tolerare non posset a patribus secessit in montem : qui postea ob id sacer est dictus . Et cum inde reuocari nequiret, Meneuius Agrippa legatus recitata fabula Æsopi: qua ostenduntur artus hnmani a uentre discordasse: moxq; cum omnia ob discordiam deficerent, in gratiam rediisse: sic populum cum senatu reconciliauit:creatis tamen tribunis plebis, qui libertatem suam aduersus superbiam nobilitatis defenderent. ¶ Migrasse:ita abiuisse, ut nunquam redirent in urbem. ubi tanto sunt contemptui. ¶ Olim: superioribus temporibus. ¶ Facto agmine:omni collecta multitudine:uel facto impetu, Nam agmen sermo est polysemus:significat enim impetum.ut illud Virgilianũ Illi agmine certo Laocoonta petunt. Et multitudinem: ut Vocat agmina sæua sororum: etiam exercitum incidentem agmen uocamus. ¶ Haud facile emergunt:sententia est generalis, qua ostendit cum ubiq;, tum maxime Romæ difficile esse pauperi emergere e miserijs:est autem translatio a naufragis:quibus difficile est ex profundo emergere in aquarum superficiem. ¶ Rex angusta domi : tenuis facultas rei domesticæ. ¶ Virtutibus obstat: impedimento est:licet optimis artibus sint instructi. ¶ Illis: scilicet pauperibus. ¶ Durior:difficilior. ¶ Magno hospitium: ratio est quare ad felicitatem durior sit conatus Romæ. Magno:subaudi constat. dicimus enim magno, paruo, plurimo, & minimo absolute:cum uerbis significantibus pretium sunt adiuncta sed non tanto & quanto:uerum tanti & quanti, pluris & minoris. Liuius libro secundo primæ decadis. Magno illi ea cunctatio stetit. Valerius: Magno ubiq; uirtus æstimatur. ¶ Hospitium: domus conducticia. ¶ Miserabile : quod te etiam possit ad misericordiam mouere. Nam miserabilis ille est:qui sua miseria nos ut sui misereamur mouet. Vnde Ouidius monet amantem ut se miserabilem puellæ ostentet:idest ita plenum erumnarum:ut puella eius misereseat: Vt uoto potiare tuo miserabilis esto. ¶ Fictilibus cœnare pudet : conqueritur ita auctum esse per diuitias omnium rerum luxum:ut pauperes etiam pudeat cœnare in fictilibus:ne sint ludibrio: ut sit sensus : Pauperem, inquit, pudet cœnare fictilibus Romæ:quod negabit esse turpe si ad Marsos, mensamq; sabellam se contulerit: ubi crassioribus etiam contentus erit uestibus: ut ostendat urbem incolentibus magna ambitione, magnoq; luxu omnino uiuendum. Hocq; melius q̃ ut ad historiam referas : legendumq; est: negabit, & non negauit. ¶ Cucullo : genus est uestis uillosæ ad arcendas pluuias & frigora. Columella libro primo, capite octauo. Cultam, uestitamq; familiam magis utiliter, q̃ delicate habeat, munitam diligenter a uento, frigore, pluuiaq; : quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, uel sagis cucullis. Sidonius eius ita meminit : Per quos nocturnalem cucullum: quo membra confecta ieiunijs inter orandum, cubandumq; dignanter tegare transmisi.quamq̃ nõ opportune species uillosa mittatur hyeme finita : iamq; temporibus æstatis appropinquantibus. Iulius Capitolinus in uita Veri : Vagabatur nocte per tabernas & lupanaria obtecto capite cucullione uulgari uiatorio. Diuus Hieronymus ostendit cucullum tegmen esse capitis, scribens sic de monachis. Fdentes autem cucullis capita sua uelent, ne alter alterum aspiciat manducantem nec loqui quidquam liceat dum manducant. Cucullus item genus est auis. de qua Horatius in Satyris: Magna compellans uoce Cucullum. ¶ Veneto:coloris ueneti: Est enim marinis fluctibus similis. Vegetius in re militari: Ne tamen exploratoriæ naues candore prodantur : colore ueneto qui marinis fluctibus est similis uela tinguntur:nautæq; uel per noctem. sed etiam per diem facilius lateant exploratores. Eum colorem aliqui putant ilum esse, quem blauum dicimus, quo uestes uiliores tinguntur. Martia. Si ueneto, prasinoq; faues:qui coccina sumis? ¶ Duro:crassiore lana. ¶ Pars magna Italiæ ostendit poeta longe minori impensa alibi uiui q̃ Romæ.

¶ NIL habet infelix. Ostendit iterum paupertatẽ Romæ haberi summo ludibrio:& esse fere intolerabilem:quia quos miserari deberent Romani irrident sed(ut dici solet) Est misero peius derisio, q̃ dolor eius. Ordo est: Paupertas infelix : idest quæ secundum opinionem Romanorum infelices facit:cum tamen Lucanus eam dicat:Munera nondum intellecta Deum. nil:idest non aliquid habet durius in se, q̃ ꝙ facit homines ridiculos:idest deribiles. Tristissimũ autem est in publico irrideri:& a sede occupata explodi: ꝙ etiã in euangelio Luc.xiiii. Saluator ita docet:Cum inuitatus fueris ad nuptias nõ discumbas in primo loco:ne forte honoratior te fuerit inuitatus ab illo:& ueniens is, qui te & illum uocauit:dicat tibi: da huic locum:& tunc incipias cum rubore nouissimum locũ tenere. hic autem non repreheduntur pauperes, ꝙ in theatro in.xiiii. primis gradibus aliquando sedebant:quia is locus potuit eis cõgruere:cum sint ingenui:& ob uirtutem longe honorabiliores, q̃ libertinę conditionis:aut turpi quæstus homines:& forte parentes eum locum tenuerant:& ipsi priusquam lex esset reuocata:ne quis non habens censum equestrem sederet illic. cẽsus autem equestris continebat. cccc. sestertia:quæ quia sordidissimæ uitæ homines possidebant is q præerat theatro: eijciebat pauperes de honesta domo. & dabat locum diuitibus etiam infamibus:quod reprehendit Vmbricius. Ordo est: Theatrius supple inquit.is supple cuius res.i.possessio nõ sufficit:idest nõ satis est legi.i. qui nõ habet censum equestrem. exeat & surgat de puluino:idest sedili puluino instrato equestri: idest debito habentibus censum equestrem. si pudor : idest uerecundia est supple aliqua in eo. & pueri lenonum, qui ex turpi quæstu meretricularum diuites facti sunt. nati in quocunq; fornice:idest prostibulo sedeant hic & filius nitidi.i.pene culti præconis: idest rerum uenalium laudatoris & nunciatoris. plaudat: idest plausum det hic iter cultos iuuenes pinnirapi: idest retiarij gladiatoris: & inter iuuenes lanistæ:idest eius:qui gladiatores docet: & eos alit quando ad spectaculum exhibet cum periculo capitis eorum : hoc est sedeant hic filij eorum, qui ad censum equestrem peruenerunt turpibus artibus & infami quæstu. & exeant boni ciues: quia pauperes. Sic enim libitum supple est. Othoni uano:idest stulto secundum Seruium:uel leui iudicio:qui distinxit uos sic.ut: scilicet sedes diuitijs non uirtutibus concederentur. Sed non solum Otho ad diuitias respexit. nam quis gener:idest uolens esse gener: idest maritus filiæ. impar:idest minor. censu:idest dote: & sarcinulis:idest ornamentis seu mundo muliebri puellæ. placuit hic : idest Romæ. quasi dicat nullus. quis pauper scribitur. f. in tabulis testamentorũ. hæres:quasi dicat nullus. Quando est pauper supple ædilibus: idest cum ædilibus in concilio:quasi dicat nũquam. tenues: idest pauperes. Quirites populi:idest Romani. debuerant olim:idest a multo tempore. migrare.i.discedere mutaturi habitationem& :hoc facto agmine:sicut olim in mõtem sacrum secesserant:quasi dicat uiso ꝙ nulla spes lucri aut honoris est nunc pauperibus Romanis. ipsi debuerant olim cum adhuc fuerant potentes, & cum primum inceperat opprimi a diuitibus migrare.i.discedere a Roma:& alio se transferre. sed nunc serum est:quia non auderent colligere manum contra potentes ita subacti sunt. Illi quorum uirtutibus obstat:idest detrimentum aut impedimentum facit res angusta.i. arcta & modica, quã habent domi. aut.i.nõ. emergũt.i.ex obscuro & ignobili statu : quasi ex aquis caput extollunt ad maiora sublimati. sed durior conatus.i.molitio ad uictum quæritandum est illis Romæ q̃ alibi:hoc est miserabiliores & afflictiores sunt pauperes Romæ q̃ alibi quia hospitium miserabile quale fuit Codri : est sup. uel constat magno pretio. & uentres seruorum constant magno. & cœnula.i.parua cœna ipsius patrisfamilias. frugi.i. frugalis:magno supple constat. Fictilibus cœnare pudet. Ostendit quare durũ sit pauperibus Romæ residere : qa neq; diuitias acquirere possunt:neq; in paupertate uiuere sine irrisione permittunt:quia uitio nunc datur cœnare in fictilibus:ꝙ tamen non erat pudori olim clarissimo dictatori:q de Samnitibus triumpharat. Deinde progreditur ad detestationẽ pompæ, q̃ fit Romæ in ludis & publicis spectaculis:cũ talis alibi non fiat. & quia oẽs uolũt diuites uideri:licet multi pauperes sint:ideo durissimam agunt uitam: quia nihil miserius in hoc mundo, q̃ pauper superbus, & elato animo : quia neq; habet, neq; petere audet. Concludit itaq; omnia magno constare Romæ:cum ne mendicare quidem cum commodo tuo sine pretio possis. Ordo est:Pudet etiam pauperes cœnare.i.cœnam facere in. sup. fictilibus.i. terreis uasculis a figulo factis. quod.i. quam rem negauit esse turpe.is sup. uidelicet Curius dentatus:qui translatus est subito.i.ex improuiso:cũ in agro suo araret ad Marsos populos illos Italiæ. & ad mensam Sabellam.i.qua usus est cum a legatis Samnitũ conueniretur. & contentus erat illic.i.coram Samnitibus:cũ tamẽ dictator esset. cucullo.i.indumẽto capitis rustico:quo uinitores & piscatores & etiã milites unũtur cõtra sæuitiã cæli. Vnde dicit ueneto.i.marini coloris:uel quo piscatores Veneti utunt. & duro:idest crassi fili. Et non solum tunc dictator duro habitu uestiebatur:sed etiam hodie in multis partibus Italiæ uestiũ contemnunt luxuriẽ:unde dicit:Si admittimus uerum : idest si uolumus ꝙ uerum est fateri magna pars Italiæ est in qua.

Nemo togam ſumit niſi mortuus,ipſa dierum,
Feſtorum herboſo colitur ſi quando theatro
Maieſtas.tandemq; redit ad pulpita notum
Exodium,eum perſonæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat ruſticus infans.
Equales habitus illic,ſimilemq; uidebis
Orcheſtram,& populum,clari uelamen honoris.
Sufficiunt tunicæ ſummis ædilibus albæ.
Hic ultra uires habitus nitor,hic aliquid plus,
Quam ſatis eſt,interdum aliena ſumitur arca.
Commune id uitium eſt. hic uiuimus ambitioſa
Paupertate omnes,quid te moror?omnia Romæ
Cum pretio,quid das,ut Coſſum aliquādo ſalutes?
Vt te reſpiciat clauſo Veiento labello?
Ille,metit barbam,crinem hic deponit amati
Plena domus libis uænalibus.accipe,& illud
Fermentum tibi habe,præſtare tributa clientes
Cogimur,& cultis augere peculia ſeruis
Quis timet,aut timuit gelida Præneſte ruinam?
Aut poſitis nemoroſa inter iuga Volſiniis,aut
Simplicibus Gabiis,aut proni Tyburis arce?
Nos urbem colimus tenui tibicine fultam
Magna parte ſui.nam ſic labentibus obſtat
Villicus,& ueteris rimæ cum texit hiatum,
Securos pendente iubet dormire ruina.
Viuendum eſt illic,ubi nulla incendia,nulli
Nocte metus,iam poſcit aquā,iam friuola tranſfert

IOAN. BRIT. ¶ NEMO ſumit togam:iſta non uiuitur ambitione : ut clientes togati adſiut diuitibus ſalutantibus ut fit Romæ: Nam(ut diximus ſupra)toga erat uitiorū:quæ ſumebatur a clientibus cū ibant ad ſalutandū.ſupra:Si currēt nocte,togatus Currere. ¶ Niſi mortuus: nam toga ornabantur mortui.Martia. Aut pallens toga mortui tribulis. ¶ Ipſa dierum Feſtorum:ordo eſt & ſenſus:Tu uidebis,inqt, habitus æquales & orcheſtram ſimilem:& populū.ſ. ſimilem in mancipijs : ſi quando maieſtas dierū feſtorū colit̄ theatro herboſo &c.i.nullam uidebis differentiā inter ſenatores & plebeios:ut eſt Romæ.Vt oīa referas ad parē habitū ueſtiū:ut nulla inter eos ſit p ueſtes diſtinctio:ſed nobiles & plebei ſint ſimiles.Per

Orcheſtra orcheſtrā aūt deſignat ſenatores & nobiles.Nam orcheſtra locus erat in ſcæna,ubi ſenatores ſedebāt:De qua Victru. his uerbis.In orcheſtra aūt ſenatorum ſunt ſedibus loca deſignata : & eius pulpiti altitudo ſit ne plus pedū quinq;, uti q orcheſtra ſederint, ſpectare poſſint omniū agentiū geſtus.Nam ſcænici artifices ſuas per orcheſtrā pſtant actiones:ſicuti ſcribit Victruu. in.v. de architectura . ὀρχέομαι apud græcos idem eſt quod ſalto. ¶ Aequales illic habitus æq̄lia oībus ueſtimēta ita:ut ſenatores a plebeis habitu ueſtium nō diſtinguant̄ ut fit Romæ.Vnde ὀρχήστης.i. ſaltator . & ὀρχήστρια ſaltatrix:& ὀρχήστρα.i. orcheſtra. Nā purpura(ut ſcribit Pl.,li.ix.) diſtiguit ab equite curiā. Eſt.n. ptexta ſenatorū.Ea ēt fuit magiſtratuū,&pueritię.de q̄ alibi uberius.

Theatrū ¶ Theatro herboſo:nā in municipijs theathra in pratis ex ceſpite plerūq; extruebant̄.Vnde Propertius: Curia prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu:Pellitos habuit ruſtica corda patres. Buccina cogebat priſcos ad uerba Quirites: Centū illi in prato ſæpe ſenatus erat.Nec ſinuoſa cauo pendebāt uela theatra: Pulpita ſolennis nō oluere crocos.Theatrū aūt græcū eſt a θεάομαι:quod eſt inſpicio:latine ſpectaculū dicit̄. ¶ Ad pulpita:nā e regione theathri extruebātur ſcænæ & pulpitæ ad cōmodū ſpectantiū lege Victruu.

Exodiū ¶ Notū exodiū : ſæpius recantatū.Nam(ut ſcribit Liu.lib.vii.ab urbe cōdita) exodia ridicula fuere intexta uerſibus : quæ iuuentus inter ſe more antiquo iactare cœpit:eaq; conſerta ſunt fabulis potiſſimum attellanicis.quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit iuuentus. Alibi poeta:Vrbicus exodio riſum mouet Attellanæ. Tranquillus in Tiberio:Vnde nota in Attellanico exodio proximis ludis aſſenſu maximo exepta percrebruit.dictum exodium ab ἔξω & ὁδοῦ:quaſi extra uiam & cantilenam inſtitutam, & numerum aliorum uerſuum. ¶ Cum ruſticus infans : pueri enim qui una cū matribus ſpectabant,ludiones perſonatos expaueſcebant. ueros autem ſolitos ferri ſpectatuum docet Plautus in Penulo: Nutricis pueros infantis anniculos domi,ut procurent, neuq; ſpectatum afferant.Ne & ipſæ ſitiant,& pueri pereant fame. Neue eſu

Perſona rientes hic quaſi hædi obuagiant. ¶ Hiatum: os ipſum. ¶ Perſonæ: pſona indumentum eſt oris. dictum a perſonando : q uocem in unum coactam,collectamq;.emittens ſonitus clariores, magiſq; ſonoros,faciat.Eam hiſtriones ſubant in agendis fabulis. Æſchylus primus tragœdis cothurnos,Syrma,& perſonā dedit. De quibus ſic Horatius in poetica:Poſt hunc perſonæ, pallæq; repertor honeſtæ Æſchylus,& modicis inſtrauit pulpita tignis. Docuit magnumq; loqui nitidiq; cothurno. ¶ Pallentis:terrificæ. ¶ Sufficiunt tunicæ:ſenſus eſt:In municipijs non omnes uiuunt ea ambitione, qua in urbe:ut omnes habeant in Theatro tunicas albas:ſed tantum ædiles: qui ludis præſunt . Romæ autem omnes ſpectantes lacernas habent albas.Martialis . Et plebs & minor ordo , Maximusq; ſancto cum duce Candidus ſederet. Idem in diſtichis de lacernis. Amphiteatrales non commendamur ad uſus. ¶ Clari uelamen honoris: appoſitio eſt:ſcilicet albæ tunicæ,quæ ſunt uelamē clari honoris: hoc eſt quæ lacernæ dantur ædilibus,qui ludis pręſunt.Nam ędiles fuiſſe in municipijs pauloante oſtendimus. ¶ Hic ultra uires:tanta,inqt,in urbe uiuitur ambitione,ut uniuſquiſq; etiam ſupra uires ſtudeat ornatui. ¶ Nitor:ſplēdor ſubaudi eſt. ¶ Habitus:ueſtitus. ¶ Hic:ſcilicet Romæ . ¶ Aliquid eſt plus q̄ eſt ſatis:tantus eſt rerum luxus ut plus etiam faciant . q̄ oporteat. Interdum aliena ſumitur arca: alibi: Vt ſpectet ludos conducit Oculina ueſtem:Conducit comites,ſellā,ceruical,amicas. ¶ Ambitioſa paupertate : ut cū ſimus pauperes,uelimus uideri diuites & alicuius pretij.Eſt enim ambitio honoris cupiditas. ¶ Omnia cum prætio:deeſt fiunt. ¶ Quid das:conqueritur tantā eſſe diuitum ſuperbiam: ut pauperes in amicitiam ſuam non admittant niſi p multa munera : p Coſſum aūt & Veientonem intelligit nobiliſſimū quemq;· Nam Coſſoꝝ familia nobilis fuit.De Veientone Fabricio alibi Iuuen.Et cum mortifero prudens Veiento Catulo. Alibi:Accepta rude cœpiſſet Veiento uideri.Fabricij Veientonis meminit Plin,in,iiii.epiſtola, uixit ſub Domitiano & Nerua. ¶ Salutes: admittaris, ut uiſites & ſalutes. ¶ Clauſo labello:ſuperbiam oſtendit potentis: q ne ſalutātem quidē reſalutet. ¶ Ille metit barbam : eo miſeriæ uentū eſt,inquit,ut ſi forte puer diuitis, aut barbam,aut capillū deponat:ſtatim pauper in gratiam diuitis mittis munera,ut.ſ.diem feſtū celebret . Nam qui barbam, aut capillū deponebant,ſolēni quodāmodo alicui numini dedicabant. Suet.de Nerone:Inter Buthyſiæ apparatū barbam primam poſuit,conditā in aureā pixidē: & ptioſiſſimis margaritis adornatā Capitoliū cōſecrauit.Martia. Hos tibi Phœbe uouet totos a uertice crines Encolpus dñi Centurionis amor.Idem loquēs de Earino liberto Domitiani:q Æſculapio crines ſuos in pixide aurea recōditos miſit,ſic ſcribit. Accipe laudatus iuuenis Phæbei crines:Quos tibi Cæſareus donat habere puer.Et alibi:Cōſiliū formæ ſpeculum dulciſq; capillos:Pergameo poſuit dona ſacrata Deo. ¶ Ille.i.alius diues metit barbā amati.ſ.pueri. ¶ Amati:quē habet i delitijs. ¶ Hic: alius. ¶ Plena domus libris.i.ſtatim pauperes,ut gratiā domini ineant.donāt liba,& alia q̄ puer deinde uendat: & peculiū ſibi cōparet.& augeat,ſequit̄.n.Cogimur augere peculia ſeruis. ¶ Libis:libū genus erat placentæ quod offerebat̄ Dijs.dictū a libādo.Ouid. Nole ab auctoris dn̄t libamina nomen: Libaq; quod ſanctis pars dat̄ inde focis.Mittebant̄ igit̄:liba:q̄ſi q̄ die feſto Dijs offerrentur. Cato in re ruſtica docet cōfecturā eius ſic: Libū hoc modo facito: caſei pōdo.ii.in mortario bene diſterat:ubi bene diſtriuerit,farinæ ſigilineæ librā:aut ſi uoles tenerius eſſe,ſelibrā:ſimilaginis ſolū eodē indito,permiſcetoq; cū caſeo bene:ouū unū addito:& una bene permiſceto:inde panē facito:folia ſubdito:in foco calido ſub teſta coquito leuiter. ¶ Accipe & illud: accipe,inquit,& illud malū:unde tibi ſit indignandū & iraſcendū : ſumpta tranſlatione a fermento quod intumeſcit. ¶ Illud fermentū:illā indignationem. ¶ Præſtare tributa clientes:& hæc eſt īdignatio,q ēt clientes & familiares dn̄i cogūtur in gratiā eius dare munera ſeruis q grati ſint ei. Quod & Hora.in Satyris ſic meminit:Difficiles aditū primos habet , haud mihi deero:Muneribus ſeruos corrumpā,nō hodie,ſi excluſus fuero,Deſiſtam,tēpora quærā. Alij legunt : Præſtant tributa clientes.

¶ Peculia.

⸿Peculia:peculiū ait Vulp. dictū quasi pusilā pecuniā, siue patrimoniū pusilū:quod seruus domini permissu separatū a rationibus dominicis habet:deducto inde si quid dño debet. Cęterū apud auctores peculiū pro omni patrimonio identidem capi manifestū est. Pli. lib.33. Romę simulachrum ex ære factū Cereris primū reperio ex peculio Sp. Cassii:quem regnū affectantē pater ipsius interemerat. ⸿Seruis cultis:dilectis a domino. Cic. in Paradoxis: An eorū seruitus dubia est: qui cupiditate peculij nullā conditionem recusant durissimæ seruitutis? ⸿Quis timet:a cōtrario per comparationē ostendit cōmodius habitare pauperem foris, q̄ in urbe. ⸿Pręneste gelida ita dixit ut Virg. Aciē Pręneste sub ipsa Straui. ut genere fęminino protulerit referens adiectiuum ad urbē, nō ad nomen urbis quod generis est neutri:oppidum est (ut scribit Stra. in. 5.) in conspectu Romę situm in colle. nomen autē accepit (auctore Solino) a Præneste Vlyssis nepote Latini filio:uel (ut placet Festo) ꝙ pręstet mōtibus is locus:quo conditum est. uel ἀπὸ τῶν πρινῶν.i. ab ilicibus, quarū magna illic est copia. Eam ciuitatem docet Virg. ædificatam fuisse ab Cęculo filio Vulcani. Nec Pręnestinæ fundator defuit urbis Cæculus. gelidam autem appellat, quia in monte sita est. ⸿Volsinijs:oppidum Hetrurię. Strab. Cęterum in mediterranea pręter iā dictas urbes extant Arretium, Perusia, Volsinij, Sutrium. ⸿Gabijs: Gabij (auctore Strab.) extant in uia Prænestina siti: ubi Latomiæ sunt. ⸿Simplicicibus: ex historia simplices appellat: ꝙ Tarquinius superbus cū uirtute superare Gabios nō posset, dolis aggressus est. cum enim uelut posito bello fundamentis templi faciēdis, alijsq; urbanis operibus intentum se esse simularet, Sextus filius eius, qui minimus erat, transfugit ex composito Gabios, patris in se sæuitiam intolerabilē conquerens, iam ab alienis in suos uertisse superbiā: se quidē inter tela & gladios patris elapsum, nihil usq; sibi tutum nisi apud hostes Tarquinij credidisse. Et ne errarent, imminere ijs bellū quod positū simulatur, & per occasionē eū incautos inuasurum. Benigne itaq; a Gabinis excipitur:duxq; cōstituitur aduersus patrem qui mox monēte patre primoribus urbis partim interfectis partim in exilium actis Gabios in manū patris tradidit. Ergo simplicitate sua capti sunt. ⸿Proni Tyburis: oppidū est non longe ab urbe Roma sitū in monte: quod conditum fuit a tribus fratribus Tyburto, Catillo, & Cora, quos Virg. argiuos fuisse ostēdit. Catillusq;, acerq; Coras argiua iuuentus. Horat. itē: Tybur argeo positū colono. De Tybure ita Stra. li. 5. In Romę uero cōspectu sunt Tybur, Præneste, & Tusculū. Tybur quidem Herculeum est. ⸿Proni:penduli uel uti in suspicientes ruituri. ⸿Nos:s. pauperes. ⸿Vrbē.i. domos urbis ⸿Fultam:sustentatā ac per hoc ueterē, & iam casus minantē. ⸿Tibicine:sustentaculo. Nam tibicines (auctore Festo) in ædificijs dici existimātur a similitudine tibijs canentiū:qui ut cantantes sustineāt ita illi ædificia teneant. Itaq; apparet Tibicinē capi pro omni sustentaculo:ut apud Ouid. in. 4. Fasto: Hæc modo uersabat stantē tibicine telam:a grāmaticis etiā tibicines appellātur particulæ, q̄bus uersus replētur. ⸿Sic obstat: ꝑ sustētacula. ⸿Labētibus.i. tectis:q̄ in eo sunt, ut labi uideātur. ⸿Villicus:seruus ille, q̄ ruris curā habebat uillicus appellatus est. ⸿Cū texit hiatū:ordo est & sensus: Et iubet dormire securos pendente ruina, cū texit hiatū ueteris rimę.i. ubi rixios parietes operuit & texit:ut cū particula aduerbiū sit tēporis. ⸿Pēdēte:pro impendēte & imminēte. ⸿Vbi nulla incendia:elegāter ostēdit in urbe crebra & horrēda incēdia oriri nō sine summo pauperꝝ dāno Nā plerūq;, inq̄t, iam cœpto incēdio diues, q̄ inferiores ędiū partes tenet, bona sua ab igne trāsfert: cum interea pauperē ignis absumit ignarū:utpote q̄ domus supiora incolat. Nā inq̄linis & pauperibus supiora domus locabāt. Mart. Et trib⁹ habito scalis, sed altis.

Cen. ⸿NEMO sumit togam nisi mortuus: quia toga non sumitur nisi ab otiosis, aut quibus pudori est uestis uilior in qua laborant. mortuorum autem corpora in toga ad sepulchra portabantur. & si ipsa maiestas.i. festiuitas, aut solēnitas dierū festorum colitur.i. celebratur uel exornatur. quando.i. aliquando in theatro.i. ædificio ad spectandum facto. nō quidem marmoreo, sed herboso:quia ex herbis & frondētibus ramis in agris & municipijs Italię sibi similitudinem theatri extruebant. & si exodium.i. carmē ridiculum & rusticum in fine a iuuentute rustica decantatū.i. notū, tritum, & usitatū, nō recēter factū:sed repetitum singulis annis redit.i. redijt. propter syncopē enim ꝑducit syllabam ultimam. tandē peracto.s. anno ad pulpita, q̄ plures petunt ubi sedebant canentes. cum.i. quādo. infans rusticus non assuetus talibus spectaculis:formidat in gremio matris illic sedentis. hiatū.i. rietū & aperturā deformē oris personę.i. personati. pallentis.i. fecibus ora pallida habentis, uel pallentis timore ne forte erret in re, quam ratio facit. uel reuera personę.i. adulterinę & ex cortice factę pallentis non bene coloratę:sed uetustate albicantis. tu uidebis.i. quilibet uidere poterit illic.i. in illo herboso theatro habitus ęquales.i. nihil discriminis habētes. & uidebis Orchestrā .i. locum ad saltandum aptum, iuxta quā Romę erāt senatorum sedes. & populum similem.i. similiter ornatum:quia frondibus & herbis: non tapetibus Orchestram: aut uestibus populum. & tunicæ albę, cum cæteri piceis, seu (ut dicunt) griseis uterentur:sufficiunt.i. sufficienter explent summis ędilibus, qui ludis illis præerant. uelamen.i. cooperimentum clari honoris.i. in signum summi honoris. Nitor.i. splendor habitus. ultra uires.i. facultatē sumitur hic aliquādo ex aliena arca.i. per usuram aut furtum. & aliquid existens plus q̄ satis est.i. superfluum sumitur. hic.i. Romę aliquando ex arca aliena. Id autem uitium est commune. Nos omnes uiuimus hic.i. Romæ. paupertate ambitiosa.i. superba & honoris cupida. Sed quid o Iuuenalis, uel quiuis auditor. quid.i. ad q̄d moror.i. teneo te uerbis. Omnia sup. fiunt Romę cum pretio.i. nihil fit Romę gratis. q̄d das.i. dare cogeris ianitoribus. s. ut salutes.i. admittaris ad salutandum aliquando Cossum uirum illum nobilem & prædiuitem. quasi dicat dimidium lucri tui. & quid das ut Vejento uir ille superbus & diues respiciat te: dum eum salutas. s. clauso labello.i. nihil tibi loquens, sed forte capite annuens. ille.i. aliquis ex familiaribus domus diuitis. metit.i. radit ad primam barbam. amati supple pueri a domino forte ad turpitudinem. & hic.i. alius deponit crinem amati pueri. & ita, quia celebrant eum diem:quo primum raditur & tondetur. domus illa diuitis est plena libis.i. cibarijs uænalibus. & propterea nos miseri clientes ut simus in gratia:cogimur afferre obsonia & munera: quæ Persius uocat Marci monumenta clientis. uel emere liba & dare pueris & familiaribus. Vnde dicit: Accipe: idest intellige & habe tibi. &.i. etiam. hoc fermentum:idest feruidæ iræ incitamentum: uel (ut alij intelligunt) sunt uerba clientis ad eum cui porrigit dicens: accipe & habe illud fermentum:idest illa liba calida tibi. sed non placet:quia fermentum in malum accipi solet. fermentum autem est, quia clientes pręstant diuitibus tributa:idest coguntur quasi tributarij singulis annis munera offerre. & nos cogimur augere cultis: idest ornatis forte quibus dominus abutitur seruis peculia:idest quod extra potestatem dominorum habent. Quis timet aut timuit gelida Præneste ruinam. s. alia ponit incommoda & pericula urbis ex ruinis domorum, & incendijs frequentibus: quæ in alijs ciuitatibus non timentur:quia non contingunt. Vnde dicit: Quis timet modo, aut timuit unquam ruinam in Præneste ciuitate illa gelida.i. frigida:quia est in montibus sita:quasi dicat nemo. Est autem Præneste oppidum Thusciæ. dictum (si Festo credimus) ꝙ locus in quo situm est montibus pręstet: & ita cum ae diphthongo prima eius scribitur. Seruius autē uult a pinu.i. ilice, quæ illic abundat cognominatum. Conditum pręterea est (teste Festo) a Cæculo Vulcani filio:dicente Virg. in. 8. Nec pręnestinę fundatur defuit urbis. ubi de Cęculo loquitur. Solinus autem a Pręnesto Latini regis filio sic appellatū scribit. Seruius pręterea & Priscianus dicunt etiā hęc Pręnestis dici. quod Geor. Val. negat dicens: hic gelida & ipsa apud Virgilium qui dicit: Præneste sub ipsa, referri ad generalitatē. q.d. sic ipsa ciuitate & gelida ciuitate: aut quis timet &c. Volsinijs.i. apud Volsinios in Hetruria: positis inter nemorosa iuga.i. montiū colla sub uertice existentia. aut Gabijs simplicibus: idest non dolosis. aut in arce:idest castro sublimi Tyburis:illius oppidi proni.i. in decliuo positi. ita ut longe uenientibus ruētι simillimum esse uideatur. quis inquam illic ruinā, aut timet, aut timuit: quasi dicat nemo. Nos autem colimus urbem fultam:idest sustentatam magna parte: quod dicunt pro magna parte sui. tenui.i. fragili. tibicine.i. fulcro siue sustentaculo. Nam uillicus:idest custos uillæ rusticus scilicet. obstat sic.i. per fulcra & sustentacula, aut trabes suppositas domibus supple labentibus: idest quæ laberentur nisi subueniret. & contexit hiatum:idest aperturam & foramen ueteris rimę. & iubet nos sup. securos:idest existentes sine cura dormire: uel iubet dormire securos: hoc est secure. ruina pendente.i. imminente. Sensus ergo est: quando diuites Romani habent domos ruinosas:quas locauerunt & udent ruinam imminere: aduocant uillicum ex agro ut trabem ferat ad sustentandum domum. & ut contexat.i. obstruat hiatum ueteris rimæ ne uideatur. & abiens dicit dormite securi nihil imminet periculi:iam satis habet sustentaculi: non posset ruere. Propterea dicit Vmbricius. uiuēdum est.i. uiuere decet illic ubi nulla sup. sunt incendia. & nulli metus sunt nocte Romę autem assidue sunt aut incendia, aut metus habendi, ne sint iam.i. aliquando.

Vcalegon,tabulata tibi iam tertia fumant.
Tu neſcis,nam ſi gradibus trepidatur ab imis
Vltimus ardebit,quem tegula ſola tuetur
A pluuia,molles vbi reddunt oua columbæ.
Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli ſex
Ornamentum abaci, necnon & paruulus infra
Cantharus,& recubãs ſub eodem marmore Chiron
Iamq; vetus græcos ſeruabat ciſta libellos,
Et diuina opici rodebant carmina mures.
Nil habuit Codrus, quis enim negat? & tamen illud
Perdidit infelix totum nihil,vltimus autem
Ærumnæ cumulus,quod nudum,& fruſta rogantẽ
Nemo cibo,nemo hoſpitio,tectoq; iuuabit.
Si magna Arturi cecidit domus,horrida mater,
Pullati proceres,differt vadimonia prætor.
Tunc gemimus caſus vrbis,tunc odimus ignem,
Ardet adhuc,& iam occurrit qui marmora donet.
Conferat impenſas,hic nuda,& candida ſigna,
Hic aliquid præclarum Euphranoris,& Polycleti,
Phecaſianorum vetera ornamenta Deorum.
Hic libros dabit,& forulos,mediamq; Mineruam,
Hic modium argenti,meliora,ac plura reponit
Perſicus orborum lautiſſimus, & merito iam
Suſpectus,tanq̃ ipſe ſuas incenderit ędes.

IOAN. BRIT. ¶ VCALEGON.i.dñs domicilij tuí:q ſubter te habitat in pri-mis tabulatis:alludit aũt ad carmẽ illud Virg.Iã ꝓximus ardet Vca-legon ⸿Friuola:etiã uiliſſima quęq;, & fragilia.a frio uerbo: quod ſignificat aliqd attrectando in puluerem,& partes minutas conuer-tere.quo uerbo ſæpe utitur Pli. ut eſt illud in.13.ubi legtur de pal-mis:In ipſa quidẽ Æthiopia friatur hęc tãta eſt ſiccitas, & farinę mo-do ſpiſſatur in panẽ. Idẽ in.12. Friatũ amomũ appellat.i.contri-tũ.Idem in eodem loquẽs de la-dano Id quoq; terrenũ eſt friabi-le. ⸿Ab imis gradibus:ab imis ſcalis, & primis tabulatis. ⸿Te-gula ſola tuetur.i.q habitat in ſu-prema parte ędiũ ſub tegulis.de-ſignat aũt cœnacula q̃ ſupiores partes domus dicunt: quæ inq-linis locari cõſueuerãt.Vnde ali-bi:Rarus uenit in cœnacula mi-les. ⸿Colũbę:nã in culminibus ſolẽt columbę habitare, & a cul-minibus ſunt denominatę.⸿Le-ctus erat Codro:oſtendit Vmbri-cius pauperem ubiq; infelicem eſſe exẽplo Codri. Nã ſi pauper, inquit,bona ſua aut incẽdio:aut alia calamitate amiſerit, nemínẽ inuenit,a quo iuuet. At ſi diues ardeat,ſtatim p̃ſto ſunt q ſubue-niãt.⸿Lectus:ſubaudi diſcubito-rius. Nã & uaſa cõmemorat ꝑti-nentia ad tri cliniũ.⸿Codro pau-ꝑ fuit poeta tragicus.de quo ini-tio operis : Rauci Theſeide Co-dri.⸿Procula minor:tã modicus ut uix caperet Proculã uxorẽ di-ſcumbẽtẽ.⸿Vrceoli ſex:uaſa ſex potoria,quæ i abaco ſena tm̃ re-poni oſtendit poeta.Vnde Plin. li.37.ca.2.de Pompei triũpho:Vaſa ex auro & gẽmis abacorũ no-uẽ.Cic.in.5.Tuſcu. Abacoſq; q̃ plures ornauit argẽto,auroq; cę-lato.qbus uerbis colligitur abacũ mẽſam eſſe, ubi uaſa e ſcaria,po-toriaue reponerẽt.Vnde Pli.eodẽ lib.& cap. Abacis etiã,eſcarijſq; uaſis inde expetitis.Et paulo infra eodẽ capite: Murrina humorem putant ſub terra calore denſari:amplitudine nuſq̃ paruos excedũt abacos. Auſonius:Fama eſt fictilibus cęnaſſe Agathoclea regem. Atq; abacũ ſamio ſępe oneraſſe luto. Abacus itẽ appellat planicies ſuperior quadrata capitelli in colũna: cui ad ſingulos angulos ſub ſunt ſuę uolutę. De quo ſic Victru. Tãta ſit altitudo capituli cũ aba-co:abaci latitudo ita habeat rationẽ:ut quanta fuerit altitudo, tãta duo ſint diagonia ab angulo ad angulũ. Dictio autẽ eſt deducta a gtõ gręco abacos. Capit itẽ pro tabula in qua calculatores & geo-metrę numeros & figuras deſignãt. Perſius nec q abaco numeros. Eaq; etiã fiebat ex marmore appellabat delphica.ſequitur eñi:Sub eodẽ marmore Chiron.i.ſub delphica . ita eñi exponit Porphyrio apud illud Horatianũ: Et lapis alb[9] Pocula cũ cyatho duo ſuſtinet. De qua menſa delphica ita meminit Cic.in.6.Ver.Pręteribo ꝙ iſte mẽſas delphicas e marmore,crateras ex ęre pulcherrimas ex oib[9] ędibus ſacris Syracuſis abſtulit.⸿Cãtharus:gręcum eſt uocabulũ: eſtq; genus uaſis potorij anſati.de quo ſæpe apud Plautũ fit mẽtio: ut illic in Pſeudolo:Datur cãtharus bibi.qđ Virg.(auctõre Macro-bio) propriũ Liberi p̃ris poculũ aſſignat Sileno:Et grauis attrita pẽ-debat cãtharus anſa.ponit ẽt (eodẽ auctore) ꝑ genere nauigij.⸿In-fra.i.abacũ.i.ſub abaco & mẽſa marmorea erat & cãtharus . ⸿Chi-ron : aliq intelligũt Chironẽ marmore ſculptũ ſuſtinentẽ delphicã. ſed melius eſt intelligas opus cõpoſitũ de Chirone:ut planius pau-pertas Codri oſtẽdat:q ne qdẽ haberet cõmoda librox ſuox repoſi-toria.Chiron autẽ centaurus fuit Saturni ex Phillyra filius.Nã (ut ſcribit Aratus) Saturnus cum per Thraciã filiã filiũ Iouẽ q̃reret,in equũ cõuerſus cum Phillyra cõcubuit,inde natus Chiron:q priore parte ſpeciẽ habebat hoís poſteriore uero eq.Nauigauit (teſte Or-pheo) cũ Argonautis:quox etiã fuit medicus:& uſum multarũ her-barũ inuenit:inter quas & cẽtaureã. Achillis magiſter fuit. Ad hũc in mõte Pelio cũ diuertiſſet Hercules,& ſagittas eius manibus mira-bũdus ꝑtractaret:e manibus una ſanguine Hydrę lernęę tincta in pedẽ decidit:cuius uulnere cũ angeret , miſeratione Deox in cęlũ poſt nouẽ dies eſt trãſlatus inter aſtra.Vnde Ouid.in Faſtis:Nona dies aderat,cũ tu iuſtiſſime Chirõ Bis ſeptẽ ſtellis corpe cinctus eras De hoc ergo a poetis fabula cãtata erat. Multa ẽt apud Achilleida. Statij diximus.⸿Mures opici: hoc aũt ꝑ luſum dicit q̃ſi rudes & bar-bari: nec q latine ſciãt. unde Sy-donius:Turbida & p̃ces & opica trãſlatio: deducto uocabulo ab Opicis populis Cãpaniæ q eã re-gionẽ priſcis tpibus tenuerunt. De qbus Stra.i.5.ſic ſcribit: An-tiochus ſane relĩqt ſcriptũ:hanc olim ab Opicis regionẽ habita-tã fuiſſe. Iſtos aũt Auſonios ap-pellatos:ĩdẽ ẽt uocati ſunt Oſci de qbus ſic Feſtus Pomp. Opicũ quoq; inuenimus ꝓ Oſco. Opi-cos ẽt populos antiq̃ſſimos Ita-liæ fuiſſe docet ſic Thucydides in.6.Siculi aũt ex Italia(ibi nãq; habitauerit)fugiẽtes Opicos,in eandẽ inſula traiecerũt. De Opi-cis itẽ meminit Diony.Halicar. pri.li. Thucydidẽ ſecutus. Opi-cos ergo ſiue Oſcos rudes & in-cultos fuiſſe docet Titinius poe-ta his uerbis: Oſce & uolſce fa-bulant,nã latine neſciũt. Voca-bulũ ergo uſurpabat ad exꝓ-brãdã ueræ latinitatis ignorãtiã unde & in.6. Saty.appellat mulie-rẽ opicã:q̃ſi latine neſcientẽ illic Atq; opicę caſtigat amicę Ver-ba uñ extat & illud dictũ Cato-nis in græculos:Nos Spurios di-cũt & Opicox cognomẽto dede-corãt. Auſonius.Eunus Syriſc[9] inguinũ ligurítor Opicus magiſter,ſic eũ docet Phyllis. Alij dicũt Opicos appellari eos,q gręce neſciãt,licet latine nõ ſint indocti:ut ꝑ luſum mures poeta appellat Opicos: q carmina gręce rodebãt,q̃ nec ĩtelligebãt.in q̃ opinione uĩ eſſe Gel.lib.x.ca.16. ubi ſic ſcribit: Percũctãti cuipiã q literax & uocũ gręcax expers fuit , cuiuſnã li-ber,& q̃ de re ſcriptus eẽt.Et paulopoſt ſubdit: Tũc ille Opicus uer-bis meis ĩchoatis & ĩcõditis adductus.⸿Nil habuit Codrus:eo,iḡt, pauꝑtatis redactus erat,ut nihil cĩno hr̃et.Et tñ illud nihil totũ ami-ſerit:nec inuenerit alicũde calamitati ſuę ſubſidiũ:adeo pauꝑtas ĩfe-lix eſt. At ſi,iḡt,diues aliquo fortunę ĩpetu de feliciore ſtatu deijcia-tur:ſtatim hẽt ſuppetias amicox paratas.⸿Vltimus aũt Ærũnę cu-mulus ſed hoc,iḡt,ẽ oíum miſerrimũ,ꝙ q̃rẽdo,petẽdoq; nihil inue-nit.⸿Fruſtra rogantẽ melius ẽ fruſta eẽ nomẽ, q̃ fruſtra aduerbiũ. ⸿Si magna Arturi:hic tota ẽ ĩdignatio poetę:ꝙ hoíes uel ſcelera-tiſſimi modo diuites ſint,magis reſpiciãt,q̃ paupes honeſti. Nã ſu-pra:Illic uiuãt Arturi[9] iſtic & Catulus,maneãt q nigrũ i cãdida uer-tũt:oſtẽdit Arturiũ & Catulũ uiliſſimos fuiſſe, & ſceleratos hoíes:q ꝑ ſcelera eſſent locupletati.per Arturiũ igit diuitẽ quẽq; & facinoro-ſũ ĩtelligit. Alij legũt Aſtyrij.⸿Horrida mater: ſubaudi ẽ.i.mulieres Romanę ſquallidę hũc q̃ſi cõmunẽ caſum lugẽt: queãdmodũ ꝯſtat & publicas calamitates ſępe luxiſſe.⸿Pullati:ſubaudi ſunt.i.atrati, & ueſtes lugubres induti.pullũ.n.nigrũ ſignificat.Virg.Ne macu-lis infuſcet uellera pullis. Tranqllus in Auguſto.Sãxitq; ne qs pul-latox media caue a ſederet.Pullũ ẽt appellamus nouellũ. Horat.in odis:Gaudeat pulla magis atq; myrto.uñ ẽt dicimus arbores pullu-lare:cũ ramos nouellos exerũt.Pli.lib.16. Seneſcũt ueIociter uites aquaticę,ſed e radicibus repullulãt.⸿Differt uadimonia pretor:dif-fert dictionẽ iuris,ſiue ſponſiones ſiſtendi ſe in iudicio , ac per hoc iura ipſa. Vadimoniũ uocabulũ qdẽ occurſu frequẽs eſt apud au-ctores:ſed difficile intellectu. uarijs.n.modis uſurpari ab ſcriptori-bus dubiũ nõ ẽ.Videt aliqñ capi poſſe ꝓ ſpõſione ad certũ diẽ ſiſtẽ-di ſe ĩ iudicio:uel ꝑ ſe uel ꝑ aduocatos.ut ĩ orõne Ci.ꝓ Quitio.dat ĩtelligi:ubi lõga ẽ altercatio de uadimonijs: altera ꝑte dicẽte fuiſſe ſibi uadimonia deſerta:altera uero nequãq̃ a ſe fuiſſe facta.q̃ ſigni-ficatiõe uĩ accepiſſe Tranqllus in Caligula,ubi ſic ait:Vt litigatox

pleriq;

Friuola
Friare
Cœnacula
Columbæ unde
Abacus
Delphica
Cantharus
Chiron
Opici populi
Oſci
Opica mulier
Opicus
Pullus
Pullulare
Vadimonium

plerię ꝙ occurrere abſentes ad uadimoniũ nõ poſſẽt cã caderẽt:q̃
ſi ad ſpõſionẽ factã ſiſtẽdi ſe ĩ iudicio ad diẽ ꝯſtitutũ. Aliqñ ꝑ citatio
ne ĩ ius. Pla.ĩ Cur. Vbi tu es, q me uadat⁹ es uadimonijs uenereis.
.i.q me citaſti ĩ iudiciũ citationib⁹ uenereis. Val.li.3. Nã cũ oppidũ
Babiã circũſederet Sci.tribunal ſuũ adeũtes ĩ ędẽ, q̃ ĩtra mœnia ho
ſtiũ erat uadimoniũ ĩ poſterũ diẽ facere iuſſit. Se.li.de Ira: Quid ſi ꝑꝑ
uſurã, aut milleſimã ualetudinari⁹ fœnerator diſtortis pedib⁹ & ma
nib⁹ ad cõparãdũ nõ relictis clamat: ac ꝑ uadimonia aſſes ſuos ĩ ip
ſius morbi acceſſionibus uĩdicat: hoc ẽ aſciſcit & ꝯſeqt ꝑ citationes
& iura forenſia. unde & Porphyrio ĩ Horatiũ ſic ſcribit. Horatiũ cõ
ſulit, an ꝑmittat atteſtari iniecta manu extracturus ad p̃torẽ: ꝙ uadi
monio nõ paruerit: hoc eſt citationi. Idẽ Porphyrio alibi refert ſe in
cidiſſe in hoĩem moleſtũ: neq ſe ab eo auellere potuiſſe: niſi aduer-
ſarius ſuperueniſſet: a quo uadimoniũ ſibi dictũ eſt. i. citatio in ius.
Capi ẽt uidetur ꝓ iuriſdictione. Liui.lib.33. Pręторes quoꝝ iuriſdi
ctio erat: tribunalia ad diſciplinã publicã poſuerunt: eo uadimonia
fieri iuſſerũt: ibiq eo anno ius dictũ eſt. Gel.li.7. Tũ e militibus, q ĩ
iure apud eũ ſtabãt, interrogauit qſpiã ex more ĩ quẽ diẽ, locũq ua
dimoniũ ꝓmitti iuberet. ubi liqdo apparet uadimoniũ poni pro iu-
riſdictione: ut ſit: quo die, quoue loco uelit me dicere. Macro.in.1.
Satur. Cõperẽdini dies ſunt, qbus uadimoniũ licet dicere. Pli.li.7.
Bebius iudex dũ uadimonium differri iubet, mortuus eſt: hoc eſt di
ctionẽ iuris. Sene.lib.7.epiſt.ad Luci. Tã ridicule facio, q̃ ille qſqs
uiciſſe ſe putat: cũ uadimoniũ diſtulit. Idẽ lib.1. Nõ uideor tibi plus
ꝓdeſſe, q̃ cũ ad uadimoniũ aduocatus deſcenderẽ. Apul. uero li.x.
pro effectu poſuiſſe uidetur, cũ ſic ſcribit: Promiſſę libidinis flagitat
uadimoniũ. q.d. effectũ. i. ut efficiat qđ promiſit. Idẽ li.11. Iãq dies
aderat diuino deſtinatus uadimonio. hic uidet́ poni uadimoniũ ꝑ
promiſſione: quaſi Deus ꝓmiſiſſet ei priſtinę formę recuperationẽ.
¶ Tunc gemimus. ſ. ardẽte Arturio hoĩe diuite. ¶ Tũc odimus ignẽ
tunc, inqt, ignẽ deteſtamur tanq̃ rẽ dãnificã. ¶ Hic ſubaudi ab infe-
rioribus dabit. ¶ Signa cãdida: ſimulachra marmorea cãdida. ¶ Eu
phranoris: Euphranor & Polycletus Athenięſes fuere, de qbus mul
ta Plin. ambo ſtatuarij mirę celebritatis. Euphranoris eſt Alexãder
Paris: in quo laudat́ ꝙ oĩa ſimul intelligantur: iudex Deaꝝ, amator
Helenę: & tñ Achillis interfector. Lege Pli.li.33.ca.8. ¶ Vetera or-
namẽta: ſubaudi dabit ab inferioribus, ut dixi. i. q̃ antea diu fuerãt
in tẽplis Deoꝝ. ¶ Deoꝝ Phecaſianorũ: huius loci duplex poteſt eſſe
expoſitio: Alij enim Deoꝝ Phecaſianorũ legunt. i. Deoꝝ quos Phe
caſii ſacerdotes colebãt. Nã Phecaſios ſacerdotes fuiſſe oſtẽdit Ap
pianus lib. de bello ciuili loquens ſic de M. Antonio: Calciamenta
candida qualia Athenienſiũ ſacerdotes & Alexandrinorum, quos
Phecaſios uocant deferre cõſueuerunt. A calciamentis igitur, quæ
phecaſia dicebãtur, apparet tales ſacerdotes eſſe denoĩatos. Calcia-
menti meminit Sene.lib.7.de beneficijs: Pythagoricus qdam eme
rat a ſutore phecaſia. Item ad Luciliũ: Siquidẽ palliatũ, aut phecaſia
tũ cõſpexeris. Diuus quoq Hiero. cõtra Iouinianũ ita inqt de Phe
caſianis: Bactrianis ad hoc ipſum nutritis obijciũt ſenes, ꝙ cũ Ale-
xandri prefectus Phecaſianoꝝ emẽdare uoluiſſet, pene amiſit pro-
uinciã. Alij uero ex ueteri codice (quoꝝ ſenſus magis mihi placet)
nõ Phecaſianoꝝ Deoꝝ legẽdũ putant: ſed hic aſianoꝝ: ut hęc parti-
cula hic qnquies, nec etiã ſine ornatu rhetorico repetatur. ut dicat:
hic. i. alius dabit ſigna candida. Alius aliquod pręclarũ Euphrano
ris, aut Polycleti. Alius uetera ornamenta Deoꝝ aſianorũ. Alius li
bros & forulos. Alius modũ argenti &c. ut per uetera ornamenta
Deoꝝ aſianorũ intelligamus ſigna: aut tabellas pictas: aut uaſa au-
rea ſiue argentea, qbus rebus Deoꝝ tẽpla ornari ſolent: ac ꝑ hoc ſa
tyrice oſtẽdit Romanos ob auaritiã tẽplorũ expilationibus nõ par
cere. unde legimus apud Plutar. Syllã quæ ĩn donarijs ornatiſſima
& pretioſiſſima fuerant, tũ ab Epidauro, tum ab Olympia, tum ex
Delphis datis ad Amphictyonas literis Dei pecunias ad ſe deferri
iuſſiſſe. Quę furta, quęq expilationes, q̃ & publice & priuatim fie-
rẽt monet Cic. ad Q. fratrẽ his uerbis: Pręclarũ eſt enim ſummo cũ
ĩperio fuiſſe in Aſia triẽnium ſic ut nullũ te ſignũ: nulla pictura: nul
lũ uas: nulla ueſtis: nullũ mãcipiũ: nulla forma cuiuſquã: nulla cõdi-
tio pecunię: qbus rebus abũdat iſta ꝓuincia: ab ſumma integritate
cõtinentiaq deduxerit. Cęſar (ut ſcribit Trãquillus) in Gallia fana
tẽplaq Deũ donis referta expilauit. ¶ Et forulos: armaria & repoſi-
toria libroꝝ. Sueto. in Augu. Libros Sibyllinos delectu habito cõ
didit duobus forulis auratis ſub palatini Apollinis baſi. Fori uero
dicuntur tabulata nauiũ ab eo qđ inceſſus ferant. Hæc Ser. in Vir.
in.4. Impleſſemq foros flãmis. ab Apul. uero li.4. capit́ ꝑ ſedilib⁹
ubi ſic ſcribit: Hi ſimili lauacro refoti, inter foros ſocioꝝ ſeſe repo-
nunt. Tũc forte ducti miniſteriũ faciũt, eſtur, ac potatur incondite.
¶ Mediãq Mineruã: mediam ſtatuã Mineruę ad exornandã biblio
thecã. ¶ Perſicus orboꝝ lautiſſimus Perſicus, Pactius, Gallita, & La
ronia ꝓ nobilibus & ditiſſimis orbis ponũt́. ¶ Reponit: reparat, & q̃
ſi lucrifacit & recondit. eadẽ ſignificatione poſuit. Quintil. lib.2. lo
quẽs de animalibus: Quinetiã reponere ĩ hyemẽ alimẽta uidemus.
¶ VCALEGON. i. quis uicinus tuus: ſicut Vcalegon erat ui ASCEn.
cinus Æneę. de quo ipſe apud Virg. in.2. dicit: Iam ꝓximus ardet
Vcalegon poſcit. i. efflagitat aquã ad extinguẽdum incendiũ. iã. i.
aliquãdo. ſ. quãdo uidet extingui nõ poſſe. transfert. i. in alium locũ
fert. friuola. i. res friuolas & fere cõfractas. & iã. i. ſtatim. poſt tertia
tabulata, q̃ uulgus ſolaria uocat. fumant tibi. i. detrimentũ tuum. &
tu qui es in altiore parte domus ſub tecto locatus neſcis. nam ſi tre
pidatur. i. trepide curritur ꝓpter incendiũ in imis gradibus. i. in infi
ma parte domus. ille ardebit ultimus. i. res ardebit ultima: & forte
etiã ipſe quem ſola tegula tuetur. i. defendit a pluuia. ubi columbę
molles. i. uenereę & ſalaces. reddunt. i. pariunt uel ponũt oua. Pro
bat exẽplo dicens: Lectus erat Codro. i. Codrus habuit lectum nõ
qdem triclinarem: quia dicetur ſtatim: Nil habuit Codrus: hoc eſt tã
pauper erat, ut nihil dictus ſit habuiſſe: nõ eſt autem pauperis habe
re triclinium: nec ueroſimile ꝙ qs lectos triclinares ſub tegulis col
locet. Intelligemus ergo de lecto, ĩ quo cubabat: qa dicit quod erat
minor Procula: per quã uxorẽ eius intelligo, ut ſit ſenſus: ꝙ tam bre
uis fuerit is lectus ut Procula nõ tota ſuper eũ cubaret: ſed pedibus
extenſis excederet. erat ergo lectus Codro minor. i. breuior: Procu
la uxore eius. & ſex urceoli. i. parua uaſcula ad aquam hauriendã
& ea fictilia erant Codro ornamentũ abaci. i. theſaurorũ repoſitorij
uel tabulę ad hoc conſtructæ, ut pocula &c. uaſa ſuſtineat. Græce
dicitur hęc abax huius abacos. Vnde latinus nominatiuus hic ab
acus ci. qa ergo ꝓ ornamẽto abaci nõ habebat niſi ſex uaſcula ter-
rea ſignũ eſt ſummæ paupertatis. Nã apud Hor. in de arte poetica cũ
dicit: Amphora cœpit Inſtitui currẽte rota, cur urceus exit, urceus
ẽ uas paruũ & fictile. & tñ hic diminutiuo utit́. Pręterea puus cãtha
rus. i. uaſculũ anſatum ad potandũ & Chiron. i. opus de Chirone:
ut intelligit Calderinus. uel ſtatua Chironis: ut intelligit Man. quod
minus placet. Quid enim tã pauperi cũ Chironis ſtatua: uel (ut ego
intelligo) Chiron. i. opus Chironis in medicina & potiſſimũ in chi
rurgia: ad quã artẽ ſe cõtulerat Codrus paupertate coactus: quod
ſignificat poeta dicens: Iamq uetus &c. qa gręcos libellos. i. poetas
& philoſophos græcos & carmina diuina: qđ ironice dicit. nã prius
dixerat poeta: Rauci Theſeide Codri &c. repoſuerat in ciſta, tanq̃
non amplius eiuſmodi rebus uacaturus: ut ergo paucis iterũ dicã:
accipiamus ſic. & cantharus paruulus erat infra ſup. abacum. i. pẽ
debat ſub abaco. ſicut in Bucolicis dicitur, Et grauis attrita pende
bat cãtharus anſa. & Chiron. i. opus Chironis erat ſub eodẽ marmo
re. i. marmorea mẽſa: qa uetus ciſta ſeruat. iamq. i. a pluſculo tpe.
libellos gręcos quos abiecerat. & mures opici. i. cauernoſi. uel re-
uera barbari: ut Oſci, q nõ abſtinebãt a re tã diuina: rodebãt carmi
na diuina: ſi de carminibus Codri intelligimus (ut mihi placet) di-
ctũ eſt ironice. ſi de carminib⁹ gręcoꝝ poetarũ: merito diuina appel
larit. Codrus nihil habuit. i. pauperimus erat uſq adeo: ut oẽs eũ ni
hil habere dixerint. unde ſequitur: Quis. n. negat eũ. ſ. nihil habere
q.d. nemo. & tñ ipſe infelix ꝑdidit illud totũ nihil ita: ꝙ reuera peni
tus nihil haberet. aũt. i. ſed. ultimus. i. ſummus. cumulus. i. incremẽ
tũ uel agregatũ. ęrũnę. i. perditionis & calamitatis ſup. erit qđ nemo
iuuabit cibo: nemo hiſpitio: & nemo tecto Codrũ nudũ rogantẽ. i.
petentẽ more mẽdici. fruſta. i. fragmẽta panis. & ſic nõ ſolũ melior
eſt uerſus: ſed ẽt ſenſus: qa aliter unũ bis diceret: qa idẽ eſt fruſtra ro
gare: & nullũ eũ iuuare. Si magna domus Arturi. i. Arturij: de quo
dictũ eſt: Viuant Arturius iſtic, Et Catulus. cecidit uel incendio uel
ruina. mater uidelicet Roma eſt ſup. horrida. i. inculta, & q̃ſi tremẽs
pre triſtitia tanti caſus. & proceres. i. primores ciuitatis ſunt ſup. pul
lati: hoc eſt nigris ueſtibus induti p̃tor differt. i. in aliũ diẽ extendit
uadimonia. i. fideiuſſiones & alias obligatiões. nos gemimus. i. de
ploramus tacite oẽs tunc caſus urbis. & nos odimus. i. odio ꝓſeq-
mur tunc ignem, quo factum eſt tale incendiũ. & ſciat tyrunculus
grãmatice odimus media breui eſſe. eſt enim in uoce preteriti tpis:
ſed hic p̃ſentis in ſignificatione. nã uenit ab odi, odio odis enĩ non
reperies niſi ſemel apud Ciceronẽ de Orato. odias. domus eius ar
det adhuc etiam occurrit ſup. aliquis, qui donet marmora ad rędi
ficandam pretioſam & regalem domum. & ſup. alius qui conferat
impenſas. & hic. i. alius dabit nuda & candida ſigna. i. imagines nu
dorum corporum ad uiuum exciſas in candido: utpote pario mar-

more. hic. i. alius. dabit aliquid prę clarū. i. aliquod pręclarum opus Euphranoris & Polycleti. i. illorū artificū in statuis sculpēdis & pingendis peritissimorū: appositorie dabit inquit aliquid præclarū existens uetera ornamēta Deorū Phecasianorū. i. quos sacerdotes Phecasii. i. Athenienses, & Alexandrini coluerunt. hic. i. alius. dabit libros & forulos. i. thecas seu capsas. in quibus libros reponat: & mediam Mineruam. i. uetus æs habens imaginē Mineruę sed contritā uel reuera mediā Mineruā: quā Deam sapiētię in bibliotheca ponebāt in tabula altiore. ubi media. i. usq; ad mediū corporis procul uidentibus tota credebatur: uel sic media ut statuas sanctorum medias in aris ex argento reponi uidemus. hic. i. ali⁹ dabit modiū argēti. Persicus uir ille diues lautissimus orboꝝ. i. lautissime & delicatissime uiuens inter orbos. i. liberis carētes: quia enim liberis carebat oēs hęredipetę. i. hęreditatis petitores mittebant optima quęq; cibaria ad eū: ut inescarēt eū. huic aūt cōbusta erat domus: sed ꝑ dona captatoꝝ reponit. i. resarcit, reficit reaccumulat plura & meliora sup. bona. & ipse est iam merito suspectus, tanquam ipse incenderit suas ædes: ut scilicet meliora ac plura reponeret, quod & fecit.

Si potes auelli circensibus, optima *Soræ*,
Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur,
Quanti nunc tenebras vnum conducis in annum.
Hortulus hic, puteusq; breuis, nec reste mouendus,
In tenues plantas facili diffunditur haustu.
Viue bidentis amans, & culti villicus horti,
Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis:
Est aliquid quocunq; loco, quocunq; recessu,
Vnius sese dominum fecisse lacertæ.
Plurimus hic æger moritur vigilando, sed illum
Langorem peperit cibus imperfectus, & hærens
Ardenti stomacho. nam quæ meritoria somnum
Admittunt? magnis opibus dormitur in vrbe.
Inde caput morbi rhedarum transitus arcto
Vicorum inflexu, & stantis conuitia mandræ
Eripiunt somnos vrso, vitulisq; marinis.
Si vocat officium turba cedente vehetur
Diues, & ingenti curret super ora Liburno,
Atq; obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus,
Namq; facit somnum clausa lectica fenestra,
Ante tamen veniet, nobis properantibus obstat
Vnda prior, magno populus pmit agmine lumbos
Qui sequitur, ferit hic cubito, ferit assere duro
Alter, at hic tignum capiti incutit, ille metretam.
Pinguia crura luto, planta mox vndiq; magna
Calcor, & in digito clauus mihi militis hæret.

IOAN. BRIT. ¶ SI potes auelli circensibus: notat populum Roma. qui ludis circensibus: ita delectabatur: ut nihil illi maiori curę esse uideretur. unde alibi: Atq; duas tm̄ res anxius optet Pana & circenses. alibi: Totam hodie Romam Circus capit. Item alibi: Illa mœstitia est caruisse anno circēsibus uno.

Circus maxim⁹ unde Ludi magni & romani

Nam ij ludi. qui tanta omnium spectabantur delectatione: in Circo maximo fiebant. Vnde & nomen sortiti sunt. Idem etiam appellati sunt Romani & magni. Circo autem qui maximus dicitur, Tarquinius priscus (ut docet Liui. lib. 1.) Romæ primus locus designauit in quo ludos longe instructius, opulentiusq; fecit q̄ priores reges. Circum autem maximum dictum esse scribit Varro, ꝙ circum spectaculis ędificatis ibi ludi fiunt: & ꝙ ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt. Maximus autem appellatus est. ꝙ amplitudine longe maior esset q̄ Circus intimus, & Circus Flaminius. Nam (ut scribit Pli. li. 36.) longitudine fuit trium stadiorū, latitudine unius, sed cum ędificijs quaternum iugerum. Capiebat aūt ducenta & lx. millia hoium sedentiū. Ludi autem instituti fuerunt in honorē Cybeles magnę Deorū matris: qui uocabulo gręco dicti megalenses, latino magni: ἀπό τῆς μεγάλης μητρος hoc est a magna matre. Vnde est illud apud Iuuena. in. 11. Satyr. Interea Megalesiacę spectacula mappę Idęū solēne colunt. Asconius tū Pędianus ait: Ludos magnos esse appellatos, ꝙ magnis impēsis sint dati. tunc primū ludis impēsa sunt ducētamillia nummū. uel ꝙ Dijs magnis. i. laribus urbis Romę dati sint: qbus aiunt raptas Sabinas esse. ut uideat̄ ꝓpter hoc dicere Virg. Magnis circensibus actis. nā & circēses ludi sunt. ijdē etiā plebei sunt appellati: ꝙ initio ueris stato, solēniq; die celebrabātur magno totius plebis studio & delectatione. unde ait alibi At mihi pace Immensę, nimięq; licet si dicere plebis. Et alibi: Atq; a plebeis longe megalesia. Plebeios autem ait Asconius appellatos ꝙ exactis regibus pro libertate plebis fecerunt: aut ꝓ reconciliatione plebis.

Ludi circenses

Ludi etiā circēses in honorē Cereris celebrabant̄. Vnde Cor. Tacitus lib. 16. de Nerone principe loquēs: Tandē, inquit, statuere circēsiū ludoꝝ diē: q Cereri celebrat̄, exequi destinata: qa Cęsar rarus egressu, domoq;, aut hortis clausus ad ludicra Circi uētitabat. Et paulopost: Vtq; circensiū cerealiū ludicrū pluribus equitū cursibus celebraret̄. Oui. in. 4. Fast. Circus erit pompa celeber, numeroq; Deoꝝ: Primaq; uentosis palma petet̄ equis. Hic Cereris, ludi non est opus indice causa. De quibus etiā Iuue. intellexit. 14. Satyr. illic. Ergo omnia Florę: Et Cereris licet, & Cybeles aurea relinquas. illic ut de ijs aliquid uberius dicat̄: quatuor exhibebant̄ aurigarū factiones denominatę a q̄tuor diuersis pāni coloribus, qbus ipsi agitatores induti erant. De qbus sic Sydonius Apollinaris: Micant colores albus & uenetus, Virens, rubensq; uestra insignia cōtinent. Ministri ora & lora manu, iubasq; totas Cogūt flexilibus latere nodis, Horaturq; obiter, iuuatq; blādis Vultus plausibus & uoluptuosum. Dictāt quadrupedātibus furorē, Impellunt, trepidāt trahunt repugnant, Ardescunt, saliūt, timēt, timentur. Nā spectatores diuerso currentibus aurigis fauebāt studio, alijq; aliū hortabant̄ ad uictoriā. unde est illud apud Pli. ad Caluisiū: Nūc fauent pāno, pānum amant. Et si in ipso cursu nō mediocri certamine hic color illuc, hic huc trāsferatur, studiū, fauorq; transibit. & repente agitatores illos, equos illos quos ꝓcul noscitāt, quorū clamitant nomina relinquet, tāta gratia, tēta auctoritas in una uilissima tunica. Quibus uerbis ostendit Plin. tāto studio coloribus Romanos diuersis fauisse: ut non homines, sed colores ipsos, qbus induti erāt, adamarent ita: ut si colorū mutatio facta esset in ipsis agitatoribus, & ab una factione ad alterā trāslata, itidem & fauorem spectatorum trāsiturū: ut plane ostendat illos non personis, sed coloribus fauisse. Prasinæ: hoc est uiridi factioni, Caligula & Nero ita addicti, deditiq; fuerunt: ut Caligula cœnaret i stabulo assidue: & maneret: uiciesq; sestertiū agitatori cythico ꝯtulerit. Nero uero inter discipulos cū quereret̄ quōdā tractū Prasinū agitatorem: & cū a magistro obiurgaretur de Hectore tracto, se loqui ementitus sit. Venetę uero factioni adeo fauit Vitellius: ut quosdā de plebe ob id ipsum ꝙ uenetæ factioni clare maledixerāt, interemerit. Mart. in Distichis de Prasino & Veneto mentionē facit: Si Veneto, prasino ue faues qui coccina sumis: Ne fias ista trāsfuga ueste uide. Nā coccinatus ꝓ transfuga haberetur qui relictis prasino & ueneto ad purpurei pāni factionē abiret. Iulius Capitolinus in uita Veri sic scribit. Circensiū tantā curā habuit: ut frequēter ꝓuincialibus literas cā eorū & miserit & acceperit: deniq; ēt presens & cū Marco sedēs, multas a Venetianis passus ē iniurias: ꝙ turpissime contra eos fauerit. Nā & uolucri equo prasino aureū simulachrū fecerat, qđ secū portabat. Duas etiā Domitianus Circēsibus grecū factiones aurati, purpureiq; pāni ad quatuor pristinas addidit. Trāquillus in Domitiano. Est ergo sensus: Si potes, inqt, relinq̄re istos ludos circēses, qbus tota ciuitas tātoꝑe delectat̄, optime, trāquilleq; habitabis in Cāpania. ¶ Sorę: Sora, Fabrateria, & Frusino oppida sunt Volscoꝝ i Cāpaniā. a Fabrateria fit Fabraternus. ¶ Tenebras: locū tenebrosum & obscurū. Sensus est: In alijs Italiæ oppidis tanti tibi poteris parare domū optimā, quāti Romę cōducis domiciliū tenebrosum. ¶ Hic: pro illic in oppidis. s. ¶ Puteus breuis: nō ꝓfundus. sic etiā dicimus aq̄s breues non altas, nō ꝓfundas. Talē puteū ꝑcipit & Columel. habendū: Aut fons illachrimet putei nō se de profundi. ¶ Viue bidentis amans: satius, inquit, est agricolationi uacare, q̄ habitare intra urbem iter tot uiuendi difficultates, & molestias. Ergo amans bidentis. i. rei rusticæ, & in primis cultus hortorū. ¶ Bidentis: bidens genus est sarculi. ¶ Pythagoreis: Pythagoras cum carnibus abstinendum doceret, legumine, oleribusq; uescebatur: ut mortales ad faciliorem assuefaceret uictū: & cibos semper parabiles. quod institutū discipuli seruauere. De quo plura illic dicemus: Ventri indulsit nō omne legumē. Faba abstinuisse docet Cic. in. 1. de diuinatione: quasi uero & cibo mens non uenter infietur. ¶ Est aliqd: uenusta suasio: operępretiū, inqt, est alicuius rei, uel uilis

simæ

In c... bus ... ones ... riga ... tuor

Sora Fab... ria Fab... nus s...

Aqu... breu...

Bide...

ſimæ dñm ſe facere: ut oĩno oſtēdat lōge melius eſſe in loco deſerto habitare, q̃ in urbe. ⁋ Vnius lacertæ: unius (ut dici ſolet) uermiculi: hocq; melius, q̃ ut ad menſuram referas terræ. ⁋ Plurimus hic æger: aliud incōmodũ affert pauperũ. Plurimi, inqt, moriuntur cōtracta ęgritudine ex noctibus in ſomnibus. Nã pauperes in ea, inquit parte ędiũ diuitis habitãt: q̃ publicis eſt ꝓxima uijs ut dormire nō queant nimio & iumentoꝝ & plauſtroꝝ ſtrepitu: ſicq; iterrupto ſępe ſomno, in ęgritudines lętiferas incidũt. Hoc etiã conqueritur Mart. Numerare pigri dãna quis poteſt ſomni. item alibi: Otia me, ſomnuſq; iuuãt, q̃ magna negauit Roma mihi. ⁋ Cibus impfectus nō concoctus in ſtomacho, q cauſa eſt langoris. ⁋ Quæ meritoria: loca meritoria dñr, quę mercede locãtur inquilinis a merēdo. unde & tabernę meritorię ipſa ſtabula dñr: hoc eſt caupone. Nam mereri eſt cauſa q̃ſtus aliqd operari: unde & meretrices ſunt appellatę, ꝙ turpitudine corporis ęs merent̃. Merceſq; pmiũ appellat̃, qđ dat̃ ꝓ laboribus ſuſceptis a merēdo. Inde etiã dñr pueri meritorij: qui aut ſpōte ſua, aut iubēte dño proſtãt, turpiq; q̃ſtu æs merētur. Vnde & Sueto. in Caligula appellat uehicula meritoria, q̃ mercede locãtur. ⁋ Magnis opibus. i. diuites & potētes dormiũt, q ſibi de loco remoto proſpiciunt. ⁋ Inde caput morbi: ſubaudi eſt: ꝙ. ſ. nō dormiunt. ⁋ Rhedarũ trãſitus: ratio ſomni interrupti. Nã trãſitus inqt, rhedaꝝ ĩ arcto uiaꝝ inflexu adimunt ſomnũ. ⁋ Arcto inflexu uicorum: uici adeo coniuncti obliquiq; erãt: ut difficilē trãſitũ uehiculis darent. Tacitus: Arctis itineribus hucq; & illuc & enormibus uicis q̃lis uetus Roma fuit. Vnde Nero auctore Tranquillo) offenſus anguſtijs & flexuris uicoꝝ incēd. t urbē: ꝙ autē uici obliqui eſſent: docet Liui. in fine. 5. lib. ab urbe cōdita his uerbis: Feſtinatio curã exemit uicos dirigēdi: dũ omiſſo ſui, alieniq; diſcrimine in uacuo ędificãt. ea eſt cauſa, ueteres cloacę primo ꝑ publicũ ductę: nũc priuata paſſim ſubeant tecta: formaq; urbis ſit occupatę magis q̃ diuiſe ſimilis. ⁋ Conuicia ſtãtis mandræ: hoc eſt conuicia, quæ fiunt mandræ ſtanti & remorãti. nam genitiuus mãdræ ſtat paſſiue. genitiui enim ponuntur & actiue & paſſiue. ut ſi dicam: Verbera magiſtri ꝓſunt pueris. i. uerbera quæ infligit magr̃e. & quia magiſter agit actiue ponitur genitiuus: paſſiue uero uerbera puerorum. i. quæ pueri patiuntur. Cōuicia ergo mandrę. i. quę mulio facit in mandrã ſolẽt. n. muliones multis conuicijs & minis agere iumenta. Cōuiciũ dicitur (auctore Vulpia.) uel a cōcitatione, uel a cōuentu: hoc eſt collatione uocũ. cũ. n. plures uoces in unũ cōferũtur, conuiciũ appellat̃: q̃ſi ꝯuociũ. Feciſſe ꝯuiciũ dr̃ nō tã is q uociferatus ē, ueꝝ is quoq; q cōcitauit ad uociferationē alios: uel qui ſubmiſit ut uociferetur. nō tñ omne maledictũ conuiciũ eſt, ſed id ſolũ quod cũ uociferatione dictũ eſt, & ſiue unus, ſiue plures dixerint conuiciũ eſt: qđ in cœtu dictũ eſt. Quod autē nec in cœtu, nec uociferatione dicitur, conuiciũ nō ꝓprie dicit̃, ſed infamãdi cauſa dictũ. ⁋ Mandrę: græcis iumentorũ ſtantis. ſignificat enim mãdra multitudinē iumentoꝝ. Martia. li. 5. Vixq; datur lōgas multoꝝ uincere mãdras. ⁋ Eripiũt ſomnos urſo: oēs quos adhuc uidi codices legũt Druſo: ſicq; cōmentatores Druſum exponunt pro hoĩe ſomniculoſo. Ego uero urſo legendũ cōtenderim: hac maxime ratione, ꝙ cũ dicat ſomnum eripi uitulis marinis: recte ꝓcedat, ut de alijs belluis, q̃ alte dormiunt loquatur, q̃ de hoĩe. Nam urſi (ut ſcribit Pli. li. 8. ca. 36.) primis diebus bis ſeptenis tã graui ſomno pmunt̃: ut ne uulneribus qdē excitari queãt. ⁋ Vituliſq; marinis: q̃ phocę dicũtur. quo aĩali nullũ grauiore (auctore Pli.) premit ur ſomno. Virg. Sternũt ſe ſomno deſerto in littore phocę. ⁋ Si uocat officiũ: aliud ēt incōmodũ ꝓponit pauperũ. Nã ſi forte aliquo eundũ ſit ita officio poſtulãte: diues ſup ora pauperũ lectica feretur ſine aliquo eius incōmodo: ſed cũ magna pauperũ pernicie qui a ſeruis lecticarijs, cæteraq; ſeruoꝝ turba proſternuntur, conculcanturq; pedibus in luto. ⁋ Curret ſup. ora. i. ſublimis in lectica uehetur ſupra capita hominum. Vnde Sene. ad Luci. loquens de diuite ſic ait: Quos ſupra capita hominum ſupraq; turbã delicatos lectica ſuſpēdit. Pli. in Panegyricis Traiani luxũ & ſuperbiã ſui temporis damnans ſic ſcribit: Ante te principes faſtidio noſtri, & quodã ęqualitatis metu uſum pedũ amiſerãt. illos ergo humeri, ceruiceſq; ſeruoꝝ ſup ora noſtra uehunt. ſic. n. diues nec ſolũ in urbe, ſed ēt foris geſtabatur. Sene. itē ad Luci. Nō turba ſeruorũ lecticã tuã per itinera urbana, ac peregrina portantiũ. Cic. in. 2. Philip. At iſte operta lectica latus eſt ꝑ oppidũ, ut mortuus. ⁋ Ingēti liburno: ingenti & ꝓcero lecticario. Alibi: Tarde ueniſſe liburnus Dicitur. Nam ex Liburnia quę Dalmatię eſt cōtermina, magnæ ſtaturę mittebãt̃ ſerui. uñ alibi: Prim⁹ clamãte liburno Currite. ⁋ Atq; obiter: hinc eſt indignatio Vmbricij: ꝙ cũ ipſi pauperes in itinere luto prouoluãtur: diues tãto otio geſtet̃: ut etiã in lectica legat, & dormiat. ⁋ Obiter. i. ſimul & una. ut ſit ſenſus: Curret, inqt, ſuper ora & ſimul leget aut ſcribet. ſic etiã alibi: Verberat, atq; obiter faciē linit, & audit amicas eodem ſignificatu ubiq; accipitur. Pli. li. 37. Libet obiter uanitatē magicã hic quoq; coarguere. Idē in eodē: Nec uero id ſolũ agemus: ſed ad maiorē utilitatē uitę obiter coarguetur magorũ infanda uanitas. Idē li. 33. Illud quoq; obiter indicari conuenit: hoc eſt ſimul & una. Obiter ⁋ Intus: nã (ut diximus) lectica erat inſtar cubiculi. unde Plin. li. ulti. natu. hiſto. cubiculũ uiatoꝝ appellat: qđ alibi Iuue. ſatyrice appellauit antrũ. ⁋ Ante tñ ueniet: licet, inquit, legat, aut ſcribat, aut dormiat cũ multo otio: tñ nos ēt pcedet. ⁋ Vnda: multitudo q̃ undã maris imitatur in tumultu. Virg. in. 2. Geor. Mane ſalutantũ totis uomit ędibus undã. ⁋ Aſſere duro: aſſeres ligna dñr oblonga, utputa pali, partıcę. Vnde Cęſar in. 2. li. de bello ciuili ait: Aſſeres. n. pedũ duodecim cuſpidibus pfixi. Hircius lib. 4. de bello alexãdrino: Aſſeres remorũ uſum obtinebãt Sueto. in Caligula: Ad primũ tumultũ lecticarij cũ aſſeribus accurrerũt. Cato in re ruſtica: Duobus aſſerculis appoſitis parieti. qbus Gallinę in nidũ poſſint irrepere. Victru. in. 7. Aſſeres directi diſponãtur inter ſe: ne plus ſpatium habentes pedes binos, & hi maxime cupreſſeos, ꝙ abiegeni a carie & uetuſtate celeriter uitiantur. Idem lib. 5. Deinde inſuper ſub tegulas aſſeres ita prominentes, uti parietes proiecturis eorum tegantur. dicti aſſeres ꝙ aſſideant parietibus, trabibuſq; ut Feſtus ſcribit. Aſſerꝭ ⁋ Tignum: ſcribit Vulp. appellatione tigni cōtineri omnem materiam ex qua ędificiũ cōſtet, uineęq; neceſſaria. unde quidam aiunt tegulam quoq; & lapidē & crementa, cęteraq; ſi qua in ędificijs ſunt utilia. Tigna. n. a tegendo dicta ſunt. hoc amplius & calcē & arenã tignorũ appellatione cōtineri: ſed in uineis etiã tigni appellatione oĩa uineis neceſſaria cōtinentur. utputa perticæ, pedamēta. unde ēt fabri tignarij appellãtur, q ędificia extruũt. Tignum ⁋ Metretã uas certę cuiuſdã mēſurę. Mart. Plurimus hiſpanas miſit tibi nauta metretas Cato in re ruſtica: Ahenũ unũ habeat, qđ capiat metretas triginta. Faber tignarius Metreta Diuus Ioannes in euãgelio ſcribit ſic: Erãt lapideę hydriæ ſex capiētes ſingulæ metretas binas, uel ternas. ⁋ Magna planta. i. pedibus magnoꝝ militũ ꝓculcor & patior. Nã & alibi appellat grãdes ſuras milites ipſos magnos & proceros. ⁋ Pinguia crura luto: ſub audi extrinſecus ſunt. ⁋ Clauus militis: milites caligas geſtabãt multis clauis ſubfixas. uñ alibi Iuu. Cũ duo crura habeas offendere tot caligatos Millia clauoꝝ. Caliga Claui autē, qbus caligę ſuffigebantur, caligares dicti ſunt. Pli. li. 9. Piſces exiſtũt ſquãmis cōſpicui crebris atq; pacutis clauoꝝ caligariũ effigie. Clauus Caligares Cuius calciamēti ita meminit Ioſephus in. 7. de bello Iudaico loquens de cęde Iuliani Hecatontarchi: Calceos namq; habēs creberrimis atq; acutis (ut cęteri ſolēt milites) clauis fixos: dũ ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo occurreret labitur, magnoq; cum armoꝝ ſono deiectus in tergũ fugiētes reduxit. Vale. li. 9. loquēs de luxuria exercitus regis Antiochi ſic ſcribit: Magna ex pte aureos clauos crepidis ſubiectos habuit. Caligã Diuus etiã Hierony. ſcribens ad Geruntiã oſtēdit genus eſſe calcei, cũ ait: Apoſtoli toto orbe peregrini, nō æs in zona, non uirgã in manu, non calligas habuere in pedibus. Feſtus ait: Clauata dicũtur aut ueſtimenta clauis intexta, aut calciamenta clauis infixa. Clauata Quo calciamenti genere noſtris etiã temporibus Turci gentes barbaræ, Græciq; ſtratiotę utuntur. Calceos enim multis clauis habent ſuffixos. ⁋ Hæret: figitur. ⁋ In digito: ſcilicet pedis dum calcatur.

⸿ SI potes auelli &c. Niſi inquit eſſet friuola: & inanis delectatio: ASCen. quia in Circenſibus ludis, cęteriſq; ſpectaculis Romę, quę fiunt captantur illi, qui alioquin in tanta miſeria Romę uiuunt: poſſent eo pretio quo Romę uix cœnacula ſub tecto: aut locum obſcuriſſimũ in aliquo angulo abſtruſo in unum annum conducunt: in oppidis multis Italię emere domum cum aprico aere & horto: unde holuſcula ſibi, ſuiſq; emant: & ibidem ſane uiuere & quieti: cum Romę ſi non alia de cauſa, uel ex ea langorem contrahant: quod noctu prę moleſtijs requieſcere uetiti, cibum non digerant. nam ueſperi plurimi negociatores moleſtant, mane ſalutatores. Ordo eſt: Si tu quicunq; es, qui Romę paupertate & miſerijs cōficeris. nō enim hoc contra Iuuenalem dicit: ſed ſecundam perſonam pro qualibet poſuit. Si tu igitur potes auelli Circenſibus. i. a ludis curulibus: qui in Circo fiebant. unde Circenſes dicit. optima domus paratur. i. cōparatur: emitur tibi fore in ea urbe Italię nō longe ab Arpino. aut Fabraterię. i. in ea urbe, quæ eſt in uia Latina. aut Fruſinone: etiam urbe in uia Latina. paratur inq̃ tanti. i. tanto pretio. quanti. i. quanto pretio. tu conducis nunc Romę tenebras. i. tenebroſam domum in unum annum. i. ad uſum unius ſolius anni. hortulus exiſtens ſup.

Nonne vides quanto celebretur ſportula fumo?
Centum conuiuę,ſequitur ſua quemq; culina.
Corbulo vix ferret tot vaſa ingentia,tot res
Impoſitas capiti,quas recto vertice portat
Seruulus infelix,& curſu ventilat ignem.
Scinduntur tunicæ ſartæ modo,longa coruſcat
Sarraco veniente abies,atq; altera pinum
Plauſtra vehunt,nutant alte,populoq; minantur.
Nam ſi procubuit,qui ſaxa liguſtica portat
Axis,& euerſum fudit ſuper agmina montem,
Quid ſupereſt de corporibus, quis mēbra, quia oſſa
Inuenit?obtritum vulgi perit omne cadauer
More animæ.domus interea ſecura patellas
Iam lauat,& bucca foculum excitat, & ſonat vnctis
Strigilibus,pleno componit lintea gutto.
Hæc inter pueros varie properantur,at ille
Iam ſedet in ripa, tetrumq; nouitius horret
Porthmea, nec ſperat cœnoſi gurgitis alnum
Infelix,nec habet quem porrigat ore trientem.

hic in alijs oppidis Italię. que pro &. & puteus breuis.i.breui ſpatio diſtans.nec mouendus.i. exhauriendus.reſte.i.chorda.ſed ſup. manu.diffunditur.i.diſpergitur facili hauſtu: quia manuali.in plātas tenues. uiue igitur amans bidentis.i.agriculturæ quæ bidente fit. & uillicus.i.cuſtos in uilla horti.i.ſuo tempore elaborati. unde .i.ex quo horto poſſis dare epulum.i. ſolemne conuiuium centum Pythagoreis.i. de ſecta Pythagorę: qui uetuit eſum carnium ut plurimi dicunt. Aliquid.i.res non contemnendam eſt feciſſe ſeſe dominum unius lacertæ .i. tanti loci, quantum una lacerta occultare ſolet:in quocunq; loco &quocūq; receſſu. Plurimus ęger moritur hic.i.Romę uigilando.i.propter nimias uigilias. ſed cibus imperfectus.i.indigeſtus. hęrens.i.adhęrens ſtomacho ardenti .i.febricitanti.pepererit.i. protulit illum languorem: unde.ſ.moriūtur.Nam quę meritoria.i.(ut quidam dicūt) hoſpitia publica,ſiue caupone,uel potius officinæ,in qbus mechanici operantur. admittunt.i.permittunt ſomnū.i.dormitionem. q.d.nulla.Dormitur.i.dormitio fit in urbe magnis opibus uel ꝑtio magnarū opum: quas dare oportet uolentibus habere cubiculum quietū: uel ab his qui magnas opes poſſident: &magnas domos.Caput.i.origo morbi eſt ſup.īde.i.ex hac re. ꝙ trāſitus rhedarū.i.curruū:in arcto.i.anguſto flexu. uicorum.i.regionū urbis. & cōuitia.i.mutua maledicta.mandrę.i.mulionis ducētis mandrā .i.gregē mulorū ducentiū rhedas.ſtantis.i.impediti procedere.Eripiunt ſomnum Druſo homini illi ſomniculoſo.& uitulis marinis.i. phocis ſolitis grauiſſimo ſomno opprimi . ſi officiū.i.magiſtratus, uel publicū negociū.uocat.i.requirit diuitē adeſſe. ipſe diues uehetur & curret.i.magno curſu trāsferetur ſuper ora.i.facies miſeroꝝ. & hoc in ingenti liburno.i. curru tam impetuoſo &celeri.quiete tamē pro his qui inſunt procedēte:ut naues liburnorū ſolent. & hoc populo cedente.i.locū dante.uel dic liburno.i.uehiculo.ſed placet ſimilitudo nauium liburnorū.dicit enim.atq; pro &.ipſe ſup.diues leget obiter.i.dū in itinere eſt uel ſcribet uel dormiet intus.i.in ipſo uehiculo:aut lectica,quę poteſt eſſe in hexaphoro:aut in uehiculo. nāq; pro quia.lectica clauſa feneſtra.i.habens feneſtrā clauſam facit ſomnū:&licet dormierit:tamē ante ueniet:quia ei ceditur.ſed unda.i.turba populi ꝑ modū undę defluens prior.i.quę ante nos eſt. obſtat nobis properantibus.i.dū properamus. & populus qui ſequitur nos,premit lumbos noſtros magno agmine.i.multitudine agminatim incedente:& acta a primis. alter.i.unus ex illis. ferit.i.percutit nos. duro aſſere quo lectica portatur:aut palo quem in manu portat.at.i.ſed.hic.i.alius.incutit capiti tignum.i.magnum lignū, quod poſſit eſſe tignū uel aſſerem. & tignū in notis ſignificatis accipiamus:ut dicamus aſſem & tignum uehi ad conſtructionē domorū.ſicut in marmoribus poſtea dicet.quod & hic dicerē: niſi diceret poeta ferit & incutit quod manibus fieri uidetur. ille aūt.i.alius incutit capiti.metretā.i.mēſurā liquidorū,quā ſecū fert.Cura mea fiūt ſup.pinguia.i.craſſa & cœnoſa luto. & calcor.i.ſuppeditur undiq; a magna planta equorum.ſ. &clauus i.calcar uel tibiale clauoſum militis inſidentis equo.ſic enim manus ad calcaria eius extenditur dum latere progredimur. hæret.i.infigitur mihi in digito.

IOAN. BRIT. ¶ NONNE uides:cōfirmatio eſt pauperes nimia multitudine in itinere cōculcari. ⁋ Quanto fumo:nonne inquit uidēs quāta ſit multitudo petentiū ſportulā,ut demōſtret mirū nō eſſe ſi pauper in itinere elidat̄.Nā obſonia quæ diſtribuebāt̄ ex ſportula miro hoīum cōcurſu & ſtudio petebāt̄:utq; ea calida ꝯſeruarent̄, cū foco domū ferebātur a ſeruis. Sene.ad Luci. Tumultus coquorū ipſos cū obſonijs focos transferentiū.hoc.n.iam luxuria cōmenta eſt:ne quis in tepeſcat cibus nequid palato iam calloſo paꝝ fieret: cœnā culina ꝓſequitur. hinc igitur ait poeta: Sequit̄ ſua quēq; culina. ⁋ Centū cōuiuę: ſubaudi adſunt,q ſportulā celebrent. ⁋ Corbulo.i.uir fortis & ualidus,qualis fuit Corbulo.is.n.tēporibus Neronis rebus in Armenia geſtis claruit. de cuius uiribus Cor. Tacitus ſic:Ne ſi ad capiēdas copias Syriā intrauiſſet Corbulo,oīum ora ī ſe uerteret. Corpore ingēs erat, & ſupra experientiā, ſapientiāq;, ēt ualidus. Ordo ē & ſenſus:Corbulo uir fortis &ualidus uix ferret tot uaſa ingētia & tot res īpoſitās capiti ſuo:quot portat ſeruulus infelix recto uertice. Legendū aūt ē quot &nō quas. ⁋ Seruulus infelix:pathos a miſerabili labore. ⁋ Vētilat:hoc ē curſu facit centū igni. ⁋ Scindūtur: hoc totū refertur ad incōmodū pauperis, q nimia hoīum turba ubiq; conculcat̄. ⁋ Tunicę ſartę mō.i.pauloante domi cōſutę,& refectæ. ⁋ Abies:ſpēm poſuit ꝓ genere.i.lignū maximū. ſic Sene. deteſtās luxuria urbis li. 13. epiſt. 2.Nec in hūc uſum pinus, aut abies deferebatur lōgo uehiculoꝝ ordine uicis intremētibus ut ex illa lacunaria auro grauia pēderent. ⁋ Coruſcat:nutat &tremit. ⁋ Sarraco: genus eſt uehiculi.infra in. 5.Saty.Frigida circū agunt pigri ſarraca Bootę. Sidonius: Mille graues ſarcinæ ad ꝑdiū ex oppido ducię: Nulla ſarraca , nulla eſſeda ſubuehendis oneribus attrahebant̄. ⁋ Nutant alte.ſ.plauſtra uehētia pinū.i.tremūt.deductū ab ijs, q capite nutāt. Apu.loquēs de aſino: Et occipio nutāti capita claudere. ⁋ Populo:q̄ſi paupibus. ⁋ Nā ſi ꝓcubuit ſenſus eſt:Si forte,inqt,plauſtrū,quo magnę lapidū moles uehunt̄ ꝓcubuerit ſup pauperes:ita eoꝝ corpora atterūt̄, ut nulla qdē inueniant̄ mēbra. ⁋ Axis:partē poſuit ꝓ toto.i.plauſtrū ipſum. ⁋ Saxa liguſtica.i.marmora lunēſia, q̄ ī Liguria excidebant̄, tātę magnitudinis,& pōderis,ut fortuito caſu hoīes obterētur. Æmulatio ē Horatiana: Torquet nūc lapidē,nūc ingēs machina tignū: Triſtia robuſtis luctant̄ funera plauſtris. ⁋ Mōtē:hyperbole eſt.i.ingēs ſaxū. ⁋ Quid ſupeſt de corporib⁹. q.d.nihil.cū iterrogatiōe legēdū. ⁋ More aīæ:ita corpus paupis obtert̄:ut de eo nō plus ꝯſpicias, q̄ de aīa q̄ nuſq̄ apparet. ⁋ Interea: dū expectat̄.aut (qd̄ magis placet) naturę ꝯceſſit. ⁋ Domus:familia. ⁋ Secura nihil de dn̄o timēs. ſed ſine aliq̄ cura,cū eū incolumē putet. ⁋ Iā lauat patellas: ad rē diuinā faciendā.nā patella uas erat fictile ſacrificijs faciēdis aptū.poſt.n.rē diuinā lauabant̄, anteq̄ cœnarēt.patella ēt accipit̄ ꝓ quocūq; uaſe eſcario.Perſius: Quę tibi ſumma boni ſuncta uixiſſe patella. Hora. Nec modica cœnare times holus oē patella . Patella aūt & parina dicta ſunt a patulo.ſūt.n.ꝓprie uaſa, q̄ patula ſūt. ⁋ Bucca:ea ps oris īfra malā,q̄ inflat̄ bucca appellat̄. Vn̄ Hor. Quin Iuppiter ambas Iratus buccas inflet.Inde fit buccina.i.tuba. &buccinator.i.tubicē. &buccella ſiue buccea.i.q̄tū cibi ore capias. ⁋ Vnctis ſtrigilibus:de ſtrigilib⁹ multa dixim⁹ apd̄ Perſiū illic:Puer &ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.Inſtra.n.erāt ferrea,qb⁹ i balneis utebāt̄ ad detergēdū ſudorē a ſtrigēdo.i.a radēdo dicta.un̄ Pli.dū diſtrigit̄,tergiturq;, audiebat aliqd aut dictabat.Scri.Suet. Augu.læſiſſe cutē nimio ſtrigilū uſu. Apule.in. 1.limine. 2.lib. Florid.Strigilē,& ampullā, cęteraq; balnei utēſilia nundinis mercari nō inficias eo.Illud obſeruandū eſt a Iuue.primā produci:q̄ Perſius corripuit illic:Puer & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.Nec mirū qn̄ ēt alia uidemus ab auctoribus diuerſis poni modis.Nā Perſius primam ſyllabā ꝓduxit in hoc uerbo rudere:cū dixit:Pecuaria rudere credas:q̄ Ouid.corripuit:Vt rudit a ſcabra turpis aſella mola.aliqd legūt:Strigibus, & pleno cōponit lintea gutto.per cōciſionem.i.ut periclis pro periculis. ⁋ Vnctis ſ. oleo.quominus cutem lęderent. ⁋ Cōponit:parat. ⁋ Lintea:quibus corpus madidum ex balneis ſiccabant. ⁋ Gutto:guttus uas ex cornu,erat denominatum a gutta . nam guttatim oleum fundebat lauantibus ſe in balneis.Id etiam prima ęſtimatione fiebat ex cornu rhinocerotis.inde idem dicitur rhinoceros.De hoc Marti.Geſtauit fronte modo me iuuencus : Verum rhinocerota me putabis. Guttus item uas erat ligneum,quo in ſacris utebantur, uinum guttatim fundens.de quo ita Varro: in ſacris remāſit guttus & ſimpuuū.

Sarra Patel Buc Buc Buc tor Buc la Gut

⁋ Intēr

¶Inter pueros.i.filios mor greco, quos παῖδας uocãt. ¶In ripa: Stygis, quã dicũt aias trãsire uectas cymba a Charõte portitore. Vir. Corpora uiua nefas Stygia uectare carina. ¶Nouitius: nouitius appellatur in oĩ arte rudis & nouus: & qđ nuperrime inuẽtũ sit nouitium dicitur. unde Pli.li.13. appellauit mensas citreas nouitias, his uerbis: Home. de mẽsis tñ tacuit: & alias nullus ante Ciceronianam uetustior memoria est: ex quo nouitię apparent. ¶Porthmea.i. Charontẽ, q portitor apud inferos est. Virg. Portitor ille Charon. Porthmos.n. significat fretũ. Et porthmis porthmidis nauiculã. Et porthmeus trans fretatorẽ: hoc est qui hoĩes nauigio traducit. Petronius arbiter satyricus: Vix nauita Porthmeus Sufficiet simulachra uirũ traducere cymba. ubi locus est emendãdus, nã scriptũ est Protheus pro porthmeus. ¶Nec sperat cœno si: nõ sperat, inquit, qui ita mortuus est posse a Charonte traijci: hoc ideo quia dicũtur aĩas eoꝝ, q insepulti iacuerint, ultra Stygiã paludẽ nõ transuehi. Sed illis errandũ centũ annos circa ripas: eoq tpe completo, quasi legitimo cursu uitæ humanæ, traduci a Charonte. unde Virg. Portitor ille Charon, hi quos uehit unda sepulti: Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenti Transportare prius, q̃ sedibus ossa quierunt. Centũ errãt annos. uolitantq hæc littora circũ: Tunc demũ admissi stagna exoptata reuisunt. ¶Alnũ: cymbã, q̃ fit ex alno arbore. ¶Cœnosi gurgitis.i. Stygiæ paludis. Virg. Turbidus hic cœno, uastaq uoragine gurges Æstuat. ¶Porrigat ore trientẽ: finxerunt Græci (auctore Diodoro) aĩas mortuorũ ad inferos transire, ultraq Stygiã (ut diximus) paludẽ transuehi. unde Ægyptij id representãtes corpora mortuoꝝ p fluuiũ, & Acherusiã paludẽ ad sepulchrũ mittebãt. Nauis qua uectabãtur, uaris appellabatur: hęc apud græcos epibatra. Obolũ dabant mortuo dandũ portitori: cui nomẽ inditũ est ab incolis Charon. Huius supstitiosæ opinionis meminit & Apule.li.6. de asino aureo, his uerbis: Apud inferos Charon est expetens portoriũ: sic ad ripã ulteriorem futili cymba deducit cõmeantes: & inter mortuos auaritia uiuit. Ex quo manifestissime apparet portitores proprie dici, q portoria & uectigalia exigunt: qua significatione ita accepit Virg. in.6. cũ Charontẽ portitorem appellauit: quasi qui ab oĩbus trãseuntibus obolũ exigat. deflexumq est uocabulum a portu, q ibi portitores cõsidant exigentes uectigalia, quæ ab ipso portu portoria etiã sunt appellata. Terẽ. in Phor. Sed epistolã audiui delatã esse ad portitores ubi Donatus docet portitores esse magistros tributoꝝ, qui in portu inferendarũ reꝝ, & efferendaꝝ uectigal exigebãt. Plau. in Asina. Iam ego hũc portitorẽ priuabo portorio. Ci. in li.2. epist. ad Atticũ: Illa causa publicanoꝝ quantã acerbitatẽ afferat socijs intelleximus ex ciuibus, q nuper in portorijs Italię tollendis, non tã de portorio, q̃ de nõnullis iniurijs portitorũ querebãtur. Idẽ in oratione de lege Agraria cõtra Rullũ: Si intolerandũ est hos decem uiros portitores oĩbus oĩum pecunijs cõstitui. Idẽ in.1. Officio. Primũ improbãtur hi questus, qui in odia hoĩum incurrũt, ut portitorũ, ut fœneratorum. Portitorẽ etiã dicimus ipsum gerulũ a portãdo. Colu. de cultu hor. Mox ubi nubigenę Phrixi, nec portitor Helles. ¶Trientẽ: obolum. capitur etiam triẽs pro uase potorio. Martia. Cum potes amethysinos trientes, & nigro madeas opimia no. Persius: Calidumq trientem, Excutit e manibus.

fieri cõſueuerunt, aut ex charta, aut tela, aut uitro. Sen. lib. iiii. naturaliũ: Itaq; quiuis cœnationem uelis ac ſpecularibus muniant: & hyemem multo igne doment. Idem ad Luciliũ in ep̃la octuageſimaſeptima: Quantę aũt aliquis ruſticiratis damnat Scipionẽ: ꝙ nõ in caldario ſuum latis ſpecularibus diem admiſerat: ꝙ non in multa luce decoquebat. Idẽ lib. xiiii. Quædã noſtra demum prodiſſe memoria ſcimus: ut ſpeculariũ uſum plucẽte teſta clarũ transmittentiũ lumẽ. Mart. in. viii. Pallida ne cilicũ timeãt pomaria brumã. Mordeat & teneꝶ fortior aura nemus. Hybernis obiecta notis ſpecularia puros Admittũt ſoles, & ſine fece diẽ. Pli. lib. xxxvi. ſcribit ex auctoritate Iubæ ĩ Arabia eſſe lapidẽ uitri modo trãslucidũ, quo utũtur ꝓſpecularibus. Idem lib. xv. de pomis ſeruãdis ſic ſcribit. Septẽtrionalibus feneſtris ſereno die patere: Auſtros ſpecularibus arcere: quod de lapide ſpeculari intelligas nõ placet. ❡ Emit. i. in gulã tuã. Hincq; eſt tota poetæ indignatio. ❡ Multa uidemus: ſubaudi Criſpinũ feciſſe. ❡ Miſer & frugi Apicius: ĩ cõparationẽ Criſpini Apicius, q (ut ſcribit Plin.) oĩum nepotũ fuit altiſſimus gurges, & maius ad oẽm luxũ ingeniũ erit miſer & modeſtiſſimus. hic eſt ille Apicius, de quo ita Seneca ironicos ad Elbiã matrẽ: Sed minus beate uiuebat dictator nr̃: q Sãnitũ legatos audiuit, cũ uiliſſimũ cibũ in foco uerſaret, q̃ Apicius noſtra mẽmoria uixit: q in ea urbe ex qua aliqñ pl̃ii, uelut corruptores iuuentutis abire iuſſi ſunt ſcientiã popinæ ꝓfeſſus diſciplina ſua ſæculũ infecit: cuius exitum noſcere operæpretiũ eſt: cũ ſeſtertiũ millies in culinã cõgeſſiſſet. Cũ tot cõgiaria principũ, & ingẽs Capitoli uectigal ſingulis comeſſationibus hauſiſſet: ære alieno opreſſus rationes ſuas tũc primũ coactus inſpexit: ſuperfuturũ ſibi ſeſtertiũ cẽties cõputauit: & uelut in ultima fame uicturus: in ſeſtertio cẽties ſi uixiſſet: ueneno uitã finiuit. ❡ Hoc tu Succintus patria: urget poeta Criſpinũ hac interrogatione, qua ſolemus delinquẽtes rep̃hendere. ❡ Patria papyro: Ægyptia papyro. Ægyptius. n. fuit Criſpinus, ut dictũ eſt. Nã ĩ Ægypto papyrus multa naſcit̃. eſt. n. paluſtris herba: ex q̃ texunt̃ nauigia, & e libro uela, tegeteſq;, nec nõ ueſtes, ſtragulaq; conficiũtur. præparãtur ẽt ex ea chartæ diuiſæ acu in prætenues, ſed q̃ latiſſimas phyliras. ❡ Hoc pretiũ ſquãmæ: ſ. emiſti. i. hunc piſcẽ tãti emiſti: geminauit aũt hoc ad maiorẽ indignationẽ. ❡ Potuit fortaſſe: hoc eſt in gulæ exaggerationẽ Criſpini. Oſtẽdit. n. pretiũ piſcis tm̃ fuiſſe: ut piſcator tantidẽ nõ uenderet. ❡ Prouincia tanti. i. ꝓuincia tanti uendit agros & latifundia: quãti Criſpinus emit piſcẽ. ❡ Sed Appulia: lõge ẽt maiores agros Appulia uẽdit. ut ſit ſenſus: In prouincijs: hoc eſt extra Italiã tãti emes agros, quãti emit piſcẽ Criſpinus. ſed in Italia lõge ẽt maiores emas. Nã prouincia (ut ĩ prima Satyra expoſuimus) proprie dr̃ extra Italiã, quaſi procul uicta q̃ & ꝓcuratorẽ accipiebat. Plin. de Gallia Narbonẽſi loquẽs: Italia uerius q̃ prouincia. Et Plinius Iunior in epiſtolis: Prouincialis es, an Italicus? ❡ Quales tũc epulas: argumẽtũ a minori ad maius: Si Criſpinus, inq̃t, Domitiani ſcurra auſus eſt tãti ſibi piſcẽ emere: q̃d putemus factũ ab ipſo imperatore in parãdis cœnis. ſicq; poeta ſenſim in reprehenſionẽ gulæ Domitiani deſcendit. ❡ Induperatorẽ: pro imperatorẽ. ſic alibi. Et barbarus induperator: hocq; ideo fit, q̃a imperator ſtare nõ põt in uerſu exametro, nec pẽtametro. ❡ Tot ſeſtertia: hinc apparet ſex ſeſtertiũ fuiſſe ſummã. ❡ Partẽ: expoſitio eſt. i. quæ ſeſtertia fuiſſent minima pars cœnæ, uel modicæ ipſius ĩperatoris. ❡ De margine: de extremitate: nõ pretioſioribus obſonijs imperatoris: ſed de exterioribus & uilioribus tantũ. ut oñdat: quantus fuerit principis luxus in cœnis. ❡ Scurra. i. Criſpinus: quẽ in cõtemptum ſcurram aulicũ appellat. Eſt aũt Scurra q in gratiã potẽtũ riſum captat ab auditoribus nõ ſeruata dignitatæ perſonæ Græci βωμολόχον appellãt. ❡ Purpureus: pp id: Criſpinus Tyrias humero reuocãte lacernas. Purpureũ aũt dixi pro purpurato. dicimus. n. purpureũ pannũ, purpureã ueſtẽ a colore. purpuratũ uero hoiem purpurea ueſte indutũ. ❡ Palati: pro palatij. ſicut ante: Spoliũ affectare palati. quod ad palatũ referas nõ placet. oñdit. n. Criſpinũ ut uiliſſimũ hoiem officio ſcurræ fungi. ❡ Ructaret: inuidioſe: hoc eſt comederet. ❡ Iã princeps equitũ: ad cẽſum. n. equeſtrẽ indulgẽtia Domitiani puenerat. ❡ Municipes: conterraneos. i. Ægyptios. De municipe dictũ eſt ante: Et municipalis arenæ. ❡ De merce fracta: nõ integra, ſed quos minutatim uẽderet more uiliſſimi cœtarij. ❡ Siluros: ſiluri piſces in Nilo tantũ natant: & in Nilide lacu iuxta mõtẽ inferioris Mauritaniæ. Plin. ❡ Incipe Calliope: in irriſionẽ Domitiani inuocat muſas: ut q auxilio diuino egeat ad exprimendã piſcis magnitudinẽ: cũ a poetis nõ ſint inuocãda numina, niſi occurrẽt aliq̃ difficili & grãdi materia. ❡ Calliope: q̃ bona uox interp̃tat̃. καλὸς. n. bonũ ὄπα uero uocẽ ſignificat. ❡ Licet hic ꝯſidere: antipophora ẽ. poſſent. n. dicere muſæ. Nolumus ĩ hac re ficta: tempus atterere. & ipſe rñdeas: poteſtis profecto hic ſedere & ĩmorari. ❡ Nam cantandũ non eſt. i. nõ eſt more uatũ fingendũ aliq̃d. Res enim uera agitur.

❡ SED nunc de factis &c. Nũc inq̃t de factis leuioribus Ariſpini loquimur. Maiora aũt erũt qñ de eius delationibus loquemur: quibus optimi uiri interempti ſunt: q̃ res reip. magis pniciosa fuit. Poſſumus quoq; ſic intelligere: ut ſit: Sed nũc: hoc factũ Criſpini reputat̃ eſſe de leuioribus peccatis: nõ ꝙ leue ſit: ſed q̃a leue reputatur a Domitiano in ipſo Criſpino, cũ in alio fuiſſet letale. Ordo eſt. Sed nũc loq̃mur ſup. ꝙ potius dicerem: q̃ locuti ſumus: q̃a nõ grauius peccatũ eſt guloſitatis, de q̃ nũc loquit̃, q̃ inceſti. Loq̃mur igit̃ de leuioribus ſup. peccatis aut facinoribus Criſpini, locuturi poſtea de maioribus. Vel ſic: Sed ſup. hoc factũ Criſpini reputat̃ nunc de leuioribus. & tamẽ ſi alter feciſſet idẽ caderet. i. mortẽ oppeteret ſub iudice moꝶ: uidelicet Domitiano. Dico, inq̃t, ꝙ hoc leue reputatur in Criſpino. Nam illud quod foret turpe Tityo & Serio, uel Selo ut multi legũt. bonis. i. reipublicæ utilibus eq̃tibus, decebat Criſpinũ: q̃d agas. i. q̃d facias cõtra. cũ. i. q̃a. ita eſt, ꝙ dira ꝑſona Criſpini. i. ipſe Criſpinus eſt fœdior oĩ crimine: & hoc hyperbolice. nã emphatice diceret de Criſpino ꝙ ſit ipſa luxuria, aut ipſum ſcelus: ſed hyperbola eſt cũ dicit, ꝙ fœdior ſit oĩ crimine. Incipit aũt oſtẽdere uitia eius. Primũ guloſitatẽ dicẽs: Ipſe Criſpinus emit mulũ. i. talẽ piſcẽ, quẽ uulgo barbionẽ, aut barbonẽ dñt. a barba inferioris labri. ſex millibus ſup. nummũ: æquantẽ. i. æquiparantẽ. ſane. i. certe ſex ſeſtertia: q̃ ſingula mille nũmos ꝯtinẽt. paribus libris. i. ſicut ſex millibus emit: q̃ faciũt ſex ſeſtertia: ita pendebatur ſex libris. ut. i. ſicuti. perhibẽt. i. atteſtãtur aſſentatores, q loquunt̃ maiora de magnis. Ego laudo cõſiliũ. i. induſtriã & artẽ artificis. ſ. Criſpini ſi abſtulit. i. callide acq̃ſiuit ſibi. tãto munere. i. ꝑ tã delicatũ & magnũ piſcem. præcipuã ceram. i. principalẽ partẽ in tabula teſtamẽti. ſenis orbi. i. nõ habẽtis liberos. Dicit aũt laudo pro laudarẽ. & abſtulit pro abſtuliſſet: niſi (quod mihi ueroſimile ſit) hæc uerba ſint ꝑſonæ ĩtroductæ rñdentis & dicẽtis. ego laudo cõſiliũ artificis: ſiq̃dẽ abſtulit. &c. Et ratio ulterior. i. ultra iã dicta: q̃re potuit prudenter mulum tanti emiſſe. ſi miſit magnæ. i. p̃diuiti amicæ: q̃ uehit̃ latis. i. amplis ſpecularibus ſup. lapidibus. in antro clauſo. i. q̃ latiſſimã domũ aut porticũ ad delitias ſuas ſolis ſpecularibus lapidibus ornatã habet: ſed ſecluſam a populo, ut quietior ſit. & ita uidetur ab his, q ĩgredi nõ pñt a parte, q̃ uiã publicã reſpicit aurũ clauſum. & ita intelligi poteſt uehi in porticu ſua: ſicut iam de Criſpino dictũ eſt. & ꝑ hoc ſignificatur ditiſſima. Reſpõdet poeta. Nil tale expectes. i. nõ debes aliq̃d tale expẽctare. quia ipſe emit ſibi. i. ad gulã ſuã. Nos uidemus multa fieri gratia gulæ: q̃ nõ fecit Apicius homo ꝑditiſſima ſui tẽporis gula. miſer & frugi: aut ironicos hoc dicit: aut miſer & frugi reſpectu Criſpini: aut miſer, q̃a ad inopiã redactus ſibi uiſus eſt: cum tñ ſupra cẽties ſeſtertiũ adhuc poſſideret. & frugi. i. utilis his, quibus centies ſeſtertiũ reliq̃t mortẽ ueneno oppetẽs. ut Seneca ſcribit. Exclamat ergo poeta contra Criſpinũ dicẽs: O Criſpine an ne tu quõdã ſuccinctus. i. ſuccinctim ueſtitus. papyro. i. ueſte facta ex pellicula & mẽbranula papyri. i. cannæ grandioris. patria. i. q̃ plurima naſcitur in Ægypto, q̃ eſt patria tua. feciſti ſupp. hoc inquam hoc. i. tam enorme pretiũ ſquãmæ. i. piſcis quẽ pp ſpeciẽ q̃ ſquãma noſcitur: nõ pp ſaporẽ tanti emiſti. & eſt imitatio Horatij in ſermonibus: q dicit quoſdã apetere pauones: nõ pp ſaporem: ſed propter colorẽ, ſeu pp plumas: cũ tamẽ plumas nõ comedant: ſicut nec Criſpinus ſquãmas muli ipſe piſcator, q cepit aut uẽdidit piſcem, potuit fortaſſis emi minoris. i. minori p̃tio q̃ ipſe piſcis: Prouincia utpote Africa, aut alia ubi ager carus eſt uẽdit tãti. i. tanto p̃tio agros, q ſatis ſunt ad familiã unã alendã: quãti ſup. emiſti piſcẽ. ſed Appulia quæ eſt pars Italiæ: uẽdit etiã agros tãti: ſed maiores q̃ prouincia. Quales tunc &c. Si, inq̃t, tanti cõſtat gula uiliſſimi hoĩs: quãti erit imperatoris Domitiani. q. d. maximo pretio: q̃a ſanguine multorũ, ut in deſcriptione cœnę ex Rhombo capto & Domitiano oblato cõſequẽter proſequit̃, oſtendẽs adulatorũ pnitioſiſſimũ malũ. Ordo eſt: Quales epulas putemus. i. putare debeamus, ipſum induperatorẽ. i. imperatorẽ Domitianũ: ꝑ epentheſim. n. cauſa metri ĩterpoſuit du. glutiſſe. i. tanq̃ rẽ dulcẽ ingurgitaſſe, aut deuoraſſe. glyrys. n. dulce eſt. tũc cũ. i. qñ. purpureus. i. purpura indutus. ſcurra. i. captator riſus ex turpibus uerbis nõ habita ratione ꝑſonæ ſuæ. palati. i. palatij magni: q̃a imperatorij: uidelicet Criſpinus. ructaret. i. uſq; ad ructationẽ ingurgitaret. tot ſeſtertia. i. ſex: q multa ſunt ꝓ parte cœnæ talis hoĩs, unde dicit ꝑ appoſitionẽ. tot ſeſtertia ſupple

ASCEn.

existẽtia. exiguã. i. modicã partẽ. & sumptã de margine. i. de extrema parte modicæ cœnæ: respectu aliarũ cœnarũ eius. scurra dico olim supp. iam princeps. i. magister equitũ, q solebat uendere magna uoce: more eorũ, q in pagis & minoribus oppidis pisces uænales nunciant se habere. siluros. i. pisces ĩ Nilo frequẽtes. municipes, i. secundũ Mancinellũ in eo municipio captos, unde Crispinus, uel (ut dixi) uænales ĩ mũicipijs, & uiliores q̃ quos Romæ uendere posset. Vnde addit. de merce fracta. i. putrida. uel accipiendo cõtentũ pro cõtinente. i. de corbe manco & rupto. Incipe calliope &c. Quia dictũ est, q̃les tunc epulas. q. d. pretiosissimas: descripturus qualẽ piscẽ Domitianus glutiuerit: inuocat nimiũ facete musas: q̃si uero rem ratã sine numinis auxilio exequi nõ posset. Et id oẽ facit cũ scõmate. i. amara irrisione. o Calliope dulcis uocis Dea, quę heroida. i. maxima quæq; scripturis auxilio esse soles. incipe sup. mihi rẽ memorare, quã dicere paro licet. i. licitũ est. considere. i. descẽdere ut sedeã, & q̃etẽ capiã. hic. i. ĩ hac re quã dicere paro. alij hñt cõsistere. i. retinere cursum uenæ satyrice: & grauius dicere. unde subdit. nõ est cantandũ. i. nõ oportet cantare tanq̃ iocularia aut fabulosa, qa res uera agitur.

IOAN. BRIT. Pierides ¶ PIERIDES: a Pieria rupe Thessalię, q̃ est eis cõsecrata. uñ sic Strabo lib. x. Nã Pieria & Olympus & Pimplia & Libetrũ quondã loca fuere Thracię, ubi musæ excultæ fuerũt. ¶ Dixisse puellas: quod appellauerim puellas hoc mihi apud uos prosit. Nã poetæ q̃si blandiẽtes musas appellant modo puellas: modo nymphas hoc est spõsas. Virg. Nymphæ noster amor Libetrides. νύμφη. n. spõsam significat. ¶ Cum iam: cũ ĩperaret, inquit, Domitianus crudelissimus accidit ut rhombus miræ magnitudinis captus fuerit in sinu adriatico iuxta Anchonẽ. hinc planissime ꝯstat Iuuenalẽ Satyras suas nõ scripsisse sub Domitiano, q iã mortuus erat. ¶ Laceraret Flauius orbẽ: ostendit poeta Domitianũ eo crudelitatis euectũ: ut nõ modo urbs: sed uniuersus orbis eam senserit. Fuit. n. (ut scribit tranqllus) nõ solũ magnæ, sed & callidę inopinatæq; sæuitiæ. ¶ Caluo Neroni. i. Domitiano quẽ a morũ similitudine appellat alteꝝ Neronẽ. Sic & Virgil. Paridẽ noĩauit ꝓ Ænea: Et nũc ille Paris cũ semiuiro comitatu. ¶ Caluo erat. n. (auctor̃ Trangllo) adeo caluus, ut caluitio offenderet, in cõtumeliãq; suam traheret, sicui alij ioco uel iurgio obiectaret. sic & ab Ausonio appellat: Securus frater, quẽ Caluũ dixit sua Roma Neronẽ. ¶ Spatiũ admi-

Rhõbus rabile. i. Rhombus miræ amplitudinis. Est aũt Rhombus (ut docet Plinius) ex genere pisciũ planorũ. Mart. Quamuis lata gerat patella Rhombũ: Rhombus latior est tñ patella. Rhombus item instrumentum est incantatorium figura quadrata solida: cuius latera omnia sunt æqualia: anguli uero obliqui: qui si in terra iactetur, uoluitur ad similitudinem fere cylindri: utebantur eo maleficę mulieres, & præcipue in Thessalia ad deducendã Lunam. Mart. Quæ nunc thessalico Lunã deducere Rhõbo. Idẽ. Numerare qs pigri dãna possit somni: Dicere quot æra uerberẽt manus urbis: Cũ secta Colcho Luna uapulat Rhõbo. Propert. Deficiũ magico torti sub carmine Rhõbi. De quo Rhõbo Theocritus ĩ Æcloga Pharmaceutria sic meminit ĩducẽs mulierẽ amatorẽ suũ ad se uertere cupiẽtẽ:

χὼς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ ἀφροδίτας.
ὣς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμε τέροισι θύραισιν.

Hoc est: Et ut uertit hic Rhõbus æneus, ita ille ex amore ad me uertat, uñ liquido apparet Rhõbũ instrumentũ fuisse æreũ: non autẽ (ut quidã putauerũt) ex licijs, siue filis cõfectũ. ¶ Ante domũ Veneris. i. ante ædẽ Veneris. Ibi. n. cultã fuisse Venerẽ ostẽdit Catullus: O q̃ cæruleo creata põto: Quæ sanctum Idalium uirosq; apertos. Quæq; Anchona, Gnidũq; harundinosam colis. ¶ Quã Dorica sustinet Anchon: Doricam appellat, qa a Syracusanis cõdita fuit, q a Græcis oriũdi sunt. Nã cũ Dionysii tyrãnidẽ fugerẽt in Italia, ĩ ora Galliæ Cisalpinę, iuxta Cimeriũ ꝓmõtoriũ ipsam urbẽ cõdiderũt. Strabo sic inqt lib. v. Vrbes uero habet, ex qbus Anchõ Græca ciuitas est, a Syracusanis cõdita Dionysii tyrãnidẽ fugiẽtibus sita in ꝓmõtorio inclusum cõplectẽte portũ. ¶ Sinus: ipsa retia. ¶ Illis: cõiunge cũ minor: ut sit sensus: Rhõbus nõ erat magnitudine ĩferior illis. s. Rhombis: aut alijs piscibus: q ad mæoticã paludẽ nutriunt. Nam (ut scribit Plinius) pisces in Mæotica palude conglatiata ꝑ hyemẽ fiunt pingues: q̃ resoluta ĩ pontũ exeũt. ¶ Mæotica: Mæotis palus est. quã efficit Tanais. ea ĩ pontũ effundit. auctores Plin. & Mela, & alij geographi. ¶ Rupta Solibus. i. æstiuo calore resoluta. ¶ Ad hostia: hostia appellamus fluminũ exitus. uñ dicimus hostia Nili, & hostia Tyberina, cũ ĩ mare irrũpunt, hostia aũt ponti. i. ad hostia ipsius paludis, quæ exeũt ĩ pontũ. ¶ Torpẽtis: frigore cõglatiati. ¶ Desidia tardos lõga mora factos segnes. ¶ Destinat. destinare est statuere. ut Imꝑator graui supplicio affecit milites: q destinato die nõ affuissẽt, i. cõstituto. Destinare itẽ delibe rare, & q̃si mẽte agitare. ut hoc loco: ut sit destinat. i. deliberat subaudi mittere. Trãquillus in Iulio Cæsare: Iã de ornanda, instruendaq; urbe. Itẽ de tuendo ampliandoq; imperio plura ac maiora in dies destinabat. Dicimus ẽt lapides destinatos tẽplo Martis hoc ẽ iã paratos ad templũ Martis. ¶ Hoc monstrũ: hunc mõstruosum piscẽ. ¶ Magister. i. piscator. ¶ Cymbæ: nauicula est piscatoria. ¶ Lini. i. retis, qđ ex lino fiat. ¶ Põtifici summo: hoc est Domitiano, quẽ ironicos põtificẽ summũ appellat: hocq; ex historia. Nã is (ut docet Pli. ĩ epistola ad Cornel. Mutianũ) est Corneliã Maximillã uirginẽ Vestalẽ incesti reã uiuam defodere cuperet, ut seculũ suũ eiusmodi exemplis illustraret, ĩ uillã Albanã reliquos põtifices cõuocauit. Et summi põtificis iure eã absentẽ, & inauditã dãnauit. Nam uirginũ Vestalium punitores (ut scribit Dionysius) sunt põtifices. Domitianus ergo tanq̃ põtifex eam dãnauit. Põtifices dñr a põte & facio. Nã ab ijs Sublicius est factus primũ, & restitutus sæpe. ¶ Proponere uænũ exponere. ¶ Cũ plena: ratio est q̃re nemo auderet, nec uẽdere, nec emere, qa ubiq; sint delatores. ¶ Et littora. i. ẽt littora, nedũ alia urbis loca. ¶ Inquisitores algæ. i. maris. in cuius littoribus multa alga passim eiecta est. Alga. n. est herba marina, q̃ ex ꝓfundo eijcitur. ¶ Agerẽt: accusarent piscatorẽ, ꝙ piscẽ esset expiscatus elapsum ex uiuarijs Cæsaris. Viuaria sunt (ut diximus supra) ubi cõtinentur uel aues uel pisces uel fere, q̃ dũtaxat ad uictũ spectãt. Nã Romani habebãt ubi pisces inclusos pascebant. Plin. De manu pascunt pisces in pluribus qdem Cæsaris uillis. lege & Macro. apud quẽ multa de uiuarijs, & saginandis piscibus referunt. ¶ Cæsaris: Domitiani. ¶ Si qd Palfurio: sensus est & ordo: Quicquid ex mari est pulchrũ & pretiosum, id oẽ est fisci. i. iperatoris, sit credimus Palfurio & Armillato, qui in gratiã iperatoris ꝑ calumnias & sacrilegas iterpretationes multa fisco uindicabãt. Fuit aũt Palfurius Sura (ut auctor est Probus) cõsularis uiri filius. sub Nerone luctatus est cũ uirgine lacedæmonia in agone: postea a Vespasiano summotus e Senatu transiit ad Stoi

Anchon
Mæotis
Hostia
Destinat
Cymbæ
Põtifex unde
Alga
Viuarii

Pierides, prosit mihi uos dixisse puellas.
Cum iam semianimum laceraret Flauius orbem
Vltimus, & caluo seruiret Roma Neroni;
Incidit adriaci spatium admirabile rhombi
Ante domũ Veneris, quã dorica sustinet Anchon.
Impleuitq; sinus, neq; enim minor hæserat illis,
Quos operit glacies mæotica, ruptaq; tandem
Solibus effundit torpentis ad hostia ponti
Desidia tardos, & longo frigore pingues.
Destinat hoc monstrum cymbæ, liniq; magister
Pontifici summo. quis enim proponere talem,
Aut emere auderet: cum plena & littora multo
Delatore forent, dispersi protinus algæ
Inquisitores agerent cum remige nudo,
Non dubitaturi fugitiuum dicere piscem,
Depastumq; diu uiuaria Cæsaris, inde
Elapsum ueterem ad dominum debere reuerti,
Siquid Palfurio, si credimus Armillato.
Quicquid cõspicuũ, pulchrũq; ex æquore toto est,
Res fisci est, ubicunq; natat, donabitur ergo
Ne pereat, iam letifero cedente pruinis
Autumno, iam quartanam sperantibus ægris.
Stridebat deformis hyems, prædamq; recentem
Seruabat tamen hic properat, uelut urgeat Auster.
Vtq; lacus suberant, ubi quamquam diruta seruat
Ignem troianum, & Vestam colit Alba minorem;
Obstitit intranti miratrix turba parumper,
Et cessit, facili patuerunt cardine ualuæ.
Exclusi expectant admissa obsonia patres

cam

cam sectã:in q̃ cũ eloquentia præcelleret, Domitiano familiaritate
coniunctus, delationem acerbissime exercuit. De quo ita meminit
Tranq.in Domitiano: Sed ei Capitolino ẽt in cunctos ingenti con
sensu p̃cantes, ut Palfuriũ Surã restitueret pulsum olim senatu, ac
tũc de oratoribus coronatũ, nullo rñso dignatus, tacere tm̃modo
iussit uoce p̃conis. ¶ Armillato: de hoc Trãqllus sic: Armillatus pro
cessit in publicũ, & eandẽ sententiã habuit. Armillati aũt dñr, qui
armillis ornati sunt. Propert. metaphoricos canes armillũ gestantes
armillatos appellat: Atq; armillatos colla molossa canes. Est.n.ar-
milla torquis argenteus, siue aureus, q̃ circa brachiũ gestabat. Ar
millũ uero est (auctore festo) uas uinariũ in sacris. dictũ ꝙ armo.i.
humero deportet. ¶ Fisci.i.iperatoris. Nã (ut diximus) fiscus rece-
ptaculũ est nũmorũ & ꝓprie principis. ut hoc loco ẽt poeta accipit
ærariũ uero publicũ est, populiq; Ro. quod Plinius euidẽter oñdit i
Panegyrico Traiani: At fortasse nõ eadẽ seueritate fiscũ, qua æra-
riũ cohibes. Idẽ in eodẽ: Locupletabãt & fiscũ & ærariũ nõ tã Voco-
niæ & Iuliæ leges. Quinettã iurisc̃osulti titulo neqd in loco publi-
co fiat hoc idẽ declarãs his uerbis: Res fiscales q̃si propriæ & priua
tæ principis sunt. Trãquillus itẽ in Augusto distinguere ui ærariũ
a fisco his uerbis: Tertio uolumine cõplexus est quantũ pecuniæ
in ærario, & fiscis esset. Idẽ in Vespasiano: Sũt q opinent eũ ad ma
nubias, & rapinas necessitate cõpulsum summa ærarij, fisciq; ino-
pia. uñ Trãqu. in Augusto: Nã eam summã & cõfiscatã semp, re-
positãq; habuerat. A noie fit uerbũ ꝯfiscare.i. ad fiscũ principis de
ferre. Nũmorũ aũt receptacula erant Sportæ, Sportulæ, Sportellæ.
Sacci, Sacculi, Saccelli. Et Crumenæ, Manticæ, Marsupia: ita Fisci,
Fiscine, Fiscellæ. Spartea: sunt utẽsilia ad maioris summæ pecunias
capẽdas. auctor Pędianus. ¶ Donabit ergo: uerba poetę subsannã
tis talẽ legũ iterp̃tationẽ. ¶ Ne pereat. s. piscator. ¶ Iã letifero: sensus
est. Et si iã tẽpus erat hyemale: ut facile piscis frigore cõseruari pos
set: tñ piscator ueluti urgẽte Austro: quo spirãte facile corrũpuntur
obsonia, ad imperatorẽ festinat cũ pisce. ¶ Cedente pruinis.i. hye-
mi: quo tẽpore maxime cadunt pruinæ. dictæ aũt pruinæ q̃si peru-
rinæ ab urẽdo: ꝙ in agris oia urãt, atq; absumãt. ¶ Autũno: Varro
putat Autumnũ dictũ ab augendo: ꝙ eo tpe præcipue hoium res
augeant: coactis agroꝝ fructibus. ¶ Letifero. mortalibus pnicioso.
solet.n. Autũnus pp temporũ mutationes esse grauis, & pestilens.
tunc.n. uentus Auster flat, quo maxime morbi generant: uñ est il-
lud Horatij: Frustra p Autũnos nocentẽ Corpori metuemus Au-
strũ. Idẽ alibi: Pomifero graue tps anno. ¶ Iã quarta nam: in fine.n.
autũni solẽt febres tertianæ in q̃rtanas mutari. ¶ Sperantibus: decla
matio p cõtrariũ.i. timẽtibus. Virg. Nũc ego si potui tm̃ sperare do
lorẽ. ¶ Deformis appellatur a poetis hyems deformis, ꝙ oia frigo-
re, & niuibus deformia uideant. ¶ Auster: nã (ut diximus) eo flante
(ut docet Plinius) obsonia corrumpunt. Horatius: At uos præsen-
tes Austrico coquite horũ obsonia. est aũt uentus q a meridie flat,
qui græce Notus dicitur: ἀπὸ τῆς νοτίδος .i. ab humiditate. ¶ Vtq;
lacus suberãt: aut ita dictũ est. sicut illud apud Cæsarẽ in. iii. cõmen
tario: Quod hyems suberat hoc facere neglexerũt. aut hypallage
est.i. postquã piscator lacubus suberat, q Albani uocant. Nam al-
ba (auctore Dionysio) inter mõtem excelsum, atq; lacũ magnũ &
profundũ extructa est æq; distans ab utroq; hiq; erant tanq̃ muri
uix expugnabilem eam reddẽtes. De lacu sic Cic. in primo de Diui
natione: Quid ꝙ in annalibus habemus uerẽti bello. cũ lacus Al-
banus p̃ter modũ creuisset: quendam ad nos hoiem nobilẽ profu-
gisse. Eius etiam meminit Valer. in primo: Subito lacus Albanus
solitũ stagni modũ excessit. De lacubus Albanis sic ẽt meminit Ho
rat. Albanus ꝓpe te lacus Ponet mormoreã sub trabe cypria. Vn-
de fit ut putẽ apud Virgiliũ in. vii. mendũ esse: ubi oñdit Nisum &
Euryalũ peracta multorũ cæde in castris Rutuloꝝ peruenisse ad lo-
cos, qui Albani sunt dicti: ita ut ad lacus Albanos, nõ locos legen
dũ contenderim. ¶ Ignẽ troianũ .i. colit ritus Vestæ in cuius tẽplo
perpetuus ignis aduersabatur a sacris uirginibus. ¶ Troianũ: nam
id institutũ seruandi ignis initiũ habuit a Troianis, cum in Italiam
Æneas penates uexisset, & ignẽ æternũ Vestæ. unde Virgi. Sacra,
suosq; tibi cõmendat Troia penates, Hos cape fatorum comites.
Idẽ alibi: Vestãq; potentem, Æternumq; adytis effert penetralibus
ignẽ. Papini, An tacita uigilet face troicus ignis. Põt. Maximus cu
stos erat uirginũ Vestaliũ, q̃ custodiũt ignẽ perpetuũ ut scribit Plu-
tar. Vnde & Papin. loquẽs de patre docẽte Neapoli, sic inquit: Sub
te Dardanius facis explorator opertæ. Nam fax siue ignis cinere
opertus seruabatur. Quæ uero Deã colebãt uirgines quatuor prin
cipio erãt eligẽtibus eas regibus ad ea, q̃ cõstituerat Numa legiti-
ma: posterius aũt pp multitudinẽ sacrorũ ministeriorum, q̃ pficiunt
sex factæ sunt apud Deã uitam agentes. Vnde scribit Traquillus:
testamentũ Augusti, apud sex uirgines uestales depositũ fuisse. Tri
ginta annos necesse est eas manere innuptas, & castas sacrificia
peragẽtes ex lege: quo in tẽpore opus est eas decẽ annis discere: de
cẽ sacra perficere: decẽ ultimis alias edocere. Lege Dionysiũ. Lo- Lotos
tos antiq̃ssima arbor fuit iu urbe, q̃ capillata dicebat. ad quã uirgi-
nũ uestaliũ capillus deferebat. Plin. lib. xvi. cap. ultimo. ¶ Vestã mi-
norẽ: ad differentiã templi, quod Romæ ab Numa Pompilio extru
ctũ fuerat uouũ, & rotundũ, & maius. ut scribit Plutar. in uita Nu-
mæ. ¶ Alba diruta: nã: post suppliciũ sumptũ de Metio Suffecio Al
banorũ duce, Alba imperante Tullo Hostilio diruta est. Tẽplis tñ
Deũ (ut scribit Liu. ita.n. edictũ ab rege fuerat) tẽperatũ est. Alba-
nis in urbẽ Romã admissis, mõs Cęlius inhabitãdus traditus est,
sicq; Albæ ruinis duplicatus est numerus ciuiũ. Albã (auctore Dio
nysio) condidit Ascanius filius Æneæ. Annos durauit postq̃ ꝯdita
est q̃ngẽtos minus tredecim. ¶ Alba: describit aũt locũ ubi Domitia Alba.
nus quotãnis i Albão q̃nquatria Mineruæ celebrabat: cui collegiũ
istituerat sacerdotũ. ¶ Valuæ.i. postes a uoluendo, ꝙ in cardinibus Valuæ
uoluant. Propert. de tẽplo Apollinis palatini: Et ualuæ libyci nobi
le dẽtis opus. ¶ Patres.i. senatores, q in Albano erant cũ iperatore.
¶ ET o Pierides.i. o musæ. puellæ.i. adhuc uirgines & puræ. nar ASCEn.
rate mihi beneuolæ sup. rẽ: & prosit mihi dixisse uos puellas. Cum
.i. quãdo. ultimus Flauius.i. Domitianus, q nũc est ultimus de Fla-
uiorũ gẽte. laceraret.i. crudelitate sua tyranica dissecaret orbem.i.
mundũ. semianimũ.i. semiuiuũ, & semimortuũ. & Roma seruiret.i.
in seruitutẽ redacta obediret. Neroni caluo.i. Domitiano sic agno
minato. spatiũ.i. amplitudo & magnitudo. admirabile.i. admiratio
ne dignũ. rhõbi.i. talis piscis. adriatici.i. nutriti in mari Adriaco. in
cidit.i. a casu portũ aut sinũ intrauit ante domũ i. ædem Veneris:
quã domũ Anchõ ciuitas illa Dorica.i. a Doricis condita. sustinet
.i. cõseruat. & impleuit sinus.i. angulos & curuaturas maris iuxta
portũ: enim p quia. hæserat.i. adheserat. uel retibus uel littoribus &
arenæ pp magnitudinẽ. nõ minor.i. existens nõ minor illis, quos
glacies meotica.i. meotis paludis, q̃ est in superiori Asiæ parte. ope
rit.i. tegit. tota hyeme. & pingues facit. & ipsa glacies rupta.i. solu-
ta. tandẽ.i. p longam hyemem. effundit.i. exponit Solibus.i. calori
Solis. ad.i. iuxta. hostia.i. receptacula fluuiorũ. põti.i. illius maris.
torpentis.i. stagnantis, & tarde aut parũ refluẽtis. effundit inq̃ tar-
dos.i. minus agiles. desidia.i. pp sessionẽ, & infundo hæsionem: &
pingues lõgo frigore. magister cymbæ.i. naiculæ. & lini.i. retis li
nei. destinat.i. adiudicat deberi summo põtifici, Domitiano. s. hoc
mõstrũ.i. in uisæ magnitudinis rhombũ. enim pro quia. qs auderet
ꝓponere.i. uænalẽ añ cõspectum ementiũ ponere: aut si ꝓpositus
esset, qs auderet emere talẽ sup. piscẽ. q.d. nemo est: cũ.i. quãdoqui-
dẽ: ea littora: in q̃bus captus erat. forẽt.i. essent. plena multo delato
re.i. occulto accusatore. & cũ inquisitores algæ.i. qd cũ alga herba
illa uilissima. quã mare proijcit: merciũ aut nauiũ ad littus proijcia-
tur. dispersi protinus.i. ampliter. p omnia gerẽt. s. litem.i. contende
rent in iudicio cũ remige. s. piscatore. nudo.i. paupere. nõ dubitatu
ri.i. tales q̃ nõ dubitẽt dicere piscẽ illũ fugitiuũ sup. esse.i. q effuge-
rit ex piscina imperatoris: & depastũ esse diu uiuaria Cæsaris. & ip-
sum elapsum inde.i. ex uiuarijs: hoc est piscinis Cæsaris debere re-
uerti ad ueterem dñm.i. possessorẽ Domitianũ. s. Quinetiam si nos
credimus quid.i. aliquid Palfurio & Armillato. q̃cquid est conspi-
cuũ & pulchrũ in toto æquore. est res fisci.i. pertinet ad fiscũ.i. ad
mensam iperatoris. ubicunq;.i. in quocunq; loco, siue publico, siue
priuato natat. ergo quia retineri tute non potest rhombus tãtus,
donabitur sup. iperatori ne pereat.i. corrũpatur: q̃a alius emere nõ
auderet. & hoc potius q̃ ne perdatur: q̃a ablatus fuisset. proprerea
dico q̃a sequitur iã letifero &c. ironice.n. dicit hoc, q.d. æquũ est ut
donetur cito q̃a iam finis est autumni: & frigus incipit uigere. q.d.
nõ opus est ut tantũ properetur. Põt tñ sic intelligi, & forte melius.
donabitur ergo ne pereat: q̃a uẽdere nõ auderet præcipue ea tẽpe-
state, qua diu cõseruari posset: & ad imperatorẽ icorruptus aduehi.
si.n. alio tẽpore uendidisset, potuisset dixisse: q̃a incorruptũ attulisse
nõ potuisset. Dic igitur ne pereat, cũ iuste auferatur a delatoribus,
& a nullo audeat emi. & huc autumno letifero.i. letũ: hoc est mor-
tẽ afferre solito. cedẽte.i. locũ dante, iam pruinis.i. (ut galli dicũt)
gelu albo: uel materiæ roris cõgelatæ: quod intensi frigoris signũ
est. & ægris sperantibus.i. timentibus sicut pri. Ænei. At sperate
Deos memores fandi atq; nefandi. iam quartanã sup. febrem, quę
in fine Autũni, aut annalis aut mortalis iudicatur. hyems.i. tempe

Ītur ad Atridem,tunc Picens accipe dixit
Priuatis maiora focis,genialis agatur
Iſte dies,propera ſtomachum laxare ſaginis,
Et tua ſeruatum conſume in ſæcula rhombum,
Ipſe capi uoluit,quid apertius:& tamen illi
Surgebant criſtæ.nihil eſt.quod credere de ſe
Non poſſit,cum laudatur Diis æqua poteſtas.
Sed deerat piſci patinæ menſura.uocantur
Ergo in concilium proceres, quos oderat ille,
In duorum facie miſeræ,magnæq; ſedebat
Pallor amicitiæ primus clamante Liburno,

ſtas hyberna.deformis.i.formoſitatē anni: hoc eſt frōdes & flores delens.ſtridebat.i.uentorū ſtridorē dabat.& ſeruabat.i. pſeruabat a putrefactione.prædā recentem.i.nō ſolitā.& tñ hic uidelicet miſer piſcator properat.i.feſtinat portare rhombū illū ad imperatorē. tanq̄ Auſter uentus ille tepidus & humidus urgeat.i. impellat timore corruptionis.Vtq; lacus &c. Oſtēdit q̄uo oblatus eſt piſcis. Ordo eſt.Vt.i.poſtq̄ lacus, qui erant ſub mœnibus Albe ſuberant ſup, piſcatori .i. poqſtuam ſuperauerat lacus, & appropinquarat Albæ ubi tunc Domitianus in collegio ſacerdotū erat. ubi.i.in quibus lacubus : Alba quamq̄ diruta.i.deleta a Tullo Hoſtilio:tamen ſupp.ſeruat ignē troianum,qui perpetuus erat & colit Veſtam Deam uirginitatis q̄ per ignem ſignatur.minorem .i.quā Romæ a Numa coli iuſſa eſt.turba miratrix obſtitit parūper.i.paruo tēpore piſcatori intranti.i.uolēti intrare.& ceſſit .i. locū dedit.ualuæ.i.ianuæ.patuerūt.i.aptæ ſunt. apportāti .ſ. facili cardine.i.reuolucro eārū.patres.ſ.ſenatores excluſi expectāt obſonia admiſſa.i.rhombū:quē pluris q̄ patres faciebat imperator.

IOAN. BRIT. ℭ A D Atridem:ad Domitianū.nam ut Agamēnon oīum græcorū ducum uoluit imperator appellari: ita Domitianus non ſolum dux ducū,& princeps principū,ſed etiā Deus.aut appellauit Atridē a crudelitate,ut quando Neronē etiam dixerit:oſtendat in oībus Neroni ſimilē fuiſſe. ut ſit:Itur ad Atridē:ideſt ad Neronē alterum qui matrem ſuam interemit Agrippinā,ſicut Oreſtes Atrei nepos & Agamemnonis filius matrē ſuā Clytemneſtram.ℱ Tunc picens .i.piſcator de Piceno agro, qui rhombum cœperat.aut reuera nomen eſt propriū,ſicut apud Martia. Scribit in aduerſa Picens epigrammata charta. ℱ Maiora.i. pretioſiora q̄ priuato conueniant homini:quaſi dicat digna tantum principibus. ℱ Iſte dies agatur genialis:hic dies celebretur ſumma cū uoluptate. Nam tunc Genio operam dare dicimus, cum animi relaxationem ſequimur. Perſius:Indulge geniō, carpamus dulcia ; noſtrum eſt quod uiuimus.ℱ Laxare ſtomachum: hoc dictum eſt per irriſionem a poeta in exprobrationem gulæ:ut ſit Stomachum tuum extende, atq; imple.nam quæ implentur, laxantur, & extenduntur. ℱ Sagini :

Sagino Sagina ideſt piſce ſaginato.nam ſagino idem eſt quod pinguefacio. unde Sagina pro pinguitudine accipitur. ℱ Seruatum in tua ſæcula: aperta & manifeſta adulatio,quæ omnibus fere grata eſſe conſueuit. Vnde Seneca ad Lucilium: Quicquid in nos adulatio ſine pudore congeſſit:tanquam debitum præhendimus:optimos nos eſſe ſapientiſſimos affirmantibus aſſentimur:cum ſciamus illos multa mentiri:adeo quoq; indulgemus nobis, ut laudari uelimus in id,cui contraria tam maxime facimus. Mitiſſimum ille ſe ipſis in ſupplicijs audit: in rapibus liberaliſſimum:in ebrietatibus ac libidinibus temperatiſſimum.Sequitur itaq;, ut ideo mutari nolimus. quia nos optimos eſſe credimus.ℱ Quid apertius ? ſcilicet iſta adulatione. ℱ Surgebant criſtæ:tranſlatio a Gallis ſumpta, quibus criſtæ eriguntur:quod alacritatis eſt indicium : ideſt Domitianus licet cognoſceret manifeſtam eſſe adulationem: mira tamen afficiebatur lætitia : & ſibi placebat talia audiendo. ℱ Nihil eſt:ualde. enim aures principium adulationibus delectantur. Vnde Alexander Macedo prædicantibus ſe Iouis eſſe filium, aliquando credidit ita. ut cum in India uulnus accepiſſet, magnumq; ſentiret dolorem : Omnes, inquit, iurant me eſſe ipſius filium, ſed uulnus hoc hominem eſſe me clamat. ℱ Cum laudatur Dijs æqua poteſtas : ex hiſtoria eſt. Nam tantæ fuit ſtoliditatis & arrogantiæ, ut cum audiuiſſet ſe nominari Deum:per libellum ſtatim edixerit, ne alia præfatione appellaretur. unde Martialis in quinto: Edictum domini,Deiq; noſtri.Et ipſe Domitianus cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam ſic cœpit: Dominus & Deus noſter ſic fieri iubet. Vnde inſtitutum poſt hac ut ne ſcripto quidem,ac ſermone cuiuſquam appellaretur aliter.ℱ Sed deerat:in irriſionem principis hoc fingit poeta,eius luxum,& gulam notās. ℱ Deerat:ideſt tantus erat piſcis:ut nulla extaret patina, quæ eum coquendū integrum caperet.ℱ Pallor:ideſt timor. ab eo quod præcedit id quod ſequitur.Nam timorē pallor ſequitur. Multi enim ob principis crudelitatē pallebant.unde ita ſcribit Cor. Tacitus in uita Iulij Agricolæ,ut ante diximus:Præcipua ſub Domitiano miſeriarum pars erat,uidere & aſpici, cū ſuſpiria noſtra ſubſcriberentur,cū denotandis hoium palloribus ſufficeret ſæuus ille uultus, & rubor,quo ſe contra pudorem muniebat.ℱ Amicitiæ magnæ.i. imperatoriæ.Vnde prima Satyra:Magni delator amici:ideſt imperatoris.quam & miſeram appellat ab effectu,ꝙ infelices fierēt, qui eam ſequerētur. ℱ Pegaſus: iuriſcōſultus fuit celeberrimus temporibus Veſpeſiani:a quo & urbi præfectus fuit: ut Pomponius in origine iuris eſt auctor. Verū illū ſuſpirio quodam ſatyrico nō præfectum urbis ſed uillicum appellat : iuuenes urbem Romam iam principum ſæuitia ita deformatā,atq; deſertam: ut iam potius rus, q̄ urbs uideri queat.unde bene ſubdit. ℱ An ne aliud tunc præfecti? quaſi dicat non eſt mirum me uillicum appellaſſe Pegaſum:quia tunc præfecti aliud nihil erant, q̄ uillici: quaſi non ciuitatis,quæ iam nulla erat,ſed ruris præfecti: qui pro-

Villic prie uillici appellantur. Nam Romani inter ſeruos rei ruſticæ deſtinatos, uillicos appellarunt. qui totius uillæ curam gererent,totiq; familiæ imperarent. Bubulcos uero quibus cura eſſet arandi, & ſerendi. Mediaſtinos uero qui reliqua ruris opera peragarent:utpote qui ſcrobes effoderent,foſſas purgarent,fruges legerent,& reliqua id genus opera ruſtica.Columellam. Præfectura autem urbis omnia omnino ſibi crimina uendicauit:nec tantum ea, quæ inter urbem admittuntur, uerū ea quoq; quæ extra urbem intra Italiā.

Econ mus Lege iuriſconſultū lib.pr. Digeſtorum.οἰκονόμος aūt tam pecuniæ, q̄ frugum,& oīum quæ dominus poſſidet, diſpenſator eſt. ℱ A bolla:de abolla dictū in tertia Satyra. ℱ Liburno.i.ſeruo Nomenclatore,qui in ſenatum patres uocaret: nam(ut diximus ante)ex Leburnia ſerui proceræ ſtaturæ mittebantur, & proinde dominis grati. ſuperius.Et Ingenti curret ſuperiora Liburno.

ASC ℭ I T V R ad Atridem: ideſt terrificum & magnanimum imperatorem Domitianū,qui Agamemnoni comparandus eſt. & hoc ironice. uel (ut Manci. dicit) tanquam ad Oreſtem Atridem nepotem,& matris interfectorem.tunc Picens adulator ille dixit. O imperator accipe obſonia maiora.ideſt excellentiora. focis priuatis ideſt qui debeant coqui in focis priuatorum.iſte dies agatur genialis.ideſt ſicut is in quo Genio, ideſt Deo naturæ indulgeri ſolet: hoc eſt natalis,quo uoluptati & libidini maximam operam dabāt. propera laxare:ideſt euacuare.ſaginis:ideſt pingui piſtrino.uel potius laxare:ideſt recreare, & laxum reddere ſtomachum tuum ſaginato piſce.& conſume rhombum ſeruatum a fatis ſcilicet. in:id eſt uſq; ad tua ſæcula:quod patet.quia ipſe uoluit capi. quid apertius inquit poeta poſſet mentiri?uel ſunt uerba Picentis.quod apertius q̄ capi uoluiſſe. quaſi dicat nihil. & tamen criſtæ : ideſt ſpinæ ſurgebant illi : ſcilicet rhombo præ indignatione ꝙ captus eſſet. uerum nihil eſt quod poteſtas æqua : ideſt æqualis Dijs : ideſt Domitianus, qui ſe dominum & Deum uoluit appellari : ideſt cui perſuaſum eſt ꝙ Deus eſſet,non poſſit credere de ſe cum laudatur. Sed deerat &c. Iuuenta eſt poetæ occaſio deſcribendi ſæuitiam Domitiani:& perfidiam adulatorum: & quam quiſq; apud Domitianum uitam ageret. ideoq; recenſet conſilium procerum dicens ipſos uocatum ad hoc : ut diſquirant quo pacto piſcis ille coqui debeat, aut apponi. non enim habebatur uas ſatis capax: nec dignum uidebatur talem piſcem concidi.Ordo eſt. Sed menſura patinæ:ideſt uaſis patentis in quo piſcis apponeretur, deerat piſci. proceres ergo uocantur in concilium:ideſt concionem ad capiendum conſilium. quos proceres ille: ſcilicet Domitianus oderat. & in quorum facie ſedebat: ideſt apparebat cum uocati eſſent. pallor in ſignū timoris. miſeræ,quæ miſerū exitum habebat.& magnæ.i.imperatoriæ amicitiæ. Pegaſus uir ille Albanus poſitus.i. cōſtitutus.modo.i.paulo ante.uillicus.i.tanq̄ uillicus.i. gubernator uillæ.quamuis eſſet pfectus urbi.ſ. Albanæ. attonitæ.i.pculſæ: q̄ſi tonitru Iouis edicto Domitiani. pperabat.i.properanter currabat primus. & hoc abolla ueſte tali rapta.i. celeriter accepta. & Liburno.i.præcone ex Liburnia clamante.

Currite iam ſedit,rapta properabat abolla
Pegaſus,attonitæ poſitus modo villicus vrbi.
Anne aliud tunc præfecti?quorum optimus,atq;
Interpres legum ſanctisſimus,omnia quamquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Iuſtitia,venit & Criſpi iucunda ſenectus,
Cuius erant mores,qualis facundia, mite
Ingenium,maria,ac terras,populoſq; regenti
Quis comes vtilior,ſi clade,& peſte ſub illa
Sæuitiam damnare,& honeſtum afferre liceret
Conſilium?ſed quid violentius aure tyranni?
Cum quo de pluuiis,aut æſtibus, aut nimboſo
Vere locuturi fatum pendebat amici?
Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem,nec ciuis erat,qui libera poſſet
Verba animi proferre,& vitam impendere vero.
Sic multas hyemes,atq; octogeſima vidit
Solſtitia,his armis,illa quoq; tutus in aula.
Proximus eiuſdem properabat Acilius æui
Cum iuuene indigno,quē mors tam ſæua maneret,
Et domini gladiis iam feſtinata,ſed olim
Prodigio par eſt in nobilitate ſenectus,
Vnde fit,vt malim fraterculus eſſe gigantum.
Profuit ergo nihil miſero,quod comminus vrſos
Figebant numidas albana nudus arena
Venator.quis enim iam non intelligat artes
Patricias?quis priſcum illud miretur acumen
Brute tuum?facile eſt barbato imponere regi.
Nec melior vultu quamuis ignobilis ibat
Rubrius,offenſæ veteris reus,atq; tacendæ.
Et tamen improbior Satyram ſcribente einædo.

N. ¶ IAM ſedet.ſ.imperator. ¶ Anne aliud tunc præfecti.i.ſubaudi
T. erant,ꝗ uillici? ¶ Quorum.ſ.prꝑfectorum. ¶ Optimus.ſ.erat. ¶ Inter pres legum.i.ipſe Pegaſus legum peritus, & iuris optimus & ſanctiſſimus erat. ¶ Tractāda inermi iuſtitia: & ſi, inquit, ſanctiſſimis erat moribus:tamen ſęuitiā Imperitoris ueritus,putabat non omnia ſibi agenda,ut iuſtitia poſtulabat, ſed ad nutū & uolūtatē principis omnia eſſe moderāda.ſicq; moraliter docet principes aſſentatorib᷒ delectari: aſſentatoreſq; eis ſemper prꝑſto eſſe:q ex ſtultis fatuos reddunt homines.ergo iuſtitia inermi.i. debili & modica. ¶ Venit & Criſpi : hic eſt ille Vibius Criſpus orator,qui (ut ſcribit Quintilianus) delectationi natus cuidā (auctore Tranquillo) interrogāti:eſſet ne quis intus cū Cęſare Domitiano:nō abſurde reſpōdit:Ne muſca quidē unde poeta iucundā ſenectutē appellat,quo facetus eſſet.Conſueuerat.n. Domitianus initio principatus ſui quotidie ſibi horariū ſumere: nec quicꝗ̄ ampli᷒ ꝗ̄ muſcas captare: ac ſtilo peracuto cōfigere. ¶ Maria:ac terras ſenſus eſt:Criſpus moribus pricipis ſe optime accōmodabat:ut ꝑ omnia aſſentaretur. Sed nemo unquā utilior comes Imperatori fuiſſet totū orbem regenti:ſi ei licuiſſet per ſęuitiā principis omnia libere loqui . legēdumq; eſt cū interrogatione. ¶ Illa clade & peſte:hoc eſt Domitiano, qui cōmunis erat quædam omniū pernicies. ¶ Dānare ſęuitiā.i.ſcelera hominū aut (quod magis placet) libere accuſare & coarguere. ¶ Sęuitiam:principis, qui more ſęuiſſimi tyranni uerū audire nolebat.unde ſequitur: Sed qd uiolentius aure tyranni? ¶ Cum quo de pluuijs:ſenſus eſt: Immi nebat mortis periculū amico:ſiquid forte locuturus de rebus incertis aliquid dixiſſet:quod eius uoluntati fuiſſet aduerſum. ¶ Fatū:mors. ¶ Pendebat: in ambiguo erat:ueluti ſunt res pendulę in ambiguo ne cadant. ¶ Ille: Criſpus. ¶ Cōtra torrentē:illi dicuntur cōtra torrentē niti, qui cōtendunt eos uincere,quos nequeunt.eſt autē metaphora prouerbialis ab ijs, qui cōtra torrentem natare nituntur.nam torrens magno impetu ferri conſueuit : hoc eſt nunquam imperatoris uoluntati refragratus eſt. ¶ Nec ciuis erat:efferatam Domitiani crudelitatem oſtendit, cū nemo eſſet, qui libere loqui auderet. ¶ Sic.i.per hanc ingenij comitatem. ¶ Octogeſima ſolſtitia.i.octoginta annos:qbus in aula principum eſt uerſatur. Nam etſi in anno duplex eſt ſolſtitium brumale & æſtiuum:cum tamen abſolute ponitur,pro æſtiuo tantum intelligimus.ergo quot ſolſtitia dicimus, totidē annos intelligimus.Vnde Virgil. Humida ſolſtitia,atq; hyemes optate ſerenas Agricolæ. hic enim intelligimus de ſolſtitio æſtiuo. Sic etiam apud Columellam: Sunt quædam loca,quæ ſolſtitijs minus concaleſcunt:ſed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.ita:ut ſemper ſolſtitium abſolute poſitum æſtiuum intelligatur. Contra uero brumale ſolſtitiū non dicimus abſolute:ſed ſemper ſolſtitium brumale.Eſt autem ſolſtitium ęſtiuum.8.Calen.Iulij.die,quo tempore remeare ad inferiores Sol incipit circulus.de eo ſic Pli.li.18.ca.27. Iulij uero longiſſima dies totius anni, & nox breuiſſima ſolſtitium conficiunt. Hyemale uero.8.Calend.Ianuarias.die,quo tempore Sol altiores incipit circulos petere.dictum autem ſolſtitium,quaſi Solis ſtatio. Tūc enim Sol ſtare uidetur . ¶ His armis:ſenſus hic eſt & ordo: Acilius eiuſdem ęui properabat. proximus.i.ſecūdus poſt Criſpum. tutus in illa aula his armis.i.pari arte & paribus moribus & aſſentationibus.Hic eſt ille Acilius Glabrio quem poſtea (ut ſcribit Tranquillus) ſupplicio affecit una cum Saluidieno,& Orſito, quaſi molitores nouarum rerum. fuit etiam ijſdem temporibus Acilius Rufus uir conſularis.de quo Plin.in epiſt.ad Vrſum: Cenſuit Acilius Rufus conſularis deſignatus inquiſitionem Bithynijs dandam. ¶ Illa aula:tam ſęui principis,eſt autem aula ſedes & domicilium impera Aula
toris & tyranni.unde fit aulicus Aulicus
qui in aula uerſatur , & tyranni eſt cōtubernalis. ¶ Cum iuuene indigno:aliq de Eluidio filio Eluidij,quem Domitianus interemit,putant intelligendū: ꝙ quaſi ſcęnico exodio ſub ꝑſona Paridis & Oenones diuortiū ſuum cum tractaſſet. ſed cū plurimos īteremerit:nulla extat hiſtoria qs fuerit iuuenis, qui cū Acilio properabat. ¶ Feſtinata:i iuuenibus mortem acerbam & feſtinatam appellare ſolemus,quaſi quę ante tempus feſtinet. Vnde feſtinata legendum eſt:non autem deſtinata.uerſus enim breuis eſt in deſtinata.recte autē poeta mortem (ut dixi) deſtinatam appellat, quę iuuenem opprimat quaſi quę celerius feſtinet ꝗ̄ conueniat. ¶ Gladijs domini: Domitiani.ſed olim.i.ſuperioribus temporibus:qbus Domitianus imperabat. Hicq; apparet Iuuenalem Satyras ſuas non ſcripſiſſe ſub Domitiano. Senſus eſt: Tā multos,inquit, Domitianus efferata quadam crudelitate ciues interemit:ut in prodigio haberetur, ſi quem in urbe offenderes
ſenem nobilem & patriciū.Prodigium autem dicitur (auctore Prodigiū
Feſto) uelut predicīū quod prædicat. Vnde & Cic.li. 2.de natura Deorū ait: Oſtenta, monſtra, portēta & prodigia dicta ꝙ oſtēdant,monſtrent,portēdant,prædicant. ¶ Vnde fit ut malim: cum igitur,inquit,imperator in nobilitatem tam atrociter ſęuiret(nā ut ſcribit Euſebius,multos ī exilium ex nobilibus miſit,& occidit) maluerim fraterculus eſſe gigantum:qui terræ filij fuerunt.i.ignobilis, & obſcurus,ꝗ̄ patricius & nobilis . Nam qui obſcuro genere eſſent orti:quaſi quorum parentes ignorarentur: filij terræ appellari conſueuerunt.quare Lactant. Firmianus lib. 1 .diuinarum Inſtitutionum ſic inquit:Minutius felix in eo libro, qui Octauius inſcribitur ſic eſt argumentatus: Saturnum cū fugatus eſſet a filio,in Italiamq; ueniſſet,Cęli filium dictum:ꝙ ſoleamus eos, quorum uirtutes miremur:aut eos, qui repentine aduenerint de cęlo cecidiſſe dicere terrę autem eos eſſe filios,qui ignotis parentibus ſint nati.Vnde & Tertulianus in Apologetico de Saturno loquens ſic ſcribit: Dictus autem Terræ & Cęli filius, quia ignoti uel inopinato apparentes de cęlo ſuperueniſſe dicuntur : ut terræ filios uulgus uocat, quorum genus incertum eſt.Cic.ad Atticum. 1 .libr.Sed hæc ad te ſcribā alias ſubtilius.Nam neq; adhuc ſatis mihi nota ſunt: & huic terrę filio neſcio cui committere epiſtolam tantis de rebus non audeo. ¶ Fraterculus: ſatis lepide ſe fraterculum, & non fratrem dicit: utpote qui ſentiat tantę moli giganteæ te parem non eſſe. ¶ Gigan Gigātes
tum:gigantes (ut fabuloſa prodidit antiquitas) ex imis terrę uiſceribus nati ſunt immaniſſimo corpore: qui cum conati eſſent e ſede cęleſti Deos deturbare:tam acriter utrinq; pugnatum eſt: ut Dij in Ægyptum uſq; fugati ſint: qui demum parta uictoria gigātes perdiderunt. Beroſus uero Babylonicus hiſtoriam perſequens ſcribit
in Syria circa Lybanum fuiſſe Enos urbem maximam gigantum, Enos
qui uniuerſo orbi dominabantur ab occaſu Solis ad ortum. Hi uaſtitate corporis ac robore cōfiſi inuentis armis omnes opprimebāt,

libidiniq; inseruientes inuenerunt papiliones, & instrumenta musi-
ca, & omnes delicias. Māducabāt homines, & procurabant abor-
sus, in eduliumq; pręparabant, & commiscebantur matribus, filia-
bus, sororibus, masculis, & brutis, & nihil erat sceleris, quod non
admitterent, contemptores religionis & Deorum. unde & Macrob.
li. 1. Satur. gentem quandam impiam uocat, Deos negantē. & ideo
existimatam Deos pellere de cęlesti sede uoluisse. horum pedes in
draconum uolumina desinebant: quod significat nihil eos rectum,
nihil superum cogitasse, totius uitę eorum gressu atq; processu in
inferna mergente. ¶ Profuit ergo: putabat, inquit, se per studium ue-
nationis theatralis, quo & ipse imperator maxime delectabāt posse
se sæuitiam eius effugere: ac proinde feras in arena conficiebat: ut
placeret. simulq; se ipsum fatuum ostendebat: quippe qui & nudus
idem efficeret. sed nihil inquit ei hoc profuit: quia tales artes iā no-
uerat Imperator. ¶ In Albana arena: nam & in Albano: ubi quotan-
nis quinquatria Mineruę celebrabat: feras conficiendas exhibuit:
Numidia ipseq; centenas uarij generis confecit. auctor Tranquillus. ¶ Numi-
das: libycos. Nam Numidia pars est Africæ imperio Masinissæ cla-
ra. dicta Numidia a pascuorum fertilitate. nam νομὴ pascua, siue pa-
bulum significat. o igitur conuersa in u fit Numidia. Inde Vrsi fero-
ces mittebantur. Plin. lib. 8. sic inquit: Annalibus notatum est Do-
mitium Ænobarbum ędilem curulem Vrsos Numidicos centum,
& totidem uenatores Æthiopas in Circo exhibuisse. Miror adiectū
Numidicos fuisse, cum in Africa Vrsos non gigni constet. Et miror
Plinium negare Vrsos gigni in Africa: cum cæteri scriptores nasci
affirment. Solinus: Numidici ursi forma cęteris pręstant. Martia. Et
freno libyci domantur Vrsi. Virg. lib. 5. Horridus in iaculis & pel-
le libyssis Vrsæ. Idem lib. 8. Effultum spolijs, & pelle libyssidis Vr-
sę. ¶ Nudus: depositis uestibus: ut esset expeditior: & quasi quandā
stultitiam. ¶ Quis iam: non est, inquit, opus his artibus principem se-
duci: qui simulatam nobilium noscit stultitiam. ¶ Brute: Brutus ut
auūculi sui Tarquinij superbi sæuitiam uitaret, cum ab eo omnem
nobilitatis indolem excerpi, interq; cæteros etiam fratrem suum,
qui uegetioris ingenij erat, interfectum animaduerteret, obtusi se
cordis esse simulauit eaq; fallacia maximas uirtutes suas texit. Ait
ergo poeta: Rudi illa ætate facile potuisti Brute principes decipere.
Sed nunc, inqt, nemo esset qui artes illas tuas nō nosceret. ¶ Acu-
men piscum: hoc est prudentiā & sagacitatem illam priscam. i. qua
Imponere priscis usus fuisti temporibus. ¶ Imponere: seducere. Nam impono
cum datiuo tātum iungitur, efficiturq; neutrum: idem est, quod se-
duco & decipio. Seneca ad Lucilium: Oculis nostris imponimus. i.
oculos nostros decipimus. Plin. epistola ad Proculum: Si modo mi-
hi non imposuit recitatio tua: leges enim suauissime & peritissime.
Impostura inde fit etiā impostura. i. deceptio. ¶ Regi: Tarquinio superbo. ¶ Bar-
bato: nam romani quadringentis & quadragintaquatuor annis in-
tonsi fuerunt, cum tonsores nō haberent. eos postea Ticinius Me-
na ex Sicilia in urbem adduxit. Olim tonsores non fuisse significāt
antiquorum statuę, q; plerę q; habent capillum & barbam magnā.
auctor Varro libr. 2. de re rustica. ¶ Nec melior: nec lætior, sed pari
tristitia. ¶ Quamuis ignobilis: hinc ostendit nimiam Domitiani cru-
delitatem, qui in omnes pariter sęuiret, tā nobiles, q̄ plebeios. ¶ Ru-
brius: hic Rubrius temporibus fuit Domitiani, ut ipse ostendit poe-
ta. sed historia minime est, nota, quomodo reus fuerit offensæ uete-
Locus obscurus ris & tacendæ. Itaq; de hoc adhuc querendum censeo. quæ autem
ab alijs afferūtur ex testimonio Taciti de Rubrio Gallo, alioq; Ru-
brio, qui in coniuratione Pisoniana deprehensus est, non placent:
cum ad rem poetę minime sint accōmodata. ¶ Et tamē improbior:
licet, inquit, Rubrius ignobilis esset, & humili loco natus, tamen im-
probior fuit Nerone ipso, qui Satyram scripsit in Quintianum, ap-
pellauitq; eum mollem, & effœminatum: cū ipse esset cinędus. Nam
nupsit Doryphoro seruo, ut scribit Tranquillus, sicut ipsi Sporus.
Tacitus eum appellat Pythagoram, quem Tranquillus Drypho-
Doryphorus rum: ea forte ratione a Tranquillo Doryphorus appellatur, quem
proprio nomine dicit Tacitus: q; satelles fuerit Domitiani. nā Grę-
ci dicunt Doryphorum satellitem ab hasta ferenda: quæ Dory grę-
co uocabulo nominatur. Quod autem Nero in Quintianum scri-
pserit, sic prodidit Tacitus: Quintianus molli corpore infamis, & a
Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias ultum ibat. Er-
go cinædo scribente Satyram. i. Nerone: qui carmen probrosum
scripsit in Quintianum, cum & ipse esset cinædus: carmen etiam
Elegiacum scripsit. Mart. lib. 9. Ipse tuas etiam ueritus Nero dicitur
aures: Lasciuum iuuenis cum tibi lusit opus Scripsit etiam Iliada,
auctores Tranquillus, Tacitus, & Eusebius.

¶ O Proceres sup. currite. i. celeriter uenite ad cōsilium. nam sup. ASCI
imperator sedit. i. iam locum cœpit. Graphice aūt expressit uocē cla-
mantis, & trepidantis. non enim multis uerbis utitur. & tanq̄ de no-
to: nō dicit quis sedit, nec qui currant. dico Pegasus uillicus: & si di-
cas q; pręfectus esset, respondet: Anne pręfecti urbis aliud sup. erāt
tunc q̄ uillici? Vel sic: an ne pręfecti: tunc aliud sup. faciebant, q̄ Pe-
gasus qui properabat. q. d. non. quorum. s. pręfectorum. hic. s. Pe-
gasus erat sup. optimus. atq; sanctissimus interpres legum. q̄q̄ pu-
tabat omnia esse tractanda iustitia inermi. i. sine ui & potētia. & hoc
temporibus diris, quia tempora essent dira: quibus nō liceret in ma-
los imperatori caros rigorem iustitiæ exequi. iucunda senectus Cri-
spi. i. ipse iucundus senex Crispus. uenit &. i. etiā. cuius mores erāt
sup. tales. qualis facundia. i. dulces & amabiles. & ingenium mite. i.
benignum & placidum. unde Statius: Lumina nestorei mitis prudē-
tia Crispi &c. Quis sup. esse posset comes utilior Domitiano sup. re-
genti maria, terras, ac populos. i. imperium Romanum ea continēs
si liceret sub illa clade & cęde, quā Domitianus in bonos exercuit,
damnare sæuitiam: & ferre honestum consilium. q. d. nullus. sed q̄d
est sup. uiolentius aure tyranni. s. Domitiani. q. d. nihil. utpote cum
quo fatum. i. mors. amici. i. quem simulabat sibi amicū: locuturi de
pluuijs, aut ęstibus. aut nimboso. i. uentoso uere & autumno. s. i. de
dispositione temporis. pēdebat. i. imminebat. igitur quia sciebat ea
non licere. nunq̄ direxit brachia contra torrentem. i. fluxum impe-
tuosum: hoc est nunq̄ quicq̄ fecit contra uiolentiam Domitiani. nec
erat sup. aliquis tūc temporis ciuis. uel nec ipse Crispus cum habe-
ret mite ingenium nō erat talis ciuis, qui posset proferre libera uer-
ba animi & impendere uero uitam. i. qui uellet dicendo uerum, obi-
re mortem inferendam a tyranno. Hæc omnia possunt ironicos le-
gi: quia Tacitus Crispum inter claros magis, q̄ inter bonos haben-
dū censet. Sic. i. per assentationem, aut per dissimulationē. ipse Cri-
spus uidit multas hyemes, quia octoginta. & octogesima. i. octogī-
ta solstitia sup. ęstiualia: hoc est octoginta annos: quos (ut accumu-
latius eloqueretur) in hyemes & ęstates diuidit. sicut Virg. in. 1. Æ-
neid. triennium dicens: Tertia dum Latio regnantem uiderit ęstas:
Ternaq; transierit Rutulis hyberna subactis. Accipit hic solstitia
pro ęstiualibus. sicut Virg. in Buco. Solstitium pecori defendite. Nā
si bina solstitia quadraginta annis dederit: iam non erit senes uidit
inquam octoginta solstitia. tutus his armis. i. uel hac comitate, uel
hoc silentio & dissimulatione. quoq;. i. etiam. in illa. i. in sæuissima
aula. Acilius uir ille eiusdem æui properabat proximus sup. Crispo
cum iuuene indigno, quem tam sæua mors: ut passus est. & quæ
destinata. i. addita illi est gladijs domini: idest Domitiani. maneret
. i. certissime futura expectaret. Dicit Calderinus hunc quoq; Aci-
lium uocatum: quem quis si latere Mancinellus dicit. sed quia (ut
Seruius docet) quoties patris & non filij nomē exprimitur: eodem
nomine fuisse credendi sunt: facile in sententiam Calderini conces-
sero: etiam si filius eius non fuerit: nisi Valla Domitium appellaret.
Sed senectus in nobilitate est olim: idest iam multis annis. par: idest
similis. prodigio: hoc est prodigium creditur nobilis senex: quia
(ut etiam dicitur Eccle. x.) Omnis potentatus breuis uita. Et Saty.
decima dicturus est poeta: Ad generum Cereris sine cæde & uulne-
re pauci Descendunt reges, & sicca morte tyranni. Vnde: idest qua
de re fit: ut ego malim esse fraterculus: idest de genere gigantum:
qui filij terræ sunt: & ideo ignobiles: utpote quorum parentes igno-
rentur. Quando enim specialia nescimus, ad generalitatem recur-
rimus: & ideo filij quorum parentes sunt ignoti: dicuntur (aucto-
re Seruio) filij Neptuni secundum eos, qui omnia ex humore pro- Filij N[eptuni]
creari dicunt. sicut Tales Milesius. unde illud. 4. Georgicorū Ocea-
numq; patrem rerum. Qui uero ex terra potissimam originem ho-
mines trahere dicunt: sicut & fides habet: dicunt quorum parentes
ignoti sunt esse filios terræ. unde Persius Satyra sexta: Pręsto est mi- Filij t[er]ræ
hi Manius hæres Progenies terræ: quære ex me: quis mihi quar-
tus Sit pater: haud prompte dicam: tamē adde etiam unum: Vnum
etiam terræ est iam filius. Dicit autem fraterculus per diminutio-
nem: quia non affectat molem corporis gigantei: sed ignobilitatem
ut tutus sit a persecutione tyrannorum: respectu igitur gigantum
paruus sit. Ergo cum mori debuerit: dicit enim Valla, q; cum Aci-
lij filium Domitianum Domitianus occidisset: ipsum Acilium, quo
pœnas sentiret seruauit incolumem. Nil fuit misero. i. Domitio iu-
ueni, q; uenator ipse nudus. i. inermis, ut Domitiano eius rei studio-
so placeret. figebat comminus: idest de prope. ut dicunt: idest ense
ursos numidas: idest magnos & feroces: quanti & quales sunt in
Numidia parte Libyæ: in arena Albana. Quis enim non intelligat

Iam artes patricias: ideſt patriciorum: hoc eſt ex patribus ſeu ſenatoribus ortorum. artes: ideſt calliditates: qui ſe infames exhibeant: & ob id ſtultos: & ſæuitiam tyranni euitarent: quaſi dicat nemo: quia quilibet intelligit id eos ea gratia facere. o Brute quis miretur illud tuum priſcum: ideſt priſcis temporibus mirandum. acumen: ideſt ingenium tuum: quo Tarquinij Superbi ſuperbiam euitaſti: quaſi dicat nemo. ſed facile eſt imponere: ideſt fraudem facere, aut imponere falſam opinionē regi barbato: ſcilicet Tarquinio ſuperbo eo tempore nato: quo reges Romani barbati, & intonſi erant: ſed nunc per quam difficile eſſet callidos tyrannos latere aut circumuenire. Nec melior uultu: deſcribit reliquos ad conciliū citatos. Vnde ordo eſt: Rubrius Gallus quamuis ignobilis: tamen ſup. non ibat ad cōcilium melior: ideſt confidentior uultu, q̄: ſcilicet ille iuuenis: quia uterq; pallebat timore: exiſtens reus ueteris, atq; tacendæ offenſæ. duplex eſt huius offenſę expoſitio: aut ſtupri: quod ſcelus ꝑ turpitudine nimirum tacendum eſt: aut (ut Mancinellus ſentit contra Calderinum) offenſæ tacendæ: ideſt quam incurrit: quia non tacuit pro Flauio Sabino contra Cecinnam. Et quamuis ſupple non melior eſſet: hoc eſt tantumdem timebat tñ erat improbior: ideſt impudentior. cinędo: ideſt muliebria patienti. ſcribente Satyram: ideſt carmē maledicū i alios, qđ iprobiſſimū ē.

Montani quoq; venter adeſt abdomine tardus,
Et matutino ſudans Criſpinus amomo,
Quantum vix redolent duo funera, ſæuior illo
Pompeius tenui iugulos aperire ſuſurro,
Et qui vulturibus ſeruabat viſcera dacis
Fuſcus marmorea meditatus prælia villa.
Et cum mortifero prudens Veiento Catullo,
Qui nunq̄ viſæ flagrabat amore puellæ,
Grande, & conſpicuū, noſtro quoq; tēpore, monſtrū,
Cæcus, adulator, dignuſq; a ponte ſatelles,
Dignus aricinos qui mendicaret ad axes,
Blandaq; deuexæ iactaret baſia rhedæ.
Nemo magis rhombum ſtupuit, nam plurima dixit
In leuum conuerſus, at illi dextra iacebat
Bellua, ſic pugnas Cilicis laudabat, & ictus,
Et pægma, & pueros inde ad Velaria raptos.
Non cedit Veiento, ſed vt phanaticus œſtro
Percuſſus Bellona tuo diuinat, & ingens
Omen habes inquit, magni, clariq; triumphi,
Regem aliquem capies, aut de temone britanno
Excidet Aruiragus, peregrina eſt bellua, cernis
Erectas in terga ſudes: hoc defuit vnum
Fabricio, patriam vt rhombi memoraret, & annos.

⁋ MONTANI quoq; uenter adeſt: de Curtio montano intelligit. de quo multa apud Tacitum leguntur, cum uilem fuiſſe cauſidicum oſtendit in. 11. Satyra. Dic tibi qui ſis Orator uehemens, an Curtius, an Matho. Dictum autem ſatyrice: Quoq; uenter adeſt: ut oſtendat hominem corpulentum fuiſſe, & epulis intentum. unde eum in ſequentibus oſtendit magnam edendi habuiſſe peritiam, cum ait: Nulli maior fuit uſus edendi. ⁋ Abdomine: Pli. li. 11. cap. 37. ut diximus in ſecūda Satyra docet abdomen ab antiquis uocatum, quod nunc ſumem. ⁋ Et Criſpinus: ſcilicet adeſt. ⁋ Sudās Amomo matutino: ideſt unguento perfuſus matutino. Eſt autem Amomum genus fruticis proueniens in Syria, cuius uua in uſu eſt frutice uenoſo, palmi altitudine, carpiturq; cum radice. Ex eo unguentum fit pretioſiſſimum. unde Plinius: Omnia autem acutiora fiunt coſto amomo, quæ maxime nares feriunt. Vnguento etiam quod dicebatur regale, iter alia adhibebatur etiam amomū. ⁋ Matutino non placet ut exponas orientali: ſed quo mane ungeretur. matutinum autem dicimus a Matuta Dea: ideſt Aurora. ⁋ Quātum uix re dolent: inuidioſe hoc dicit in Criſpinum, quem ubiq; ut luxurioſum & mollem lacerat. ⁋ Duo corpora: nam mortuorū corpora perungebantur. Plini. Vnguentorum quoq; honos ad mortuos pertinere cœpit. Perſius noſter: Oſſa inodora dabit. ⁋ Pompeius: ſubaudi a ſuperioribus adeſt. Tēporibus Domitiani multi (ut diximus) quæſtus cauſa ad delationem ſe contulerant. inter quos & Pompeius. Sed cū temporibus Domitiani plures extiterint eiuſdem nominis, de Pompeio Rufo poſſumus intelligere. de quo ita Plin. in epiſtola ad Cornelium Minutianum: Quinetiam duo conſulares Pompeius Rufus & Libo frugi læſerunt Norbanum teſtimonio: tanq̄ apud iudicem ſub Domitiano Saluij liberalis accuſatoribus affuiſſet. Damnatus & in inſulam relegatus eſt. Licet etiam (ut diximus in. 1. Saty.) intelligere de Pōp. Falcone, de quo idē Pli. Cōſulis an exiſtimāte i tribunatu cauſas agere decere. ⁋ Aperire iugulos: figurata locutio. ſ. ad aperiēdos iugulos. Iuguli aūt, ſiue iugula (utrūq;. n. legit apud ꝓbatiſſimos auctores) ſunt illa duo oſſa, q̄ ab utroq; humero trāſuerſa extēdūt ſupra ſummitatē pectoris ubi deſinit collum, & ubi coniunguntur ueluti lacunam quandam efficiunt, quæ duo maior eſt, eo excellentius in homine ingenium indicat. unde Zophyrus phyſognomon, qui ſe profitebatur hominū more, naturaſq; ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoſcere, ſtupidū eſſe Socratē dixit, & bardū, q iugula cōcaua nō haberet: obſtructas eas partes & obturatas eſſe dicebat. Ibi locus eſt maxime cædi obnoxius. Lucanus: Iugulumq; ſenilem Cōfodiam. hinc fit uerbum iugulo: quod non modo gladio: ſed & morbo occidere ſigni- Iugulare
ficat. Celſus lib. 3. Nam quarta na neminem iugulat. De iugulo ita ſcribit Celſus lib. 8. Iugulum uero ſi trāſuerſum fractum eſt, nonnunq̄ per ſe rurſus recte coit: & niſi mouetur ſanari ſine iunctura poteſt. Nonnunq̄ uero maximeq; ubi motum eſt elabitur, fereq; id quod a pectore ſub id quod ab humero eſt in poſteriorem partē inclinatur. Et paulo infra: A dextro uero iugulo ſi id fractum eſt ad alam ſiniſtram a ſiniſtro ad dextram. De iugulo item ſic Ariſtoteles lib. 1. Cōmunis colli & pectoris pars iugulū eſt. Iugula uero genere fœ Iugula
minino ſignum celeſte eſſe docet Varro i ligua latiali. de quo meminit Plau. in Amphytrione Neq; Iugula, neq; Veſperugo. ⁋ Tenui ſuſurro: minima delatione: ut notet Domitianū, qui minimam ob rem quocunq; accuſante ciues damnabat. ⁋ Medita Meditari
tus prelia uilla: hoc eſt qui i animo ſuo prēlia pertractauerat in uilla ſua. Aut qui exercuerat ꝓlia in uilla, tentans quid poſſet efficere aduerſus hoſtem. Nam meditari accipitur pro cogitare & mēte pertractare. ut illud Horatij: Neſcio quid meditans nugarū. Terēt. Meditata ſunt mihi omnia mea incommoda. Item pro exercere, ut illud Quintiliani: Declamatio eſt forenſium actionum meditatio. i. exercitatio. Plin. in Panegyricis Traiani: Cum in illa meditatione campi militaribus turmis imperatorium puluerem, ſudoremq; miſceres, ubi accepit meditationem pro proluſione. & ſic meditari pro proludere. Sic Virg. contra proludere accepit pro meditari: Aut ſparſa ad pugnam proludit arena. i. prēmeditatur. Sic Cicero: Si mecum i hac proluſione nihil fueris. i. in hac prēmeditatione certaminis. Ioſephus de bello Iudaico ait meditationes dici cōflictus ſine ſanguine: prelia uero meditationes eſſe cum ſanguine. ⁋ Et Fuſcus: ſubaudi adeſt. Eſt enim Cornelius ille Fuſcus, qui temporibus Domitiani prētorianę cohortis prēfectus bellum geſſit aduerſus Dacos: a quibus in prēlio eſt occiſus. Lege Tacitum. Mar. de eo ita ſcribit lib. 6. Ille ſacri lateris cuſtos, Martiſq; togati: Credita cui ſummi caſtra fuere ducis. Hic ſitus eſt Fuſcus, licet hoc fortuna fateri: Non timet hoſtiles iam lapis iſte minas. Grande iugum domita Dacus ceruice recepit: Et famulum uictrix poſſidet umbra nemus. ⁋ Vulturibus: bene autem uulturibus. cadauera enim adeo auide ſequuntur, ut triduo ante, aut biduo uolare eo, ubi cadauera futura ſunt, tradantur. Plin. lib. x. ⁋ Prudens Veiento: Veientonis & Catulli Meſſalini Cæci mentionem facit Pli. epiſt. ad Sempronium Rufum: Sic cœnabat Nerua, cum paucis Veiento recumbebat proximus, atq; etiam in ſinu. Dixi omnia: cum hominem nominaui, incidit ſermo de Catullo Meſſalino q luminibus orbatus ingenio ſuo mala cēcitatis addiderat non uerebatur, non erubeſcebat, non miſerabatur. Sēpius a Domitiano non ſecus ac tela, quē & ipſa cēca & improuida ferūtur, in optimū quēq; contorquebat. De huius nequitia, ſanguinarijſq; ſententijs in cōmune oēs ſuper cœnā loquebantur. Hic ergo poeta mortiferū Catullū appellat, ut delatorē & nocētiſſimū hoiem. Veientonē autem appellat honorifice prudētē. neq;. n. uſq̄ apparet eū fuiſſe malū, ſed doctū & familiarē Neruæ. eſt aūt Fabricius ille Veiento uir ſenatorius, de quo in. 6. Satyr. intellexit poeta ubi oſtēdit Hippiā uxorē eius, relicto marito per impudicitiā gladiatorē abeūtem ab urbe in Ægyptū uſq; fuiſſe ſecutā. ⁋ Nunq̄ uiſę: ordo eſt: Qui flagrabat amore puellę nunq̄ uiſę. erat. n. (ut

dictū eſt) luminib⁹ orbatus. ¶ Grāde: expoſitio ē. ¶ Satelles dignus
hoc ē dignus q ad pōtes mēdicaret, in qbus ſolēt ꝓſidētes paupes
ſtipē a traſeuntibus petere. Sene. In Subliciū pontē me trās fer, & in
ter egenos abige, nō ideo tamē me deſpiciā, ꝙ in illoꝝ numero cō
ſedero, qui manū ad ſtipē porrigunt. Iuue. in ſequentibus: Nulla cre
pido uacat nuſq̄ pons. Idē alibi: Inuitatus ad hæc aliqui de ponte
Satelles — negabat. In alio codice legit: Diruſq; ſatelles. ¶ Satelles: ironice ſa-
tellitē, quaſi pontis cuſtodē appellauit nam ſatelles ꝓprie is appella
tur, q ad cuſtodia principis aſſiſtit. Vnde Cecilius Ciprianus ī epiſt.
ad Donatū: Exigit pœnas pariter de potentiore ſublimitas, ſit licet
ſatellitū manu ſeptus, & clauſum ac ꝓpe tectū latus numeroſo ſti-
patore tutetur. ¶ Aricinos. i. q ſtipē peteret ab ijs, q Ariciā uehūtur.
Nā Aricię, q̄ ſita eſt ī cliuo in Appia uia poſt Albanū montē, lucus
Arthemiſium — fuit Dianę, qđ Arthemiſiū appellauere: quo magna populoꝝ multi
tudo confiuebat: ꝓpter quod mendici in eo cliuo ſedentes mendi-
cabāt. ¶ Rhedæ deuexę: eſt. n. cliuus iuxta Ariciā. Mart. Debet Ari
cino cōuiua recūbere cliuo. ¶ Magis ſtupuit: q̄ ipſe Catullus Meſſa
linus. ¶ Sic pugnas Cilicis: Cilix nomē fuit gladiatoris, cui⁹ pugnas
Pægma — ſimili adulatiōe laudabat. ¶ Et pęgma: pęgmata machinamēta erāt
lignea, q̄ in triūphorū pōpa ferebātur, eo artificio cōpacta, ut p ſe
ſurgerēt ueluti ramos exerētia. Sene. ad Luciliū de artibus liberali-
Ludicrę artes — bus: Ludicre ſunt artes, q̄ ad uoluptatē auriū atq; oculoꝝ tendūt.
his annumeres licet machinatores q pęgmata p ſe ſugētia excogi
tēt & tabulata tacite in ſublime creſcentia. Marti. Et creſcūt media
pęgmata cęlſa uia. Ioſephus itē lib. 7. de triūpho Veſpaſian. & Ti-
ti loquens ſic ſcribit: Maxime aut erat ſtupor machinaꝝ, q̄ portabā
tur, ſiue pęgmatū fabricatio. ꝓ quorū magnitudine timēdū, uirib⁹
portantiū occurrētes timebāt. multa. n. in tertiū nidū, quartūq; ſur-
gebāt. & magnificentia fabricę cū admiratione delectabāt. De qui
bus ſic Claudianus de cōſulatu Mālij Theodoſii: Vel q More auiū
ſeſe iaculātur in auras Corporaq; ędificant celeri creſcentia nexu:
Quorū cōpoſitā puer augmentatus in artē Emicet, & uictus plātæ
uel cruribus hęrēs: Pendula librato fugat ueſtigia ſaltu. Mobile pō
deribus deſcendat pęgma reductis. Pęgma aūt dictio eſt gręca, q̄
pagamētū ſignificat: ἀπὸ τοῦ πηγνύειν quod eſt pāgere. ¶ Et pueros
. ſ. laudabat reſidētes in pęgmate. ¶ Inde raptos. i. ex pęgmate fini
tis ludis ablatos, aut raptos, mox ſtupratos. De qbus uidet intelle-
xiſſe Diuus Augu. li. 2. ſic dicēs: Veniebamus nos etiā aliqñ adole
ſcētia ad ſpectacula, ludibriaq; ſacrilegiorū ſpectabamus arrepti-
tios audiebamus ſymphoniacos, ludos turpiſſimos, qui Dijs, Dea
buſq; exhibebātur. ubi uidet (ut diximus) per arreptitios intellexiſ
Velaria — ſe pueros arreptos ad ſtupra. ¶ Ad Velaria: Velaria loca erāt ubi ue
la reponebātur: q̄ ad ornādū theatrū tenebātur. nō ſum neſcius &
Velaria poni ēt p ipſis uelis: niſi mēdū ē apud Papiniū in Siluis li. 1.
Iā Velaria lintea pluebāt. Nā illic in pleriſq; codicibus legit: Bella-
ria adorea pluebāt. ¶ Non cedit Veiento. i. ī adulatione, & piſcis lau
datione non cedit Meſſalino. ac ſi dicat lōge uehementius adulat.
Phanatici — ¶ Vt phanaticus: Phanatici ꝓprio epitheto dicebant ſacerdotes Cy
beles, ſiue Bellonę, q ueluti Deę numine afflati, caput & comas ro
tabāt, iactabātq;, futuraq; p̄dicebant. Lucanus in. 1. Crinēq; rotā
tes Sanguineū populis cecinerūt triſtia Galli. Quintil. li. 9. Iactare
caput, & comas rotare phanaticū eſt. Lāpridius in Heliogabalo: Ia
ctauit aūt caput inter p̄ciſos phanaticos, & genitalia ſibi deuinxit.
Porphyrio ita ſcribit ī Hora. Affirmat aūt nō magis matris magnę
aut Apollinis numine inſtinctos furere, q̄ eos, qui iracūdia ſunt in
citati. Hora. in Poe. Aut phanaticus error, & iracūda Diana. Iidem
Enthei — Enthei etiā dicebātur: q̄ſi diuini & Deo pleni. Papinius ī Siluis: Eat
Enthea uittis: Atq; hederis redimita cohors. Mart. Spadone cū ſis
euiratior fluxo: Et cōcubino mollior cęleneo: Quē ſectus ululat ma
tris Eritheę gallus. Nā ſacerdotes Cybeles furore correptis in ſacris
ululatu reqrebāt Athyn: quē olim Cybele amauerat. De ſacerdoti
bus Bellonę ſic & Lactāt. li. 1. de inſtitutione diuina. Percuſſus tuo
Oeſtrus — œſtro o Bellona. i. tuo furore correptus. Oeſtrū gręci (ut auctor eſt
Feſtus) appellant furorē. οἰστρέω. n. idē eſt, qđ inſanio. Vnde Oeſtrū
Aſylus — etiā accepere gręci ꝓ eo, quē latini Aſylū dixere. i. Tabanū. eſt. n.
genus uiolētę muſcę, quę ī furorē armēta agit. Virg. in. 3. Georgi.
Eſt lucos ſilari circa illi, cibuſq; uirentē Plurimus Alburnū uolitās:
cui nomen Aſylo Romanū eſt. Oeſtrū graij uertere uocantes. Sem
per acerba ſonās, quo tota exterrita ſiluis Diffugiūt armēta. Hic er
go Oeſtrū pro furore poeta poſuit. Statius li. 1. Thebaidos: Tēpus
erit cū laurigero tua fortiter œſtro Facta canā. Idē in Siluis de Ge-
nethliaco Lucani: Docto pectore cōcitauit Oeſtro. Pli. li. 11. c. 16.
Naſcūtur aliqñ extremis fauis apes grādiores, q̄ cęteras fugāt, Oe

ſtrus uocatur hoc malū. Et idē ca. 28. eiſdē libri: Quibuſdā aculeus
in ore: ut Aſylo, ſiue Tabanū dici placet. Sene. ad Luciliū: Hūc quē
gręci Oeſtron uocant, pecora peragentē & totis ſaltibus diſſipantē
Aſylū noſtri uocabāt. qbus uerbis oſtēdit uocabulū Aſylū interijſ
ſe. & Oeſtron in uſu remanſiſſe. ¶ Bellona: Dea eſt belli. Senſit Apu
leius in Metamor. ſua Cybelen, Bellonā, & Iſidem eaſdē eſſe Deas,
eoſdemq; ſacerdotes, q ſuo cruore in earū ſacris rem diuinā facie-
bant. Nā gladijs humeros ſibi, & lacertos feriētes, & capitis agita-
tione diſcurrebant: & ueluti numine Deę afflati agebātur, prędica
bātq; futura. ¶ Et Bellona: uocatiuus eſt caſus. ut ſit ordo: Veiento
ut phanaticus percuſſus tuo Oeſtro o Bellona diuinat. ¶ Diuinat: — Diuinare
p̄dicit, eſt enim diuinare qđ futurū ſit, p̄dicere. ¶ Regē aliquē capies
hinc argumētatur, diuinatq; eū capturū aliquē regē barbarū, & pe
regrinū: qa piſcis ſit pegrinus & ſpinis armatus, ut reges caſſide cri
ſtata armantur. ¶ Excidet de temone Britanno. i. capietur in bello:
& de curru deijcietur. Nā Britanni curribus utuntur in bello: ut au
ctor eſt Cęſar in cōmentarijs, quos Couinos (auctore Pomponio — Couini
Mela uocabant. Lucanus: Et docilis rector mōſtrati belga Couini.
Qđ Britanni curribus in bello uterentur indicāt & Propertius ſic:
Hyberniq; Getę pictoq; Britannia curru. Et cor. Tacitus in uita
Aricolę loquēs de Britānis: Quędam nationes & curru prӕliant.
¶ Aruiragus: rex Britānię. ¶ Sudes: metaphoricus appellat pinnas: — Sudes
cū ſudes dicantur pali. ¶ Hoc defuit unū Fabricio: ita, inquit, reliq̄
per aſſentationem prędixit: ut aliud nihil reſtaret, q̄ ut cōmemora-
ret patriam piſcis: & quot annos eſſet natus: ſicq; tantam aſſenta-
tionem, apprehenſoremq; eius ſubſannat.
ASCE — ❡ VENTER Mōtani. i. Curtij. i. ipſe Curtius mōtanus uētroſus
& pinguis tardus pp pinguedinē abdñe, i. ſumme adeſt. quoq;. i. ēt
& Criſpinus, de quo iam ī pricipio huius Satyrę dictū eſt. ſudās. i.
diſtillās amomo. i. unguēto ex flore amomi. matutino. i. oriētali. ubi.
. ſ. Sol matutino tpe oritur. ſudans ſup. tm̄ q̄tū olēt uix duo funera
. i. cadauera diuitū, q opobalſamo amomo & eiuſmodi cōdiri ſole-
bāt. Pōpeius. i. Falco ſęuior. i. cū ſęuitia peritior apire. i. facere inter
dicere. leui ſuſurro. i. modica delatione. iugulos. i. guttura multorū
ſup. aderāt. Et Fuſcus meditatus p̄lia in uilla marmorea. i. ſummo
otio & trāqllitate. q ſeruabat uiſcera. i. cadauer ſuū uulturib⁹. i. auib⁹
illis rapacib⁹. Dacis. i. ī Dacia ex ſtētibus. ubi opp̄ſſus ē ſup. aderat.
Et cum mortifero. Eandē rem proſequitur. Ordo eſt: Veiento pru-
dens. i. callidus: qui ſciebat impatore uti: & uitam ſuam diu conſer-
uare ſup. aderat. ꝙ diu uixerit patet ex carmine Statij de bello Ger
manico: ubi ſic dicit. Lumina Neſtorei mitis prudētia Criſpi: Et Fa-
bius Veiento potentem ſignat utrūq; Purpura ter memores imple
runt nomine faſtos &cę. aderat inquam cum Catullo. ſ. Meſſallino
cęco. ſed mortifero. i. adulationibus & delationibus mortē ferente
qui flagrabat. i. ardebat amore puellę nunq̄ uiſę: qa cęcus erat. exi
ſtens grande & cōſpicuū monſtrū noſtro tempore. qa cęcus adula
tor. & dirus. i. crudelis. ſatelles. i. apparitor. aſſecla. i. ꝯtinuus comes
Domitiani. a ponte ſup. aſſumptus: uel q neqtiam ſuā uiſus eſt a pō
te, ubi mendici ſedent, deduxiſſe. dignus qui mēdicaret ad. i. apud
axes. i. currus Aritiam tendētes, aut inde redeuntes. & qui iactaret
. i. de longe daret. blanda baſia. i. blanda uerba qualia qui baſia da
re uolunt habent. rhedę. i. uehiculo tali. de uexæ. i. deorſum uectæ:
hoc eſt in cliuo poſitæ: cū urbs ſit in colle ſita. nemo magis ſtupuit
rhombū, q̄ ille cęcus. nam ille conuerſus in leuā ſup. partem dixit
plurima de rhombo. at. i. ſed bellua marina ſup. ſ. rhombus. iacebat
illi dextra. i. iacens erat dextra. eſt. n. nominatiui caſus. & ipſe lauda
bat ſic. i. adulatorie & īpudenter. pugnas, & ictus Cilicis. i. illius gla
diatoris ex Cilicia, quē nō uidebat. & laudabat ſic pęgma. i. talem
fabricā: aut machinam ligneam in qua ludebat. & laudabat ſic pue
ros raptos ad ſtuprū. ſ. inde. i. ex pęgmate. ad Velaria. i. ad loca ī q
bus uela ſeruabātur. Veiēto nō cedit ipſi. ſ. Catullo cęco. ſed diui-
nat. i. futura p̄dicat. ut. i. quē admodū. phanaticus. i. is qui p̄eſt pha
no. percuſſus o Bellona. i. Minerua, q̄ inuētrix es belli tuo œſtro. i.
tuo ſtimulo furoris. quo percuſſi inter ſacrificādum proprij ſangui-
nis effuſione explicabāt p̄ſentia, & uaticinabātur futura. 2. Lactāt.
diuinat ergo & inquit: o imperator tu habes ingēs. i. ualde magnū
omen. i. portentū & indiciū magnū triūphi. tu capies aliquem regē
aut Aruiragus rex Britānię excidet de temone. i. regimine. Britan
no. i. regni Britānię. alludit aūt ad curros, qbus tūc utebātur Britā-
ni in p̄lio. ſed ꝙ regem capiendū ſignificat: patet ex magnitudine
eius. dictū. n. eſt, ꝙ erat maior priuatis focis: & ꝙ Britannū qui ex-
tra mundū regnare dicitur: potius q̄ uicinū patet: qa bellua eſt pere
grina, i. externa. ꝙ autem omen belli ſit conſtat: quia o imperator
tu cernis

tu cernis sudes:idest spinas,quæ representant sudes præustas, quę sunt rusticorum arma, erectas in terga:si de tergo piscis loquitur: magis grammatice diceret in tergo:quia non uidetur habitudo ac cusatiui ca sus:si de alijs loquitur:dic in terga: idest contra terga ob stantium.omnia ergo quæ de rhombo dici possent consecutus est. sed hoc unum defuit Fabricio, scilicet Veientoni:ut memoraret pa triam, & annos rhombi.

Quid nam igitur censes,conciditur?absit ab illo
Dedecus hoc Montanus ait,testa alta paretur,
Quæ tenui muro spatiosum colligat orbem.
Debetur magnus patinæ,subitusq; Prometheus.
Argillam,atq; rotam citius properate,sed ex hoc
Tempore iam Cæsar figuli tua castra sequantur.
Vicit digna viro sententia,nouerat ille
Luxuriam imperii veterem,noctesq; Neronis
Iam medias,aliamq; famem,cum pulmo falerno
Arderet,nulli maior fuit vsus edendi
Tempestate mea,Circeis nata forent,an
Lucrinum ad saxum,Rutupinoue edita fundo
Ostrea callebat primo deprendere morsu.
Et semel aspecti littus dicebat echini.
Surgitur, & misso proceres exire iubentur
Concilio,quos Albanam dux magnus in arcem
Traxerat attonitos,& festinare coactos,
Tanquam de Cattis aliquid,toruisq; Sicambris
Dicturus,tanq̃ diuersis partibus orbis
Anxia præcipiti venisset epistola penna.
Atq; vtinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora sæuitię,claras quibus abstulit vrbi,
Illustresq; animas impune,& vindice nullo,
Sed periit postq̃ cerdonibus esse timendus
Cœperat ,hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

¶ QVIDNAM igitur cen-ses:uerba sunt Iuuenalis: Quid putas,inquit, decretum fuisse de pisce coquendo. ¶ Conciditur: uerba personę ītroductę respō-dētis. ¶ Absit ab illo:uerba poe-tę recitantis sententiam Monta ni. ¶ Dedecus hoc:scilicet ut cō cidatur. ¶ Testa:pate a fictilis in qua integer coquatur. ¶ Tenui muro:quæ summæ sit tenuitatis laus est figuli in conficiēdis ua-sis ea ducere tenuia. Hyperboli-cos murum appellauit: cum mu rus proprie sit qui publica am-biat,ut ciuitatē.Paries uero pri-uata,ut domos. ¶ Orbem spatio sum:idest quæ spatiosa sit & ap-prime capax. ¶ Debetur Prome theus: inueniendus est, inquit, optimus & prudens figulus: qui fingat patinam: qualis fuit Pro-metheus, qui ex limo hominem finxit inanimatum, & insensibi-lem: sed beneficio Mineruæ ī cę lum assumptus,ignem ex radijs Solis furatus est, eumq; pectu-sculo hominis applicans anima tum reddidit. Higinus:Ouidi.& Fulgentius dictum autem uol-uere Prometheum, quasi προμήθειαν: quod nos latine prouiden tiam dicimus. Sapientia enim eloquentiaq; sua a bestiarum uita in ciuilem homines trāsformauit. ¶ Argillam: atq; rotam: Argilla ge nus est terræ,unde fingūtur uasa. ¶ Rotam:scilicet figularem. Eam inuenit Anacharsis Scythes,siue Chorebus Atheniēsis.ut Plinius in. 7. & Laertius Diogenes tradunt. Quamuis scribat Sene.ad Lu cilium figuli rotam apud Homerum inueniri. ¶ Sententia: scilicet Montani. Digna uiro:ac si dicat: Talis fuit sententia,qualis uir:qua si qui cibis optime conditis delectaretur. Corpulentum enim fuisse & magni uentris superius ostendimus. ¶ Noctesq; Neronis:non est inquit,mirum si tam grauem tulit sententiā decoquendo pisce:qa callebat qd impatores: supiores & præsertim Domitius Nero face re consueuerint in parandis obsonijs. Nā Nero (ut auctore est Trā quillus)epulas e medio die ad mediam noctem protrahebat: refo-tus sæpe callidis piscinis, ac tempore æstiuo niuatis. ¶ Aliamq; fa-mem:idest quomodo nouam aliam famem posset sibi excitare: cum ex nimia repletione cibi & potus stomachus arderet: ac si dicat no uerat delicatis pulmentarijs, lautioreq; apparatu ciborum stoma-chum refocillandum. ¶ Cum pulmo arderet:idest nimia crapula fer ueret. ¶ Falerno:uino campano austero. ¶ Maior usus edendi:ma-ior peritia ī cibo℞ delectu:q̃ ipsi Montano:q primo morsu callebat ex quo littore mitterentur, educataq; fuissent ostrea. ¶ Circeis:idest in Campania iuxta Circeos essent nata. Circei.n. oppidū est Cam-panię. Horatius: Ostrea circeis Miseni oriuntur echini.ordo autem est: Montanus callebat deprehendere primo morsu an ostrea nata forent Circeis: an ad saxum Lucrinum:an edita essent fundo Rutu pino. ¶ Ad saxum Lucrinum:hoc est in lacu Lucrino.nam illic pri ma fuit ostreorum commēdatio:primusq; Sergius Orata (ut scri-bit Plin.libr. 9.) optimum saporem Lucrinis adiudicauit. alibi ca-pta in Lucrinum aduehebantur,ut illic saginarentur. Idem Plinius auctor. Martialis: Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino. Lacus autem Lucrinus in Campania est. ¶ Saxum:idest rupes Lucrinas. ¶ Rutupino fundo:idest ex mari Britannico. nam ostrea Britanni-ca inuenta fuere post Lucrina. Plin.lib. 9. Nondum Britannica ser-uiebant littora:cum Orata Lucrina nobilitabat. Ex extremis enim maris tractibus quærebantur pisces. Vnde Vitellius in delicatio-ne patinæ suæ: a Carpathio usq; freto Hispaniæ per nauarchos ac triremes pisces cōquisiuit. Sene. Non est necesse perscrutari profun dum:nec strage animalium uentrem onerare:nec conchylia ultimi maris ex ignoto littore eruere. ¶ Rutupino: Rutupinum autem Bri-tannicum significat ab oppido littorali: quod docet Ptolemæus li-bro. 2. ubi scribit Canticorum urbem esse Rutupinas. Lucanus At uaga cum Tethis, rutupina ue littora feruent: Vnda Caledo nios nescit turbata Britannos. ¶ Ostrea:pisces sunt concha in- Ostrea
clusi. Ouidi. libro. 5. Fastorum: Ostreaq; in conchis tuta fuere suis. ¶ Echini:sunt Echini ex ge-nere cancrorum: in quibus spi-næ pro pedibus, Ingredi his est in orbem uolui. Echinus etiam Echinus
capitur pro theca illa spinosa ca stanearum. Echineis uero piscis Echineis
est paruus:quem remoram lati-ni dixerunt. Naues uelis plenis euntes retinere dicitur, si carinis hæserit. auctor Plin. lib. 9. Luca nus: Non puppim retinens Euro tondēte rudētes In medijs echi-neis aquis. ¶ Semel aspecti:quē semel aspexisset. ¶ Misso:pro di-misso. ¶ Concilio: senatoribus. ¶ Arcem Albanam:bene autem Arx
arcem appellauit. Nam (ut au-ctor est Asconius) arx dicitur uel sedes tyranni, uel editus in ciuitate & munitior ad salutem ciuium locus. Vnde Virg. Quo rex summa loco Panthu, quam prehendimus arcem? ¶ Traxe-rat:hoc uerbo ostendit eos inui-tos sequi imperatorem ob eius sæuitiam. Secessu enim Albano maxime delectabatur. ¶ Attonitos anxios: & qui sibi timerent ob eius crudelitatem. ¶ Tanquam de Cattis: legendum est de Cattis non Getis ad historiam enim respi- Catti
cit. Nam de Cattis, Dacisq; post uaria prelia duplicem triumphum egit. Tranquillus & Eusebius auctores. Statius libro. 1. Siluarum: Das Cattis, Dacisq; fidem. Eutropius de expeditionibus Domitia-ni sic scribit: Expeditiones quatuor habuit: unam aduersus Sarma-tas: alteram aduersus Cattos. duas aduersus Dacos. Sunt autem Catti populi Germaniæ Sicambris finitimi: qui indigentia laborant auctor est Strabo lib. 7. Eos inchoare ab Hericino saltu scribit Ta citus. ¶ Sicambris: Germaniæ sunt populi inter Rhenum & Albin Sicam-
flumen: siti ad Oceanum, de quibus multa Cęsar in commentarijs: bri
& Tacitus in libro de situ Germanię. ¶ Toruis:terribilibus.a terrē-do quasi terui. ¶ Epistola anxia: hoc est quæ res afferat tristes & ca-lamitosas. ¶ Penna præcipiti: hoc est quæ per auem esset allata. Nā cum celeriter aliquid nunciandum esset: didicere antiqui auibus li-teras alligare: quas uolantes perferebant. Plin. de Columbis sic scri bit libro. x. Quin internunciæ in magnis rebus fuere, & epistolas annexas earum pedibus obsidione Mutinensi in castra pertulere; D. Bruto mittente. Quid uallum & uigilum obsidio, atq; etiam re-tia amne p̄tenta profuere Antonio, per cælū eunte nuncio? ¶ Atq; utinam his potius: utinam, inquit, tempora imperij sui potius con-sumpsisset ī his nugis, nec abstulisset nobiles & illustres ciues. ¶ His nugis: his deliberationibus: quales fuerunt de coquēdo pisce. ¶ Qui bus: scilicet temporibus. ¶ Abstulit: necando: scilicet. ¶ Illustres ani-mas: nobiles & illustres ciues. Complures enim senatores, in ijs ali quot consulares interemit: ex quibus ciuicam cerealē in ipso Asiæ pro consulatu: Saluidienum: Orsitum: Acilium: Glabrionem: quo prius exilio insulari mulctatos interemit, quasi nouarū rerum mo-litores. Cęteros leuissima quemq; de causa. Ælium Lamiam: Sal-uium Coccianum: Metium Pomposianum: Sallustium Lucullum: Iunium Rusticum: & multos alios. Lege Tranquillum de eius sęui tia, & Eusebium. ¶ Impune: nullo existente, qui tantam crudelitatē ulcisceretur. ¶ Sed perijt postq̃: sensus est: Dum sæuit in nobilitatē,

hunc &illum necando: nemo inuentus eſt, qui eum interimeret: ſed poſtq̃ cœpit ſanguine plebeio manus ſuas contaminare: ſtatim inuentus eſt interemptor. Nam a Stephano Domicillæ Flauiæ procuratore, Partheniocꝫ cubiculario cæteris conſpiratis cunctantibus eſt occiſus in cubiculo. De Parthenio tanquam cubiculario Domitiani ſic meminit Mart. Muſæ Parthenium rogate ueſtrum: Admittat timidam, breuemcꝫ chartam Intra limina ſanctioris aulæ. Noſti tempora tu Iouis ſereni. lege Tranquillum.

Cerdo ¶ Cerdonibus: hoc eſt plebeis & uiliſſimis hominibus. nam Cerdo is appellatur: qui artificio & lucro uictum quærit. κέρδος enim lucrum ſignificat. κερδαίνω lucror. Cauſam aũt mortis eius in hũc maxime modũ exortã eſſe docet Philoſtratus in Apollonio Tyaneo. Interfecerat Domitianus Clementem uirum conſularem, cui propriam ſororem matrimonio deſponderat, palam etiam dixerat poſt tertiam, quartamue diem ipſam quocꝫ ad uirum eſſe profecturam. Stephanus igitur mulieris libertus, cuius nomen figurã uiſi pridem in cælo portenti ſignificabat nã corona græce Stephanos dicitur. ſiue de interfecto Clemente cogitans: ſiue omnium Romanorũ ciuium conditione miſeratus tyrannum interficere proinde aggreſſus eſt: atcꝫ olim Athenienſium liberrimi fecerant. Is igitur breuem gladium in ſiniſtræ manus brachio collocans, manum tanquam fractam multis faſcijs circumligauit. inde tyranno a foro ubi ius dixerat redeũti, obuiam procedens: opus mihi eſt, inquit, o rex ſecreto quædam tibi referre: audies autẽ ex me res magnas, atcꝫ mirabiles. Cumcꝫ tyrannus colloquium non abnueret, in porticũ, quę regiæ adiacebat illum deduxit. Tunc Stephanus non eſt, inquit, mortuus (ut arbitraris) inimiciſſimus tibi Clemens, ſed uiuit adhuc: egocꝫ id optime ſcio: & ipſe eſt qui nunc aduerſus te irruit: clamantis adhuc regis, &ab ea quę audierat perturbatĩ, Stephanus ab aligato brachio gladium educens, femur perfodit uulnere, quod ad ſubitam mortem inferendam non ſufficeret, ſed quod diutius cruciatum extinguere tandem poſſit, cum nullis medicamentis eſſet curabile. Ille uero & alioquin robuſto corpore, & annos ætatis quĩcꝫ ſupra quadraginta natus, propter uulnus minime deiectus eſt, apprehẽſocꝫ Stephano ſuperincumbens eruere oculos nitebatur: & faciem aureo calice, qui forte ſacrorum cauſa aſtabat, pertundens, Palladem ut ſibi ferret auxilium, inuocabat. Audientes autem clamorem corporis cuſtodes, aliquo modo illum opprimi cognouerunt uniuerſi lico accurrentes, cum iam pene exanimatum offendiſſent, aliquot illatis uulneribus interfecerunt. ¶ Hoc nocuit: ſcilicet ſæuiſſe in cerdones, &homines tenuis fortunæ. ¶ Madenti cęde Lamiarum: hoc eſt cæde nobilium. Nam Lamias poſuit pro omnibus nobilibus, reſpexitcꝫ ad hiſtoriam: Ælium enim Lamiam interemit ob ſuſpicioſos & ueteres & innoxios iocos. Auctor Tranquillus. Lamiæ genus duxerunt ab Lamo, qui (ut tradit Homerus in odyſſea) Caietæ regnauit. Silius: Et regnata Lamo Caietæ. Horatius: Ælij uetuſto nobilis ab Lamo.

ASCen. ¶ QVID nam igitur cenſes. Hic explicatur cauſa concilij. Dictum enim eſt: Sed deerat piſci patinæ menſura. uocantur ergo ad conciliũ proceres. dicitur ergo a Veientone aut alio cõſultante. q̃d nam igitur cenſes. i. iudicas de hoc piſce faciendum eſſe: cõciditur: ideſt nonne, quia deeſt menſura patinæ, debet concidi: ideſt in particulas diuidi? Montanus ille, qui dictus eſt uentrem ab domine pinguem habere: tanquam primus gulæ procerum: affert primam ſententiam: & ait hoc dedecus: ideſt hæc contumelia, & hæc indignitas abſit ab illo: ſcilicet piſce tam nobili: ut concidatur. ſed teſta: ideſt uas terreum paretur: ideſt fingatur, quæ colligat ſpatioſum orbem: ideſt capacem rotunditatem: tenui muro ut leuius & melius coquatur. magnus & ſubitus: ideſt ſubito inuentus, uel ſubito operãs: Prometheus: ideſt figulus peritiſſimus, qualis erat Prometheus. debetur patinæ: ideſt ad patinam fingendam. properate: ideſt properanter afferri curate. citius argillam: ideſt tenacem terrã, atcꝫ rotam, qua currente fingat. ſed o imperator ne forte aliquando ſimilem defectum patiaris. figuli ſequantur ex hoc tempore: id eſt poſt hac tua caſtra. Vicit digna uiro: urbane Domitianum reprehendit, qui talibus uiris acquieſcebat. Ordo eſt: Sententia digna uiro: ſcilicet Montano epuloni uicit: ideſt approbata eſt. ille enim expertus aut conuictor habitus nouerat ueterem luxuriam: ideſt abũdantiã in cibo: ueſtitu: Venere: aut eiuſmodi re aliqua, in qua luxus eſt, quo omnes fere imperatores a Suetonio peccaſſe notantur. & nouerat iam medias noctes Neronis, quas ſolitus eſt Nero ĩ comeſſationibus traducere. & aliam: ideſt nouam & exquiſitam famem. cum pulmo arderet: ideſt flagraret, æſtuaret. falerno: ideſt uino Falerni montis ardentiſſimo quo digerente cibos appetitus excitabatur: nulli, inquit, poeta maior uſus: ideſt experientia edendi fuit mea tempeſtate: ideſt tempore meo, q̃ ſup. Montano. quia callebat: ideſt callide ſciebat. deprendere: ideſt internoſſe: & comprehendere primo morſu oſtrea. an forẽt: ideſt eſſent. nata: ideſt procreata. Circeis: ideſt mari apud Circeum montem. an ad ſaxum Lucrinum. an forent edita: ideſt extracta, aut procreata fundo Rutupino: ideſt Britannico. & dicebat littus: ideſt locum natiuum, aut educatiuũ. echini: ideſt illius piſcis de genere cancrorum. ſemel aſpecti: ideſt poſtq̃ ſemel aſpexerat. Eſt autem ecchinus piſcis de genere cancrorũ ſpinoſus: ad cuius ſimilitudinem coopertoria, ſeu calices caſtanearũ etiam echinos appellant: & quæcuncꝫ in eorum ſimilitudinẽ quid includunt. Echineis autem huius echineidos piſciculus eſt nauem ingentem detinẽs: unde remora latine appellari poteſt: auctore Dona. ſuper illud in Andria Terentij: Manebo nequid ueſtrum remorer commodum. Iucunde autem & diſerte dicit: quidnam igitur cẽſes? quæ uox eſt attoniti & incerti conſilij: ut te neſcientis uiſa difficultate rei quid dicẽdum ſit: quaſi de re cenſoribus digna? uidetur autem declinare in eam ſententiam ut concidatur: uiſo quod non eſt patina ſatis ampla: quæ omnia ironicos per poetam efficta ſunt: quia licet ſex librarum fuiſſet rhombus: facilis repertu fuiſſet tanta patina. Sed ut perditam gulam Domitiani, & eius conuictorum ſignificet: dicit ipſum etiam fictilibus uſum: quia in fictilibus cibus non contrahit ſaporem reprobum. Sententia digna uiro: quia cum eſſet maximus lurco: ideſt deuorator. dedit ſententiam ſe dignam: ut integer ſeruetur quod ad gulam ſpectat. Lurco Sicut in prima dictum eſt: Quanta eſt gula, quæ ſibi totos Ponit apros. Surgitur &c. Vrbane admodum oſtendit quomodo dimiſſum eſt concilium: & ſimul amare taxat Domitianum, qui in re nulla ſumma maturitate conſilij uſus eſt: & in re grauiſſima: utpote procerum interemptione, nulla. unde dicit ꝙ qui paſſim, & nullo uindice nobiliſſimos quoſcꝫ interemit, tandem perijt cum cœperit eſſe timendus cerdonibus: id eſt uiliſſimis quibuſcꝫ. quod dictum uidetur, quaſi cum nihil de nobilitate dereliquerit, in cerdones: ideſt uilis quæſtus gratia operatores ſæuitiam ſuam extendiſſent. Ordo eſt: Surgitur ſup. ab omnibus. &proceres iubentur exire concilio miſſo: ideſt demiſſo, quos proceres magnus dux uidelicet Domitianus: quod per ironiam dicit: quia dux erat epulonum. traxerat: ideſt celeriter aduenire compulerat. in arcem Albanam: ubi templum Veſtę erat attonitos: ideſt quaſi tonitru repentino percuſſos & coactos feſtinare, tanquã ſup. eſſet dicturus aliquid de Getis, & Sicambris toruis: ideſt ferocibus populis illis in extremis oris feræ Germaniæ. Virgil. etiam producit primam de dictione Getæ dicens: Mortem contemnunt laudato uulnere Getæ. ſed idem poeta omnes pedes hexametri uerſus a breui inchoaſſe notatur. & tanquam epiſtola anxia: ideſt anxietatis index & ſignificatrix. ueniſſet: ideſt apportata eſſet a diuerſis partibus orbis præcipiti penna uidelicet columbæ. aut alterius auis ad hoc edoctæ & emiſſæ in extrema obſidione. atcꝫ utinam Domitianus ſupple dediſſet potius his nugis: ideſt huiuſmodi rebus mutilibus. tota illa tempora ſæuitiæ: quibus abſtulit impune: ideſt ſine punitione, & nullo uindice. claræ urbi ſcilicet Romæ, quæ per illuſtres animas clara erat. nam dicendo claras illuſtres animas: duo eſſent epitheta uitioſe coniuncta: quia ſine coniunctione. Sed ipſe perijt: quia interemptus eſt a coniuratis miniſtro quodam Stephano uocato. ut dicit Sueto. poſtquam cœperat eſſe timendus cerdonibus: ideſt mechanicis lucro intentis: hoc ſcilicet ſe timendum feciſſe: nocuit Domitiano madenti ſanguine Lamiarum: ideſt nobilium, quales erant Lamiæ: e quibus quædam Ælium nomine interemerat.

FINIS.

IVNII IVVENALIS AQVINATIS.

SATYRA QVINTA.



IN QVINTAM SATYRAM IVVENALIS ARGVMENTVM.

Si te propoſiti. Multi temporibus poetę amicitias nobilium & diuitum ſequebantur, & uiliſſimis quibuſq; officiis cęnas captabant. In quo uitę inſtituto uerſantem Trebium amicum ſuum poeta monet, deterretq; ne tale genus uitę ſectetur, oſtendens ſuperbe, contumelioſeq; a diuitibus accipi pauperes. Sicq; notat auaritiam ſui temporis.



I te propoſiti nōdum pudet, atq; eadē eſt mēs,
Vt bona ſumma putes aliena viuere quadra,
Si potes illa pati, q̃ nec Sarmentus iniquas
Cæſaris ad menſas, nec vilis Galba tuliſſet,
Quamuis iurato metuā tibi credere Teſti.
Ventre nihil noui frugalius, hoc tamen ipſum
Defeciſſe puta, quod inani ſufficit aluo,
Nulla crepido vacat: nuſq̃ pons, & tegetis pars
Dimidia breuior: tanti ne iniuria cœnæ:
Tam ieiuna fames: cum poſſit honeſtius illic
Et tremere, & ſordes farris mordere canini:

Satyra Quinta. Si te propoſiti.



I te ꝓpoſiti nondū pudet. ordo eſt & ſenſus: O Trebi ego nihil noui frugalius uētre. q. d. modicis potes eſſe cōtentus, Sed tn̄ putemus hoc ipſum modicū: quod poteſt ſufficere inani aluo defeciſſe tibi: nōne potes mēdicare? hoc autem dico: Si te non pudet propoſiti, ut uelis ſequi menſas nobilium: & ſi potes pati quæ nec Sarmētus, nec Galba ſcurrę tuliſſent: quamuis tibi iurato: q. ſ. non te pudeat, & poſſis ferre tot contumelias, nō audeam credere. Sicq; oſtendit tolerabilius eſſe mendicare, q̃ contumelioſas ſequi menſas nobilium: ubi tanto excipiunt ludibrio. Poteſt etiā alio modo nec improbando exponi: ut ſit ſenſus & ordo: Ego o Teſti metuā tibi credere quāuis iurato. i. te ut hominē nequā putauero: proindeq; nulla ī re tibi fidem habuero: ſi nōdum te pudet propoſiti: ſi adhuc tibi placet ſequi menſas nobiliū: & pati turpes illas contumelias, quas nec Sarmentus, nec Galba ſcurrę tuliſſent. Nam qui talia ſectātur: cōtemnēdi omnino ſunt: nec digni quibus ulla in re etiam iuratis fides habeatur. unde cū indignatione ſubdit uētre nihil noui frugalius. q. d. nullā habes cauſam honeſtam, quare hoc uitę inſtitutum ſequaris: cum natura hominis modicis ſit cōtenta. neq; n. eſt quicq̃ frugalius uētre: hoc eſt moderatius: & quod pauciora q̃rat. Sed q̃a poſſet dicere Trebius quid ſi illa pauca deficerēt: ſatius eſt, inquit, mendices. ¶ Nondum pudet: ut uelis mēſas nobilium ſequi. ¶ Aliena q̃dra: aliena mēſa & repoſitorio alieno. nā quadra repoſitoriū appellatur a forma quadratum: ubi inciſa reponuntur obſonia: quod oſtēdit Virg. in Æneid. Patulis nec parcere q̃dris Fatalis cruſti. ac ſi dicat repoſitorijs. Capitur & quadra pro fruſto ueluti q̃drato: ut eſt apud Martialē: Cū mittis, turdūq; mihi, quadrāq; placentę Bucellas miſiſſe tuas te Pontia dicit. quadrā ergo. i. fruſtū placētę, q̃dratū. Hora. ī epiſt. Et mihi diu duo findetur munere quadra. Sene. de beneficijs: Quis beneficiū dixit quadrā panis: aut ſtipē æris abiecti: aut ignis accēdēdi factā poteſtatē? Mart. lib. 12. in Vacerrā: Nec quadra deerat caſei toloſani. ¶ Nec Sarmētus iniquas: Sarmentus eques fuit Romanus ſcurrilitate notiſſimus: ac propter hoc Augusto Cęſari gratiſſimus. de quo meminit ſic Horat. in Saty. Nunc mihi paucis Sarmenti ſcurrę pugnas, Meſſiq; ciceri: Muſa uelim referas. Eius ēt meminit Plutar. in Antoniū. ¶ Galba: itē ſcurra. Mart. Ille ſuo felix Cęſare Galba uetus. alibi: Qui Galbā ſalibus tuis, & ipſum poſſes uincere Teſtiū caballū. ¶ Tibi iurato: hoc eſt qui iurauetis. In actiua eſt ſignificatione. Eſt. n. ex his uerbis neutris, quę antiquitas duplici inflexit pręterito: ut prādi prāſus: cœnaui cœnatus: placui placitus: nupſi nupta: iuraui iuratus. Cic. in Offi. Cū uero iurato ſn̄ia dicēda eſt. Hora. in epiſt. Per ſanctū iuratus dicat Oſirim, Credite. ¶ Teſti: uocatiuus eſt caſus. Neceſſe eſt ītelligamus Trebiū Teſtiū uocitatū eē. ¶ Nulla crepido: nulū ſaxū: nullus locus eminēs ubi ſolēt mēdici ꝯſidere. Nā crepido capit ꝓ loco excelſo, & ſummitate excelſi loci. unde Sene. ad Luciliū. ¶ Nuſq̃ pōs: nā ī pōtibus mēdicate ſolēt pauperes. unde in priore Saty. Dignus a pōte ſatelles. & alibi: Inuitat⁹ ad hęc aliq̃s de pōte negabit Itaq; calligabit ſi uaſtā altitudinē ī crepidine eius cōſtitut⁹ deſpexerit. ¶ Et tegetis ps

Crepido

ē aūt teges genus ſtraguli nō abſimile ſtoreæ. de q̃ ſic Var. in re ruſtica lib. 1. Sic fiūt de canabi, lino, iunco, palma, ſcirpo: ut funes, reſtes, tegetes. Idē in. 2. Diligentioris tegeticulis ſubiectis oues tōdere ſolēt: ne q̃ flocci intereāt. Idē in. 3. Sed ꝓ colūbarijs in pariete mutulos, aut palos in ordine, ſupra quos tegeticulę canabinę ſunt impoſitę: uñ & poeta in. 6. Saty. Auſa palatino tegetē ꝑ ferre cubili: hoc eſt ſtragulū lupanaris lecto imperatorio. Pli. lib. 13. & lib. 14. Papyri uela, tegeteſq;, necnō & ueſtē, atq; ſtragula ac funes cōtexūt. ¶ Tanti ne iniuria cœnæ: eſt ne tāti faciēda cœna illa iniuriarū plena: ut debeas pati tot cōtumelias: cū fames tua tā ieiuna poſſit honeſti⁹ illic & tremere &c. ut legendū ſit poſſit, & nō poſſis: cū uerſus aliter ſtare nō queat. ¶ Fames ieiuna: hoc eſt: quā uix ſatiare poſſis ac ꝑ hoc ſemper uidetur eſſe ieiuna. ¶ Illic: in locis mēdicantiū. ¶ Sordes farris canini. i. panē ſordidū caninū: hoc eſt q̃ datur canibus. Var. in re ruſtica: Panē hordeaceum canibus dandū putat.

Teges



I te ꝓpoſiti nōdū pudet. In hac quita Saty. poeta duo facit. notat īprudētiā ingenuorū: q̃ ut uiliſſimi ſcurrę cœnas diuitū ſectabātur uiliſſimas: & auaritiā atq; iniquitatē diuitū: q̃ tales cœnas cliētibus & familiaribus apponi iuſſerāt: cū ipſi delicatiſſim. uiuerēt. Ordo eſt ſecundū Calderinū O Trebi ego nihil noui frugalius. i. modeſtius & tēperātius uētre ſup. tuo. tn̄ puta hoc ipsū qđ ſufficit inani aluo defeciſſe ſup. tibi. ut neceſſe ſit aliunde petere. nulla crepido. i. abrupti ſaxi altitudo. uacat. i. uacua ē cęteris mēdicis, ut illic ſedeas, & mēdices. & pōs. i. ſedes ī pōte nuſquā uacat. & pars tegetis. i. teges mutilata. i. abrupta breuior dimidia ſup. parte integra tegetis. nulla inquā teges. i. ꝓtectio a pluuia ī q̃ mēdices. uacat. q. d. plurima adhuc loca uacāt: in q̃bus potius tibi mēdicandū eſſet. & hoc ſi te nondū pudet ꝓpoſiti: atq; eadē mēs eſt ſup. tibi: ut putes ſumma bona uiuere aliena quadra. i. pane in quadrā ſciſſo. unde ſciſſoriū uulgus uocat ſuꝑ quē panē diuites obſonia pīguia incidūt, q̃ ꝑꝑ a mēdicis amatur. & ſi potes pati illa ſup. opprobria, & illas ꝯtumelias & iniurias: quæ. ſ. opprobria: nec Sarmētus ſcurra ille tuliſſet. i. pati uoluiſſet ad mēſas Cæſaris. ſ. Iulij. iniquas. i. ſi fuiſſent iniquæ: hoc eſt inęq̃les. nec Galba ſcurra ille uilis tuliſſet, q̃q̃ metuā tibi teſti iurato. i. poſtq̃ iuraſſes hoc teſtificāti ꝑ iuramētū credere tāti ſup. eſt &c. hūc ordinē innuit Calderinus: q̃a tn̄ nimis lōgus ē & ītricatus: dicamus

ASCEn.

ex ordine textus sic: O Trebi. uel tu quicūq; es Trebij similis: qđ po
tius mihi placet: si te nondū pudet ꝓpositi: atq; si eadē mēs ē tibi: ut
uiuere aliena q̄dra putes esse summa bona. si potes pati illa: q̄ nec
Sarmētus, nec Galba uilis tulisset ad mensas Cęsaris iniq̄s. i. si fuis
sent iniq. q̄q̄uis metuā. i. formidē id credere tibi Testi iurato. i. iura
mēto astricto. q̄a ego nihil noui frugalius. i. parcius uētre tuo. & ita
putē ꝙ potius famescas, q̄ talia
patiaris. sed puta hoc ipsū qđ suf
ficit inani aluo defecisse. i. pone
casum, ꝙ illud modicū, quo uē
ter tuus ꝯtētus est. desit tibi: ita: ut
necesse sit aliūde peter. nulla cre
pido uacat: nusquā pōs & teges
tis pars dimidia breuior. i. uacat
ne aliq̄s locus ubi potius mēdi
ces: q̄ cœnulas supboꝝ secteris.
nā est ne tāti tibi iniuria cœnę. i.
reputas ne tātū ualere iniuriosā
cœnā: & est ne tibi tūc sup. tā ie
iuna fames: cū. i. q̄n. poscis. i. exi
gis, cupis tremere. i. cū timore se
dere honestius illic. i. in cœna in
iuriosa diuitū. & morder sordes
, i. reliq̄as immundas farris canini. i. panis duri & immūdi: & quē ne
canes q̄dē esse uellēt. de quo dicit infra: Ecce alius q̄to porrexit mur
mure panē: Vix fractū solidę iā mucida frusta farinę. Quę genuinū
agitēt nō admittētia morsum. Ego hāc interp̄tationē ab alijs nō ac
cepi. nā (ut uidistis) Mācinellus legit possis a possum. qđ sine dubio
fieri nō pōt: q̄a ultimā apud oēs ꝓducit. ego legerē potius possit: ut
fames tua possit. i. tu famelic⁹ possis. Sed q̄a uerosimile ē ꝙ uiri ho
nesti potius amabāt iniuriosas cœnas diuitū sectari, q̄ publice mē
dicare: & ēt tā in pōte, q̄ in cœna diuitū sordes canini farris dabāt:
ergo lego & legēdū nō dubito poscis: & expono illic. i. apud iniurio
sam cœnā. Vnū obest mihi: ꝙ cū ī hac signatione apud alios raro ī
dicatiuo iūgit: sed tū nō ꝯuincor: q̄a si nusq̄ in ea significatione ī q̄
hic accipi uidet a Iuue. indicatiuo iūgit: qđ nolim ꝯcedere tū cū q̄n
idē est ꝙ q̄n passim indicatiuo iūgit: unū exposui: cū. i. quādo, ut
si fames est tibi cum poscis. uel iungitur cum sequentibus ut sit. cū
. i. quando tu poscis. i. requiris & exigis tremere illic honestius. i. cū
maiori honore, q̄ sup. in ponte &c. Primo fige loco &c.
IOAN. ¶ PRIMO loco fige loco: ꝓponit incōmoda & ꝯtumelias, q̄bus
BRIT. afficit ī cœnis diuitū. putat, inq̄t, diues amplissimā tibi laborū mer
cedē repēdisse: si tibi unā dedit cœnā. ⸿ Fige: pone, & statue iā hoc.
⸿ Primo loco. s. ꝯtumeliarū. ⸿ Fructus amicitię: ordo est: Cibus ē fru
ctus magnę amicitię magnam amicitiā appellat diuitis: sicut Post
hūc magni delator amici. & alibi: In quoꝝ facie miserę magnęq; se
debat Pallor amicitię. i. iperatorię, & potentis hoīs. ⸿ Rex: diues. de
quo. 1. Saty. diximus: Rex hoꝝ. Imputat: obiectat. Sene. de benefi.
Ministeriū ē serui, quē ꝯditio sua eo loco posuit, ut nihil eoꝝ, q̄ p̄stat
iputet supiori. ⸿ Et quāuis raꝝ. s. cibū. licet, inq̄t, te raro uocet ad cœ
nā: id tū tibi imputat, & obijcit. ⸿ Ergo duos: ordo ē: Ergo diues ait
simus una. ⸿ Tertia culcitra: tertius lectus. ternis. n. lectis cœnabāt
antiq̄: usi (ut alibi ante diximus) tricliniū gręce appellat: nō solū ipsi
tres lecti: sed & loc⁹ ipse ubi cœnabāt. Hor. Sępe trib⁹ uideas lectis
Culcitra cœnare q̄ternos. Culcitra aūt appellatur ꝙ aut plumis, aut tomēto
repleat, & iculcet. Cic. in. 3. Tusc. Eripiamus huic ęgritudinē, quo
modo: collocemus i culcitra plumea. Lāpridius in Anto. Helioga
balo: Nec cubuit i accubitis facile, nisi his q̄ pilū leporinū haberent:
aut plumas ꝑdicū subalares sępe culcitras mutās. ⸿ Votoꝝ summa:
exclamatio poetę cū in uanos clientū labores: tū ī sui tp̄is auaritiā:
hęc est, inq̄t, summa uotorū. i. uotoꝝ & desideriorū tuoꝝ merces &
retributio. ⸿ Quid ultra Quęris: hęc ī derisū ipsius cliētis: nōne hoc
magnū ē p̄miū: q̄d ultra ē q̄rēdū cū hoc sit satis: ⸿ Habet Trebius:
ironicos legūt. cū capiat, inq̄t, tātā mercedē Trebi⁹ habet sane, qđ
Ligulas debeat rūpere somnū, & seq diuitē ī officio salutādi. ⸿ Ligulas dimit
tere solicitus: nā q̄ ꝓperabāt ad salutādū nō poterāt se colere. unde
Mart. li. 3. Horridus ut primo semp te mane salutē: Per mediūq; tra
hat me tua sella lutū. Ligulas: Festus Pōp. ligulā scribit esse ptē q̄da
ī calceo ad similitudinē ligue exertę. hāc ꝓperātes demittebāt. erat
Ligula etiā genus gladij Ligula. Gel. Ligulā itē accipimus ꝓ genere mēsu
rę, & coclearis p diminutionē a ligua eiusdē signationis. Pli. li. 20.
ca. 33. Sūt q̄ comitialibus morbis dādū putāt liguę mēsura. est. n. in
strumētū ad similitudinē coclearis: nisi q̄a coclear cōcauū est: ligua

Primo fige loco, quod tu discumbere iussus
Mercedem solidam veterum capis officiorum,
Fructus amicitię magnę cibus, imputat hunc rex,
Et quamuis rarum, tamen imputat. ergo duos post
Si libuit menses neglectum adhibere clientem,
Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto,
Vna simus ait, votorum summa, quid vltra
Quęris: habet Trebius propter qđ rumpere somnū
Debeat, & ligulas dimittere solicitus, ne
Tota salutatrix iam turba peregerit orbem
Sideribus dubiis, aut illo tempore, quo se
Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ.

uero plana est: & oblōga in speciē linguę. Mart. in Distichis de ligu
la diminutiuo: Quāuis me ligulā dicāt eq̄tesq;, patresq;: Dicor ab
indoctis ligula grāmaticis. ⸿ Peregerit orbē: officiū salutādi pfecerit.
⸿ Sideribus dubijs: ut adhuc nō facile cognosceret an dies, & lux
uicina foret. ⸿ Aut illo tēpore. i. iam appropinquāte die: quo tēpore
plaustrū peregit cursum suū in septētrionē. Propertius: Cū iā Flectat
Icarij sidera tarda boues. ⸿ Frigi
da sarraca. i. plaustra septētriona
lia. ⸿ Bootæ. i. bubulci. Nā q̄ de
astrologia scripserūt: tradūt septē
stellas esse ī cęlo, ex quibus duę,
quę pariles & maximę in uno lo
co uidētur, ꝓ bobus haberētur.
Reliquę uero quīq; figurā plau
stri simularent: & qđ proximū est
his signū Bootē appellari uolūt.
⸿ Pigri: hoc est ex ratione speræ
dictū. nā cū modico flectat gy
ro circa polū septētrionalē: nec
lōge discedat: ideo piger uocat.
¶ PRIMO fige loco. Mācinel ASC
lus legit. finge. i. cogita. alij fige
. i. fixū pone in animo tuo. docet
aūt cœnas diuitū esse aspernādas multis de causis. primo ꝑꝑ iactu
rā & damnū, qđ ex eo sequitur. nā cliens nō habet aliā mercedē ꝓ
intolerabili labore, q̄ unā cœnā, & eā uilissimā. Ordo est: Fige. i. po
ne primo loco inter iniurias & causas contemptus cœnę: ꝙ tu ius
sus discumbere. i. ad mēsam diuitis sedere. capis solidam. i. integrā
mercedem ueterum officiorum. i. obsequiorum, & ministeriorum.
nam fructus. i. utilitas. & lucrum magnę amicitię. i. familiaritatis cū
diuite est sup. cibus. i. cibatio in una cœna. rex. i. diues dominus cō
uiuij. imputat. i. exprobrat. tibi hunc cibum. s. & quia exprobratio
fieri solet in ingratos, qui sępe & multa beneficia acceperūt: nūquā
aliqua referentes. ideo ne forte putes cliētes sępe accipi: aut ad cœ
nas uocari addit. Et quamuis rarum sup. det cibū. tamen imputat
eū, uel imputat hunc cibū: & q̄uis rarū tamen imputat eū Ergo si li
buit. i. si libidine: non ratione, nec gratitudine ductus uoluerit. ac
cire. i. aduocare post duos menses. clientem. s. te neglectum. ne ter
tia culcitra cessaret. i. otiosa esset. lecto existēte uacuo: hoc est ut infi
mus triclinij lectus esset plenus: & ut conuiuium esset plenū. Erant
enim in triclinio (ut prius dixi) tres lecti. unde Hora. 1. Sermo. Sæ
pe tribus uideas lectis cœnare quaternos. Erāt tamē lecti minores
qui ternos capiebant. in quorū primo dominus solus sedebat: adhi
bitis sex alijs. De quo triclinio sic dicit Mar. Septem signa capit, sex
sumus adde Lupum: ut, s. adimpleatur triclinium. Nō ergo pro tuo
cōmodo: sed ex libidine sua. & ne tertia culcitra. i. tertius torus cul
citra tectus uacaret. si libuit inquā te accire. ipse ait. i. dicit ad te. si
mus una. i. simul in una cœna. summa. i. consumatio. & plenitudo
uotorum. i. desideriorum tuorū sup. hæc est. quid quęris ultra: q. d.
nihil. Trebius habet. pro tu Trebi habes. Mutat personā: uel quia
prius de alio Trebij simillimo locutus est: qđ mihi absurdum non
uidetur, uel quia moris est quando in nomine utpote noto & nobi
li uis quædam est relicto pronomine transire ad ipsum etiam perso
na mutata: ideo ad Trebium locutus in secunda persona: nunc q̄si
de Trebio loquatur in tertia persona dicit: Habet Trebius &c. Sic
. 5. Æneid. Nisus de se loquitur dicens: Quæ munera Niso Digna
dabis primam merui qui laude coronā. Niso dicit: quasi cuius no
mē tanq̄ uictoris iam omnibus innotescebat, priusquam ceciderat
Sic hoc loco Trebius, qui præ se fert ingenuitatem habet hoc di
cto propter quod debeat rumpere. i. interrumpere somnos. & di
mittere ligulas. i. partem calciamenti cooperientem pedis summita
tem factam in modum linguę. Nam a lingua diminutiuū esse uo
lunt. solent autem diminutiua syllabam corrumpere: quæ elemen
ta abijcit ut ofella ab offa. tigelium a tigno. sigillum a signo. figu
lus a fingo. ligula a lingua &cæ. Debeat inquam dimittere ligulas
solicitus, ne tota turba salutatrix. i. salutantium peregerit orbem:
idest ne iam cęteri salutatores omnes diuites salutauerint, quos per
orbem: idest circuitum adhibant. In prosa dixisset: Ne turba saluta
trix peregerit totum orbem. & hoc sideribus dubijs: idest in dilucu
lo: cum iam sidera cum luce certant. aut illo tempore, quo frigida
sarraca: idest plaustra septentrionalis: quæ tempore frigido uiden
tur. Bootæ, qui Arctophylax: idest ursæ custos dicitur. pigri: idest
tarde se mouentis. circumagunt: idest circumuectunt se.

¶ VINVM

Qualis cœna tamen:uinum quod succida nolit
Lana pati,de conuiua Corybanta uidebis
Iurgia proludunt,sed mox & pocula torques
Saucius,& rubra deterges uulnera mappa,
Inter uos quoties,libertorumq; cohortem
Pugna saguntina feruet comissa lagena
Ipse capillato diffuium consule potat,
Calcatamq; tenet bellis socialibus uuam
Cardiaco nunquam cyathum missurus amico,
Cras bibet albanis aliquid de montibus,aut de
Setinis,cuius patriam,titulumq; senectus
Deleuit multa ueteris fuligine testæ,
Quale coronati Thrasea,Heluidiusq; bibebant
Brutorum,& Cassii natalibus,ipse capaces
Heliadum crustas,& inæquales beryllos.
Virro tenet phialas,tibi non committitur aurum,
Vel si quando datur,custos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas, unguesq; obseruet acutos,
Da ueniam,præclara illic laudatur iaspis,
Nam Virro (ut multi) gemmas ad pocula trāsfert
A d gitis,quas in uagine fronte solebat
Ponere Zelotypo iuuenis prelatus Hyarbæ.
Tu Beneuentani sutoris nomen habentem
Siccabis calicem nasorum quattuor,ac iam
Quassatum,& rupto poscentem sulfura uitro.
Si stomachus domini feruet uinoq;,ciboq;,
Frigidior geticis petitur decocta pruinis.
Non cadem uobis poni modo uina querebar,
Vos aliam potatis aquam,tibi pocula cursor
Getulus dabit,aut nigri manus ossea Mauri,
Et cui per mediam nollis occurrere noctem.
Cliuosæ ueheris dum per monimenta Latinæ,
Flos Asiæ ante ipsum pretio maiore paratus,
Quam fuit & Tulli census pugnacis,& Anci.

AN. RIT. ¶ VINVM quod succida nolit Lana pati: cōqueritur nō idē uinum approni cōuiuis.sequitur.n.ipse capillato diffusum cōsule Potat.Eadē ēt est ǫrela apud Pliniū in.xiiii.loquentē de Catone redeūte cū triūpho ex Hispania:Non aliud,inqt,uinū bibi q̄ remiges, in tantū dissimilis istis q ēt ꝯuiuis alia,q̄ sibimetipsis ministrāt,aut procedēte mēsa subijciūt. ¶ Succida:ea dicit lana succida,q̄ succisa ex oue nondū est lota:dicta a sudore.De quo ita Varro in re rustica lib.ii. Tōsure tēpus iter æquinoctiū uernū,& solsticiū,cū sudare inceperint oues. a quo sudore recēs lana tōsa succida est appellata. ¶ Corybātha uidebis: iā inqt, putabis de cōuiua ipor tuna ministrātiū uexatione esse insanū & furentē:q̄les erant Corybantes:q ita sunt appellati : ꝙ inter saltandū capita iactarent, quod coryptin dr̄ : quos Betarmonas uocat. Homerus: Euge age Phæa cū Betarmones egregii adsunt. Hinc q capita saltando iactāt, & numine aspirātur, & furijs agitant corybantiare dicimus. ii aūt existimant iidem fuisse,qui & Curetes Iouis ī Creta educatores:q qa alendi Iouis curā gesserūt,Curetes nominati sunt.Nā dnr in Ida mōte cū Iupiter ifans nutriret, ne uox eius uagiētis audiret a Saturno,tympana & cymbala pulsasse. De qbus multa Strabo in.x. Alij uero tradūt Corybātes dictos esse a pupillis oculorū,siue genis,q̄s græci κόρας uocāt:ꝙ ipsi cū custodes essent Iouis,nō modo excubare,sed etiam apertis oculis dormire cogebātur.huic natum uicio ex fabula uocabulū: ut q leporū modo somnū caperent, oculis patētibus ita noiarētur. Seru.lib.iiii. ¶ Iurgia:uerbo℞ cōtētiones. Inde est iurgare & obiurgare nō sine differētia:ut iurgare sit uerbis ꝯtēdere, & ueluti altercari. Obiurgare uero reprehēdere. Vñ est illud apud Apul. ī prima apologia: Rhetori iurgāti, an p̄hio obiurgāti.Rhetor.n.ī actione causarū uerbis contendit,ac ꝑstrepit:p̄hus uero hoīum delicta obiurgat. ¶ Præludūt:p̄cedūt tanq̄ futuræ pugnæ p̄ludiū. Alibi legit Proludunt. ¶ Torques:in ministros a qbus pulsatus fuisti. ¶ Mappa:genus est mātilis ad usum mēsurarum. Horat.in ep̄lis loquēs de conuiuis sic: Varius mappa cōpescere risum Vix poterat. Idē in Ep̄lis:Ne turpe toral ne sordida mappa, Corruget nares. & (ut alibi in sequentibus dicemus)cum publice ostendebatur : erat signū futuro℞ ludorū Circensium:Interea megalesiacæ spectacula mappę. ¶ Rubra:q̄ ex uulnere facta est rubra. ¶ Lagena:uas tam uinariū q̄ aquariū. ¶ Sagūtina:hoc est fictili a Sagunto ciuitate Hispaniæ:uñ uasa fictilia pulcherrima mittebant.Martialis:Ficta saguntino Cymbia malo luto.Ea qa fictilia erāt,& tanq̄ modici p̄tii apponebantur pauperibus cōuiuis. Martia. Quæ non solicitus teneat, seruetq; minister:Sume Sagūtino pocula facta luto. ¶ Ipse.s.diues. ¶ Diffusum:expressum,quod postea in uasa diffundi solet in usum totius anni. Vnde Plin.lib.xiiii. Protopū appellatur a quibusdam mustū spōte defluēs,anteq̄ calcent uuæ:hoc ꝓtinus diffusum lagenis suis deferuere passi.Et alibi: Vt statim dicemus uina q̄ eo anno diffusa sunt in ducentissimū annū seruata fuerūt. Idē: Alibi diffusa,ita.x. die obtulerāt. Apuleius lib.ix. de asino aureo: Cōcurrit unus e cælla uinaria nunciās oē uinū,quod olim diffusum fuerat in omnibus dolijs feruēti calore rebulire. ¶ Cōsule capillato:uinū opimianū intelligit.Nā Lucio Opimio consule,quo t̄pe Caius Gracchus tribunus plebis agrariæ legis ꝓmulgator interēptus est:cæli tēperies fulsit:quā cocturā uocant Solis opere : tanta uini fertilitate & p̄stantia:ut q̄ eo anno diffusa sunt:in ducentesimū annum seruata fuerint: redacta in speciē mellis asperi:ita ut nō sit mirū ad tēpora usq; Iuuenalis perdurasse.auctor est Pli.lib.xiiii.cap.iiii. ¶ Capillato:antiquo:nā antiqui intonsi incedebāt & capillati. ¶ Calcatā.i. uinū quod ex it ex uuis calcatis & pressis.Horatius. Et p̄lo domitā Caleno,tu bibes uuā. ¶ Bellis socialibus.i.quo t̄pe fuit bellū sociale:quod ob hāc causam excitatū est.Nā cū senatus (auctore Liuio li.septuagesimo: & septuagesimoprimo)impotātiam equestris ordinis in officijs exercendis ferre nollet:oī uiniti cœpit:ut ad se iudicia trāsferrētur.M.Liuius Drusus tribun⁹ plebis causam senatus suscepit . Itaq; ut maioribus uiribus eā tueretur socios,& Italicos populos spe ciuitatis Romanæ solicitauit,hisq; adiuuātibus p uim legibus agrarijs,frumētarijs latis,legē quoq; iudicialē tulit: ut æqua parte iudicia penes senatū & equestrem ordinē essent.Cū deinde promissa socijs ciuitas p̄stari nō posset. Irati Italici defectionem agitare cœperūt: ꝓpter quod M.Liuius Drusus ēt senatui iuisus factus, uelut socialis belli auctor,incertū a quo,domi occisus est.Cōtra aūt matrē & parētē suā urbem, oē Latiū,atq; Picenū, Hetruria ois,atq; Cāpania,postremo Italia cousurrexerunt.Eo bello nihil unq̄ fuit calamitosius. ¶ Amico Cardiaco.i.laboranti dolore stomachi:καρδίαν. n. stomachū dixerūt ueteres græci : auctore Gal.lib. q iscribit medicus: ubi sic scribit : ἡ δ' ἑ καρδιακὴ διαίτεσις οὐκ ἀπὸ τοῦ περὶ καρδίαν εἶναι τὸ πάθος οὕτως ὀνόμασται ἀλλ' ἐπεὶ καρδίαν οἱ παλαιοὶ τὸν στόμαχον ἐκάλουν.dispositio autem cardiaca nō sic denominata est, ꝙ dolor circa cor esse cōtingat, sed q̄m cardiā antiq stomachū uocabāt. cardiacis autem uino optimo maxime succurritur unde Plin.lib.xxiii.Cardiacorū morbo unicā spē in uino esse certū est.Id aūt morbi genus nihil aliud est, q̄ nimia imbecillitas corporis: ꝙ stomacho languēte immodico sudore digerit. Hæc Celsus.lib.iii. Seneca ad Luciliū:Bibere & sudare uita Cardiaci est.Plin.ait : Cor eius cremari nō posse,qui tali morbo perierit. ¶ De montibus Albanis: uinū albanū intelligit prædulcæ. Albanæ.n.uuæ urbi uicinæ p̄dulces sunt:ut scribit Plin.lib.xiiii.cap.vi. & ut scribit Columella:In nobilitate uini principatū obtinēt uites Marsici:Surrentiniq;, & Albani,atq; Cecubini agri. ¶ De setinis : diuus Augustus setinū p̄tulit cunctis.dictū a Setia ciuitate Campaniæ . Martia. Pendula pontinos,q̄ spectat Setia campos:Exigua uetulos misit ab urbe cados. ¶ Titulū:inscriptionē,q̄ uasis adhiberi solet. ¶ Multa fuligine: multa nigricie.Nam fuligo dr̄ nigricies ois,q̄ ex fumo ꝓuenit, q̄si fumigo. Apuleius in prima apologia:Parietes fuligine deformatos ait.i.fumigatos. ¶ Veteris testæ:uasis.Horat. Quo semel imbuta est recēs seruabit odorē Testa diu.Nam apud ueteres uina uasis fictilibus condebantur,obturabāturq; gypso.lege Plin.lib.xiiii.unde sæpe est apud poetas uasa lini:ut illud Terentianū:Vasa omnia releui.i.aperui remoto gypso.est.n.releui præteritū a relino. Appellatione aūt testæ intelligimus & uasa integra, & uasorū fragmenta. ¶ Thrasea, Heluidiusq; bibebāt: adeo uterq; libertatis studiosus fuit:ut natalem diē Brutorū & Cassii,q patria a tyrannis liberaue

Marginal notes (left, partly cut off): ccida na — rybā — tarmo s — rybā re — retes — rgare oiurga — appa — gena — otopū

Marginal notes (right): Causa belli socialis — Cardiacus — Setinum uinum — Fuligo

rant summa poculorū hilaritate celebraret. Petus Thrasea Patauinus fuit, cui Nero (ut Tacitus scribit) infensus ualde factus est: ꝙ .s. senatu egressus esset, cū de Agrippina referretur: & ꝙ Iuuenaliū ludicro parū expectabilē operā ꝓbuisset. ea. n. offensio altius penetrabat: q̃a idē Thrasea Pataui, uñ ortus erat, ludis cæsticis a Troiano Anthenore institutis habitu tragico cecinerat. Die quoq; quo ꝑtor Antistius Sosianus ob factitata in Neronē probrosa carmina exilio mulctatus est, mitiora censuit, obtinuitq;. & cū diuini honores Poppeę decernerentur, spōte absens funeri non interfuit. Nec Poppeam Deā credidit, ob q̃ Nero stimulāte Capitone Cossutiano Thraseæ inimico eū ad necē cōpulit, uenis. n. utriusq; brachii excisis uitā cū sanguine amisit. Talibus uerbis usum Capitonē Cossutianū tradit Tacitus cōtra Thraseā: Frustra Nero Cassium amouisti, si gliscere & uigere Brutorū æmulos passurus es. Nam Cassium Longinū iusserat interfici hac una causa, ꝙ in uetere gentili stemmate Cassii ꝑcussoris Cæsaris imaginē retinuisset. Thrasea aūt fuit socer Heluidij. de quo ita Tacitus: Heluidius Priscus regione Italiæ Terracinæ municipio, Cluuio patre, q ordinē primipili duxisset ingeniū illustre altioribus studijs, iuuenis admodum dedit, non ut pleriq;, ut nomine magnifico segne otium uelaret, sed quo firmior aduersus fortuita rēpu. capesseret doctores sapientiæ secutus est, q sola bona q honesta: mala tm̄ q̃ turpia: nobilitatē, cæteraq; extra aium: neq; bonis, neq; malis annumerabat. Quæstorius adhuc a Peti Thrasea gener delectus e moribus soceri, nihil æq; ac libertatē hausit, ruina soceri in exiliū pulsus a Nerone Apolloniā cōcessit, ut Galbæ principatu redijt, Marcellū Epriū delatorē Thraseæ accusare aggreditur. Hic postea Vespesianū in studio libertatis offendit: ut putaret id optante auunculo Claudio pristinū libertatis statum posse reuocari: quo noīe reus, ac præter spē absolutus est. Hi ergo duo Thrasea & Heluidius Brutorū æmuli fuerūt in tuenda libertate. Hæc aūt historia inserta est a poeta nō tā ut bonū uinū designaret, q̃ inuidiā Domitiani, q (ut tradit Suetonius) Iuniā Rusticū necari iussit: qm̄ Peti Thraseæ, & Heluidij laudes ediderat, appellaueratq; eos sanctissimos. Præterea eadē d̄ causa Phōs oēs ab urbe expulit, & Heluidiū Heluidij filiū sustulit. De Thrasea & Heluidio sic scribit Corn. Tacitus in uita Iulij Agricolæ: Legimus cū Aruleno rustico Petus Thrasea, Herēnio Senectoni Priscus Heluidius laudati essent, capitale fuisse, neq; in ipsos modo auctores, sed i libros quoq; eorū sæuitū, delegato triūuiris ministerio: ut monimēta clarissimorū ingeniorū in comitio, ac foro urerētur.

Coronati in conuiuijs

¶ Coronati: nam in solēnibus conuiuijs Romani epulabatur coronati sumpta consuetudine ab Iouibus populis Asiæ, q unguenti, coronarumq; in cōuiuio dandarum. & secundæ mēsæ ponedæ consuetudinē haud parua luxuriæ instrumēta (ut tradit Valerius) repererunt. Verū eū morē hoīes prius accepisse uidētur a Prometheo: q cū ab Ioue uinculis liberatus fuisset in mōte Caucaso coronā habuisse fertur: ut se uictorē impune peccasse diceret. Itaq; hoīes in maxima lætitia, uictoriaq; coronas habere cōstituerūt. Idq; maxime in exercitationibus, cōuiuijsq; est custoditū. Lege Higinū. ¶ Brutorū: & Iunij scilicet, q Tarquiniū Superbū eiecit post stuprū Lucretiæ. Et Decij qui una cū reliq̃s cōiuratoribus Iuliū Cæsarē in senatu ꝯfodit. ¶ Cassii: nā & Cassius unus fuit ex īterfectoribus Cęsaris studio libertatis. ¶ Ipse capaces: ordo ē: Ipse Virro tenet phialas expositiue capaces crustas heliadū & īnæquales beryllos. Sicq; designat Electrum: ex quo uasa potoria magni pretij fiebāt. id aūt erat auꝝ ubi quinta argenti portio inerat. Na cū oi auro insit argentū uario pōdere: alibi dena: alibi nona: alibi octaua parte. Vbicūq; argēti quinta portio: idē Electrū uocatur. ut scribit Plin lib. xxxiii. cap. iiii. Ex electro in Lindo insula Rhodiorū Helena sacrauit calicē Mineruę māmę suę mēsura. Electri natura est ad lucernarū lumina clarius argēto splēdere. uerū hoc loco id poeta ꝓsequit᷑, quod græci mendaciorū affectatores finxerunt: quod nostri postea imitati sunt. Phaetontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos lachrymis Electrū oībus annis fundere iuxta Eridanū amnē, quē Padū uocam⁹. & Electrū appellatum, qm̄ Sol uocitatus sit Electros. Quod esse falsum Italiæ testimonio patet. neq;. n. in Italia ex arboribus fluere electrū cōstat. licet Ouid. græcos imitatus dixerit: Deq; ramis electra fluūt, quæ lucidus amnis Excipit. & nuribus mittit gestāda latinis. Vñ & Mart. lib. iiii. græcos secutus ita dicit: Flētibus Heliadū ramis dū uipera serpit: Fluxit i obstantē succina gēma ferā. Quæ dū mirat᷑ pingui se rore teneri: Cōcreto riguit tecta repēte gelu. Nā succino siue Electro illo ex arboribus distillāte aialia pleruncq; corripi falso poetæ nostri tradiderunt, creditū est, q̃ ita iclusa ꝑpetuo uiuere uidebant᷑. Martialis i eodē lib. Et latet & lucet phaetōtida cōdita gutta: Vt uideatur apis nectare clausa suo. Heliadū igit᷑ .i. sororū Phaetōtis: q̃ i arbores populos secundū fabulas fletu nimio mutatæ sunt: ex q̃bus electrū fiuat, & īde calices fiāt, Helios. n. Sol appellat᷑. Verū fabulā poeta historiæ immiscet. neq;. n. ex succino illo, quod Electrū ēt appellatū est, uasa potoria fiebat: cū id (si Plinio fides habēda est) nusquā reperiat᷑: sed ex Electro illo, cui quinta argēti portio inest. uñ seq̃tur. ¶ Tibi nō cōmittitur aurū: unde male hūc locū accipiūt, q ex succino illo uasa fieri crediderūt, cū nusquā iueniri id moneat (ut diximus) q de ipso Electro multa differit lib. xxxvii. cap. ii.

Berylli

¶ Inæqualesq; Beryllos: nā Berylli, alijq; lapides pretiosi pocul s aureis iserebatur. Berylli aūt coloris sunt crystalli, sed crassioris. de hoc Martialis. Et felix niueū pustula uincit ebur. Inæquales dixit: q̃a (ut testat᷑ Plin. lib. xxxvii.) sex angulari forma poliebant᷑: ut color repercussu angulorū excitaret᷑. Hos aūt mittit India. ¶ Tibi nō cōmittit᷑ aurū: hinc apparet phialas illas ex auro nō gummi fuisse. ¶ Virro: nomē fictū diuitis. ¶ Qui numeret gēmas: gēmatos calices itelligit. Nā poculis (ut modo diximus) aureis gēmæ inserebant᷑: & ꝑcipue smaragdi, qui scythici dn̄r. Plin. procemio libri trigesimitertij: Nec hoc fuit satis, turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulētiæ causa tenere Indiā iuuat. Martialis: Gēmatū scythicis ut luceat ignibus aurū: Aspice quot digitos exuit iste calix. ¶ Gēmas isertas .s. calici. ¶ Da ueniā ironicos. nō est, inq̃t, mirū si tā accurate custodiūt pocula. nā illic sunt iaspides ꝑtiosi, q merētur custodiri, sicq; imoderatā sui tp̄is luxuriā taxat, & nimias delicias.

Iaspis

¶ Iaspis: lapis est, q uiret, & sæpe translucet. plurimæ ferūt eā gētes: & i agro nostro Brixiano maxima est uarij gn̄is copia. Sed cū diuersorū sit colorū: optima est illa, q̃ purpuræ quicq̃ habet. secūda q̃ rosæ. tertia q̃ smaragdi. ¶ Nā multi: tāta, inq̃t, est lautitiæ affectatio apud Romanos: ut multi lapidibus ꝑtiosis, q in digitis gestādi sunt, calices orrēt. ¶ Quas in uaginæ: solebat, inq̃t, Æneas Troianus talibus lapillis nō pocula, sed uaginā gladij adornare. ut ꝑ Æneā intelligas oēm antiquitatē, quā oñdit a delitijs penitus fuisse abhorrentē: ut sic molliciē sui sæculi dānet. eleganter aūt Æneā noīauit: utpote a Romani originē traxerūt: ac si dicat eos a uestigijs maioꝝ multū declinasse. ¶ In frōte uaginæ: in sup̄ficie & parte exteriore uaginæ. allusit aūt ad illud Virgil. Stellatus iaspide fulua Ensis erat. ¶ Iuuenis: Æneas. s. ¶ Prælatus Hyarbæ. quē Dido Hyarbæ: regi Libye i amore proposuit. Spreto. n. Hyarba nupsit Æneæ.

Zelotypus

¶ Zelotypo: q ita amat, ut timeat ne q̃s amore suo fruatur Zelotypus est. Zelotypia diffinitur a Chrysippo: ægritudo animi ex eo ꝓueniēs, quod timeas ne adsit alteri qd᷑ cū nemine uelis habere cōmune. deductūq; uidet᷑ ἀπὸ τοῦ ζῆλος .i. amore: καὶ τύπτεται .i. feriri: eo ꝙ Zelotypus assiduo amoris aculeo ꝑcutiat᷑. ¶ Tu Beneuētani sutoris: tu cū uoles bibere: calices nō habebis aureos: sed uitreos & deformes. Nā Vatinius q̃dā Beneuentanus sutor uitrearius fuit: cuius calices uitrei & deformes erāt. Mart. Vilia sutoris calicē monimēta Vatini Accipe, sed nasus longior ille fuit. De Vatinio ita scribit Corne. Tacitus loquēs de Nerone: Apud Beneuentū interim cōsedit: ubi gladiatorium munus a Vatinio celebre edebat᷑. Vatinius iter fœdissima eius aulæ ostēta, fuit sutrinæ alumnus, corpore detorto, facetijs scurrilibus, primo inter cōtumēlias assumptus, dehinc optimi cuiusq; criminatione eo usq; ualuit, ut gratia, pecunia, ui nocendi inter maximos emineret. Poeta aūt in contemptū Vatinij fœdissimi hoīs calices: eius noiat magis, q̃ alterius opificis: ¶ Nomē sutoris: nā calices uatiniani appellabātur a nomine ipsius Vatinij. ¶ Nasorū quatuor: quatuor rostrorū ut sit descriptio uasis. Nā ita ꝓtensis quatuor rostris instar nasorū fingebātur. uñ est illud (ut modo diximus) Martia. in distichis: Vilia sutoris calices monimēta Vatini Accipe: sed nasus lōgior ille fuit. ¶ Poscentē sulfura, nā uitrū ruptū sulfuratis ꝑmutabatur. Martia. Qui pallētia sulfurata fractis Permutat uitris. Statius in Syluis li. ii. Quiq; comminutis ꝑmutat: uitreis gregale sulfur.

Decocta

¶ Decocta: aq̃ cocta absolute dr̄ decocta. Scribit Pli. li. xxxi. cap. iii. Neronis principis inuentū esse decoquere aquā: uitroq; demissam in niues refrigerare: ita uoluptas frigoris cōtingit sine uitijs niuis. Vnde Mart. Nō potare niuē, sed aquā potare rigentē. De niue cōmenta est ingeniosa sitis. Sen. lib. xv. ad Luciliū, Quid tu illā æstiuā niuē nō putes callū interioribus obducere: appellat autē niuē æstiuam, qua decocta refrigerabat᷑. Didicerūt. n. luxuria mōstrante Romani (ut docet Sen. ad Luciliū) niues tp̄e æstatis locis subterraneis cōseruare. uñ Plin. lib. xix. Seruat᷑ algor æstibus, excogitaturq; ut alienis mēsibus nix algeat. ¶ Pruinis geticis: hoc est scythicis: ac ꝑ hoc frigidissimis, ubi

ꝑpetua

ꝑpetua ſunt frigora.Nam Getæ populi ſunt Scythiæ.¶Non eadē:
ordo eſt:Ego mō q̄rebar uina poni uobis nō eadē q̄ ponebant̃ do
mino:ſed eandē aquā cū diuite nō potatis.¶Vos aliā potatis aquā:
frequēs eſt cōqueſtio apud Martialē clientes paribus cū domino
nō excipi dapibus:ut illud in.iii.lib.in Pōticū:Cū uocor ad cœnā
non tam uænalis ut ante:Cur mihi nō eadē,q̄ tibi cœna datur?Pli.
Iunior itidē cōqueritͬ ī epiſtolis. Sic & Plin.ſenior lib.xix.capi.iiii.
Heu prodigia uentris,mira eſſet nō licere carduis pecori ueſci, non
licet plebei. Aquæ quoq; ſeparā tur, & ipſa naturæ elemēta ui pe-
cuniæ diſcreta ſunt. Hi niues,illi glaciē potāt, pœnaſq; montiū in
uoluptatē gulæ uertūt.¶Curſor:nō delicatus pincerna.ſed qui in-
ter ſeruos eſt curſor,& q officiū habet eūdi quocunq; miſſus fue-
rit a dño.ii ēt A pedibus dicebātur, Martialis: Curſorem ſexta tibi
Rufe remiſimus hora Carmina,quē madidū noſtra tuliſſe reor.Idē
in tertio.Sed tuta fœno Curſor oua portabat.nā mira erāt pedum
ꝑnicitate.Spartianus in uita Commodi ſcribit eū curſoribus ſuis
exēplo Cupidinū alas frequēter appoſuiſſe: eoſq; uentorū noībus
ſæpe uocitaſſe.Boreā aliū,aliū Notū,& itē Aquilonē,aut Circiū,cæ
teriſq; nominibus appellās.Et indefeſſe, atq; inhumaniter faciens
curſitare.¶Getulus:ex Getulia Africæ regione.Manus oſſea, ideſt
Æthiops ipſe oſſeus.nā Æthiopi manus & reliq̄ corporis membra
ſūt exilia & ſine pulpa.¶Nolis occurrere:uereris.n. ne manes eēnt
alicuius,q ex buſtis exiſſent,Monimēta:ſepulchra dicta a monēdo,
ꝙ moneāt nos,& maiorū noſtrorū & nos eſſe moetalis,uñ & moni
mēta dicimus,q̄cunq; nobis memoriā alicuius rei relinquūt.¶La-
tinæ:de uia Latina dictū in calce primæ Satyræ.¶Flos Aſiæ.i.for
moſiſſimus pocillator ex Aſia:Inde.n.pulcherrimi habebant̃ ſer-
ui.¶Quā fuit cēſus:nec mirū tanti ſeruū emi:cū ſcribat Pli.lib.vij.
cap.xii.M.Antoniū duos pueros eximios forma mercatum fuiſſe
ducētis ſeſtertijs.¶Cenſus Tulli pugnacis:pluris,inq̄t,ſeruos mer-
cant̃,q̄ fuerint opes Tulli Hoſtilij tertij Romanorū regis, q Romu
lo ēt ferocior fuit:unde pugnacem appellauit.de eo ſic Virg. in ſe-
xto:Cui deinde ſubibit Otia, q rumpet patriæ , reſideſq; mouebit
Tullus in arma uiros: & iam deſueta triumphis Agmina , quem
iuxta ſequitur iactantior Ancus . Nam Ancus Martius quartus
fuit Rex a Remulo,nepos Numę Pompilij ex filia.æquitate & reli-
gione auo ſimilis.Hi autem pauperes fuere reges.

¶QVALIS cœna &c.Deſcribit iniquitatē cœnæ . primo quia
uiliſſima apponebantur cliētulis:ſecundo quia lautiſſima & maxi-
me opipara domino ſecundū facit ibi: Ipſe capillato.Ordo eſt hic:
Tamen quamuis ſup.tantopere cœnā ſectaris:q̄lis ſup.eſt ipſa cœ-
na:q.d.uiliſſima.ga uinū ſupp.apponit̃ in ea quod lana ſuccida.i.
q̄ ſudante oue tonſa eſt.nolet pati.i.imbibere ut mūdet̃ tā craſſum
& immixtū eſt. Tu uidebis.i.quilibet uidere poterit : corybanta .i.
aliquem raptum furore effectū quaſi corybanta.de conuiua: ideſt
effectū malignitate uini ex eo,q uenerat ut eſſet conuiua.Iurgia.i.
cōtumelioſa uerba iurgiorū incitamēta,proludūt.i. pugnā tanquā
proludia præcedunt.ſed tu ſaucius.i.uulneratus ab eo,cui cōu tia
dixeris:uel a furētibus:& ebrijs.torques.i.impellis & proijcis in ad
uerſariū tuū.mox.i.paulopoſt iurgia illa.pocula.i. uaſa potoria. &
de terges uulnera ſupp.mappa.i.mātili.rubra.i.ſanguinolēta, uel
ſanguine tincta.Quoties pugna cōmiſſa inter uos.ſ.cliente & pa-
raſitos & cohortem libertorū ipſius domini.nam ſerui.nō accum-
bunt. lagena ſaguntina.i.fictili ex luto ſaguntino : ꝙ a Sagunto
Hiſpaniæ oppido Romā aduehebatur .feruet.i.feruide fit.q.d.fre
quentiſſime.& ita neq; bene,neq; quiete accipiebantur.Ipſe capil-
lato . Oſtendit e diuerſo lauticias cœnæ dominorum . nam ſicut
(Seruio teſte)plena alicuius rei cōmendatio , atq; laudatio fit : ex
præſentia bonorū eius & abſentia malorū,q̄ alijs inſunt : ita plene
uituperatio ecōuerſo:ex præſentia malorū, quę habet ex carentia
bonorū,q̄bus caret.Ordo eſt:Ipſe.ſ.dominus & rex cōuiuij : potat
.i.abunde bibit ſupp.uinū diffuſum.i.quod diffuſe & abunde pro
uenit.conſule capillato.i.intonſo:& ꝑ hoc antiquiſſimo.uirtus au
tē uini ex diuturnitate eius cōprobatur.quod & Cic.in lib.de ami-
citia atteſtat̃ his uerbis: Amicitiarū eſſe debēt ſicut aliarū rerū ſo-
cietates:ueterrima quæq; ut ea uina,q̄ uetuſtatē ferūt , eſſe debent
ſuauiſſima &c.Hinc quoq; Virgil.Æneid.primo.Impletur ueteris
Bacchi,pinguiſq; farinæ &c.Et ille tenet tuā. ideſt liquorem uuæ.
.i.uinum opimianum.calcatum.i.calcibus expreſſum.bellis ſocia
libus:ideſt dū eſſent ea bella,q̄ ſocialia & Marſia uocantur.nam L.
Opimio conſule cū Brachius tribunus plebis interemptus eſt: tem
peries quædam fuit:q̄ coctura dicitur:tanta uini fertilitate.& ꝑſtan
tia:ut quæ eo anno diffuſa ſunt in ducenteſimū annū fuerint ſer-
uata:redacta in ſpeciē mellis :ut ſcribit Plinius. tenet ergo.i. habet
in poteſtate:ut bibat talem uinū.nunq̄ miſſurus: ideſt cōceſſurus.
cyathū.i.poculū illud amico cardiaco.i.cordis dolorē:q ſitim gene
rat patienti.tenet inquā nunc:quia bibet cras aliq̄d ſupp.uini: ideſt
aliquod uinum de montibus albanis:aut de ſetinis ſupp . qui ſunt
iuxta pontinos campos.cuius ſupp.uini ſenectus.i.uetuſtas. dele
uit.i.amouit multa fuligine.i.mucore aut ſitu nigro ueteris teſtæ:
ga in teſtis uinū olim ſeruabant:ſiue in ſerijs:ideſt terreis uaſis, nō
in ligneis.deleuit inquā patriam.i.inſcriptionem de qua patria eſ-
ſet:& titulum eius.ſcribebant.n.ad uaſcula illa pice obturata & in
multos annos repoſita:continentē patriā:& nomē:& pretiū uini: q
iā uetuſtate amotus aut offuſcatus erat.q̄le ſupple uinū Thraſea &
Heluidius libertatis amatores:& tyrānorum inimici ſolebāt ſupp.
bibere,uel tenere. coronati.i.habētes coronas pāpineas in capite,
quas ſumebāt,q egregie potare decreuerāt.natalibus.i.in die nati
uitatū Brutorū.& Caſſi.i. Caſſii libertatis uindicū. nā Iun.Brutus
reges exegit.Decius aūt Brutus cū Caſſio imꝑatores exigere cona
tus:Iulium Cæſarem occidit.ipſe Virro: ideſt uir diues rex conui-
uij.tenet cruſtas Heliadum:ideſt uaſa quæ ex electro cauabantur.
quod quidem electrum fit ex lachrimis Heliadum : ideſt filiarum
Solis,& ſororum Phaetontis qui cum fratris mortem nimium im-
patienter ferrent , in arbores mutatæ ſunt.aut alnos,aut populos.
unde ſpecies electri diſtillare dicitur . tenet inquam capaces : ideſt
ualde amplas cruſtas :ideſt corticum electra ſudantium particu-
las. Heliadum: ideſt filiarum Solis . & tenet Beryllos: ideſt lapides
tales inæquales.itē Virro tenet phialam:ideſt pateram, Aurum: id-
eſt poculum , aut aliud uaſculum aureum non committitur tibi
qui conuiua pauper es. uel ſi aurum datur quando: ideſt aliquan-
do. cuſtos: ideſt obſeruator eſt ſupple affixus ibidem . qui nume-
ret gemmas: ideſt pretioſos lapillos:qui ſunt in uaſculis illis au-
reis.Et qui obſeruet:ideſt diligenter cuſtodiat ne furentur.ungues
aduncos:ideſt rapaces: quibus gemmas abradere poſſis : da ue-
niam:ideſt ignoſce iſtiuſmodi luxuriæ.iaſpis:ideſt lapillus talis.præ
clara:ideſt pura & multum perlucida.laudatur illic: ideſt ī cōuiuijs
diuitum,uel potius in poculis. Nam Virro uir ille diues tranſfert
gemmas:ideſt lapillos pretioſos a digitis ad pocula : ut multi ſup.
faciūt.gēmas dico,q̄s.i. q̄les.iuuenis.ſ.Æneas.prælatus ſupple ab
Elyſa,q̄ Dido dicitur ſm̄ Virgilium : Hyarbæ duci illi zelotypo.i.
primū zelū tenenti ſolebat ponere in fronte uaginæ .i. incapulo ,
ſeu manubrio enſis,uel in ſumma parte uaginę. Dicitur enim.iiii.
Aeneid.de enſe Æneę:Stellatus iaſpide fulua Enſis erat. Solēt.n.
mortales,q̄bus maxime oblectantur plurimū exornare.Bibaces er
go & Bacchi ꝓceres pocula ſua gēmis exornāt belligeri uiri enſem
ſuum &c. Tu uero cliens ſiccabis: ideſt ebibendo ſiccum reddes:
cum non ſit ſatis uini in eo. calicem:ſcilicet uitreum . quatuor na-
ſorum.i.plurimæ deformitatis:ſicut Vatinio uitriario ex Beneuen-
to unus naſus multum diſſurmitatis afferebat. ſiccabis dico cali-
cem quatuor naſorum habentem nomen ſutoris Beneuentani:id-
eſt ipſius Vatinij.a quo calices uitrei Vatiniani dicti ſunt. & ſicca-
bis calicē iam quaſſatū.i.concuſſum,& diſſolutum . & poſcentem
ſulfura.i.requientem cōmutari pro ſulfure:& hoc uitro rupto.Si ſto
machus dñi feruet uino & cibo.i.febricitans eſt.aqua ſupp. deco-
cta: ideſt artificioſę facta. frigidior pruinis geticis .i. q̄ ſunt apud
Getas:ubi plurimæ & diutiſſimæ ſunt niues. petitur ſupp. pro eo.
Non eadem uobis poni modo uina querebar.Non tantū inquit,in
uino quod dominus conuiuij optimū, clientes peſſimum bibunt,
diſcretio eſt:ſed ēt in aqua & pane:& multo maxima in ſeruis , ſeu
miniſtris. Ordo eſt:Ego querebar.ideſt conquerebar.modo.i.pau
loante.non eadem uina poni.i.apponi,uel proponi uobis & dño:
uerū quod intolerabilius eſt:uos potatis aliam aquam:ga inde co-
ctam.curſor Getulus.i.niger.quales ſunt Getuli.dabit tibi pocula.
aut oſſea:ideſt macilenta manus.in qua niſi oſſa & nerui uidentur
mauri.quē uulgo morum dicūt,nigri in colore.& is ſupp.cui no-
lis occurrere per mediā noctē.dū ueheris per monimēta.i. ſepul-
chra Latinę ſupp.uiæ. cliuoſæ:ideſt dependētis.uel illic ubi cliuoſa
eſt:& ſepulchra ſunt:quia crederes ſpiritum,aut manes defuncti eſ
ſe.Flos Aſiæ:ideſt pulcherrimus iuuenis ex Aſia:ſicut erat Gany-
medes raptus in pincernam Iouis,miniſtrabit ſup.ante ipſum:uide
licet dominum.paratus.i.comparatus & emptus maiore pretio q̄
fuit cenſus:ideſt theſaurus , & poſſeſſio Tulli.ſ. Hoſtilij tertij regis
Romanorum. pugnacis:ideſt bellicoſi . qui animos Romanorum
tempore Numæ reſides & otioſos in arma excitauit.& cenſus An-
ci:ideſt Anci Martij quarti regis Romanorum.

Et ne te teneam Romanorum omnia regum
Friuola,quod cum ita ſit,tu Getulũ Ganymedem
Reſpice,cum ſities.neſcit tot millibus emptus
Pauperibus miſcere puer,ſed forma,ſed ætas
Digna ſupercilio,quando ad te peruenit ille?
Quando uocatus adeſt caldæ.gelidæꝗ; miniſter?
Quippe indignatur ueteri parere clienti,
Quodꝗ; aliquid poſcas,& quod ſe ſtãte recumbas.
Maxima quæꝗ; domus ſeruis eſt plena ſuperbis.
Ecce alius quanto porrexit murmure panem
Vix fractum,ſolidæ iam mucida fruſta farinæ,
Quæ genuinum agitent non admittẽtia morſum,
Sed tener,& niueus,molliꝗ; ſiligine factus
Seruatur domino,dextram cohibere memento,
Salua ſit artocopi reuerentia,finge tamen te
Improbulum,ſupereſt illic,qui ponere cogat.
Vix tu conſuetis audax conuiua caniſtris
Impleri, paniſꝗ; tui nouiſſe colorem.
Scilicet hoc fuerat,propter quod ſæpe relicta
Coniuge,per montem aduerſum,gelidaſꝗ; cucurri
Æſquilias,fremeret ſæua cum grandine uernus
Iuppiter,& multo ſtillaret penula nimbo?
Aſpice q̃ longo diſtendat pectore lancem
Quæ fertur domino ſquilla,& quibus undiꝗ; ſepta
Aſparagis,qua deſpiciat conuiuia cauda,
Cum uenit excelſis manibus ſublata miniſtri.
Sed tibi dimidio conſtrictus cammarus ouo
Ponitur exigua feralis cœna patella,
Ipſe uenafrano piſcem perfundit,at hic,qui
Pallidus affertur miſero tibi caulis,olebit
Laternam.illud enim ueſtris datur alueolis,quod
Canna micipſarum prora ſubuexit acuta
Propter quod Romæ cum Boccare nemo lauator,
Quod tutos etiam facit a ſerpentibus atris,
Mulus erit domino,quem miſit Corſica , uel quem
Tauromínitanæ rupes,quando omne peractũ eſt,
Et iam defecit noſtrum mare,dum gula ſæuit,
Retibus aſſiduis penitus ſcrutante Macello
Proxima,nec patitur tyrrenum creſcere piſcem.

IOAN. BRIT. ¶ET ne te teneam: ne longo uerborum amfractu te remorer. ¶Omnia friuola regũ Romanorũ:tantũ,inqt,impendũt in emẽdis ſeruis:ut oẽs regum Romanorum facultates talibus pretijs ſint inferiores. ¶Omnia ſunt friuola.i. nullius fere pretij in cõparationẽ eorũ,q̃ impendũtur in cõparãdis ſeruis.Nã friuola (auctore Feſto) ſunt proprie uaſa fictilia quaſſa.uñ dicta uerba friuola,quæ minus ſunt fide ſubnixa. De quo uocabulo plura diximus in tertia Satyra illic:Friuola tranſfert Vcalegon. ¶Quod cũ ita ſit:ut ſerui ſcilicet tãti emãtur. ¶Tu Getulum Ganymedẽ reſpice: ac ſi dicat: nõ eſt ꝙ credas tibi a talibus pocula miniſtrari : ſed reſpice Ganymedẽ Getulũ.i. pincernã deformẽ & nigrũ:utpote Sole uſtulatũ:quẽ ſupra curſorẽ dixit. Ganymedẽ aũt ironicos dixit . Nã is puer fuit delicatiſſim⁹, Troos regis,& Galliores filius: quẽ Iupiter uenantẽ cõuerſus in aquilã tulit i cælũ, menſæꝗ; ſuæ remota Hebe filia,adhibuit pocillatorẽ. ¶Sed forma, ſed ætas Digna ſupercilio:nõ eſt,inqt mirãdũ,ſi pauperibus abnuit miniſtrare,habet.n.formã & ætatem dignã faſtu & grauitate.nã in ſupercilio (ut auctor eſt Plin.) faſtus & ſupbia ſedẽ hñt licet in corde naſcant. ¶Quãdo ad te puenit ille:q.d. nunq̃ ad te puenit. ¶Caldæ, gelidæ ꝗ; miniſter nã Romani habebãt miniſtratores,q dño calidã,& gelidã aquã miſcebãt urceis,quos miniſtratorios appellabãt,de qbus Martialis in ultimo.Frigida non deerit,nõ deerit calda petẽti:Sed tu

Calda

moroſa ludere parce ſiti. Calda aũt p calida ueteres ſunt uſi.Vnde Quintil.lib. primo ita ſcribit Auguſtus quoꝗ; in epl'is ad C. Cæſarẽ ſcriptis emẽdatius calidũ dicere q̃ caldũ mauult:nõ qa id nõ ſit latinũ:ſed qa ſit odioſũ.

Ecce

¶Ecce particula eſt , q̃ rẽ aliquã nouã & recentem oſtendimus. ¶Alius: ſubaudi ſeruus & miniſter. ¶Mucida:mucor corrupta. ¶Farinæ ſolidæ.i.pani ſoli & duri,nã aliud nihil eſt panis,q̃ farina adhibito liquore ſubacta.

Genuini

¶Agitẽt:labefaciãt. ¶Genuinũ: genuini dẽtes ſunt homini nouiſſimi,q circiter uigeſimũ annũ

Panis ex ſiligine

gignunt multis & octogeſimo: auctor eſt Plin.dicti ꝙ a genis(ut ſcribit Feſtus) pendeãt. ¶Molli ſiligine:delicatiſſimus panis cõficiebatur ex ſiligine.de quo Seneca ſic in epiſtolis de abſtinẽtia & tẽperantia eſus: Malũ panẽ iquis: expecta:bonus fiet:etiã illũ tenerũ tibi, & ſiligneũ famẽ reddet.Idẽ de parſimonia uictus:Vtrũ hic panis ſit plebeius , an ſiligineus ad naturã nihil ptinet.Plin.lib.xviii. Siliginẽ dixerim pprie tritici delicias,candor eſt,& ſine uirtute,& ſine põdere.Colum.li.ii. Nec nos

Siligo

tanq̃ optabilis agricolis fallat ſiligo.Nã hoc tritici uitiũ eſt , & q̃uis

Artocopus

cãdore pſtat,põdere tñ uincitur. ¶Artocopi: hoc eſt panis ſiliginei multo labore confecti:ut docet cõpoſitio: ἀρτὸς.n.panẽ ſignificat: & κόπος laborẽ & licet Plin. multa genera panũ nominet ut oſtrearios,artologanos,ipſeuſicos , furnaceos, prichos , multoſꝗ; alios nõ tñ Artocopus nomẽ eſt propriũ panis: ſed ipſum intelligit ſiligineũ,q multo labore confectus ſit.Græci tñ ἀρτοκόπον, & ἀρτοκο-

Artopta

ποιὸν piſtorẽ appellant.artoptã uř Plautus in Aulularia pro menſa panaria accipere,cũ ait:Ego hinc artoptã ex proximo utendam peto a Congrione.alij uero putãt & rectius accipi proteſta ubi panis coqueret : facta compoſitione ἀπό τοῦ ἄρτου quod eſt panis : & ὀπτάω aſſo. Artoptæ meminit & Plin. lib.xviii. cap. xi. ubi locus eſt corrigẽdus.nã pro artopta artopteſia ſcriptũ eſt. ¶Salua ſit reuerẽtia:ſalua dř reuerẽtia:cũ nõ uiolať:fac,inqt, in pane illo reuerentiã nõ amittas,ut ſit:nõ tangas:quaſi cui reuerẽtia ſit hñda . Verba ſunt poetæ ridentis tã ſuperbas & cõtumelioſas cœnas diuitũ. ¶Finge tñ : hoc eſt ſi te finxeris aliquantulũ audacẽ:ut apprehẽdas panẽ:ſtatim adeſt, q te inclamet,cogatꝗ; deponere eũ.. ¶Improbulũ:audaculũ. ¶Vis tu conſuetis:uerba ſunt ſerui increpantis:uis ne panẽ tuũ conſuetũ cognoſcere, eoꝗ; impleri ? legendumꝗ; eſt cũ obiurgatoria iterrogatione,Et uis legẽdũ eſt a uolo,& nõ uix.Eſt.n.uerisimile,ut quẽ cogat panẽ deponere, eũ ẽt acerbe rephẽdat. ¶Scilicet hoc fuerat:uerba ſunt cliẽtis cõquerẽtis p laboribus ſuis æquã mercedẽ ſibi non rependi. ¶Scilicet hoc fuerat:certe,inqt, hæc tã benigna in cœnis tractatio fuerat cauſa: ut tot icõmoda ſuſtinerẽ. Legendumꝗ; eſt cũ ironia . Nã hæc particula.ſ.fere ſemper ironicos pfertur.ut Perſius: Scilicet hoc populo,pexuſꝗ;,togaꝗ; recẽti. Terẽtius : Id populus curat .ſ. ¶Sæpe relicta Cõiuge:oſtẽdit ſe ſæpe antelucano tempore relicta cõiuge ex lecto ſurrexiſſe,ut diuitẽ comitareť euntem ſalutatũ. ¶Æſquilias:unus eſt ex ſeptẽ collibus urbis, dictæ Æſquiliæ ab excubijs regis . uel ab eo ꝙ excultæ eſſent a rege Tullo , uñ regio Æſquilina ſecunda urbis. Lege Varronẽ ¶Fremeret:hinc maxime emergit querela. ¶Iupiter uernus.ideſt: aer. Nã Iupiter (auctore Varrone) aer dř & cælũ. ¶Nimbo:nimbus proprie appellatur(auctoř Seneca) pluuia repẽtina maximo cum impetu. ¶Penula:tẽpore pluuio ſumebatur penula. Ælius Spartianus in primo opis ſui limine ſic ſcribit de Hadrião:Tribunus plebis factus ẽ i quo magiſtratu ad ppetuã tribunitiã ptãtẽ omẽ ſibi factũ aſſerit, ꝙ penulas amiſerit: qbus uti tribuni ple.tẽpore pluuiæ ſolebãt:Imperatores autem nunquã.unde hodie quoꝗ; Imperatores ſine penulis a togatis uidentur.hinc eſt iocus ille apud Quintilianũ:Cũ Galla rogãti penulã amico reſpondit:nõ pluit nõ opus eſt tibi,ſi pluet ipſe utar. Vulpianus iuriſconſultus ſcribit penulam cõem eſſe habitũ tã uirorũ, q̃ mulierũ. Tradit Lampridius Alexandrũ cõſtituiſſe ut ſenatores penulis intra urbẽ frigoris cauſa uterentur:cũ id ueſtimenti genus ſemp itinerariũ,aut pluuiæ fuiſſet. Matranas in urbẽ uti uetuit penulis. Varro in Virgula diuina ſcribit:ut eſt auctor Marcellus:Non quærẽda eſt penula hoi,q habet uirtutẽ. Penulæ aũt repertores Lacedæmonios fuiſſe ſcribit Tertulianus in Apologetico . ¶Aſpice: aliũ luxum oſtẽdit diuitis cũ maxima cliẽtis cõtumelia.ſunt.n.uerba poetæ: Aſpice,inqt,q̃ grãdis ſquilla paretur dño , tibi aũt cammarus tantũ. Squilla aũt genus eſt piſcis ex genere cruſtatorũ , de qua ſic Cic.in lib. de nat. Deorũ:Pinna uero (ſic.n.græce dicitur) duabus grãdibus patula conchis cũ parua ſquilla quaſi ſocietatẽ coit cõparandi cibi.Hora.Satyra.viii.ſecũdi libri : Afferť ſquillas

Scilicet

Æſquiliæ

Æſquilina regio

Nimbus

Penula

Penulæ repertores

inter murena natātes In patina porrecta. De squilla sic scribit Arist. lib.iiii.de animalibus. Crusta aūt intectorū genus primū locusta cui proximū genus alterū est, quē cāmarū uocant: tertiū genus squilla est: quartū cancer, &c. ¶Distendat: ipleat. ¶Asparagis: asparagi dicti sunt q ex asperis uirgultis legunt: & ipsi scapi asperi sint, nō leues. nisi dictio sit græca: nā ἀσπάραγος dr. hæc Varro ¶Qua cauda: quasi q̄ maxime expetit. Nā in squilla & locusta cauda optimi habebat saporis. Fuisse aūt lautæ gulæ docet Suidas q scribit Apiciū eo cibi genere bona cōsumpsisse, & eius auiditate i Africā nauigasse. ¶Despiciat: deorsum aspiciat cū sublimis a ministro feratur. sequitur enim: Excelsis manibus sublata ministri. ¶Cāmarus: est ex genere pisciū (ut diximus) crustatorū: cuius meminit & Martialis: Concolor in rubra cāmare lance rubes. De eo sic & Lampridius in Heliogabalo: Primus fecit, Isitia de piscibus, primus de ostreis & lithostreis, & huiusmodi marinis cōchis & locustis & cāmaris & squillis. ¶Cōstrictus ouo: cāmari.n. imixti ouis coquebantur. ¶Cœna feralis expositio est. i. cœna q̄lis mortuis dabat. Vnde Apul. in. iiii. Floridorū: Exclamauit uiuere hoiem, pcul ignes amolirent, rogū demolirent, cœnā feralē a tumulo ad mensam referēt. Ferā.n. ueteres mortē appellauere. ¶Venafrano: subaudi oleo. Totus.n. ager Venafranus bonitate olei cōmendat. Vnde illud Plinianū: Et uulgo principatū in hoc quoq; bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano. est aūt Venafrū oppidū Cāpaniæ. De oleo uenafrano Mart. Hoc tibi campani sudauit baca Venafri: Vnguentū quoties sumis, & istud olet. Varro in re rustica: Quod far cōferam cāpano, quod triticū appulo, quod uinū falerno: quod oleū uenafrano. ¶Pallidus caulis: nā brassicæ pallescētes fastidium mouebāt. Vnde tu uiriditatē custodirēt, cū nitro coquebant. Mart. Ne pallentes moueant fastidia caules: Nitrata uiridis brassica fiet aqua. ¶Olebit laternā. i. oleū q̄le laternis solet indi. Nā in usum lucernarū pessimū paratur. laternā aūt posuit p lucerna. ¶Vestris alueolis: satyrice appellauit patinas paupis alueolos. Nā alueoli dñr uasa pprie ex ligno excauata: sic ēt in sequētibus alueolos appellauit: Cuius & alueolos & lænā pignerat Atreus: ubi locus est corrigēdus: nā pro Alueolis Albiolos legit: Ergo uestris alueolis. i. uestris patinis uilibus & ligneis. Alueolus itē capit p tabula lusoria. Varro: Quales sunt tesseræ, qbus in alueolo luditur. Vocabulū autē deductū est p diminutionē ab Alueo. uñ Valer. lib. viii. loquens de Scæuola: Alueo quoq; & calculis uacasse interdū dr. licet illud ēt diuersa significatione accipiat. nam & pro uase ligneo ponitur: quod alio noie soliū appellamus: eo utebātur in balneis: unde Cic. in iiii. Rhetoricorū ad Herēniū: Deinde ubi u sum est ut in alueum descēderet. Alueus itē capitur p concauitate fluminis, uñ dicimus alueū Tyberis: alueū Padi. ¶Canna micipsarū. i. quod ex Numidia Romā uehitur. Nā Micipsa Massanissæ filius Numidarū fuit rex: q mortuus regnū tribus filijs reliquit: Adherbali, Hiempsali, & Iugurthæ fratris filio: quē in filiū adoptauerat. ¶Canna acuta prora. i. nauis. Hoc aūt dicit, qa (ut scribit Pli. lib. vii. cap. lvi.) naues fiūt utiles in Nilo ex papyro, & scirpo & harundine. simulq; ad id respexitq; in India harūdines sunt tantæ pceritatis: ut ex singulis internodijs nauiculæ fiant, q̄ alueo nauigabili ternos interdū homines ferāt. Auctores sunt Pli. li. vii. cap. ii. Solinus, Diodorus, Mela. ¶Cū Boccare: tantus, inqt, est fœtor olei ut nemo Romæ lauetur cū Boccare hoc est cū Numida aliquo. Boccar aūt (ut scribit Liui. lib. xxix. ab urbe cōdita) rex fuit Maurorū, fuitq; tpibus Massanissę regis Numidiæ: pro quo nūc poeta intelligit oēs Numidas & Mauros. ¶Tutos a serpētibus: tāta, inqt, est uis tetri odoris olei: ut serpētes ipsi fugētur. ¶Mulus erit: piscis est marinus. de quo in superiore Satyra. ¶Corsica: insula est in mari ligustico. alio nomine appellata Cyrnus. uñ Virg. in Buco. Sic tua Cyrneas fugiāt examina taxos. ¶Rupes Taurominitanæ: hoc est Sicilia ipsa. Nā Taurominiū oppidū est Siciliæ nō longe a Messana. olim Naxus uocitatū. auctore Solino. ¶Quādo oē: ratio est q̄re tā ex longinquo Petantur pisces: qm̄, inqt, iā mare nostrū piscibus est exhaustū. dū gulæ tantopere inseruimus. Vnde & Seneca detestās gulā sic scribit ad Luciliū: Vide quantū rerū p unam gulā transiturarū permiserit luxuria, terrarumq;, marisq; uestatrix. Val. Maximus lib. ix. loquens de luxuria sic ait: Inde ab Oceani littoribus attracti pisces: inde insusę culinis arcæ, censibusq; edendi & bibēdi uoluptas reperta. ¶Macello scrutante: hoc est piscatore maria quæq; uicina explorāte. Macellū.n. posuit p piscatore. Est aūt Macellū locus ubi obsonia uenduntur. dictū (ut sensit Donatus in Terentiū) a mactādis pecoribus. ut alij uero tradūt a Macello quodā, q exercebat in urbe latrociniū, quo dānato, censores Æmilius & Furius statuerūt, ut in domo eius obsonia uēderētur, a quo Macellarij dicti sunt, qui obsonia uenderēt. nō aūt q pecora mactarēt. ii enim Lanij & Laniones sunt appellati. & Laniena locus ubi mactarentur. de quo plura ante. ¶Nec patitur: scilicet gula. ¶Tyrrheuum: Thuscum, & Romanum.

Macellarij
Lanij
Laniōes
Laniena
ASCen.

¶ASPICE &c. Ostendit quomodo diuersa obsonia diuersimode domino, & clientibus apponuntur. Ordo est: Aspice q̄: idest quantum. longo: idest extento & exporrecto pectore minister distentat: idest a se & potissimum a facie ne naso fœdasse putetur, extensam teneat lancem: idest patinam, Mancinellus legit distendat: idest impleat. sed minus placet: quia distendi non est simpliciter impleri: sed cum extensione: quæ lanci non conuenit: sicut uberibus & faccis. Alij præterea legunt: qua fertus & cæt. ut sit qua supple lance squilla fertur & cæ. Plures legunt quæ: ut sit aspice quæ: idest qualis & quanta squilla: idest piscis sic dictus: & aspice quibus asparagis: idest herbis talibus pro condimento circumpositis: quasi dicat delicatissimis utpote altilibus. sunt enim duplices: siluestres qui proprie asparagi sunt: quia dicuntur secundum Varronem ab asperitate loci, in quibus nascuntur: uel quia ex asperis uirgultis legantur: & altiles qui in hortis aluntur. septæ: idest circundata. & qua: idest quali, & q̄ longa cauda despiciat conuiuia: idest uos conuiuas in imo sedentes: quos despicit talis squilla: quia non dignetur talibus anteponi. & despicit: quia ab alto quodammodo respicit. cum: idest quando. uenit sublata: idest sublimata: : sursum lata: siue exaltata manibus ministri. sed cammarus pisciculus ille de genere locustarum uilis saporis. ponitur: idest præponitur tibi constrictus: idest confrictus. dimidio: idest dimidiato ouo: quod appositum est pro condimento: ut dicunt interpretes. Vel cammarus constrictus: idest compressus ex decremento eius. ouo eius existente dimidio: idest ad dimidium usq; constricto iam descrescente Luna. habet enim pisciculus ille oua, quæ ut succus eius, & quicquid habet pulpæ cum Luna crescente crescunt: & decrescente decrescunt. Rubet autem cammarus coctus. Vnde Martialis: Concolor in nostra cammare lance rubes. Georgius Valla scripsit grammarus: sic enim uulgo profertur: sed plures per c scribi uolunt. sicut Caius: Lycurgus: Cneus: amurca: quæ ubi c habent: per g efferuntur. Cammarus ergo constrictus & iam quasi languens: ouo eius existente dimidio: ponitur tibi feralis: idest letalis cœna. uel quia cammari stomacho & capiti nocent. uel quia tunc maxime quando decrescunt mortiferi sunt. uel quia talis cœna mortuos decet & lugentes eos. ponitur inquam in exigua patella. ipse: scilicet dominus perfudit piscem: qui sine oleo satis saperet. uenafrano supple oleo quod maxime laudatur. at: idest sed hic caulis, qui existens pallidus: idest hoc olus pallidum: idest languens: uel caulis lactucæ uetustate languentis: & pallidæ, qui affertur tibi misero. olebit laternam: idest præ se feret odorem olei: quod quia uilissimum & insipidissimum in laternis comburi debeat. illud enim supple oleum datur uestris alueolis: idest uentribus. quod canna idest: nauicula facta ex canna. uel quod in doliolo facto ex canna aduehitur. micipsarum: idest numidarum, qui per Micipsam regem nobilitati sunt, & inde denominati subuexit acuta prora: idest in acuta naui: hoc est non oleum oliuarum: quia tali saltem bono caret Africa: sed ex quibusdam seminibus: quod fœdum & insipidum est propter quod supple oleum nemo lauatur Romæ. cum Boccare: idest cum quouis Numida etiam ditissimo: licet esset Boccar eorum rex: quia cum in patria soliti sunt inungi oleo illo grauissimi odoris: adhuc cum corpora eorum calefiunt, illud olent. non autem est uerosimile q Romæ ubi est copia optimi olei, Boccar oleo patriæ suæ uti uelit: quod etiam oleum facit homines tutos ab atris serpentibus: qui grauitatem eius ferre non possunt. Mulus: idest piscis delicatus sic appellatus. erit domino: idest dominus habebit mulum: quem Corsica insula illa misit: aut quem rupes Taurominitanæ: idest rupes quæ sunt iuxta Taurominum oppidū Siciliæ sup. miserunt: quādo: idest quandoquidem ita est q omne mare nostrum. i. italicum est peractum: idest expiscatum & iam defecit. i. piscibus euacuatū est. dum gula. i. gulositas nostra sæuit. i. uehemētissima crescit. & hoc macello. idest quolibet piscatore in macello uendere solitū. scrutante. i. inquirēte. assiduis idest quibus continue utitur, retibus. proxima supple maria. nec patitur piscem Tyrrhenum: idest maris Tyrrheni quod inferum dicitur crescere. ergo: idest ea de causa prouincia: idest regio longe posita, & a romanis procul uicta.

Instruit ergo focum prouincia, sumitur illinc
Quod captator emat Lenas, Aurelia uendat.
Virroni murena datur, quæ maxima uenit
Gurgite de siculo, nam dum se continet Auster,
Dum sedet, & siccat madidas in carcere pennas
Contemnunt mediam temeraria lina Charybdim.
Vos anguilla manet longæ cognata colubræ,
Aut glacie aspersus maculis Tyberinus, & ipse
Vernula riparum pinguis torrente cloaca,
Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburræ.
Ipsi pauca uelim, facilem si præbeat aurem,
Nemo petit, modicis quæ mittebantur amicis
A Seneca, quæ Piso bonus, quæ Cotta solebat
Largiri, nanqꝫ & titulis, & fascibus olim
Maior habebatur donandi gloria, solum
Poscimus, ut cœnes ciuiliter, hoc face, & esto,
Esto (ut tunc multi) diues tibi, pauper amicis.
Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par
Altilis, & flaui dignus ferro Meleagri
Fumat aper, post hunc raduntur tubera, si uer
Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas
Maiores, tibi habe frumentum Aledius inquit,
O Libye, disiunge boues, dum tubera mittas
Structorem interea, ne qua indignatio desit,
Saltantem spectas, & χειρονομοῦντα uolanti
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia, nec minimo sane discrimine refert
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur,

IOAN. BRIT. ¶ INSTRVIT ergo focum: cum mare, inquit, nostrũ piscibus sit exinanitũ: ergo ex prouincijs & longinquis locis petũtur: sicqꝫ poeta gulam sui tẽporis notat. Quæ etiã a Seneca his uerbis taxatur. Quod dissolutus delitijs stomachus uix admittat ab ultimo petatur Oceano: uomunt ut edant: edunt ut uomant. ¶ Instruit focũ: in causa est ut pisces habeantur ad coquendum. ¶ Illinc: ex prouincia. ¶ Lenas: pro auaro captatore ponitur: ut Aurelia pro orba diuite: cui multa mitterẽtur munera, uterqꝫ aũt fuit temporibus Iuuenalis. ut Gallita & Pactius. ¶ Captator: hoc ẽ q muneribus alienas opes captat. ¶ Aurelia uendat: nã lucri cupiditate munera uẽdebat. ¶ Virroni: ipsi diuiti. ¶ Murena: anguillæ similis est. in freto siculo capitur. Macrobius, li. iii. Accersebantur, inquit, murenæ ad piscinas nostræ urbis abusqꝫ freto siculo. Lautæ habebantur gulæ adeo ut Licinij Crassi Murenæ sint cognominati, quod hoc pisce effusissime sint delectati. Lege Plini. lib. ix. Columellã, & Macrobiũ lib. iii. ¶ Nã dum se cõtinet: nõ uerẽtur, inquit, piscatores quiescentibus uentis in mari siculo, licet periculoso piscari: ut ostẽdat nihil intactũ relinqui ad indomitã gulã explendam. ¶ Auster: Austrũ posuit pro oĩbus uentis. ¶ In carcere: fabulã m scet. Nam uenti in Aeolijs insulis, in quibus tẽporibus Iliacis Aeolos regnabat, in carcere ab eo coerceri dicebantur. Vergil. Aeoliam uenit, hic uasto. rex Aeolus antro Luctãtes uentos, tẽpestatesqꝫ sonoras Imperio premit: ac uinclis & carcere frenat. ¶ Lina temeraria: hoc est temerarij piscatores utẽtes retibus. ¶ Charybdim: in freto quod est inter Italia & Siciliã scopulus est Scylla: itẽ Charybdis: mare uorticosum: ambo clara sæuitia. Charybdis aũt Peloro promontorio adiuncta est. De scylla & Charybdi plura referemus in decima quinta Satyra. ¶ Cognata colubræ: quasi eiusdem generis scribit Plin. lib. ix. cap. xxiii. Murenas in terram elapsas serpentibus cõmisceri: sed de anguilla hoc non legitur apud Plinium uerũ poeta sequitur opinionẽ uulgarem, qui credit serpentes, & angues coire cum anguillis. ¶ Aut Tyberinum: lupũ piscem intelligit, qui in Tyberi stercore pasceretur & immũda esca inter cloacas urbis. Et licet hoc loco Iuuenalis Tyberinũ piscem ut uilem pauperi apponi dicat. Varro tamẽ (ut tradit Macrobius) pisci Tyberino palmam tribuit his uerbis in libro rerum humanarum. xi. Ad uictũ optima fert ager Campanus frumentũ, Falernus uinum, Cassinas oleũ, Tusculanus ficũ, mel Tarentinus, piscẽ Tyberis. Nam oẽs ex hoc amne pisces maximũ honorẽ tenuerunt apud prodigos, in primisqꝫ lupus, qui inter duos pontes captus esset. quod ẽt Horatius indicare ur in Satyra q̃ incipit: Quæ uirtus, Lupus hic Tyberinus an alto Captus hiet: pontem inter iactatus, an amnis Hostia sub Tusci. Columella li. ix. capi. xvi. loquens de piscinis sic scribit: Doctaqꝫ, & erudita palata fastidire docuit fluuialẽ lupũ, nisi quem Tyberis aduerso torrẽte defatigasset. quibus uerbis docet lupum Tyberinũ in pretio fuisse. Verũ forte tẽporibus Iuuenalis talis piscis in pretio nõ erat: tẽporũ longinquitate mores, ut fit mutante. sicut & ætate nostra anguillæ: quæ tẽporibus poetæ in minima erãt æstimatione, mensis nostris sunt gratissimæ lupos etiã marinos laudat Plin. lib. ix. his uerbis. Luporũ laudatissimi qui appellantur lanati candore, mollitiaqꝫ carnis. hunc piscẽ græci appellant λάβρακα: aspersus maculis. Nam lupi pisces maculis uariegati inueniebantur, ijqꝫ minoris æstimationis. unde Columella lib. ix. cap. xvii. ubi de positione piscinæ mentionẽ facit: Tum etiam sine macula (nam sunt & uarij) lupos includamus. Eos nos esse putamus, quos uulgo appellant lucios. dictos lupos ab eorũ uoracitate. nam reliquos pisces insectãtur. uñ Columella eodẽ libro lupos rapaces appellat. ¶ Glacie: per hyemẽ. uident̃. n. maculis frigore aspergi. ¶ Vernula: alũnus. ¶ Cloaca: nã tota urbs pensilis erat cloacis corriuatis septẽ amnibus a M. Agrippa sordes urbis in Tyberim deferentibus, lege Liuiũ & Plinium libr. xxxvi. cap. xv. ¶ Pinguis cloaca torrẽte: hoc est pinguis sordibus fluẽtibus p cloacas. Est. n. cloaca (auctore Vulpiano) locus cõcauus p quẽ colluuies, & immũdiciæ ubris fluant. Cloacæ aũt appellatione & tubi & fistulæ cõtinentur. Ad salubritatẽ ciuitatũ, & ad tutelã ptinet, ut cloacæ purgent̃ & reficient̃. nã & cœlũ pestilẽs & ruinas minant̃ imundiciæ cloacarũ. ¶ Torrẽte: hoc est (ut scribit Plinius) cursu p̃cipiti torrentiũ modo fluẽte. ¶ Cryptam: cauernã, & loca riparũ excauata: q̃ piscis depascens perscrutatur. Vñ Lucilius acer & uiolentus poeta eũ q̃si liguritorẽ catillonẽ appellat. s. qui proxime ripas & stercus insectaretur. Proprie aũt Catillones dicebãtur, qa ad poluctũ Herculis ultimi cũ uenirẽt, Catillos liguriebant. Crypta aũt dicta est a κρύπτω: quod est occulto. ¶ Suburræ: regio erat urbis celebratissima: de qua alibi ante. eo aũt ait piscis stercus sectantes puenire. ¶ Ipsi pauca uelim: uelim, inqt, ipsum Virronẽ paucis alioqui, si me uelit auscultare. ¶ Nemo petit: sensus est: Nemo, inqt, petit a te Virro ut ĩ pauperes clientes tã munificus sis, q̃ fuerũt Seneca, Piso, & Cotta in amicos suos, quos multis donis prosequebãtur: sed ut cœnes ciuiliter & cõmunibus epulis cũ eis, & nõ discretis. ¶ A Seneca: Senecã diuitẽ fuisse & liberalẽ in amicos scribit Tacitus: apud quẽ legi est de uita, & nece eius. ¶ Piso bonus: multi extitere Pisones. uerũ de C. Pisone illo intelligit, q amicus & familiaris fuit Senecæ, qqꝫ auctor fuit cõiurationis in Neronẽ, a quo dicta est coniuratio illa Pisoniana. De eo ita scribit Tacitus: Namqꝫ facundiam tuẽdis ciuibus exercebat: largitionem aduersus amicos: & ignotos quoqꝫ comi sermone & cõgressu. Vnde a poeta & liberalis & bonus appellatur. hic postea obijt detecta coniuratione p Milichium Seuini libertũ abruptis brachiorũ uenis. ¶ Cotta: hic est ille Cotta, de quo in Satyra: Et spes & ratio. Quis tibi Mecœnas Quis nũc erit aut Proculeius, aut Fabius: Quis Cotta iterũ, qs Lentulus alter. ¶ Namqꝫ & titulus: ideo, inquit, liberales & munifici erãt ĩ amicos, quod ueteres gloriosius esse in hoĩe putarũt liberalitatẽ exercere, q̃ dignitates adipisci. Vnde Sallustius in Catillinario commendans mores ueterum romanorũ sic scribit: Magisqꝫ dandis q̃ accipiendis beneficijs amicitias parabant. ¶ Titulis: honoribus, qui per titulos & inscriptiones ostẽdebãtur. Vñ Pli. lib. vii. loquens de Pompeio: Postea ad tota maria, & deinde ad Solis ortus missus, hos retulit patriæ titulos. Propertius ultima Elegia: Et domus est titulis utraqꝫ fulta suis: idest honoribus & laudationibus. ¶ Fascibus: cõsulatu & p̃tura: quæ dignitates inter alias p̃cipue habebantur: ut p has dignitates oẽs intelligas, Consulẽ & prætorẽ lictores præcedebant cũ fascibus uirgarũ: Consulẽ duodecim, sex uero prætorẽ. ¶ Cœnes ciuiliter, i. ut bonũ ciuem decet: cõmunibus. i. epulis & indiscretis. eadẽ est ẽt expostulatio Martialis aduersus Ponticũ: Cur sine te cœno: cum tecũ Põtice cœnẽ? ¶ Hoc face & esto: cũ indignatione pronunciandũ: face hoc, inquit, & tibi cõcessero ut uiuas diues tibi & parcus amicis, ut multi faciunt. sicqꝫ sui temporis hoĩes sordidos taxat. ¶ Iecur anseris: prodigi & lautæ gulæ homines inter

delicata

[Marginal notes: Murena (beside "diuiti. ¶ Murena"); Lupus (beside "(nam sunt & uarij) lupos"); Catillones (beside "aũt Catillones dicebãtur"); C.Piso (beside "Piso bonus: multi extitere Pisones"); Iecur anseris (beside "Iecur anseris")]

delicata obſonia iecur anſeris ſtatuerunt. Vnde Plini.lib.x.capite xxii. Iecur fartilibus in magnam amplitudinē creſcit, exemptūq; lacte, mulſoue augetur. Nec ſine cauſa in quæſtione eſt: qs primus tantū bonū inuenerit. Scipio an Marcellus uir cōſularis: an M. Seſius eadem ætate eques Romanus: Mart. lib. xiii. Aſpice q̄ tumeas magno iecur anſere maius. Docuit Apicius ſaginare anſeres fico carica & ſacie extinguere. ⁋ Altilis: Gallinā intelligit, quæ alebatur ad ſaginā. Deliaci cœpere gallinas ſaginare: unde peſtis exorta opimas aues, & ſuopte corpore unctas deuorādi. Quod poſtea lege Flauia prohibitū eſt. qua cautū eſt, nequid uolucrū proponeretur, præter unam gallinam, quæ nō eſſet altilis. Pli. ⁋ Par: craſſitudine. ⁋ Dignus ferro Meleagri. .i. tam ꝓdigoſa magnitudine, q̄ fuit is, quē Meleager Calydonius iteremit. nota eſt fabula. ⁋ Flaui: flauus color (ut ſcribit Gellius) eſt ex albo, rufo, & uiridi cōcretus. unde flauam appellamus Cererem: alludentes ad frumenta, quæ in agris flaueſcere dicuntur cum matureſcunt. Verum hoc loco flauum intelligimus pulchrū & formoſum: ſicuti poetæ ſæpe in hac ſignificatione uſurpāt. ut ante: Et flauā cui det mandata puellam. ⁋ Poſt hunc. ſ. aprū. ⁋ Tubera: in genere fungorū numerant. Mart. Rumpimus altricē ſummo de uertice terram. Tubera bolletis poma ſecunda ſumus. Ea undiq; terra circūdata naſcuntur: nulliſq; fibris nixa aut ſaltē capillamentis: neq; terræ cohærent: cortice ēt includūtur: ut plane nec terrā eſſe peſſimus dicere: neq; aliud q̄ terræ callū. Laudatiſſima quæ Africæ creſcūt: cū fuerint imbres autūnales & tonitrua crebra tunc naſci dicūtur maxime & tonitribus: nec ultra annū durare: tenerrima aūt uerno tēpore eſſe. ⁋ Radūtur: utrū purgantur abraſo cortice, cum apponuntur. an raduntur .i. euellūtur ex terra ſarculis. ⁋ Si uer tunc erit: ordo eſt & ſenſus Aledius inquit: o Libye habe tibi frumentū: ac ſi dicat: frumētum ego non curo: modo mihi mittas tubera: hoc inq̄ dicit: ſi uer tunc erit, ſcilicet cum tubera apponuntur: & ſi tonitrua optata facient maiores cœnas. Nam tunc (ut diximus auctore Plinio) dicuntur naſci ſi imbres fuerint autumnales & tonitrua crebra: tenerrima ſunt tēpore uerno. Vnde poeta dixit: ſi uer erit. ⁋ Aledius inquit: Aledium aliq dicūt equitem Romanū fuiſſe luxurioſum, quem pro homine guloſo hic accipit. ⁋ Diſiunge boues: per me, inquit, frumentū non feres. Nam ex Libia frumenta mittebant. Vnde Sidonius: Arma Calybs, frumenta Lybies, Campanus lacū Ouidius in Ponto: Cyniphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas. Cyniphii enim populi ſunt Africæ. Pli. lib. xv. oſtendit Africā frugū fertilē eſſe his uerbis: Oleū ac uinū inuidit tantū Africæ, ſatiſq; gloriæ in meſſibus fecit. Columella in quarto de re ruſtica: Myſiam, Libyam largis aiunt abundare frumentis. ⁋ Structorem interea: aliam proponit cōtumeliam ut undiq;, inquit, habeas qd doleas ſtructorem peritiſſimū incidendorum obſoniorum ſpectas, qui mira manuum, reliquiq; corporis agilitate miniſtret domino. Sicq; conuiuiorum luxuriam lautiſciamq; ſui temporis flagellat. Quod facit & Seneca his uerbis in libro de breuitate uitæ. Conuiuia me Hercule non poſuerim inter uacantia tempora, cum uideam q̄ ſoliciti argentum ordinent, q̄ diligenter exoletorum ſuorum tunicas ſuccingant, q̄ ſuſpenſi ſint, quomodo aper coquo cæſus exeat, quanta celeritate ſigno dato gladij ad miniſteria decurrant, quanta arte ſcindantur aues in fruſtra nō enormia, q̄ curioſe infelices pueruli ebriorum ſputa detergant. Structor autem is dicitur, qui curam habet ſtruendæ menſæ. unde illud eſt Virgili. Cura penum ſtruere. ⁋ Saltantem: ut optime agilem. ⁋ χειρονομοῦντα: participium eſt ἀπὸ τοῦ χειρονομεῖν quod ſignificat manibus geſticulari. ut ſit ordo & ſenſus: Tu ſpectas ſtructorem ſaltantem, & manibus geſticulantē: ac per hoc ī oībus agilē. ⁋ Donec peragat dictata magiſtri: donec omnia incidendo exequatur, quæ didicerit a magiſtro ita: ut nihil prætermittat, quod ad decoros incidendi geſtus pertineat. Nam in urbe erant qui arte incidendorū rite obſoniorum docerent per uaria animalia formata ex ligno, ut latius dicemus in Satyra undecima. Et tota ſonat ulmea cœna ſuburra. ⁋ Dictata: dicuntur numero pluratiuo q̄cunq; in omni genere ſcientiæ, tam liberalis, q̄ ludicræ traduntur diſcentibus. Horatius ad Loliū: Sic iterat uoces & uerba cadentia tollit, Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro Reddere. Perſius: Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe. Pro nihilo pendas. Tranquillus in Cæſare: Tyrones per ſenatores armorum peritos erudiebat precibus enitens: ut diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſiq; dictata exercentibus darent. Deductum eſt uocabulum a dictare: quod eſt aliquid (ut dixi) in omni genere ſcientiæ diſcendum tradere. ⁋ Nec minimo ſane diſcimine refert magnam, inquit, putant eſſe differentiam, quo geſtu ſingula obſonia incidantur, decoro ne an ruſtico more. Vnde illud eſt Plinij loquentis de gallinis: Poſtea culinarum artes inuenerunt: ut clunes ſpectentur: ut diuidantur in tergora: ut a pede uno dilatatæ repoſitoria occupent. Sic Seneca (ut pauloante diximus ad Lucilium) Alius prætioſas aues ſcindit, & perpectus, & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum in fruſtra excutit. Et alibi Seneca de breuitate uitæ cum uideam q̄ ſuſpenſi ſint, quomodo aper a coquo cæſus exeat, quanta celeritate ſigno dato gladij ad miniſteria decurrant, quanta arte ſcindantur aues in fruſtra non enormia.

ASCEn. ❡ INSTRVIT focum: ideſt ſufficit uel adminiſtrat. quibus focus: ideſt culina inſtruitur: hoc eſt obſonia præbet. Illud ergo quod Lenas captator hæreditatis ſcilicet emat: ut det diuitibus orbis. & quod Aurelia diues & orba uendere cogitur ne corrumpantur obſonia data. ſumitur illinc: ideſt ex prouincia. Virroni murena datur. Proſequitur inceptum oſtendens in æqualitatem obſoniorū. Ordo eſt: Murena: ideſt talis piſcis delicatus. datur: ideſt apponitur Virroni: uiro diuiti & domino conuiuij. quæ exiſtens maxima: uenit: ideſt aduecta eſt. de gurgite: ideſt de mari uorticoſo Siciliæ. Nā dum Auſter: uentus ille aquoſus. continet ſe. ideſt non flat. & dum auſter ſedet: & ſiccat in carcere. ideſt in antro Aeolio. de quo dicitur pri. Æneid. Illa ſe iactet in aula Aeolus: & clauſo uentorum carcere regnet. pennas. quibus uolat madidas: ideſt pluuijs immixtas. ideſt dum fudum: hoc eſt ſerenum eſt quieſcente Auſtro, qui Siculo mari infeſtus eſt. lina: ideſt uela linea. temeraria. i. nimium audacia: hoc eſt nautæ nimium temerarij uela pandentes. contendunt mediam Charybdim: ideſt uoraginem illam in mari Siculo: quia in medio eius piſcantur murenas. Anguilla piſcis uilis & uulgaris. correſpōdens murenæ. manet. ideſt expectat uos. interea dum murena domino apponitur. anguilla dico cognata: ideſt eiuſdem ſpeciei: aut quæ ſecundum uulgus nata creditur ex eodem. Aut tyberinus ſupple. piſcis in Tyberi captus. aſperſus maculis glacie: id eſt glaciei. uel aſperſus maculis glacie: ideſt propter glaciem. uel in glacie. & ipſe exiſtens uernula riparum: ideſt uerno tempore natus in ripa uel alumnis riparum. & exiſtens pinguis. cloaca: quam latrinam dicunt. torrente: ideſt in Tyberim effluente. Et ſolitus penetrare. ideſt pene intrare. cryptam. ideſt: meatum abſconſum & ſubterraneum. per quem ſordes in Tyberim defluunt. ſuburræ: ideſt illius uici populoſiſſimi. uel accipindo a parte totum. ipſius Romæ mediæ. & perpenetrans uſq; ad ſterquilinia. Ego uelim ſupple dicere pauca ipſi Virroni aut conſimili diuiti: ſi præbeat aurem facilem ad audiendum. nemo petit ea quæ mittebantur a Seneca: ſcilicet Annæo Seneca uiro bono. de quo ſtatim dicam. amicis modicis. i. modicum habentibus. ideſt. pauperibus: uel etiam in modico: hoc eſt iam nemo petit a te: quæ Seneca mittebat etiam ad modicos & uulgatiores amicos: quia maiora mittebat, q̄ nunc quiſpiam audeat petere. nemo etiam noſtrum ſupple petit quæ Piſo ſcilicet Cn. Piſo Senecæ ſocius bonus: ideſt beneficus. & quæ Cotta bonus ſolebat largiri: ideſt largiter conferre amicis, & plebi Romanæ. namq; pro quia. maior gloria donandi habebatur olim faſcibus & titulis. i. magiſtratibus faſces & titulos habentibus: ſunt autem faſces uirgæ colligatæ: quæ portabantur a lictoribus poſt eos magiſtratus: qui animaduerſionem in corpus habebant. & ideo pro ſummis honoribus accipiuntur. nos poſcimus ſolum ut cœnes ciuiliter: ideſt more ciuium: quibus epulæ & uictus dum cōuiuunt, debent eſſe communes & conſimiles. & face: ideſt fac hæc: ideſt cœna ciuiliter. & eſto: eſto inq̄ ut multi nunc ſunt ſupple diues tibi. i. ad commodum & uoluptatem tuam. & pauper amicis: ideſt ad bonum & utilitatem amicorum. ideſt in cæteris ſis parcus erga alios. & largus in te. nos nō petimus aliud pro labore noſtro: niſi ut ciuiliter cœnes. Iecur magni anſeris ponitur ſupple ante ipſum. & altilis. ideſt uolucris ad eſum alta: ut gallus gallinaceus: aut gallina: aut ſimilis par: ideſt æqualis in magnitudine anſeribus ſupple ponitur ante ipſum. & aper dignus ferro: ideſt cuſpide & uenabulis Meleagri: ideſt illius fortiſſimi uiri ab Æneo geniti: qui aprum a Diana irata Calydoniæ agris immiſſum interemit. Meleagri dico flaui ſupple in colore: talis enim ab Homero appellatur. fumat: ideſt fumans. & adhuc calidus ponitur ante ipſum. uult ergo dicere qđ domino anteponitur aper æqualis & par ſui, ſeu porco Aetolo. tubera, ideſt radices illæ capitatæ & inflatæ: quæ ex terra effodiuntur: & quia acidæ ſunt appetitum prouocant. ideo dicit tubera raduntur. ideſt parantur: ut apponantur. poſt hunc ſcilicet aprum. ſi quidem tūc cum talis cœna fiet, erit uer. & ſi tonitrua optata a gu

Duceris planta, uelut ictus ab Hercule Cacus,
Et ponere foris, ſi quid tentaueris unquam
Hiſcere, tanq̃ habeas tria nomina, quãdo propinat
Virro tibi, ſumitq; tuis contacta labellis
Pocula quis ueſtrum temerarius uſq; adeo, quis
Perditus, ut dicat regi bibe:́ plurima ſunt, quæ
Non audent homines pertuſa dicere læna
Quadringenta tibi ſi quis Deus, aut ſimilis Dis
Et melior fatis donaret homuncio, quantus
Ex nihilo fieres, quantus Virronis amicus.
Da trebio, pone ad Trebiũ, uis frater ab illis
Ilibus:́o nummi uobis hunc præſtat honorem,
Vos eſtis fratres, dominus tamen, & domini rex
Si tu uis fieri, nullus tibi paruulus aula
Luſerit Æneas, nec filia dulcior illo.
Iucundum & carum ſterilis facit uxor amicum,
Sed tua nunc Mycale pariat licet, & pueros tres
In gremium patris fundat, ſimul ipſe loquaci
Gaudebit nido, uiridem thoraca iubebit
Afferri, minimaſq; nuces, aſſemq; rogatum
Ad menſam, quoties paraſitus uenerit infans.
Villibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino, ſed qualem Claudius edit,
Ante illum uxoris, poſt quem uil amplius edit.
Virro ſibi, & reliquis Virronibus illa iubebit
Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore,

loſis facient cœnas maiores: ideſt augebunt tuberibus: quæ ſecunda poma apud Martialem appellantur ſic: Rumpimus altricem ſummo de uertice terrã. Tubera boletis poma ſecũda ſumus. Aledius: ideſt uir guloſus & tuberum appetens ait. O Libye habe tibi frumentum: ideſt ſerues tibi frumentum: nolo ad nos frumentum tuum: mittas & eius procreandi cauſa tubera creſcere prohibeas diſiũge ergo boues ſupp. aratorios: q̃bus arant in pluribus partibus mũdi: ideſt diſſolue ab aratro. dum: ideſt donec uel dummodo. mittas ad nos tubera: ideſt nõ petimus frumentũ tuum dummodo tubera habeamus.

Senecæ uita ac mors

Quia de Seneca dicere pollicitus ſum: dicam ea quæ Georgi. Valla in commentarijs ſuis habet, quæ huiuſmodi ſunt: Anneus Seneca propter ingentes opes, animiq; mores excellentiſſimos Neronis inuidiam meruit: haud dubie cito periturus: niſi ſe ptiſicum ſimulaſſet. Et (ut Tacitus ſcribit) cũ nõ potuiſſet impetrare ut Neroni opes, quas in eius imperij exordio fuerat aſſecutus, cunctas legaret: prioris tum potentiæ inſtituta cõmutauit: prohibuit ut minus opprimeretur inuidia: ſalutãtium cœtus uitauit: comitatus raro per urbem quaſi ualetudine infeſta: aut ſapiẽtiæ ſtudijs attineretur. Et (ut ſcribunt quidam) præ nimio ſtudio quaſi cõfectus erat. hic (ut inquit Probus) ſub Claudio quaſi cõſcius adulteriorum Iuliæ Germanici filiæ in Corſicã relegatus: poſt triẽnium reuocatus eſt: qui etſi magno deſiderio Athenas intenderet ab Agrippina tamẽ erudiẽdo Neroni in palatium adductus: ſæuum, immanemq; natũ & ſenſit cito, & mitigauit. Inter familiares dicere ſolitus: non fore ſæuo illi leoni: quin guſtato ſemel hominis cruore ingenita redeat ſæuitia. Huic poſtremo quod habitus eſſet inter conſcios coniurationis Piſonianæ: Nero per tribunum ultimam neceſſitatem denunciauit. Hic interitus amicorum animos, quibus iam eius caſus lachrymas exciuerat: ad firmitudinem reuocauit: rogitans ubi præcepta ſapientiæ: ubi tot per annos meditata ratio aduerſum imminentia: cui præterea ignota ſit Neronis ſæuitia. Neq; aliud ſupereſſe poſt matrem, fratremq; interfectos: q̃ ut educatoris, præceptoriſq; necem adijceret. Deinde ſibi uenas præſecans, crurumq; uenẽs abrumpens, & durante tractu, latitudineq; mortis hauſto ueneno: & poſtremo calidæ aquæ ſtagnum introiens exanimatus eſt hæc ille. Epitaphium eius huiuſmodi legitur: Cura, labor, meritum, ſumpti pro munere honores Ite: alias poſthac ſolicitate animas. Me procul a uobis Deus euocet: ilicet actis Rebus terrenis: hoſpita terra uale. Corpus aura tamen ſolemnibus accipe ſaxis: Namq; animam cælo redimus: oſſa tibi. Structorem &c. Sicut oſtenſo diuerſo potu adiecit diuerſitatem pincernarum, ita nunc oſtenſis diuerſis cibarijs. ſuperaddit ſtructorem, qui geſtu manuum nimium feſtino ſingula obſonia ante dominum membratim concidit. Ordo eſt: Interea dum tubera raduntur domino: ut appetitum prouocent: tu affectus iniurijs & miſere acceptus. ſpectas: ideſt ſpectare potes: nequa indignatio deſit tibi ſupple. qui tantas delitias domini uides: cũ tu uix pane ſatureris. ſtructorem .i. parandæ menſæ miniſtrum & diſpenſatorem. ſaltãtem .i. quodam tripudio corporis ante dñm ſeruientem. & chironomonta .i. manuũ legẽ, quo motu moueri debeant, obſeruantẽ. cultello uolanti .i. agiliter in manu uerſante: donec ipſe peragat .i. perſequatur. omnia dictata .i. præcepta magiſtri .i. præceptoris eiuſmodi artis. erant .n. poſtea dicet poeta, qui eam artem profitebantur. & dabant in cœna ulmea .i. lignea. Nã omne genus altiliũ in ligno formatũ habebãt: & docuerũt diſcipulos eiuſmodi altilia ligneo cultro membratim diſſecare. Nec refert, inquit, poeta p ironiã. ſane .i. certe minimo immo maximo diſcrimine .i. maximũ diſcrimen, ſeu differentiã habet: quo geſtu lepores ſeu ſupple ſecentur .i. diuidantur. & quo geſtu gallina ſecetur.

IOAN BRIT

❡DVCERIS planta: alia diſſuaſio fugiendas eſſe tales cœnas. nam illud etiam inquit, tibi adeſt periculum: ut ſi forte uelis aliquid intercœnandum loqui, tanquã & tu ſis nobilis: illico foras arripiariſper pedes. ❡ Cacus: nota eſt hiſtoria apud Liuium, Dionyſium, Eutropium, Cacum fuiſſe paſtorem ferocem uiribus qui captus pulchritudine boum quas Hercules ex Hiſpania Geryone interempto Romam abegerat, ſurripuit eas: cumq; auertere eam prędam uellet: ueritus ne ueſtigia quærentem dominũ ad ſpeluncam ducerent, auerſas boues caudis in ſpeluncam traxit. Hercules tali furto eluſus, cum inde diſcederet cũ reliquo armento, & boues quædam ad deſiderium (ut fit) relictarum mugiſſent, reddita incluſarum ex ſpelunca boum uox Herculem conuertit, Cacum in ſpelunca latitantem magna ui correptum pedibus extraxit. Virgil. Abſtractæq; boues, adiuratæq; rapinæ Cælo oſtenduntur, pedibuſq; informe cadauer Protrahitur. ❡ Hiſcere: loqui, & os aperire ad loquendum. quod cum ſit ab hio hias debuit facere hiaſco. ❡ Tanquam habeas tria nomina: tanquam & tu ſis nobilis. Nam nobiles & ciues Romani oſtendebantur, nomine prænomine, & cognomine. ut M. Tullius Cicero. C. Iulius Cęſar. Idq; multis fuit frequens. Vnde Auſonius de ternario numero: Tris equitum turme: tria nomina nobiliorum. quod alij exponunt tria nomina: ideſt ſis fur, non placet. nam non tria ſunt nomina: ſed tres tantum literæ. unde bene Plautus in Aulul. appellat furem hominum trium literarum. Quæ item a Politiano ſuper hoc loco narrantur argutius ſunt excogitata, q̃ ut hoc loco conueniant. De nomine, prænomine, & cognomine ex auctoritate Eutropij apud Perſium nonnulla commemorauimus: ubi oſtendimus eo temporum, quo Latius Sabinorum rex una cum Romulo regnauit. & unus populus Romani & Sabini facti ſunt. Romanos ad confirmandam coniunctionem nomina Sabinorum ſuis præponere conſueuiſſe nominibus: & inuicem Sabinos Romanorum ita: ut per tria nomina intelligendus omnino ſit nobilis Romanus: qui pręter prænomen & nomen aſciſcebat & cognomen: aut a maioribus partum: aut ab aliquo accidente acquiſitum. Vnde & Quintilianus ſic ſcribit lib. vii. Propria libera, quæ nemo habet, niſi liber pręnomen, nomen, cognomen. ❡ Quando propinat. diues, inquit, tam ſuperbus eſt, ut nunquam tibi poculum ſuum porrigat ad bibendum: neq; tuum accipiat ſi porrigas. Nam propinare eſt pprie poculum porrigere, & præbere ad bibendum. Martialis: Qui nulli calicem tuum propinas: Humane facis Herme, non ſuperbe. Trãquillus in Tiberio: Ignotiſſimum quæſturæ candidatum nobiliſſimis antepoſuit ob epotam in conuiuio propinante ſe uini amphoram: hoc eſt porrigente & præbente. Nec ſolum propinare ad potionem refertur, ſed etiam ad alia. unde Iulius Capitolinus in M. Antonio: Vt parte cultri ueneno lita uuluam inciderit uenenatam, partem fratri edendam propinans. Plinius libr. xx. capite. xi. Quidam, inquit, ad uuluæ dolorem radicem cum uino dulci propinant. Vnde & Terentius metaphoricos dixit in Eunucho: Hunc ego uobis comedendum & deridendum propino: hoc eſt trado & præbeo ſicuti pocula præbẽtur bibẽda: πίνω .n. idem eſt quod bibo. Ordo aũt eſt: Virro quãdo propinat tibi pocula plurima ſunt

Cacus

Hiſcere

Aſcit bat

Prop

ſententia

ſentẽtia probatiſſima,per quam oſtendit ꝙ infelix ſit ubiq; pauper. Homines,inquit,qui tegula ſint tributa,& per hoc pauperes, non audent inter diuites loqui.habentur enim fatui. ¶ Quadringenta: uenuſte mores humani generis explanat,apud quod homines nõ pro meritis uirtutũ: ſed pro qualitate fortunæ tantũ ſunt fauorabiles. Vt ſit ſenſus : Si tu qui nunc ob paupertatem diuiti es ludibrio: forte aut Deorum,aut alicuius hominis beneficio diuitias magnas ſortireris:ſtatim diuiti eſſes acceptiſſimus:te ſtatim ille ſumma beneuolentia complecteretur. ¶ Quadringenta.ſ.ſeſtertia:quæ ſumma erat equeſtris ordinis. Mart. Quadringenta tibi non ſunt Chereſtrate:Surge Lectius ecce uenit. ¶ Aut ſimilis:ordo eſt: Aut homuncio ſimilis Dijs.ſ.liberalitate. ¶ Homũcio:ab hoĩe ſunt quatuor diminutiua:homulus:homululus:homuncio:& homũculus. ¶ Et melior fatis ꝗ melior uideretˀ,&tibi magis ꝓpitius,ſi tibi id diuitiaꝝ largiretˀ, ꝙ ipſa fata:hoc eſt ipſi Dij, qui te pauperem feciſſent. ¶ Da Trebio: uerba ſunt diuitis ad miniſtrum, quem poeta introducit ita locuturum,ſi cliens ſuus daretur. ¶ Vis frater: attẽde ꝙ beneuola ſit inuitatio. ¶ Illibus:ilia (auctore Celſo) dicuntur pulpamenta, quę inter coxam & pubem imo uentre poſita ſunt. ¶ O nummi: acclamatio poetæ ſubſannantis prauos ſui tẽporis mores. Blanditur inquit nũmis,non homini. ¶ Dominus:licet hic,inquit, diues tam ſuperbus ſit in te,facile tamen in omne tibi obſequium flectes:eriſq; ei dominus,& rex.nã te ut cliens colet,ſi tibi nulli erũt liberi. ¶ Paruulus Æneas,i.paruulus filius.alluſio eſt ad illud Virg.in.4.Æn. Si quis mihi paruulus aula Luderet Æneas. ¶ Filia dulcior illo.ſ.filio.Nam parẽtibus filię ſexus imbecillitate ſunt magis cordi. ¶ Vxor ſterilis:uxor inquit,quæ liberos nullos parit, facit tibi diuitem amicũ. ¶ Sed tua nunc Mycale:ſed quãuis, inquit, Mycale uxor tua pariat nunc.ſ. cum ſis locupletatus: non te penitus aſpernabitur: ſed tecum una gaudebit tuis liberis,munuſcula iubebit afferri. ¶ Nunc dum factus es diues. Nam dum pauper eſt cliens, nullã ſentit diuitis in ſe humanitatem,nec ĩ filios. ¶ Et pueros tres.i.tergiminos.poteſt enim mulier uno partu tres parere.ſupra prodigioſum eſt.Plin.lib.7.Tergeminos naſci certum eſt Horatiorum, Curatiorũq; exemplo.ſupra inter oſtẽta adducitur. ¶ Loquaci nido:loquacibus puerulis:ut ſunt auiculæ garrulę in nido.eſt enim ſumptum ab auibus. ¶ Thoraca: thorax græca eſt dictio, ſignatq; pectus.Plin. Thoracẽ, inquit,purgant, bilem detrahunt.& plerunq; capitur pro ueſte, quæ forte pectus tantum muniat,ut hoc loco poeta accipit. Sueto.in Auguſto: Thorace laneo & fœminalibus & tibialibus muniebatˀ. Ariſt.li.1. de natura animaliũ: Thoracẽ eã partẽ in corpore hominis appellat quę a collo ad pudenda uſq; trunca pertendit. ¶ Minimaſq; nuces .i.auellanas. ¶ Aſſemq; rogatum:aſſes uariati fuerunt. nam librales antea fuerant:poſtea Hannibale urgente Qu.Fabio maximo dictatore unciales facti ſunt. In militari ſtipẽdio ſemper denarius pro decem aſſibus datus eſt.Pli. ¶ Infans paraſitus: ſimilis paraſito qui libenter menſas ſectetur. Nam paraſiti hi dicuntur, qui menſas nobilium ſectantur cauſa gulæ. ¶ Fungi ancipites : periculoſi.ſunt enim inuenti plerunq; letales: ut docet Plini. Seneca ad Lucilium: Quid tu illos boletos uoluptarium uenenum nihil occulti operis facere iudicas,etiam ſi preſentanei non fuerunt. ¶ Vilibus amicis: .i.infimis & pauperibus. ¶ Boletus:ex genere fungorũ eſt: olim Romano palato gratiſſimus : eo cum Claudius maxime delectaretur, ab Agrippina eius uxore per hanc occaſionem dato ueneno necatus eſt. Vnde ſequitur. ¶ Sed qualem Claudius edit:de hoc multa Tacitus, & Sueto. ¶ Claudius:quintus fuit Romanorum imperator pater Britannici. ¶ Vxoris: Agrippinæ. Agrippinas duas extitiſſe perſpicuum eſt. Ex quarum altera C. Caligula:ex altera Nero princeps, nati ſunt.uterq; humano generi perniciſiſſimus. Germanicus ex Agrippina filia Agrippæ ſuſcepit filiam Agrippinam: ex qua & Domitio Nerone,natus eſt Nero princeps : quem Claudius ducta in matrimonium Agrippina ſibi filium adoptauit. qui mox ſublato opera matris Claudio boleto medicato imperium occupauit ueritúſq; Britannicum, ne quandoq; apud hominum gratiam paterna memoria præualeret ueneno ſuſtulit.

¶ DVCERIS planta &c. Aliud genus contumeliæ.quod ne loquendi quidem libertas ſit clientibus: nec cum domino compotandi,aut conuiuandi familiariter. Ordo eſt: Tu duceris:ideſt extraheris planta.i.per plantã.uelut.i.ſicut. Cacus filius Vulcani, qui boues Herculis uenientes ex Italia abegerat: ut dicit Liu.li.1.& Virg. in.8.uelut ergo Cacus ictus.i.pcuſſus &occiſus ab Hercule: & extractus ex antro:quomodo in ipſum boues per caudas intraxerat, ne ueſtigia intrantium, ſed exeuntiũ apparerent. Verba uirgiliana ſunt:Pedibuſq; informe cadauer Protrahitur. & tu ponere.i.poneris.& derelinqueris foris.i.extra domum. ſunt enim futuri temporis indicatiui modi.duceris.i.poneris:quia mediam producunt. dico autem poneris.i.deponeris &c.quia ſi intelligas exponeris:iam diceret foras pone ergo foris:tanquam habeas tria nomina.i.ac ſi eſſes libertus eius,&ſumpſeris duo nomina eius ad tuum:&ita habueris tria nomina. ſi tentaueris.i.conatus fueris unquam hiſcere .i.mutire.i.etiam ſummiſſe dicere.quid.i.aliquid. Audiuiſtis explanationem Mancinelli,eandem quam Calderinus habet. Sed Angelus Politianus uir diuino ingenio, &incredibili ſtudio præditus cẽturiæ ſuæ cap.31.eam,quam nos poſuimus innuit: probans irrefragabilibus auctoribus libertos patronorum nomina habere.quo modo dictum autumat a Perſio : Exit Marcus Dama.i.qui Dama fuerat ſolũmodo appellatus.incipit iã manumiſſus Marcus appellari noĩe patroni ſui. Oſtẽdit ꝓterea teſtamẽtarios ſiue hęredes teſtõ ĩſtitutos teſtatoꝝ nomina habere:&nõ oẽs nobiles:nec ſolos tria nomina habere. Si quis dicat hęc quidem uera eſſe:ſed non continuo Iuuenalem ſic intellexiſſe:conuincetur,ſi contextum animaduertit. Nam ad id quod dicit:Duceris planta: dat exemplum Caci dicens: Sicut ictus ab Hercule Cacus ſup. protractus uel ductus eſt. & ad id quod ſequitur:Et ponere foris.ſubdit exemplum dicẽs: Tanquã habeas tria nomina.i. tanquam exiſtens libertus eius habeas tria nomina. & ita fueris illi iure patronatus obnoxius:nec audeas qcquã ꝓloqui:cũ tñ ſis ingenuus ex ingenuis natus.nõ ergo ordo eſt: Si qd tẽtaueris unꝗ hiſcere: tanꝗ habeas tria noĩa ſed ponere foris tãꝗ habeas tria noĩa.. Vnde niſi hęc ſnĩa optima &clariſſima eſſet: potius ſequerer primã expoſitionem Vallæ dicentis: Ponere foris tanꝗ habeas tria nomina.i.uocent te græci tribus nominibus incipientibus a K.apud nos a C.i.Cretenſem: Cilicia: Cappadoca. Nã peſſimi ſerui Cretenſes:Cilices:& Cappadoces produntur.ſed non procedit:& comicis potius ꝙ ſatyricis:Plauto ꝙ Iuuenali tale commentum quadret. Quin adeo ſententia ueluti ex uno poetę ſtomacho orta indicat:quod poeta intellexit clientem a diuite illo tractari ac ſi eſſet libertus eius.ſubdit enim. Quando propinat Virro tibi tanquam amico:& quando ſumit pocula contacta tuis labellis:ꝙ ſi dicat nunquam.cum non amicorum aut familiarium ſuorum, ſed libertorum loco te habeat. Quis ueſtrum.i.ex uobis eſt ſupple uſq; adeo.i.intantũ temerarius : quod uulgo dicitur præſumptuoſus: quis uſq; adeo perditus.i.nullius penſi:aut diſcretionis:ut dicat regi bibe.q.d.nemo. Plurima ſunt quæ homines læna.i.chlamyde, uel (ut uulgo dicitur) mantello.pertuſa.i.detrita.i.qui uilibus &detritis induuntur:non audent dicere:hoc eſt,ideo non habes auctoritatem loquendi:quia pauper & pannoſus es. Sed ſi quis Deus,ut Hercules,aut Mercurius,aut ſimilis Dijs.i.homo beneficus & liberalis Deo beneficentiſſimo in hoc ut cunq; comparandus:quo uerbo poeta, ſi animaduerterimus egregie liberalitatem laudat. uidetur enim qui diuitias ſuas dat,eas contemnere prę amicitia aut humanitate:& ita facere quod Euander ad Æneã.8.Æneid. dicit: Aude hoſpes cõtemnere opes, & te quoq; dignum Finge Deo. Mancinellus intelligit ſimilem Deo eſſe heroas. Et de homine dici quod ſequitur.& ſi homuncio.i.minimus hominum. melior.i.benignior in te.fatis.i.ꝙ fata:quæ te pauperem dereliquerunt. Ego ſic cõſtruo Si quis Deus aut ſimilis Dijs & melior fatis donaret tibi quadringenta ſupp.ſeſtertia.i.cenſum equeſtrem. quantus.i.ꝙ magnus tu homuncio.i.qui nunc reputaris homuncio,fieres:quaſi dicat maximus.& quantus amicus Virronis fieres ex nihilo.i.qui nullo gradu amicitiæ ei modo cõiunctus es.diceret enim tũc Virro: da Trebio:pone ad Trebium.o frater Trebi uis ab ipſis ilibus.i.inteſtinis pinguibus piſcium. Ad quod poeta: O nummi.ipſe Virro præſtat uobis hunc honorem:uos eſtis fratres eius.tamen ſi tu uis fieri dominus.i.obtinere multa obſonia a captatoribus unde facias conuiuia:& rex domini.i.illius qui te accipiet: ita quod maior ſis ĩ domo eius ꝙ ipſemet. Nullus Æneas paruus.i.nullus filius, qualem Dido ex Ænea ante obitum eius deſiderat.4.Æneid.luſerit tibi in aula.i. in atrio tuo exiſtens dulcior illo uidelicet Virrone captatore.nec filia dulcior illo eodem luſerit tibi.ſic melius intelligitur, ꝙ ut filiam dicas dulciorem filio. Vxor ſterilis.i.infœcunda facit amicum iucũdum &carũ ſup.captatoribus. Sed licet Mycale tua.ſ.uxor pariat. & fundat tres pueros ĩgremiũ patris.i.in gremiũ tuũ.ſimul.i.ſtatĩ. poſtꝗ ipſe dñs diues : ꝗ ſe ſimulat amicũ tuũ gaudebit nido loqci .i.garrulitate tergeminoꝝ filioꝝ.ipſe iubebit afferri thoraca.i.ueſtimẽtũ pectoris. uiridẽ.i.uiridis coloris:quo puer oblectetur. & minimas nuces.i.auellanas fructũ coryli.& aſſem rogatũ a puero.quo

tıes infans.i.filiustuus adhuc ĩfans.parasitus.i.incipiẽs amare mẽsas alienas more parasitorum. uenerit ad mẽsam eius: hoc ẽ q tibi orbo maxima quæque munera mitteret. nõ dabit trium liberorũ parẽti quicquam: nec liberis tuis etiam iucundis & delectabilibus nisi uilissima quæque. Vilibus ancipites &c. Hactenus ostensum est quomodo prior mensa diuersa sit domino & cliẽtibus, cæterisque ad cœnam uocatis tam in uino, & pane, q̃ ĩ obsonijs, & ministris. nũc ostendit differentiã secundæ mẽsæ: quam pomorum Ser. esse docet. & dicit ꝙ uilibus amicis anteponitur fungus cum periculo eorum uitæ: & domino boletus. domino item poma præstantissima: amicis uilissima. neque id tam ex auaritia dominorũ, q̃ ex malignitate eorum sit. gaudent.n. miseros clientes irridere: & se eorum dominos ostentare. Ordo est: Fungi.s.uilli. ancipites.i.dubitandi: quia cum periculo uitæ sumuntur. Interemerũt.n.aliqñ totas familias. unde (ut uitentur a pueris) rustici nõnulli panem Diaboli uocant. nascũtur in pratis & locis pinguibus periculosi. habẽt caput maius reliquo corpore. Vnde Plau. in trinummo. Sicophanta latissimo galero tecum: de fungino genere esse dicit: & materia eorum est lanugo, seu mucor terrę. fungi igitur ancipites potissimum suilli: qui parum rubent: ponentur amicis uilibus: boletus, qui etiam de genere fungorũ est: sed delicatissimus ponet sup. domino. sic & Mart. Sunt tibi boleti: fungos ego sumo suillos. sed sup. talis boletus ponetur domino, quales Claudius imperator edit.i.comedit. ante illũ .s. boletũ uxoris .i. quem uxor eius Agrippina ei anteponi curauit post quem nil amplius edit, quia eo intoxicatus est: hoc est boletus non uenenosus nec uenenatus. Item Virro.i.dominus conuiuit. diues.s.iubebit illa poma dari.i.ut illa poma dentur & reliquis Vironibus.i. Virroni in diuitijs & lauticijs similibus. quorum.s.pomorum. tu pascaris.s. uel oblecteris. sicut. 1. Æneı. Atque animum pictura pascit inani. uel reuera pascaris.i.reficiaris solo odore. Nã odore uehementi obsoniorũ, qui ea concoquunt, sic pascuntur: ut minus comedãt. famelicus ẽt suauissimo odore ad tẽpus reficitur: licet nõ pstet solidũ nutrimentũ. Nec intelligo (ut Valla) poetã hoc dicere uelle: quia tu q cõuiua es de illis pomis: non nisi odorẽ habeas: sed ꝙ si ea odorare dentur: tãtæ fragrãtiæ sint, ut uel solo odore pascaris.

Qualia perpetuus Phæacum Autumnus habebat,
Credere quæ possis surrepta sororibus Afris.
Tu scabie fruere mali, quod in aggere rodit,
Qui tegitur parma, & galea, metuensque flagelli,
Discat ab hirsuta iaculum torquere capella.
Forsitan impensæ Virronem parcere credas,
Hoc agit, vt doleas, nam quæ comœdia: mimus
Quis melior plorante gula: ergo omnia fiunt
Si nescis, vt per lachrymas effundere bilem
Cogaris, pressoque diu stridere molari.
Tu tibi liber homo, & regis conuiua videris,
Captum te nidore suæ putat ille culinæ,
Nec male coniectat. quis enim tam nudus, vt illum
Bis ferat Hetruscum puero si contingit aurum:
Vel nodus tantum, & signum de paupere loro:
Spes bene cœnandi vos decipit. ecce dabit iam
Semesum leporem, atque aliquid de clunibus apri.
Ad nos iam veniet minor altilis, inde parato,
Intactoque omnes, & stricto pane tacetis.
Ille sapit, qui te sic vtitur, omnia ferre
Si potes, & debes, pulsandum vertice raso
Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico.

IOAN. BRIT. ¶ QVALIA perpetuus: nã antiqtas (auctore Pli.li.19. ca.4.) nihil prius mirata est, q̃ & Hesperidum hortos, ac regum Adonis & Alcinoi. (Alcino⁹) Alcinous enim rex fuit Phæacum, qui hortos habuit perpetuis fructibus uirentes. auctor est Homer. in. 7. Odysseæ Nã (ut ille scribit) pyrum pyro succedebat, & malum malo, uua uuæ, & ficus fico. Vnde est illud Papinij: Vos quoque qui nũquam uacui prodistis ad æthera rami. ⁋ Autumnus perpetuus. perpetuum dicit autumnum, quia perpetui (ut diximus) fructus uirerent, sicuti cæterę arbores autumno poma sua ferunt. ⁋ Phęacum: Corcyrẽsium. Nam (Corcyra) antea insula appellata est Corcyra a uirgine Cyrcyra rapta a Neptuno. (Phęacus) Ex his natus est Phæacus: a quo Phæaces sunt denominati. (Phęaces) Ex Phæaco Alcinous q Vlyssem in Ithacã deduxit. ⁋ Sororibus Afris (Horti Hesperidum) in insula Mauritaniæ finxerunt poetæ hortos esse Hesperidum mala aurea ferentes, quos custodirent Ægle, Heretusa, Hesperetusa, & Draco peruigil. Hesperi autem illæ dicuntur filiæ fuisse, qui Atlantis frater fuit, & Iapeti filius. Ea poma Hercules fertur occiso Dracone abstulisse. Fabulosum id totum ostendit Pli.li.5.ca.1. his uerbis: Nec prȩter oleastros aliud extat ex narrato illo nemore: minus profecto mirentur portentosa Grȩcię mendacia de ijs prodita &c. ⁋ Tu scabie frueris mali: pomum, inquit, tibi datur scabiosum: quale comedit miles in aggere. uidetur autem poeta pomum illud intelligere, quod milites in aggere castrorum serebant. De quo ita Pli.li.15. cap.14. (Zinziphia Tuberes) Peregrinę sunt Zinziphia & Tuberes: quę & ipsa non pridem uenere in Italiã. hæc ex Africa: illa ex Syria. Sextus Papinius quẽ cõsulẽ uidimus primus, utraque attulit. Diui Augusti nouissimis temporibus in castrorũ aggeribus sata: bacis similiora, q̃ malis: sed aggeribus præcipue decora: quoniam & in tecta iam siluę scandũt. De tuberibus satis in Italia. sic Mart. Non tibi de libycis tuberes, & a pyrina ramis: De nomentanis sed damus arboribus. Aut reuera omne aliud pomũ modici saporis intelligit: quod milites plerunque deficiente copia cõmeatus cogũtur comedere. Vnde & Cęlius lib.8. ad Cice. Quid nũc tibi nostri milites, q durissimis & frigidissimis, deterrima hyeme bellum ambulando confecerũt, malis orbiculatis esse pasti uidẽtur. Ait enim ipsum militem rodere pomum in aggere: non autem pomum illic natũ. ⁋ Qui tegitur parma: periphrasis est peditis: cuius arma sunt parma & galea. ⁋ Ab hirsuta capella: hũc locum uarijs exponi modis a commentatoribus nõ ignoro. ut alij dicant ab hirsuta capella.i. ab amento caprino, quod hastę uibrandæ alligatur. Alij a sago cilicino, quod ex pilis hircinis texebatur: cuius usus esset & in nauibus & in castris. Alij a pharetra, quæ pelle caprina solet integri, ex qua iacula promuntur. Alij a capella hirsuta.i. post tentorium ex caprarũ pellibus confectum: quod non placet: quasi tentoria non alijs pellibus quam caprinis: & non bubulis potius integarentur. Ego uero expono ab hirsuta capella.i. ab hirsuto Cẽturione: quem ideo capellam appellat, ꝙ Centuriones ut homines robusti toto fere corpore hirsuti sint, fruticantibusque pilis sub alis odorem hircinum oleãt: quod ex sudore, nimijsque laboribus prouenire solet. tales autem ad militiã idonei putabantur. Vnde & Persis: Hic aliquis de gente hircosa Cẽturionum. Iuuena. Sed caput intactum buxo, naresque pilosas Adnotet, & grandes miretur Lælius alas. Hocque maxime placet: ut referas illud Discit ad magistrum ipsum. Nã Centuriones nouos milites erudiebant. neque enim conuenit militem discere ab amento q̃si amentum dictata tradat: ut duplici ratione capellam appellet Cẽturionem: & ꝙ odorem hircinum oleat: & hirsutus sit ut capella. Nec mirum capellam hirsutam capi pro Centurione: cum alibi in ultima Satyra Bardiacum cucullum calceum militarem & suras grãdes ponat pro milite & Cẽturione: cum ait: Bardiacus iudex datur hæc punire uolenti Calceus: & grandes magna ad subsellia suræ. Ita ut uerus sit sensus, per capellam hirsutã designari (ut diximus) Centurionẽ. ⁋ Iaculum torquere: nam tyrones in castris uarijs exercebantur modis. Cice. in. 2. Offici. loquens de filio sic ait: Magnam laudem ab exercitu consequebare: equitando: iaculãdo: omnia militari labore tolerando. ⁋ Forsitan impensę: Virro, inquit, tam contumeliose te non tractat, ꝙ impensæ parcat: sed ut te urat. nam maximam capit uoluptatem ex dolore tuo. ⁋ Nam quæ comœdia Comœdiæ enim & mimi iocis suis plurimum delectant: sed ex ijs, inqt tantam non capit uoluptatem, quantam capit ex mœrore tuo, quo ex gula afficeris. ⁋ Mimus: (Mimus Mimographi) genus est fabulæ parum a comœdia distans: unde mimographi appellantur mimorum scriptores. Eorum argumenta maiore ex parte stuprorum continent actus. Laberius eques Romanus mimos scripsit donatos a Cæsare quingentis sestertijs & annulo aureo, sessu ĩ quatuordecim. ⁋ Presso molari: nam ex nimia indignatione dentibus frendimus. (Molares Maxillares) molares autem ultimi sunt dentiũ, qui ꝯtruncatos prioribus cibos atque cõfractos subigũt & molunt. Vnde & molares uocati sunt: ijdem & maxillares. Molares etiam appellamus lapides, quibus frumenta molũtur in pistrinis. Bilem: coleram, cuius motu ostenditur animi indignatio. ⁋ Tu tibi liber homo: per sententiam alienam urbane ostendit hominem aliquo

aliquo uitio laborantem ex dogmate Stoico ſeruum eſſe: cum in poteſtate ſit uitij, & non ſua. Tu, inquit, per modicam prudentiam putas te liberum eſſe & conuiuã regis: ſed ille te ſeruũ gulæ agnoſcit. ¶ Nidore odore. Nam nidor idem eſt quod odor ex quacũq; re proueniens, ſed maxime ex combuſtis. Virgilius: Galbaneoq; agitare grues nidore chelydros. Idem illi ingens barba reluxit, Nidoreq; ambuſta dedit. Cicero in Piſonem pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atq; fumo. ¶ Culinæ: coquinæ. Nam culina dicta eſt a colendo, quaſi colina, ꝙ ibi ueteres colerent ignem locupletiorem domus. auctor eſt Nonius. ¶ Quis enim tam nudus: ſenſus eſt: Quis, inquit, eſt aut natus liber, aut libertinæ conditionis tam pauper, qui poſſit ferre tantam huius menſæ ſuperbiam & contumeliam: quaſi dicat nemo ferat niſi idem ſeruus ſit. ¶ Ferat bis illum: ut cum ſemel expertus ſit: iterum uelit experiri. ¶ Si contingit aurum Hetruſcum: ideſt ſi natus ſit liber & ingenuus. Nam bulla aurea, quod inſigne erat in ſpeciem cordis dependens a collo geſtabatur a pueris uſq; ad quartumdecimum ætatis annum. Hetruſcum autem appellat quod Tullius Hoſtilius tertius Rex Romanorum debellatis Hetruſcis ſellam curulem, lictoreſq;, & togam pictam, atq; prętextam, quæ inſignia magiſtratuum Hetruſcorum erant, primus ut Romæ haberentur, inſtituit. Sed prætextam illo ſęculo pueriliſ non uſurpabat ætas. erant enim, ut cætera quæ enumeraui, honoris habitus. Sed poſtea Tarquinius Priſcus de Sabinis triumphum egit: quo bello filium ſuum annos quatuordecim natum ꝙ hoſtem manu percuſſerat: & pro concione laudauit: & bulla aurea, prætextaq; donauit: inſigniens puerũ ultra annos fortem præmij uirilitatis & honoris. Nam ſicut prætexta erat magiſtratuum: ita bulla erat geſtamen triumphantium: quam in triumpho præ ſe gerebant: incluſis intra eam remedijs: quæ crederent aduerſus inuidiam ualentiſſima. Hic deductus mos, ut prætexta & bulla in uſum puerorum nobilium uſurparentur ad omen, & uota conciliandæ uirtutis: ei ſimilis cui primis in annis munera iſta ceſſerunt: Sed bulla aurea cum prætexta ingenuis tãtũ conceſſa eſt pueris: libertinorum uero filijs locum tantum: & prætexta, quæ duo hoc loco poeta tetigit. de bulla & prætexta legito Macrobium in primo Saturnalium, & Aſconium Pædianum. ¶ Altilis: gallina ſaginata, ut dictum eſt ſupra. ¶ Minor: imminuta a Varrone, qui partem eius comedit. ¶ Inde: ob eam rem: ꝙ ſperetis aliquid ex ijs habituros. ¶ Ille ſapit reuera, inquit, Virro ſapiens eſt: nec poſſum non laudare, qui te ita tractat. ſi potes. i. quando potes ferre tot contumelias. & debes: ſcilicet ferre. dictumq; eſt non ſine ſtomacho & indignatione a poeta. ¶ Pulſandum uertice raſo: eo, inquit, propter gulam paulatim peruenies: ut paſſurus ſis etiam more paraſitorum uerbera. Nam paraſiti dum menſas nobilium ſectabantur: multis uerberibus, alijſq; contumelijs afficiebãtur. Vnde paraſitus ille apud Terentius in Eunucho: At ego infelix neq; ridiculus eſſe: neq; plagas pati poſſum. Sic & paraſitus Plautinus in captiuis ait: Et hic quidẽ Hercle, niſi qui colaphos perpeti poteſt paraſitus, frangiq; aulas in caput. ¶ Vertice raſo: quem tibi in ludibrium abraſerint. ¶ Flagra: plagas illatas tibi per flagrum. idem enim eſt flagrum quod flagellum: ſed hoc per diminutionem: illud uero principale. Tranquillus in Othone: A prima adoleſcentia prodigus, ac procax adeo: ut ſæpe flagris obiurgaretur a patre. Illud ſciendum flagrum & flagellũ uſurpari ab auctoribus non ſolum pro plagis, & uerberibus, ſed etiam pro ipſis inſtrumentis quibus uerberamus. ¶ Dignus: totum cum indignatione pronunciandũ. dignus quidẽ es talibus ɔtumelijs, & tali amico, a quo ita tracteris, quando animo ſis tam ſeruili.

¶ QVALIA ſup. poma. autumnus perpetuus: ideſt maturitas perpetua pomorum, ac ſi ſemper eſſet autumnus: quo tempore hic poma matureſcunt. Phæacum ideſt illorum populorum: quorũ rex Alcinous erat. Scribit eni Homerus. 8. Odyſſeę: ꝙ Alcinous Phęacum rex hortos habuit perpetuis fructibus uirentes: in quibus pyrum pyro ſuccedebat & cæ. Phæaces autem a Phæace Neptuni & Cyrcyrę filio dicti ſunt. ut ſcribit Dion. ſup. ea iubebit dari poma quæ poſſis credere eſſe ſubrepta: ideſt clã ablata ſororibus Afris. i. Heſperidibus: quæ poma aurea propter fertilitatem terræ habuiſſe a græcis finguntur: uel quia oues optimam lanam ferentes habuerunt. eodem enim uocabulo quidam græcorũ & poma & oues uocant uidelicet mela. Tu quidem de pauperibus amicis frueris: ideſt cum delectatione præ inediaueſceris, ſcabie mali. i. pomi: hoc eſt porno ſcabioſo & fere ſiluestri. ꝙ is ſup. qui tegitur parma: ideſt breui ſcuto & galea. qui metuens flagelli: ideſt formidans percuti uite: ex ea enim erat flagellum, quo milites cedebantur: diſcit torquere ideſt uibrare: aut impellere iaculum: ideſt haſtam. amentatam: ideſt amento: hoc eſt chorda inuolutam. a capella hirſuta: ideſt a loro caprino. uel e pharetra caprina: hoc eſt corio caprino facta depromptum telum. uel ipſe ueſtitus ueſte ex pilo, aut lanicio caprino confecta: qua nautæ & milites contra ſæuitiam cęli utuntur. non enim a pluuia penetratur, uel a bellicis tormentis, uel alijs quibuſuis modis intelligas. dummodo periphraſticos: ideſt deſcriptiue. tyronem ideſt nouitium militem intelligas: qui ideo metuens flagelli dicitur quia ſine commeatu a militia diſcedere non audebat. & propterea dicit poeta: Tu frueris ſcabie mali: quod is qui &c. i. tyro uel nouus miles a caſtris diſcedere non auſus. rodit adhuc immaturum in aggere ſup. caſtrorum. ubi quædam poma ſeri Mancinellus ſatis recitat. Forſitan impenſæ. cauſam tam uilis cœnæ dicit eſſe non auaritiam dominorum, ſed petulantem malignitatem, qui ſuos irridere gaudent. Ordo eſt: Tu forſitan, credas Virronem parcere impenſæ ideſt cauere ne multum impendat. ſed erras ſup. quia ipſe agit: ideſt prætendit hoc. ut: ſcilicet doleas & fleas. & ita ſibi ſpectacula in mẽſa prębeas. nam quę comœdia ſubeſt melior: ideſt delectabilior gula plorãte: ideſt quam cum homo guloſus ploratio ipſa cœna ex indignatione & quis mimus: ideſt ſermo ad imitationem: & ad uerum factus & habendus: atq; agendus cum geſtu corporis eſt ſup. melior gula plorante, quaſi dicat nulla & nullus. Quia nõ poteſt quicquam eſſe uero ſimilius, ꝗ ipſum uerum. dum autem plorat talis conuiua: nõ iam ut minus agit & repreſentat plorantem: ſed eſt ipſemet plorans. Ergo ſi neſcis: omnia fiunt a domino ea intẽtione ſup. ut tu per bilem: ideſt amaram iram: quam prouocat bilis. cogaris effundere lachrymas: ideſt ut te faciat plorare. uel melius ut non ſit tranſpoſitio in textu. ut cogaris effundere: ideſt extinguere bilem. i. iracundiam tuam per lachrymas. quia mulieres & molli. animo bili per lachymas iracundiam & dolorem mitigant. unde Ouid. Expletur lachrymis. egeriturq; dolor. & ut cogaris diu ſtridere molari ſup. dente: quo cibus molitur preſſo: ideſt cõſtricto in ſignum occultę iracundię. Tu uideris tibi homo liber: & cõuiua regis: ideſt diuitis uiri: & multum erras: quia ipſe putat te eſſe captum: & ita mancipium ac ſeruum ſuum nidore. i. exhalatione & odore ciborũ ſuæ culinæ. nec coniectat male: quia reuera animum ſeruilem geris. n. pro quia. quis ſup. eſt tam nudus: ideſt pauper & inops. ut ferat: ideſt toleret: patiatur. bis illum: ideſt talem dominum irriſorem, quaſi dicat nullus. ſiquidem aurum Hetruſcum: ideſt bulla aurea, quam ex Hetruria primum Romam Tullus Hoſtilius tranſtulit. & quæ ingenuis tantum pueris conceſſa eſt ſi ergo aurum Hetruſcum contigit: ideſt datum fuit ipſi puero: ideſt cum eſſet puer: ideſt ſi ſit ingenuus uel ſi tantum nodus: ideſt bulla non aurea: ſed coria ex loro facta cordis figuram habens. unde dicit: Et ſignum de paupere loro contigit ſup. ipſi puero. i. ſi fuerit libertinæ conditionis. Spes bene &c. Pergit. Nam ordo eſt: Spes bene cœnandi decipit uos. dicitis enim in animo ueſtro ſup. diues dabit cras leporem ſemeſum: ideſt ſemicomeſtum: aut aliquid de clunibus apri. Altilis minor: ideſt gallina nondum perfecta uel imminuta ueniet: ideſt dono feretur cras ad nos. Inde: ideſt ex ea re, quia leporẽ, & aprum, aut altilem expectatis omnes tacetis. pane exiſtente parato ad hoc: ut comedatur. q; ꝓ &. intacto: ideſt adhuc integro. & ſtricto: ideſt imminuto. ablato cortice: ideſt omnino adaptato ut comedatis. uel ſtricto. i. ſtrictim ablato e menſa a uobis intacto. Aliter ſic. Inde poſtquam ſic ſpiratis exiſtentes domi ueſtræ: quia dictum eſt Cras dabit &c. uos omnes tacetis: ideſt contenti eſtis. pane parato: ideſt parabili cito & uulgari. & intacto quem dominus, qui eum miſit non eſt dignatus contingere. & ſtricto ideſt modico, tamen & imminuto. o Trebi ille ſapit: ideſt ſapiens eſt. qui utitur te ſic: ideſt hoc modo. ſi tu potes & debes ferre omnia ſup. dura & intolerabilia: ſicut ſerui. tu præbebis quandoq; caput tuum pulſandum ab ipſo diuite: capite tuo raſo more libertorum eius. nam qui manu mittebantur raſo capite accipiebãt pileum. nec timebis iam aſſuefactus pati dura flagra: ideſt flagella. nam diminutiuum a flagro eſt flagellum. exiſtens dignus his: ideſt huiuſmodi epulis tam uilibus: & tali amico tam iniquo.

F I N I S.

IVNII IVVENALIS AQVINATIS.

SATYRA SEXTA.



IN SEXTAM SATYRAM IVVENALIS ARGVMENTVM.

Credo pudicitiam. Diſſuaſurus hac Satyra poeta amico ſuo Vrſidio ne ducat vxorem: ingenti utitur arte. omnia enim uitia, quibus genus fęmineum laborat, commemorat. nihil omittens, quod ad partes diſſuaſionis pertineat. Deniq; mouet eum omnem vitę potius ſortem, quam connubium apprehendẽdam. Talem igitur nactus occaſionem adulteria ſui temporis acerbitate ſatyrica inſectatur: irridenſq; legem Domitiani: qua adulteria prohibuerat: tantam mulierum eſſe impudicitiam dicit, ut oſtendat reuoluta ſeculorũ origine ab ętate uſq; argẽtea mortales adulterii flagraſſe. Illud autem unum monendum putaui: vt interpretaturus hanc Satyrã ſumma vtatur reuerentia: ne adoleſcentuli, quorum mentes facile ad vitia inclinantur, turpia audiendo aliquo ſe flagitio contaminent.


REDO pudicitiã Saturno rege moratam
In terris, viſamq; diu, cũ frigida paruas
Præberet ſpelunca domos, ignẽq;, laremq;,
Et pecus, & dominos cõmuni clauderet ũbra
Siluestrem montana torũ cũ ſterneret vxor
Frondibus, & culmo, vicinarumq; ferarum
Pellibus, haud ſimilis tibi Cynthia, nec tibi cuius
Turbauit nitidos extinctus paſſer ocellos,
Sed potanda ferens infantibus vbera magnis,
Et ſæpe horridior glandem ructante marito.
Quippe aliter tunc orbe nouo, cæloq; recenti
Viuebant homines, qui rupto robore nati,
Compoſitiq; luto nullos habuere parentes.

IOAN. BRIT.

Satyra Sexta, Credo pudicitiam.


VDICITIAM moratã in terris .i. mortales diu inter ſe bene, pudiceq; uix. ſſe. ¶ Saturno rege .i. ſeculo aureo. quo tẽpore Saturnus regno ab Ioue filio pulſus, Latio cũ Iano imperauit: tũc enim ętas aurea fuiſſe dicit: cũ homines poſt diluuium cacumina mõtiũ tenerent: in ſpeluncisq; uictitarẽt pomis, cęteriſq; fructibus agreſtibus cõtenti. Vnde eſt illud Lucretij: Sed nemora, atq; cauos mõtes, ſiluaſq; colebãt: Et frutices inter ꝯdebant ſqualida mẽbra. ¶ Laremq;: unuſquiſq; Deũ domi ſuę colebat: quẽ Larem familiarẽ appellabãt: eũq; ꝑſidem uocabant: cui canis aſſiſti, & ipſe Deus pellibus caninis ueſtit: cuius rei rationẽ reddit Plutar. in ꝓblematis, & Apul. in lib. de Dæmonio Socratis pleraq; dicit, & nos apud Perſiũ illic: Bullaq; ſuccinctis Laribus donata pepẽdit. ut autẽ Lares domi colerẽtur inde ortũ docet Seruius ꝗa apud antiquos mortui in domibus ſuis ſepeliebantur: quos, ut Deos domeſticos colere cœperunt & uenerari, Lareſq; appellarunt. ¶ Culmo: culmus proprie appellatur ipſa palea: unde culmina domuũ ſunt appellata: ꝙ prius culmis: hoc eſt paleis, integerẽtur. ¶ Pellibus uicinarũ ferarum: nam rudes illi antiquiſſimi ex ferarũ pellibus nõ modo lectos ſternebant, ſed & ueſtes ſibi cõficiebant. Vnde Lucretius Pellibus & ſpolijs corpus ueſtire ferarũ. Propert. Atq; hinuli pellis totos operibat amantes: Altaq; natiuo creuerat herba toro ¶ Non ſimilis tibi: non ea mollicie: nec ijs delitijs. nam & luxu ueſtium & margaritarũ oblectabatur: ut ſæpe conqueritur Propertius: Quid iuuat ornato ꝓcedere uitta capillo. Et alibi: Matrona incedit cenſus induta nepotum: ſicq; poeta ueteres laudando, uituperat mores ſui tẽporis. ¶ Cynthia: Propertij fuit amica. Vnde illud cecinit: Cynthia prima ſuis miſerum me cœpit ocellis. Alibi: Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit. ea Hoſtia dicebatur: ſed Propertius mutato nomine Cynthiam uocauit: ut auctor Apul. in. 1. Apologia. ¶ Nec tibi. ſ. o Lesbia amica Catulli, quę paſſerculũ (quẽ in delitijs habebant) cũ amiſiſſet multũ fleuit, adeo mollis & delicata erat Vnde Catullus: Paſſer mortuus eſt meę puellę: Quẽ plus illa oculis ſuis amabat. Et ĩfra: Tua nũc opa meę puellę Flẽdo turgiduli rubẽt ocelli. Ea ꝓprie dicebãt Clod. ut auctorẽ idẽ Apul. ĩ eadẽ Apologia. ¶ Sed ferẽs: ſed ꝙ ferret. ¶ Horridior: ĩcultior, minuſq; mollis marito ſuo. ¶ Ructãte glãdẽ: q glãde paſcebat. Nã (ut diximus) rudi illa ętate mortales añ uſũ tritici agreſtib⁹ pomis ueſcebãt. ¶ Orbe nouo: ętate illa aurea: cũ hoĩes eſſẽt noui & recẽs nati. ¶ Rupto ro. cũ ꝑma illa ętate hoĩes añ factas domos ĩ ſpelũcis, ſiluiſq; more ferrarũ habitarẽt: cũq; ex arborib⁹ uetuſtate cauatis tãꝗ ex domicilio exirẽt, putabãt ex arborib⁹ eẽ nati. Qđ Virg. ſic ꝓſeqt· Hęc ne mora idigenę Fauni, nymphęq; tenebat· Gẽſq; uirũ truncis, & duro robore nata. Quis neq; mos, neq; cultus erat, nec iungere tauros, Aut cõponere opes norãt, aut ꝑcere ꝑto. ¶ Robore: robur arbor ẽ glãdifera, uerũ a poetis ſępe capit ꝓ oĩ ligno, ut eſt illud: Cape robora paſtor. Robur itẽ ponit ꝓ fortitudine. uñ robuſtũ appellamus corpus .i. forte & ualidũ. ¶ Cõpoſitiq; luto aluſio eſt ad id, qđ ex luto Prometheus hoĩem finxerit q. d. Ex quo hoĩes cœperũt non ex arboribus naſci, neq; ex luto formari, ſed ex parẽtibus ꝓcrearĩ, & ꝯnubia ſunt inſtituta, adulteria cœperunt committi.

Ætas aurea — Lar — Culmus — Culmina — Cynthia — Robur

ASCE.


Redo pudicitiã &c. Secũdũ Calderinũ argumẽtũ huius ſextę ſatyræ hmõi eſt: Adulteria ꝗ lege ꝓhibuerat Domitianus tota Satyra inſectat poeta: & legẽ irridẽs, ꝗ cõtẽnebat. & notãs tẽpora ſua. Monet aũt Poſthumũ Vrſidiũ ꝗ de uxore ducẽda tractabat: cẽm uitę ſortẽ cõnubio ꝑferẽdã eſſe immo ẽt mortẽ: & eã quidẽ turpiſſimã: ꝗa ſuſpẽdio pagẽdã. nõ ꝙ cõnubia dãnet: ſed ꝗa intolerabiles Romæ ſint uxores tũ ꝑ intolerabilẽ ſuperbiã. Vñ multa mulierũ uitia recitat: repetitaq; ſeculorũ origine, oñdit nullũ uitiũ appetiſſe prius mortales ꝗ̃ adulteria. Scribit idem Calderinus ꝙ tres Ioues fuerunt. duo theologi nati in Arcadia quorũ alter erat filius ætheris & Proſerpinę frater. alter filius Cęli & pater Mineruę. tertius Saturni fili⁹ a quo ipſe Saturnus expulſus, cũ Iano in Latio regnauit ętate aurea: ut Heſio. 1. docuit. Homerus uero (ſi Platoni credimus) ſeculũ aureũ deſignauit ĩ Cyclopib⁹: quos ſcribit poſt diluuiũ mõtiũ cacumina tenuiſſe: in ſpeluncisq; uictitaſſe: fructibus ſponte naſcẽtibus. Ordo eſt: Ego, inqt, Iuue. credo qdẽ pudicitia .i. ꝯiugalẽ caſtitatẽ. moratã ſup. eſſe in terris iter hoĩes. ſ. Saturno rege .i. regnãte uel exiſtẽte rege: hoc eſt dũ regnaret ĩ Latio, & uiſam diu cũ .i. qñ. ſpelũca .i. cauerna ĩ terra, aut rupibus exhauſta: aut manu: aut natura frigida: nullis plumis. ſ. fulta: & in terra quę frigida & locata. ꝑberet ſup. mortalibus paruas domos .i. domicilia modica. que pro &. & cũ ſpelũca clauderet cõmuni .i. una eadẽ umbra .i. coopertura. ſ. teſtudine ſpeluncæ ignẽ & Larem .i. Deũ familiarẽ: qui in foco colebat. & pecus, cũ cubilia aut ſtabula non haberent & uidet reſpexiſſe ad Polyphemũ, quẽ Virg. 3. Æneі. dicit oues ĩ antro ſuo habuiſſe. & quem Homerus dicit aurea ętate fuiſſe. & dños .i. patresfamilias. & cũ uxor montana .i. in montibus habitans. ſterneret .i. ęqret. & ſtrueret torũ .i. lectũ a tortis herbis dictũ. frondibus .i. arboribus

Ioues tres — Ætas aurea

folijs

Multa pudicitiæ veteris veſtigia forſan,
Aut aliqua extiterant,& ſub Ioue,ſed Ioue nondũ
Barbato,nondum Græcis iurare paratis
Per caput alterius,cum furem nemo timeret
Caulibus,aut pomis,& aperto viueret horto.
Paulatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſsit
Hac comite,atq; duæ pariter fugere ſorores.
Antiquum,& vetus eſt alienum Poſthume lectum
Concutere,atq; ſacri Genium contemnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.
Viderunt primos argentea ſæcula mœchos.
Conuentum tamen,& pactum,& ſponſalia noſtra
Tempeſtate paras,iamq; a tonſore magiſtro
Pecteris,& digito pignus fortaſſe dediſti.
Certe ſanus eras;vxorem Poſthume ducis?
Dic qua Tiſiphone?quibus exagitare colubris?
Ferre potes dominam ſaluis tot reſtibus vllam?
Cum pateant altæ,caligantesq; feneſtræ?
Cum tibi vicinum ſe præbeat Æmilius pons?
Aut ſi de multis nullus placet exitus, illud
Nonne putas melius,quod tecum puſio dormit?
Puſio qui noctu non litigat?exigit a te
Nulla iacens illic munuſcula,nec queritur,quod
Et lateri parcas,nec quantum iuſſit,anheles.

folijs:quæ propriæ frondes ſunt. & culmo .i. calamis ſegetum,qui quia ſternuntur ſtramina a plerisq; uocantur. & pellibus ferarum uicinarum:quia inter eas uerſabatur. Exiſtens ſupple haud.i.non. ſimilis tibi o Cynthia amica Propertij.de qua ipſe in principio ſic: Cynthia prima ſuis miſerum me cœpit ocellis: Contactum nullis ante Cupidinibus.nec ſimilis tibi o Lesbia amica Catulli. cuius nitidos ocellos paſſer extinctus.i. mortuus.turbauit lachrymis. ſ. ut approbat Catullus ipſe. Sed ferens ubera potanda non ſolũ ſugẽda:ergo magna,& magnis infantibus qui tunc magni erãt quando materno lacte nutriebãtur:quod potius dicerẽ, q̃ quod ideo magni dicantur:quia ſecũdum Heſiod. primo ſæculo homines centum annis ſub matris imperio ſteterant:quia non ſemper fugebant. Vult autem poeta duo oſtenderet humano generi utiliſſima: utpote quo medio pudicitia conſeruari poſſet: quia eodem quo tũc ſeruata eſt .ſ.labore:uigilia:neglectiore cultu liberorum proprijs mamillis educatione,frigore, & parco alimento:quia (ut.dicit Comicus) ſine Cerere & Baccho friget Venus: ideſt ſine cibi & potus copia nulla eſt luxuriæ potentia. hęc autem omnia latius explicabit poeta in hac Satyra ibi: Seruabat caſtas humilis fortuna Latinas &cę.Item quo pacto ualidiores ſint infantes: quia ſi materno lacte nutriantur. De quare Phauorinus philoſoph' apud Aulum Gellium lib. 11.capi. 1. multa notatu digniſſima profert. inter quæ hæc ſunt ad matrem, quæ filiæ nutricem procurauerat uerba Oro te mulier ſine eam totam ac integram eſſe matrem filij ſui. Quod eſt enim hoc contra naturam imperfectum,atq; dimidiatum matris genus:peperiſſe:ac ſtatim a ſeſe abieciſſe? Aluiſſe in utero ſanguine ſuo neſcio quid qđ non uideret:non alere ſuo lacte quod uideat iam uiuentem:iam hominẽ:iã matris officia implorantem. An tu quoq; putas naturam feminis mammarum ubera quaſi quoſdã uenulos uenuſtiores nõ liberorum alendorum: ſed ornandi pectoris cauſa dediſſe? & alia multa quæ illic uidenda ſunt. priſcis ergo temporibus naturam ſecutæ ſuos fœtus alebant.unde dicit hic ꝙ magnis infantibus uxor montana ferebat,exiſtens ſæpe horridior.i.aliquantulum horrida: .i.frigore concuſſa marito ructante glandem. qua tunc, ſcilicet & aqua ueſcebantur.ut Boetius atteſtatur. & Virgil. Georgicorũ.1. his uerbis: Liber & alma Ceres ueſtro ſi munere tellus: Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta:Poculaq; inuentis acheloia miſcuit uuis. Quippe quia certe homines uiuebant tunc aliter. orbe:ideſt globo mundi exiſtente nouo. & cælo recenti: ideſt recenter a terra cęterisq; elementis dirempto ſecundum gentiles: & ſecundum nos recenter a Deo creato. Sed aduertendumq; cum una quæq; gens antiquitatis gloriam lubenter ſibi uendicet:ut Arcades ſecundum Statium: & gens italica ſecundum Virgil. quæ aſſerit ſuos indigenas.i.hoies nõ aduenas.ſed inde.i.ex eo loco genitos:ea tẽpeſtate fuiſſe: q̃ Ianus Saturnũ accepit. & id in exordio mũdi.cũ tñ conſtet aduenie nte Saturno,uel quo tempore eum aduenisse dicunt.multos populos i multis regionibus fuiſſe:ſed poetice fingit poeta ſub Saturno illo mũdum fuiſſe nouum, & populum nouũ:cuius (quia creationem capere non poterant) dicebant ex cęlo & terra.i.uirtute cæleſti:quaſi ex putrefactione genitos. quia uero in cauatis arboribus reſidebant,fictum eſt quod gens illa ſit duro robore nata. ut Virg.dicit: & Statius his uerbis: Arcades huic ueteres aſtris, Lunaq; priores: Agmina fida datis:nemorum uos ſtirpe rigẽti Fama ſatos: cum prima pedum ueſtigia tellus Admirata tulit nondum arua,domusq;,nec urbes,Connubijsq; modus:quercus,lauriq; ferebant Cruda puerperia:ac populos umbroſa creauit Fraxinus: & fę

ta uiridis puer excidit orno &c. Viuebãt ergo aliter tũc hoies, q na ti robor̃ rupto ut eniteret̃. & q cõpoſiti luto nullos habuer̃ parẽtes.

IOAN. BRIT.

¶ MVLTA pudicitiæ:primis,inquit, temporibus ętatis argenteæ cum Iupiter regnaret,homines ſancte & pudice uixerunt, exiſtente adhuc Ioue impubere:ſed iam barbam producente, cęperũt paulatim adulteria committi. ¶ Veſtigia pudicitię:hoc dictum eſt ex ſententia eorum: qui crediderũt pudicitiam Deam fuiſſe honeſtatis, quæ cum inter mortales uerſaretur, uideretq; ſe contemni, ſtupraq; ubi cõmitti, aufugiſſe fertur cum Iuſtitia in cęlum. Veſtigia enim dicuntur ſimulachra pedum.unde eſt uerbum inueſtigare.q̃ſi per ueſtigia aliquid quęrere. ¶ Græcis nondum paratis iurare .i.cũ adhuc homines magna uiuerent ſynceritate:nec adhuc eſſent aliqua periuria:quorũ primi uidentur fuiſſe Gręci inuẽtores. nam ſemper perfidos fuiſſe,& habitos indicat Plau.in aſinaria: Cætera quæ uolumus uti, gręca mercamur fide.i.ſtati enumerato pretio,quia aliter Gręcis non creditur. Tullius itẽ in oratione pro Flacco loquẽs de Gręcis ſic ait: Teſtimoniorũ religionem, & fidem nunquam iſta natio coluit. ¶ Per caput alterius ſic enim iurare conſueuerunt antiqui. unde & Aſcanius ſic iurat apud Virgil. Per caput hoc iuro per qđ pater ante ſolebat. ¶ Aperto horto. i.cum unuſquiſq; uiueret horto aperto non clauſo: neq; enim fures timebantur. uerum poſtea (ut ſcribit Plin.) ſæua latrocinatio cœpit præfigere aſpectus hortorum. ¶ Aſtræa:ſatis urbane oſtendit poeta iuſtitiam, tanquam hominum ſceleribus offenſam,una cum pudicitia in cælum euolaſſe. De ea ſic & Valerius Flaccus: Terriſq; relictis Inuocet aſſiduo ſaturnia ſidera quæſtu. Aſtrea autem dicta eſt iuſtitia,ꝙ Aſtrei gigãtis ex Aurora filia fuit. ¶ Hac comite.i.pudicitia. hoc autem eſt ex uerſu Heſiodi: qui ſcribit pudorem & iuſtitiã ætate antea ænea in cælũ aſcendiſſe. ¶ Duæ ſorores:Iuſtitia enim, & Pudicitia ſorores fuerunt. ¶ Antiquum & uetus eſt:aperte oſtendit Vrſidio ducendam non eſſe uxorem:quando iam antiquum ſit adulteria committi: ſicq; utitur diſſuaſione a uituperatione rei. ¶ Genium ſacri fulcri.i. religionem matrimonij. nam Genium Deum appellabant:qui uim obtineret rerum omniũ gignendarum. Aufudius Genius,inquit,Deorũ eſt filius & parens hominum: ex quo homines gignuntur.propterea Genius meus nominatur?quia me genuit. In honorem Genij lectus nuptialis ſternebatur:qui genialis nominabatur. Laberius uero ait Genium Deũ eſſe generis uentri parentem.unde illud eſt: Indulge Genio. & genialis agatur iſte dies. Alij dixerunt Genium eſſe uniuſcuiuſq; loci Deum. Apul.uero ait in lib.de Deo Socratis: Animum humanum dum in corpore noſtro ſitus eſt, Dęmonem nuncupari,quẽ lingua noſtra Genium uocare poſſumus: quoniã is Deus,qui eſt animus ſui cuiuſq;, quanquam ſit immortalis: tamen quodam modo cum homine gignitur. De Genio plura diximus ex ſententia Cenſorini apud Perſium illic: Fũde merum Genio. ¶ Fulcri.i.lecti.nam fulcra dicuntur ipſa ligna:quæ lectum fulciant & ſuſtineant. Vnde & Sidonius ſellarum equeſtriũ ligna fulcra appellat his uerbis: Alij ſellarum equeſtrium madefacta ſudoribus fulcra reſupinant. ¶ Sacri:uenerandi. ¶ Conuentum:hominum multitudinem & cœtum a conueniendo:ſicut cœtus a coeundo. ¶ Sponſalia:nuptiarum contractũ, qui fit per ſtipulationem & ſponſionem. Nam qui uxorem ducturus erat ab eo,unde ducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri. Qui daturus erat itidem ſpondebat daturum:is contractus ſtipulationum, ſponſionum ſponſalia dicebantur. Tum quæ promiſſa erat ſponſa appellabatur,qui ſpoponderat ducturum ſpõſus. ¶ Iam pecteris:iam poliris & comeris:ut eas cultior ad ſpõſam.

Veſtigia
Inueſtigare
Græci perfidi
Aſtræa
Genium
Fulcra
Conuentus
Cœtus
Sponſalia
Sponſa
Sponſus

¶Pignus:annulum,quem ſponſus puellę digitũ induit.De quo mo
re ita ſcribit Tertullianus: Aurum nulla norat præterquam unico
digito,quem ſponſus oppigneraſſet pronubo annulo.Plini.tamen
li.33. ſcribit temporibus ſuis ſolitum annulum mitti ferreum ſpon
ſæ,eumq; ſine gemma.¶Certe ſanus erat:ac ſi dicat,nunc ſine cõ-
trouerſia deſipis,qui de uxore ducenda cogites. ¶Vxorem poſthu
me ducis:ea interrogatione legendum,qua ne aliquid fiat,inhibe-
mus.¶Qua Tiſiphone:quo furore,qua ueſania agitaris? Nam per
Furię Tiſiphonem omnes furias infernales intelligit,quę tres a poetis fin
tres guntur ad tormenta ſceleſtæ mentis,& inſaniam mouendam deſti
natę.Vnde & Oreſtes furijs iſernalibus agitatus.¶Quibus colubris
idem dixit. nam furijs infernalibus dantur ſerpentes pro crinibus.
¶Ferre potes? potes ne ĩquit cogitare de ducẽda uxore,cũ ad necẽ
multæ ſint tibi uiæ?ac ſi dicat:longe ſatius eſſet tradere ſeneci,q̃ cõ
nubium appetere.Vnde extat carmen illud Crateris e gręco in lati
num uerſi ab Eraſmo in prouerbijs: Coniũgium ſequeris, quanta
hic te cura ſequetur?Deſolatus eris,ſi ſine coniuge eris.Si tollis ſo-
bolem,multo educenda labore eſt.Hoc autẽ eſt ex prouerbio, quo
uti ſolemus in ſumma rerum deſperatione. Sic & Terent.in Phor.
Opera tua res mihi ad reſtim redijt planiſſime. ¶Vllam dominam:
facete autem uxorem dominam appellat:quaſi quę marito imperet.
¶Saluis tot reſtibus:cum poſſis uitam tuã laqueo finire.¶Cum pa-
teant altæ feneſtræ:unde te poſſis præcipitare. ¶Caligantes:quæ ni
Æmilius mia altitudine ſua caliginem oculis obijciant.¶Æmilius pons: un-
pons de te des pręcipitem.Nam pons Æmilius eſt in uia Flaminia diſtãs
Miluius ab urbe ultra primum lapidem.idem Miluius eſt dictus:quẽ Scau-
pons rus Æmilius (ut auctor eſt Plin.de uiris illuſtribus)in cenſura fecit.
¶Aut ſi de multis:ſed ſi, inq̃t,tibi nullo modo placet oppetere mor
tem:nonne putes melius puerum habere: qui tecum dormit?q.d.il
lud uitę inſtitutum tibi magis eſt tenẽdum,q̃ ducere uxorem.¶Pu-
ſio dormit:illud attendendum eſt,ꝙ dormit dixit, non dormiat. In-
nuit enim Vrſidium turpiter pueros adamaſſe.Non poſſum hoc lo-
co turpe poetæ conſilium non deteſtari:qui eo cęcitatis peruenerit
ut ea probet,quæ ab omni honeſtate ſint penitus ſoluta. Quare il-
lud maxime interpretantibus poetam ſeruandum eſſe cenſeo:ut cũ
in talia inciderint,aut illa in totum prætereant, aut ſiquid dicẽdum
rati fuerit,tali modeſtia legãt, ut auditor a tali turpitudine penitus
Puſus ſe auertat. ¶Puſio:puſum (ut auctor eſt Varro) puerum dixerunt,
Puſa & puſam puellam. unde puſio puſillus puer. quo uocabulo ſępe uti
Puſio tur Diuus Hieronymus in epiſtolis ad Furiam de uiduitate ſeruan
Puſillus da ſic ſcribit: An uereris ne proles Furiana deficiat,& ex te parens
non habeat puſionem,qui reptet in pectore. Et alibi ad Saluiuam:
Nebridius puſio patrem quærentibus exhibet.Cic.in.1.Tuſcul.Pu
ſionem quendam Socrates interrogat quædam geometrica de di-
menſione quadrati. Ad ea ſic ille reſpondit ut puer. Apuleius li.9.
At uero adulter belliſſimus ille puſio, inclinatã dolio pronam uxo
rem fabri ſuper incuruatus ſecure dedolabat.¶Lateri parcas:ꝙ nõ
coeas.latera enim nimio libidinis uſu offenduntur.Vnde Martia.
Rumpis Baſſe latus,ſed in comatis, Vxoris tibi dote quos paraſti.
Apule.lib.8.Metamor.Sed diu uiuas,& dominis placeas,& meis
defectus lateribus conſulas. Sunt enim in lateribus renes:quos ait
Varro ita dictos:quaſi riui ab ijs obſcęni humoris oriantur.¶Quã
tum iuſſit:nec tam aſſiduus ſis in coitu q̃ iuſſit.

ASCen. ¶MVLTA pudicitiæ &cę.oſtendit quomodo pudicitia prima
defecit.i.dereliquit mortales:& ꝙ parum apud eos manſit:ut ex or
dine capies:qui talis eſt:Multa ueſtigia ueteris pudicitię forſan:aut
ſi non multa:ſaltem aliqua extiterãt.&.i.etiam.ſub Ioue.i.ſub ęta-
te argentea , ſed Ioue nondum barbato.i. priuſquam Iupiter eſſet
barbatus.& gręcis nondum paratis iurare per caput alterius: dicit
gręcis nondum paratis tanq̃ perfidis & periuris. ut quibus nunq̃
deeſt teſtimonium:nec teſtis prętio iurare paratus.unde cępit fides
eis a negociatoribus minor haberi:cogebãturq; præſenti pecunia
omnia mercari.unde Pla.in Aſinaria:Cætera quibus uolumus uti,
græca mercamur fide:hoc eſt tradito prætio e ueſtigio:ꝙ uero ad-
dit per caput alterius:ſecundum interpretes huius loci intelligendũ
eſt græcos potiſſimum in teſtimonium per caput alterius iurare
ſolitos:ut pater per caput filij: quaſi per ſalutem eius: quod uidetur
pulchre ſignificaſſe Iulius Aſcanius li.9.dicens: Per caput hoc iu-
ro:per quod pater ante ſolebat.q.d.Ego nũc more italico per hoc:
.i.per meum caput iuro:per quod pater meus Æneas cum greciſſa
ret iurare ſolebat ante,ſup.q̃ in Italiam ueniſſet.ſed huic loco meo
quidem iudicio (nam ab alio non accepi) non male quadraret: ſi
dixerimus græcos tunc per caput alterius:ut Saturni,aut Iouis iu
rare incepiſſe:ubi eos Deos eſſe effinxerant.q.d.cum Iupiter & Sa-
turnus pro mortalibus haberentur:nec Iupiter per flagitia & adul-
teria apud græcos meruiſſet:ut ꝓ Deo haberetur:& per eius caput
iurarent.& cum nemo timeret caulibus & pomis:nam fruges non
dum inuentę erant.i.holeribus & fructibus arborum furem. & cũ
ſup.quilibet uiueret horto aperto.i.non clauſo contra fures.i.cum
nemo decerperet quod non plantauerit.Quia (ut Pli.ſcribit) ſæua
latrocinatio coegit pręfigere aſpectus hortorum : quinetiam poſt
inuentam frugem:ubi fures quod non ſeuerant,metere inceperũt,
inuentæ ſunt leges.& ideo uocat Virg.Cererem.4.Æneid.legiferã
dicens:Legiferæ Cereri &c. Aſtręa.i.uirgo Aſtręi filia:quæ iuſtitia
dicta eſt.De qua Virg.in Buc.Iam redit & uirgo,redeunt & ſatur-
nia regna.& Ouid.Victa iacet pietas,& uirgo cæde madentes Vl-
tima cæleſtum terras Aſtræa reliquit.receſſit a mortalibus.ſ.paula-
tim:quia ſecundum Ouid. ultima deinde increſcente.ſ. perfidia ad
ſuperos:ad quos omnes iuſti tendunt,hac.ſ.pudicitia comite.i.co-
mitante ſecundum Iuue.cum tamen ſecũdum alios multo ante di-
ſceſſerit pudicitia,q̃ iuſtitia. atq; duæ ſorores.ſ.iuſtitia & pudicitia
fugere.i.fugerunt pariter o Poſthume.antiquum & uetus eſt ſup.in
ſtitutum concutere.i.conturbare , uiolare.lectum.i.torum alienũ.
per adulterium.ſ.atq; contemnere Genium.i.Deum generationis.
& ſacri.i.matrimonialis,fulcri.i.lecti,qui genialis dicitur. ponit au
tem partem pro toto.quia fulcrum eſt, quo lectus fulcitur. & bene
dicit ſacri: quia matrimonium legitimum ſacramento fit : aut quia
de iure lectus matrimonialis ſacer.i.iuiolabilis ſit. Ætas ferrea pro
tulit.i.produxit.mox.i.paulo poſt.omne aliud crimen præter adul-
teriũ.ſ.ſed ſæcula argentea uiderunt primos mæchus.i.adulteros:
quia inter Deos etiam adulteria fuiſſe aſſeruntur: quod magnæ de
mentię Plin.adiudicat.Ponit autem Iuue.more latinorum tres tan
tum ętates.Latini enim poetę conſiderantes omne ſæculũ:aut me-
re bonum:aut partim bonum:partim malum:aut mere malum uo-
cauerunt primum aureum:ſecundum argenteum.& tertium ferreũ
Græci autem in illo mixto gradus conſiderantes ponunt quatuor:
aureum tempore Deorum,quo nullum penitus uitium erat:argen
teum quoq; tempore Deorum:ſed paucis obrepentibus uitijs inter
mortales:æreum tẽpore heroum,qui ſemidei putati ſunt: & ferreũ
inter homines,qui natura proni ad malum ſunt.Et tamen q̃uis pri
ma fuerint adulteria:& ea nunc plurima ſint. tu o Poſthume paras:
.i.prætendis conuentum ſup.amicorum.& pactum.i.modum con
trahendi matrimonium.& ſponſalia.i.ſponſionẽ de futuris nuptijs
noſtra tẽpeſtate.i.noſtro tẽpore:in quo tot regnãt adulteria.tu.n.pe
cteris iam a tõſore magiſtro.i.ut in die nuptiarum honeſtior ſis comã
exornari facis a tonſore perito. & fortaſſe dediſti digito puellæ pi-
gnus.i.annulũ:qui ſm Pli. olim ferreus erat: q ſtatim pactæ mitte-
batur.certe nunquid ſanus eras cũ.ſ.ſponſalia firmares: tu ne uxo
rem ducis Poſthume.dic qua Tiſiphone.i.furia infernali te impellẽ
te?Tres.n.ſunt Tiſiphone:Megęra:Alecto.dic quibus colubris.i.
ſerpentibus: quos furiæ pro capillis habent.& quos eis quos fure-
re uolunt,inijciunt.exagitare.i.exagitaris:hoc eſt furiaris & in furo
rem raperis. potes tu ferre.i.tolerare & pati ullam dominam.i.uxo
rem tibi dominaturam.ſed & græci & latini coniuges dominas uo
cant.tot reſtibus.i.tot chordis & funibus:quibus te poſſes ſuſpen-
dere ſaluis.q.d.rem incredibilem mihi facis.& pote ferre dominam
cum altæ feneſtræ & caligantes.i.oculos obſcurantes:ne forte retra
haris ab incepto terrore mortis.pateant.i.apertæ ſint tibi ad pręci-
pitium.ut rupturus collum te pręcipites. & cum pons Æmilius.i.a
M.Æmilio Scauro conſtructus.prębeat ſe tibi ut te pręcipites ſub
mergendum . aut ſi nullus exitus uitæ.ſ.de multis, qui multi ſunt
placet tibi nonne putas melius eſſe ꝙ puſio.i. puer paticus.i.impu
dicus. dormit tecum.qui non litigat noctu,ſicut uxores ſolent:qui
iacẽs illic in loco noto:utpote inter brachia tua (ut turpiora taceã)
nulla munuſcula exigit a te:ut uxores exigunt.nec queritur.i.con
queritur ꝙ parcas lateri ſupp.tuo debitum ſubtrahens.nec pro &
non. & ꝙ non anheles.i.amplexeris eum quantum iuſſit.i.uoluit,
ſicut uxor . Hæc autem omnia hiperbolice dicta ſunt & ſatyrice a
poeta nimium auide adulteria & faſtigia mulierum execrante. nã
qui ſancte & caſte loqui uellet,non conſuleret maiora mala incur-
rere ad minus euitandum : ſed malus malum eſt ſeſe interimere,q̃
uxorem etiam adulteram pati,peſſimum autem crimen eſt maſcu-
lis abuti:& ita non debemus poetæ auſcultare:niſi quatenus adul-
teria deteſtetur.modus enim deteſtandi non ex ſententia poetę:ſed
hyperbolicos ponitur.q.d.omne tibi malum tolerandum:& omne
facinus etiam turpe perpetrandum eſſe potius,q̃ uxorem ducas.

¶SED

DAN. RIT.

¶ SED placet Vrsidio lex Iulia: hæc ironicos legenda sunt. Non est, inquit, mirum si Vrsidius cogitat de ducenda uxore: nam non uult adulterij damnati. lex.n. Iulia lata erat contra adulteros, qua cautum erat, quo pacto adulteri deprehensi puniendi essent. ¶ Tollere: hoc loco educare. Teren. Quicquid peperisset decreuerunt tollere. Vale. li. 8 loquens de C. Licinio Hoplomacho: Quoniam hęreditatem absumere, q̃ hęredé maluit tollere. ¶ Hęredem dulcem: dulcem filium. Virg. Nec dulcis natos Veneris, nec premia noris. ¶ Cariturus: quia captatores habentibus liberos munera nõ mittunt: sed orbis tantum diuitibus. ¶ Turture. hoc loco de aue magis intelligẽdum est, q̃ de pisce. Nam turturẽ lautæ gulę indicat fuisse Mart. Cum pinguis mihi turtur erit, lactuca ualebit Et cocleas tibi habe: perdere no lo famem. Item alibi: Aureus im modicis turtur de clunibus implet. Idem alibi: Et cõcubino turturum nates donat. Nam quem græci trigona appellant. i. turturem: latini pastinacam dicũt marinam. in cuius cauda pręsentissimi ueneni radius extat. ¶ Magno: pingui & amplo. ¶ Mulorumq; iubis. i. mulis iubatis & barbatis. Nam (ut scribit Plin.) gemina barba insignuntur labro inferiori: sunt enim pisces marini. de quibus ante dictũ est. ¶ Et captatore Macello. i. omnibus obsonijs, quæ in Macello ueneunt. Nam Macellum appellarunt locũ, in quo omnia, que ad uictũ pertinebant, uendebantur. de quo plura sçula superius. ¶ Captatore: per quod hæreditates captantur. nam huiusmodi muneribus captantur diuites orbi. ¶ Quid fieri nõ posse. q. d. si Vrsidius uxorem ducit: putauero omnia uel pręter naturã fieri posse. iuxta illud Virg. Mopso Nysa datur, quid non speremus amantes? Iungentur iam griphes equis, euoq; sequenti: Cum cani bus timidi uenient ad pocula damæ. ¶ Mœchorum notissimus: quasi cui ciuitatis adulteria sint manifesta. ¶ Ora stulta. i. ipse stultus. figura est synecdoche. ¶ Toties texit: qui sæpe in adulterijs est deprehensus. ¶ Cista: nam adulteri superueniente marito sic solent occultari. unde Hora. An turpi clausus in arca: Quo te dimisit peccanti Conscia herilis: Contractum genibus tangas caput. ¶ Latini: Latinus (ut diximus in. 1. Satyr.) mimus fuit temporibus Domitiani: qui cum timeret delatores: ne falsis criminationibus apud principẽ accusaretur: ijs uxorem suam. Thymelem submittebat. unde supra Et a trepido Thymele submissa Latino. Ideo poeta ait perituri: quia semper uerebatur: ne delationibus periret. ut sit epitheton perpetuũ Latini. ¶ Quid quod & antiquis: hoc risu & gestu iuuandũ est. ¶ Mediam uenam: hoc est haurite sanguinem ex uena media: quæ ferri solet in delirio. Physici.n. tradunt in brachijs tres esse uenas de scẽ dẽtes ab epate: quaꝝ una basilica, altera cephalica appellat. tertia, q̃ in medio haꝝ est, media dicitur, siue nigra, siue cõmunis, quę in furore & delirio feriri solet. ¶ Delitias hominis: acclamatio in derisum Vrsidij: qui postulet & quærat mulierem antiqua illa bonitate: cum nõ inueniatur. ¶ Delicias hominis: ac si dicat delicatum hominem: qui putet se extra cõmunem fortunã ponendũ: ut habeat, q̃ alij habere nõ possunt ut alibi de Caluino: Te nunc delicias extra cõmunia censes Ponendũ. ¶ Tarpeiũ limen adora: sensus est. Supplex, inquit, fac ad aras Iouis & Iunonis accedas: quasi gratias acturus. si mulierẽ inueneris pudica. ¶ Tarpeiũ: Capitolinũ. Nã mons Capitolinus ubi ędes erat Iouis, mõs ante Tarpeius dictus ẽ a uirgine uestali Tarpeia, quę ibi a Sabinis necata arm. s & sepulta, eius nominis reliqt monimentũ. inde etiã appellata est rupes & saxũ Tarpeiũ unde noxij pcipitabantur. hõc antea montẽ Saturniũ appellatũ ꝓdiderunt, & ab eo late Saturniã terrã. ¶ Auratam: nam uictimæ maiores (ut Plin. scribit) cornibus auratis dũtaxat immolabantur. bene aũt Iunoni ait iuuencã mactandã. Iuno.n. nubẽtibus pręesse dicitur. Virg. Iunoni ante oẽs, cui uincla iugalia curę & alibi: Pro nuba Iuno. Colebatur item Iuno iugis in uico iugario. ut est apud Liuium libro ab urbe condita: quod scribit Festus ita appellatum, q

ollere

urtur

acellũ

tinus

dia
ha
silica
phali

pitoli
smõs
rpei
pes
peia

Sed placet Vrsidio lex Iulia, tollere dulcem
Cogitat hæredem cariturus turture magno,
Mulorumq; iubis, & captatore Macello.
Quid fieri non posse putes, si iungitur ulla
Vrsidio? si mœchorum notissimus olim
Stulta maritali iam porrigit ora capistro?
Quem toties texit perituri cista Latini.
Quid? quod & antiquis vxor de moribus vlli
Quæritur, o medici mediam pertundite venam.
Delitias hominis Tarpeium limen adora
Pronus, & auratam Iunoni cæde iuuencam,
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.
Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ,
Quarum non timeat pater oscula, necte coronam
Postibus, & densos per limina necte corymbos.
Vnus Iberinæ vir sufficit ocyus illud
Extorquebis, vt hæc oculo contenta sit vno.

nubere coniungeret. ¶ Capitis: partẽ posuit pro toto. i. corporis pudici. ¶ Paucę adeo Cereris: tanta, inquit, libidine mulieres flagrant: ut paucę inueniãtur matronę pudicę: quę dignæ sint sacra Cereris administrare. per matronas.n. castas Thesmophoria. i. sacra Cereris legiferę celebrabantur. unde ita scri. Diony. in. 1. Et sacrificia faciebant per fœminas & nephalios: hoc est sobrios: ut lex est grecis. Ea aũ sacrificia per nouem dies celebrabantur a matronis sum ma per eos dies castimonia. unde Oui. in x. Meta. Primitias frugũ dant spicea serta suaru: Perq; nouem noctes Venerẽ, tactusq; uiriles In uetitis numerant. Ceres autẽ Thesmophores appellatur: quasi legifera. θεσμός.n. legem significat. prima.n. (ut tradunt auctores, inter quos Plin. in. 7. & Diodo. in. 6) leges inuenit. De cuius sacris ita Liuius: Sacrum anniuersarium Cereris intermissum est: quia nec lugentibus facere id fas est: nec ulla illa tẽpestate matrona luctus expers fuerat. Diodo. quoq; tradit Cereris misteria antiquitate, castimoniaq; apd̃ oẽs homines uulgata fuisse. Cic. i Verrinis docet quemadmodum sacra Cereris per mulieres castas & uirgines conficiebãtur. ¶ Pater oscula: nam ex ueteri instituto affines occurrentes osculo excipiebant. unde Pli. li. 14. sic scribit: Cato ideo propinquos fœminis osculum dare, ut scirent an temetum oleret. de hoc more item Plutarchus in Problematis disputat. ¶ Timeat oscula: ut impudica. ¶ Vnus Iberinę: ita loquitur poeta quasi Vrsidius respõdeat Iberinã uno uiro cõtentã. pronunciatiue legendũ. ¶ Extorquebis. difficulter obtinebis.

Thesmophoria

Thesmophores

¶ SED placet Vrsidio &c. Sed forte, inquit, poeta lex Iulia placet Vrsidio. i. approbat legem latam cõtra adulteros: nõ uult amplius esse adulter: sed generare legitimos liberos: sed id fieri non posse uidetur potissimum cum sit maximus adulter: & uxorem castam petat: qualem etiam si ipse castus esset, difficillimum esset reperiri. & ita progreditur ad uitia mulierum notanda. Ordo est: Sed sup. dicas. lex Iulia lata contra adulteros placet Vrsidio Posthumo, ipse cogitat. i. animo cõcipit tollere. i. educare dulcem hęredem. i. legitimos filios: qbus nihil dulcius. cariturus. i. existẽs eo animo: ut ob hoc carere uelit. magno. i. pingui. turture. i. aue potius q̃ pisce. utrũq; aũt significat turtur: sed pro pisce tamen masculini est generis: pro aue autem fœminini. & iubis. i. barbis. & anteriore parte oris mulorum. i. illorum piscium in delitijs habitorum a Macello captatore. i. omni obsonio: quod a captatoribus e Macello ad ipsum mitti solebat. sed innuit poeta id non esse uerisimile. nam quid, inquit, putes non posse fieri. q. d. nihil. Aduerte autẽ grammatice q; non uulgo dicũt si possibile est maiores: qui caste atq; latine locuti sunt sen per dixisse: si fieri potest. si ulla. i. quęuis una qualiscunq; uitę. est enim dimi nutiuum ullus ab uno. iungitur. i. fit coniunx Vrsidio. Vt sit notissimus olim mœchorum. i. adulterorum. porrigit. i. porro & ultro prębet iam ora stulta. i. despiẽtia. capistro. i. freno. maritali. i. matrimoniali, quem cista Latini perituri. i. qui timebat delationibus perire. unde in. 1. dicta est a trepido Thymele summissa Latino. texit. i. abscondit toties. aduẽtante. s. ipso Latino. quid sup. dicendum est de hoc. q; uxor de moribus antiquis. i. casta & pudica quæritur illi. s. Vrsidio. O medici pertundite mediam uenam. quam mediam, aut medianam dicunt. ut. s. Vrsidius leuetur ab insania, qua nuncagitatur. delitias hominis. i. hominem deliciosum. non expressit o. quia (ut Valla docet) ubi minor est excandescentia & res leuior: o subticetur. ponitur tamen accusatiuus tanquam ab eo rectus: ut sit o delitias hominis: hoc est o q̃ delitiosus est hic homo. uel quas delitias habet &c. O Posthume adora pronus. i. prostratus in terram limen Tarpeium. i. introitum arcis Tarpiæ. ubi Iouis, Iunonis, & Mineruę templum est. & cęde. i. macta, sacrifica Iunoni. cui (ut Virg. dicit) sunt uincla iugalia curæ. iuuencam. i. uitulam. auratam. i. aurata cornua habentẽ. si matrona pudici capitis cõtigerit tibi. Adeo. i. in tantum sup. sunt modo paucæ mulieres dignæ contingere. i.

ASCen.

Magna tamen fama est cuiusdam rure paterno
Viuentis. viuat Gabiis, vt vixit in agro,
Viuat Fidenis, & agello cedo paterno.
Quis tamen affirmat, nil actum in montibus? aut in
Speluncis? adeo senuerunt Iuppiter, & Mars.
Porticibus ne tibi monstratur fœmina voto
Digna tuo? cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames, quodq; inde excerpere posis?
Chironomon Ledam molli saltante Batillo
Tuccia vesicæ non imperat, Appula gannit
Sicut in amplexu, subitum, & miserabile, longum
Attendit Thymele, Thymele tunc rustica discit.
Ast aliæ quoties aulæa recondita cessant,
Et vacuo, clausoq; sonant fora sola theatro,
Atq; a plebeis longe Megalesia, tristes
Personam, thyrsumq; tenent, & subligar Acci
Vrbicus exodio risum mouet Attellanæ
Gestibus Autonoes, hunc diligit Ælia pauper.
Soluitur his magno comœdi fibula, sunt, quæ
Chrysogonum cantare vetent, Hispulla tragœdo
Gaudet, an expectas, vt Quintilianus ametur?
Accipis vxorem, de qua citharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusq; choraules.
Longa per angustos figamus pulpita vicos.
Ornentur postes, & grandi ianua lauro,
Vt testudineo tibi Lentule conopeo,
Nobilis Euryalū, aut mirmillonem exprimat infans.

stastare uittas.i.serta ornantia.Cereris.i.illius Deę propter raptum filię Proserpinę eius adulteria & incontinentiam detestantis. & ob id non nisi a castis tractabilis:hoc est igitur paucæ sunt admodū castæ hoc tempore:quarum oscula pater non timeat. qui non nisi casta & honestę castitatis signum pręseferentia desiderat: cū iam omnes fere lasciuissima basia conferant. Necte coronam postibus. uerba sunt congratulantis Vrsidio & dicētis. o Posthume necte postibus tuis coronā.i.corona postes domus tuæ, sicut faciebant qui uxores ducebant.&necte p limina densos corymbos.i.hederam cum corymbis:quę fructus eius sunt.i.instrue domum frondibus.&exhibe te paratum nuptijs tuis inuenta est enim tibi uxor.Nā unus uir sufficit Iberinæ mulieri illi in urbe agenti, quam ducere poteris. Respōdet poeta. Tu ex torquebis.i.cū difficultate ipetrabis ab ea. ocyus .i. citius illud.ut.s.hæc sit contēta uno oculo,q̄ sup.uno uiro.

IOAN. BRIT. ¶ MAGNA tamen fama est iterum introducit Vrsidium ostēdentem in agris quandam inueniri, quę honeste uiuat. ¶ Viuat Fidenis:uerba Iuuenalis ad Vrsidium,quibus colligit non tam facile in urbibus, q̄ in agris pudicitię locum esse:sed tamen & i locis agrestibus &mōtanis multa per libidinem flagitia committi. legantur autem pronunciatiue:Viuat Gabijs,ut uixit i agro: ac si dicat:Non ita uiuat in urbe ut uixit ruri. ¶ Gabijs:ciuitas Latij:ubi (ut scribit Dionysius)Romulus &Remus eruditi sūt. ¶ Fidenis:urbs Latij. ¶ Et agello cedo paterno:&particula indignationem sæpe exprimit. ut illud Virgil.Et quisquam numen Iunonis adoret?quasi inuitus assentiat in agris caste degi.ut si:cōcedo quidem ita esse ut dicis: q; in agro quædam bene uiuat:sed quis tamen affirmet in agris nihil inpudicum agi? ¶ Adeo intantum:ita ne. ¶ Senuerunt Iupiter & Mars: per Iouem & Martem omnes mœchos intelligit.i. iam Iupiter & Mars (ut ex poetarum monimentis colligitur) mulierum maximi fuere stupratores. ¶ Porticibus ne tibi:percurrit poeta locos:quo frequentes mulieres conueniebant:ut erat porticus Liuiæ:Porticus Pōpeia Theatrum. Vnde Ouid.in.i.de arte amandi: Tu modo Pompeia lentus spatiare sub umbra:Cum Sol herculei terga Leonis adit.Nec tibi uitetur,quæ priscis sparsa tabellis Porticus, auctoris Liuia nomen habet.Est ergo sensus: Inuenies ne in his locis tantopere celebratis a mulieribus aliquā,quę honesta sit & digna uoto tuo. ¶ Spectacula:theatra. nam & mulieres ad spectādos ludos in theatra cōfluebant.unde Ouid.in eodem: Sic ruit ad celebres cultissima fœmina ludos:Spectatum ueniunt,ueniunt spectentur ut ipsæ. ¶ Cuneis.sedilibus theatri. Nam cunei dicuntur sedes Theatri. Virgil. Nuncius Anchisæ ad tumulum,cuneosq; Theatri incensas perfert naues Eumelus.Tranquillus in Augusto:Pretextatis cuneum suū & proximum pædagogis assignauit. Quidam uero non uulgares mathematici contendunt cuneos proprie appellari uias illas (nam multę sunt) quibus itur & in Orchestram:quę in ima parte Theatri humi posita est:& in partes theatri superiores. Cuneus etiam dicitur quo scinduntur ligna,&ordo in exercitu. ¶ Chironomon:ita, inquit,mulieres sæculi nostri in libidinem sunt profusæ: ut uel lasciuę saltationis spectatione pruriant &corrumpantur:unde Ouid.de remedio amoris:Corrumpunt animos citharæ,cantusq;,lyręq;:Et uox,& numeris brachia mota suis. ¶ Chironomon Ledā:Leda nomen est fabulę nominatæ a Leda matre Helenæ: quæ chironomia repręsentabatur. i.manuum gesticulatione.a χεὶρ quod est manus: & νομὸς lex,quibusdam enim ueluti pręscriptis motibus & nutibus

Gabij

Fidenæ

Cuneus

Chironomia

Paſtores, & ouem canuſinam, ulmoſq; falernas
Quantulum in hoc, pueros omnes, ergaſtula tota,
Quodq; domi non eſt, & habet uicinus, ematur.
Menſe quidem brumæ, cum iam mercator Iaſon
Glauſus, & armatis obſtat caſa candida nautis,
Grandia tolluntur cryſtallina, maxima rurſus
Myrrhina, deĩde Adamas notisſimus. & Berenices
In digito factus precioſior, hunc dedit olim
Barbarus inceſtæ, dedit hunc Agrippa ſorori,
Obſeruant ubi feſta mero pede Sabbata reges,
Et vetus indulget ſenibus clementia porcis.
Nulla ne de tantis gregibus tibi digna uidetur?
Sit formoſa, decens, diues, fœcunda, uetuſtos
Porticibus diſponat auos, intactior omni
Crinibus effuſis bellum dirimente Sabina

carmẽ.i.incantatoria, & ſm Virgiliũ, nõ innoxia uerba. & uenenũ coctum.i.tẽperatũ & admixtũ dulcibus cibis. & datũ a nouercis.ſ. priuigno.i.filio mariti ex alia uxore eius nato. ipſæ mulieres coactæ ĩperio ſexus.i.naturæ muliebris, q̃ impatiẽs, ſupba, & uindictæ appetẽs ẽ. uñ alibi dicit poeta: Vindicta nemo magis gaudet, q̃ fœmina. faciũt grauiora ſup. peccata iã dictis. forte ordo eẽ poſſet: Ipſe mulieres coactæ p malicia..i faciunt grauiora ĩperio ſexus.i. q̃ ſexos earũ fragilis: & ad libidinẽ pronus ĩperet: qa peccant minimũ.i. p minima parte libidine .i.p libidinẽ. Optima ſed quare Ceſẽnia, uel Cæſonia &c. Quia oſtẽſum eſt in oĩ genere mulier difficillimũ reperire pudicã, quã ſecure ames: poſſet qs obijcere & Ceſenniã & Bibulã, q̃ ambæ ẽt a maritis ut pudicæ: & caſtæ laudantur. Reſpõdet poeta q̧ altera pp dotẽ caſta eſſe perhibetur: altera pp formã & ita innuit nullã pp pudicitiæ uirtutẽ amari. utriuſq; aũt mariti miſerrima eſt cõditio: qa alter libertatẽ caſtigandæ uxoris pp dotẽ, q̃ illa imperiũ ſibi uendicauit, amiſit: alter meretricio amore p maritali uxori cõglutinatus: eiuſq; forma captus, ſubmittit colla iugo. De his q dote libertẽ uendũt eſt illud Plautinũ. Vxorẽ cepi: dote imperiũ uẽdidi. Et illud Menandri, qd' Au. Gellius li.ii. ca.xxiii. ſic latinũ fecit: In aurẽ utramq; q̃do qdẽ dotata eſt, cubet. Re cõfecta magnifica: & negocio iclyto. Et paulopoſt. Me miſerũ, q Cleobulã duxi: & talẽta decẽ: Nanã mulierculã: cuius ſupbia adeo ĩtolerabilis eſt &c. Si qs neſcit qd ſit ĩ utrãq; aurẽ cubarẽ: ſciat mulierẽ pauperẽ, & ob id morigerã uiro faciẽ ſemp aduerſa nõ auerſam habere. & ita in unã aurẽ cubat. ſuperbã & diuitẽ tã auerſam, q̃ aduerſam p libito: & in utranq; aurẽ cubat. De pulchritudine captis ſexcẽta ſunt unicuiq; ad manũ exẽpla. Quis.n.nõ audiuit? Adã, Sanſonẽ, Loth, Dauid, & Salomonẽ fœmina decepit: qs modo tutus erit? Sed ne in re manifeſta te lector morer. Ordo eſt: Sed ſupp. forte quæras quare Ceſennia uel Cæſonia: ſit ſup. optima.i. optimorũ iudicata morũ, marito teſte.i. atteſtãte. Reſpõdet poeta. q.d. ideo dicta eſt optima: qa dedit his qngenta ſupp. ſeſtertia.i. bis cenſum equeſtrẽ. & ille uidelicet maritus, uocat tanti. q.d. p tanto ſeu pro tanta dote uxorẽ pudicã. nec pro & nõ. & non eſt macer.i. exhauſtus & emaceratus pharetris.i. iaculis, q̃ in pharetris ſunt Veneris .i. amoris, aut feruet.i. ardet. lampade.i. teda aut flãma Veneris. habet.n. Cupido Deus amoris in altera manu iacula, qbus uulnerat nondũ captos. & ĩ altera flãmas: qbus incenſos inflãmat. quod reſpexit Vir. dicens in principio quarti Æne. Vulnus alit uenis: & cæco capit' igni. Talis ergo maritus: nullo Veneris: ſed dotis amore captus eſt. Faces.i. flãmæ amoris ardent inde.i.a dote. & ſagitte.i. iacula amoris ueniunt inde.i.a dote. Libertas ſup. peccãdi & non obediẽdi uiro emit' a muliere per dotẽ: & uẽditur a uiro. Sequentia Calderinus nõ exponit. Man. & Valla intelligũt ſic. licet.i. licitũ eſt. ut amator. ſup. innuat.i. nutu adulteriũ cõmittat corã ſup. marito: & reſcribat ad coniugẽ adulter ſe uenturũ, qa ſępe (ut dicit Hora.) nõ ſine cõſcio ſurgit marito. locuples ſup. mulier, q nupſit auaro eſt uidua.i. tã libera ac ſi eſſet uidua. & ita eſſent hæc dicta contra ſuperbiam, & licentiã, ac libidinẽ mulierũ. Ego uero credo poſſe intelligi dicta eſſe in auaritiã uirorũ. ut ſit. licet.i. quãuis. maritus innuat.i. ſe cõſentire ſignificet pprio nutu. corã.i. in pſentia cõſtitutus corã: tabellarũ ſcriptore ſeu notario. & reſcribat.i. ppria manu, & proprio ſcripto atteſtetur cõtraxiſſe matrimoninm. tamen ſupple locuples.i. prædiues mulier, q̃ nupſit auaro. eſt uidua: ideſt carens marito. ex quo enim non mulierem: ſed dotem amat: non ſoluit debitum ei: & ita eſt qua ſi uidua: ideſt a uiro diuiſa.

Cubare ĩ utrãq; aurem

JOAN. BRIT. ¶CVR deſiderio: oſtendit ẽt mulieres diligi nõ pp pudicitiã: ſed pp formã. ¶Si uerũ excutias: ſi uerũ perſcuteris. ¶Facies .i. forma ipſa, & pulchritudo. ¶Tres rugæ ſubeant.i. ſi in ſenectutẽ declinet, & iam rugoſa fiat. ¶Cutis arida: q̃ exhauſto ſucco laxior fit & flaccida. ¶Et ſæpe emũgeris: q̧ ſolet eſſe moleſtũ. Catullus de amica Formiani ſic ait: Nec lõgis digitis, nec ore ſicco. ¶Interea: dũ apud maritũ eſt. ¶Calet: nõ friget, inqt, in domo, ſed prompta & calẽs ad oĩa tractanda. uñ ſequitur: Regnat .i. ex arbitrio oĩa adminiſtrat & ĩperat. ¶Ouẽ canuſinã: appulã. nã lanã appulã pcipuæ fuiſſe nobilitatis indicat Pli. his uerbis: Lana aũt laudatiſſima appula: & q̃ in Italia gręci pecoris appellat: alibi italica. Canuſiũ ãt oppidũ eſt Dauniorũ in Appulia. de lana aũt canuſina ita Plinius: Hiſpania nigri uelleris pcipuas habet: Pollẽtia iuxta alpes: Canuſiũ rutuli, quas erythras uocant. ἐρυθρός .n. rubrũ ſignificat: hinc eſt canuſinatus canuſi. nõ indutus ueſtẽ. Mar. Canuſinatus noſtro ſyrus aſſere ſudet? Et Tranqui. i Nerone: Canuſinatos muliones appellat. ¶Vlmos falernas.i. uineta cãpana. Nam ager Falernus in Cãpania eſt. dictus (ut ſcribit Scilius Italicus) a Falerno agricola: q primus eas uites coluiſſe dr. Secũdã noblitatẽ Falerno uino dedit Auguſtus: cũ ſentinũ uinũ cũctis ptuliſſet. Martialis. Scelus eſt iugulare falernũ: Et dare cãpano toxica ſæua mero. Nigri coloris fuiſſe indicat Martia. Cãdida nigreſcãt uetulo cryſtalla falerno. auſterũ fuiſſe docet Perſius: Indomitum quod diſpumare falernum Sufficiat. ¶Quantulũ in hoc: poſcit, inqt, minimũ ĩ hoc.i. pdictis, ac ſi dicat hoc minimũ eſt p alijs, q̃ petet. ¶Oẽs pueros: magnũ ſeruorum gregẽ.ſ. poſcit. quod plus eſt q̃ prædicta. ¶Ergaſtula tota.ſ. poſcit .i. ſeruos oẽs ad opus faciendũ deſtinatos. in cõpedibus uincti.n. tenebant'. unde alibi: Squalidus in magna faſtidit compede foſſor. de qbus ſic. L. Florus: Seruitia (proh nefas) & ergaſtula armant'. Plinius: Coli rura ergaſtulis peſſimũ eſt: ut quicquid agitur a deſperantibus. Apul. in prima Apologia: Quindecim hoĩes liberi populus eſt: totidẽ ſerui familia: totidẽ uincti ergaſtulũ. Ergaſtulũ ẽt capitur pro loco in quo ſerui tenent' in uinculis, uñ illud apud Plin. Mox Marius Cinna a dominatione reuocatus: ruptis ergaſtulis exercitũ fecit. Columella in primo de re reſtuca ſic: Optimæ ſolutis ſeruis cællæ meridiẽ æquinoctialẽ ſpectãtes fient: uinctis q̃ ſaluberrimũ, ſubterraneũ ergaſtulũ, plurimis ſitq; id anguſtis illuſtratum feneſtris, atq; a terra ſic editis: ut ne manu cõtingi poſſint. Et idem in eodẽ Ergaſtuli mãcipia recognoſcant. Ab ergaſtulo fit ergaſtularius: diciturq; is q ergaſtulis præeſt. de quo ita Columella in primo: Vt ergaſtulis magis obnoxij. Ergaſtulũ aũt dictũ eſt: uel ἀπὸ τοῦ ἔργου.i. ab opere. στέλλω mitto q̧ ad opus faciendum mitterẽtur. uel ab ἐργάζομαι: quod ſignificat operor. Vnde & Ergaſterium quod ſignificat officinã. Et ergaſtes operariũ. uel ab εἴργω: quod ẽ prohibeo, claudo, impedio, detineo. ¶Et habet uicinus: ĩportunitatẽ, inuidiamq; mulieris attende, q̃ doleat ſe nõ habere quod habet uicinus. ¶Menſe qdẽ brumæ: nauigauit, inqt, maritus imperante uxore ẽt tpe hyemali: quo ingentia nauigãtibus pericula ĩminent, & frigora obſtãt. ¶Brumę: pars eſt ea hyemis: in q̃ dies ſunt breuiores. ¶Mercator Iaſon: Iaſonẽ poſuit pro ci mercatore. alludẽs ad Iaſonẽ Theſſalũ, qui nauigauit Colchos ad uellus aureũ rapiendũ. ¶Clauſus: ſubaudi eſt.i. domi ſe continet: clauſum, pp frigora & uentos ſæuientes. ¶Caſa candida: niuibus candicans, quod indicat hyemẽ ſæuire. ¶Armatis: ad nauigandũ paratis & inſtructis. nã appellatione armorũ intelligimus inſtrumenta cuiuſlibet artis. ¶Chryſtallina.ſ. uaſa, q̃ in magno erant pretio. Chryſtallũ fit (auctore Plinio) gelu uehemẽtiore cõcreto. nec alibi certe q̃ ubi maxime hybernæ niues rigẽt: glacieq; eſſe certũ eſt. unde & nomẽ græci dedere.

Canuſ
Lana c nuſina
Canuſ natus
Ager f ler nus
Ergaſt lum
Ergaſt larius
Ergaſt rium
Bruma
Cryſta lum

ci dedere.nā χρυ'ος gelu significat. στέλλω cōtraho.unū crystallū ge-
lu cōtractū. Maxima myrrhina.i.maxima uasa ex myrrha. Lu-
canus:Nō erigit ægros Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus:
Nō auro,myrrhæq; bibunt.Mart.Si calidū potas ardenti myrrha
falerno:Cōuenit & melior fit sapor ide mero. Oriēs (ut tradit Pli.
damas myrrhina mittit humorē subterra putāt calore ꝯdēsari. Adamas
notissimus: Adamas maximū in rebus humanis habet ꝑtiū inter
gēmas.diu nō nisi regibus, & ijs admodū paucis cognitus,& quo
carior teneat̄ adamāti.Magi putāt nomē īpositū ab eo ꝙ impetus
holum & iracundias domet.Hæc Pli.q multa de Adamāte scribit
li.xxxvii. In digito Berenices.i.q factus est notus gestatiōe Bere-
nices sororis Agrippæ. Agrippa rex Iudæorū:q regnū post mortē
grippa Tiberij adeptus est: moriens filiū reliqt Agrippā noīe septēdecim
annorū:& filias tres:Drusillā:Mariā & Berenicem : quæ Herodi pa
truo iuncta fuit matrimonio. Hæc post mortē Herodis multo tpe
uidua fama discurrēte:ꝙ cū fratre coiret: suasit Polemoni regi Ly-
ciæ ut circūcisus eā haberet uxorē. Sic.n.iudicabat falsas oblocu-
tiones posse mōstrari. Hæc ex ult.lib.Iosephi antiquitatis iudaicæ.
Ait ergo poeta hūc Agrippā barbarū dedisse adamāta sorori suæ
incestæ:ut unam tantū intelligas,nō duos Berennices . ut sit ordo:
Agrippa barbarus dedit hunc sorori incestæ . nec illud moueant
ꝙ bis repetat̄ dedit.Nā hoc sæpe fit apud poetas. Virg. Teq; adeo
decus hoc æui,te consule inibit. Dedit hunc.i.hac genus lapilli.i.
adamanta. Obseruant ubi,i.i terra Iudæorū.est.n.periphrasis ter
ræ iudaicæ.ut sit Dedit hūc adamāta sorori suæ illic,ubi reges ob-
bbatū seruāt festa Sabbata pede nudo.i.i Iudæa. Sabbata : Sabbatū lin
gua Iudeorum requiē signat.Nā Moses Damascena patria antiq
repetita,montē Synai occupauit.quo septē dierū ieiunio per deser
ta Arabiæ cū populo suo fatigatus:cū tandē uenisset, septimū diē
more gentis Sabbatū.i.diem quietis appellatū in omne æuum ie-
iunio seruauit:qm̄ illa dies famē eis,erroreq; finierat.De More aūt
meminit Strabo, Corn. Tacitus,Trogus:ergo obseruāt festa Sab
bata.i.celebrāt & ieiunio & oīum operum intermissione quiescunt
.n. & ieiunant.De ieiunio Tranquillus in Augusto : Et rursus ne
bbata Iudæus quidā mi Tiberi tā diligēter Sabbatis ieiuniū seruat,q̄ ho
s die ego seruaui.unū Iudæi dicti sunt Sabbatarij. Mero pede.i.nu-
dipes do.Nā Iudæi pedibus nudis sacra sua peragunt : q̄ a Tertulliano
ia sas & Hieronymo nudipedalia dr̄r.un̄ Io.in.ii.l.b.belli Iudaici sic scri-
bit:Berenice regina,ut Deo uota solueret pro salute Hierosolymā
uenit:& pro more patrio hostijs cæsis:capillisq; derasis nudipes an
te tribunal stetit.Egsippus uero in.ii.belli Iudaici libro tradit Bere-
nicem sororē Agrippe regis ad templum religionis causa uenisse:
atq; Festū præsidem Syriæ obsecrasse ne acerbissima cæde in po-
pulum desæuiret . Astabat.n. nudis pedibus religioni inseruiens.
Senibus: porcis: senescunt ex lege Mosis porci apud Iudæos. ut
scribit Tacitus:qa Iudæi carne porcina abstinēt. unde Augustus
Cæsar cum audiuisset iter pueros:quos in Syria Herodes rex Iu-
deorum intra bimatum iussit interfici, filium quoq; eius occisum,
mira urbanitate fertur dixisse : Melius est Herodis porcum esse , q̄
filium. Vetus clementia:uetus Iudæorum benignitas,qui ex uete
mētia ri. Mosis instituto carnem suillam non comedūt.Clementia autem
appellat:ꝙ cū possint dentibus suis in porcos sæuire,non sæuiant.
Est.n.clementia(ut diximus in prima Satyra ex diffinitione Sene-
cæ) temperantia animi in potestate ulciscendi:& lenitas superioris
aduersus inferiorem. Nulla ne de tantis: alia interrogatio ad Iu-
ue. qua omnino respōdens Iuuenalis cōcludit:nullā extare mul e-
rem:quæ ab omni parte sit perfecta. Nam licet,inqt:oīa adsint mu
lieri:quæ maxime in muliere perfecta esse debent.ut sit formosa,de
cens,diues,fœcunda.nobili genere pudica , uno uitio laborauit,
quod omnibus his bonis ꝑponderabit,erit.n.superba . Fœcūda:
q̄ pariat. contra dr̄ sterilis,q̄ non parit. Porticibus.i. sit nobilis &
nate generosa nam in atrijs stēmata locabātur.i. imagines cereæ maio
rū ordine digestæ in singulis armarijs.de quibus multa illic:Stēma
ta qd faciūt. Intactior:cōtinētior q̄ fuerint Sabinæ mulieres, quę
anteq̄ a Romanis imperāte Romulo raptæ sint , in iura maritorū
pudicissimæ sūt habitæ. Atq; ēt ea ꝓbitate:ut cū ex Romanos libe
ros suscepissent:oborto bello ex iniuria raptarū iter Romulū & Ta
tiū ducē Sabinorū : ipsæ iter pr̄es & maritos mediæ intercedentes
utrisq; pacis conficiendæ causam attulerint. ii enim postea regnū
cōsociarunt,unamq; ciuitatem ex duabus fecerunt.De his Liuius
pri.lib. ab urbe condita. Ouid.in.iii.Fasto.Cum raptæ ueniunt iter
patresq;, uirosq;:Inq; sinu nato ,pignora cara tenēt : Vt medium
campi scissis tenuere capillis:In terram posito procuebere genu.

Dirimente:diuidente.nam interuentu earum oīa sedata sunt.
ITEM posses quærere:cur Sertorius ardet.i.inflammatur.de- ASCEn.
siderio.i.cōcupiscentiæ Bibulæ.i.illius mulieres formosæ. Si tu ex
cutias:idest excutiendo inquiras.uerū.i.ueritatē. & est metaphora
auasis,aut a uestibus,quorū ualor excutiēdo cognoscitur.facies.i.
formositas,aut species uxoris amatur a Sertorio: non ipsa uxor.
Probat:qa ponamus sup.quod tres rugæ.i.corruscatiōes,& reuo
lutiones seu pellice pellis laxæ.subeāt.i.subsequātur.aut subsequē
ter ueniāt in faciē Bibulæ,& cutis arida.i.are facta iā succo deficiē
te.laxet.i.laxam faciat, & extendat se,& dētes fiant obscuri.& ocu
li cōtecti deformipelle,aut consumpti senio.fiant minores.i.contra
ctiores. Libertus supp. Sertorii dicet iussu eius ad Bibulam. Colli-
ge sarcinulas.i. mundū muliebrē,seu ornamēta tua. nō.n. attulisti
dotē:hoc est migra,& quære aliū maritū.& exi , qa tu es iā grauis
.i.molesta nobis.& tu emūgeris.i.naso distillante dum mungeris,
.i.molesta nobis.& tu emungeris.i.naso distillante dum mūgeris,
exauriris,& consumeris.exi igitur ocyus.i.celeriter.Ponitur enim
cōparatiuum hoc aduerbium sæpe pro obsoluto. Nam absolutum
apud latinos non est græce aūt dr̄ olchis uelox.& propera.i.prope
ranter facesse hinc:ne forte cū detrimēto tuo hic offendaris:quia al
tera sup.coniux patroni mei.sicco naso.i. habens nasum siccum,
& nō distillantem.uenit.i.iam aduenit ad nos.est.n.præsentis tem
poris.ex hoc aūt loco manifeste confirmatur id quod diximus ibi:
coram licet innuat & cæte.uidelicet illud dictū esse inauarum : qui
dote contentus mulierem q̄si uiduam facit.Nam sicut hic maritus
captus pulchritudine,faciem,non uxorem amasse probatur ex eo:
ꝙ extincta forma mulierem ipsam exigit:ita superiori loco dotem
non uxorē amasse,qa eā quasi uiduā secubare ꝑmittit. licet matri
monium solemniter contraxerit.debemus ergo totū textum inspi-
cere,ut recte interpretemur. Interea calet, & regnat . Loquitur de
ea cuius forma maritus captus est tātisper, dum uiget . Ordo est:
Illa aūt formosa & conscia formæ atq; inde supba.calet.i. succi &
boni sanguinis plenā formā:q̄ a foruo.i.callido(sm̄ Donatum)di
cta est.fouet & nutrit.uel calet.i.frequēter amatur:sicut friget quę
negligitur:aut negligenter agit.& regnat in domo mariti.& poscit
maritum.i.exigit a marito amplexatus eū in lecto. pastores & ouē
canusinū,q̄ optima est.& ulmos.i. albores illa falernas .i. in Faler-
no mōte Cāpaniæ italicæ uitibus ornatas.sed quantulum.i.quan-
tū modicū est sup.in hoc.i.in huiusmodi petitione. q. d,minimum
est respectu aliarū petitionū.poscit.n.oēs pueros.i.seruos familia-
res mariti.& tota ergastula.i.seruos uinctos.& in ergastulis.i. offi
cinis seu operatorijs seruorū operātes.& poscit ut sup. id quod nō
est domi mariti:& quod uicinus habet,ematur sibi a marito, & qui
dem certe mense brumæ.i.quo est bruma:hoc est breuissima tēpe-
stas diei.hoc est Decembri.cum.i.quando Iason.i.audax etiam &
temerarius mercator,qualis erat Iason:q primus naui lōga usus,
cū in insulā Colchon ad acquirendū aureum uellus nauigauerat.
clausus sup.est iam ꝑp gelu & glaciem.& cū.i.qū. casa.i.domus ru
stica.candida.i.niue conspersa.obstat.i. per terrorem obstaculum
præbet.nautis armatis.i.arm s suis.i.instrumētis & indumētis nau
ticis instructis.tunc sup.grādia.i.magna sup.uasa crystallina.i. ex
crystallo facta tolluntur.i.extorquētur uiro ꝑ mulierē uel afferūtur
ad mulierē a marito de longissimis regionibus ꝑ mediū mare con
gelatū.& maxima sup.pocula myrrhina.i.ex myrrha facta.tollunt
sup.deinde Adamas lapis ille uotissimus & factus pretiosior in di-
gito Beronices illius reginæ uxoris Herodis.i.quia Beronice eam
portauit. Declinat̄ autem Beronice Beronices. Barbarus .i. Hero-
des patruus Beronices dedit hunc cōsimilem seu talem. inceste.s.
Beronice uxori suæ. & Agrippa dedit hūc.i.cōsimilem sorori suę
Beronice.& ita duos habuit.alterū ab Herode: alterū ab Agrippa
Non.n.est uero simile ꝙ illū eundē adamātem maritus hic uxori
ematq; non de uno:sed de quouis loquit̄ pulchritudine uxoris ca
pto & eius imperio subiecto. & ita licet historia permittat de eodē
intelligi:locus hic nō patitur. Illic aūt dedit ubi reges obseruāt Sab
bata mero.i.nudo pede.s.in Iudæa,uel mero.i.solo dede,qa solum
modo ab opere cessent:& ēt ab itinere lōgo. Nā iter Sabbati apud
Iudæos modicū est. Sacrilegū aūt est Iustinū, qui ex Trogo multa
cōtraria ueritati effert,seq: relicta sacræ scripturæ ueritate. Et ubi
uetus clementia indulget.i.indulgenter parcit senibus porcis.Nō
ideo senibus quasi iunioribus nō indulgeat:sed quia cū nō come-
dantur:ad senium illic permittantur uiuere . Loquitur ergo de Iu-
dæa:unū de Antiocho & Cleopatra absurdum est intelligere.Nulla
ne de tantis gregibus,Cōcludit nullā esse ducendam Vrsidio: aut

.n.ĩpudica:aut fœda:aut ĩdecẽs:aut paup:aut ſterilis: aut ignobilis erit:aut his cõtraria ita:ut ſit ex oĩ parte pfecta:ſed uitia illa habẽs nõ eſt amabilis:& dotes illas naturæ:fortunæ: & morũ habẽs:nõ eſt pp ſuperbiã tolerabilis etiã ſi inueniri poſſet. Ordo eſt:Ne.i.an.nulla de tantis gregibus.i.cõgregationibus mulierũ: ut modo dictũ eſt:uidetur tibi digna:qua uxorẽ ducas.q.d.uideo ꝙ nõ. Sed ſi aliqua formoſa in facie & reliquo corpore:decẽs ĩ moribus: diues ĩn fortunis:fœcunda in partu & diſponat.i.p ordinẽ ſucceſſiõis: q̃ſi p ſtẽmata ponat.i. pingi aut ſculpi faciat,auos.ideſt maiores ſuos,uetuſtos.i. longa generatione pductos:ĩ porticibus ſup. ſuis:hoc eſt ſit. nobiliſſima: nec dudũ nobilitata:ſed ab antiquiſſimis nobilitatẽ trahens. ſit intactior ſup.a uiro.i. caſtior & ĩuiolatior oĩ Sabina ſup.muliere.dirimẽti.i. q̃ dirimit. & interrũpit bellũ inter Romulũ & Tatiũ. De quo ex lib.primo primę Decados liuianæ ſic collegit Valla:Cũ equeſtri Neptuno ludos finitimis populis Romulus indicaſſet:circũhabitantes cũ uxoribus:liberis :totaq; familia:ad urbẽ uelut ad rem nouã, & ſimul ad ludos cõuenere:tũ ad ſpectacula intẽtis aduenis,raptæ uirgines : & in matrimoniũ a parẽtibus prius Romanis negatũ,abductæ ſunt:q̃rũ parẽtes uindictã ſumpturi Romã petũt: & cæteris fuſis:tandẽ Sabini duce Tatio inſtructiores cõgrediũtur. Vex cũ aliquãdiu acerrime utrinq; pugnatũ eſſet:reſq; Romana ſupior uideret:Sabinæ mulieres, quarũ ex iniuria bellũ ortũ erat:crinibus ſparſis, ſciſſaq; ueſte:uicto malis muliebri pauore:auſæ ſe ĩter tela uolãtia ĩferre ex trãſuerſo impetu facto, dirimere infeſtas acis:dirimere iras : patres hinc: hinc uiros orãtes:ne ſanguine nefãdo ſoceri,generiq; reſpgerent:effecerũtq; ut pacatis animis in unã ciuitatẽ coirent:unũ ꝙ Tatienſes dicti Romani a Tatio:ſicut Quirites a Romulo,uel eius haſta. Diremerũt ergo bellũ Sabinæ.&(ut Pli.ĩ epl'is docet)laudant Sabinæ a caſtitate, ſicut Patauinæ a frugalitate. Sed q̃res forſan q̃uo ĩtactas dicat, q̃ raptæ iã matres effectæ erãt. Ad hoc ſcies poetã innuere intactã dici,q̃ tãgi noluit,licet uiolẽtiã ſit paſſa. Caſtitatis aũt certiſſimũ indiciũ eſt amor in maritos:quẽ illę uehementẽ oſtẽderũt. Si igit ſit mulier formoſa:decẽs:diues fœcunda:nobilis pudica:quæ ſupple eſt.

IOAN. BRIT.

RARA auis in terris:hoc carmen per parentheſim eſt dictum. eſtq; ueluti prohibitũ.unde & Perſius: Quando hæc rara auis eſt, ſiquid tamen aptius exit Laudari metuã.q.d.rarã inuenias, q̃ his ornata ſit bonis. Cygno nigro:qa cygni,q̃ aues ſunt marinæ,cãdidiſſimi ſunt. Quis ferat uxorẽ,cui cõſtat oĩa:q.d.eã ex tãtis bonis inſolentem,ſuperbamq; fieri. Quis ferat:qs poſſit ferre & ſuſtinere mores eius:q̃ poſtea ita ſuperbiat. Cui conſtant:cui ſuppetunt & adſunt: Virgi. Poſtquã cuncta uidet cœlo conſtare ſereno. Omnia:q̃lia prædiximus. Malo Venuſinã:oſtẽdit poeta mores mediocris mulieris plerunq; eſſe faciliores, q̃ potẽtis & nobilis matronæ. Malo.n.inqt uxorẽ mulierẽ Appulã,q̃ romanã generoſam: q̃lis fuit Cornelia Africani ſupioris filia:q̃ ex Tyb. Graccho duos ſuſcepit Gracchos:C. & Tiberiũ:q eloquẽtia iuxta ex popularitate freti,leges agrarias reipu.pernicioſas pmulgarũt. Hanc aũt poeta in exẽplũ ſuperbiæ matronarũ nominat:ꝙ frequẽter(ut ſcribit Plutarchus) gauderet facta Scipionis patris cõmemorare & iactare. Eam intantũ dilexit Gracchus maritus.ut ſalutẽ eius ſuæ ptulerit: & ipſa defuncto eo, Ptolemæi regis nuptias ſpreuit. Ex Graccho duodecim ſuſcepit liberos:ſed eã fortuna ad duos redegit. Lege Senecã in cõſolatione Albinæ. Malo.ſ.uxorẽ. Si affers ſuperciliũ: hoc eſt ſi te ſuperbã pſtas in tantis uirtutibus & bonis tuis. Nam ĩ ſupercilio hoĩs grauitas cõſiſtit, & ſedẽ habet.unũ poeta ille carmẽ obſcænũ ſcripturus:arcet a ſe lectorẽ grauẽ & ſeuerũ:Carminis incõpti luſus lecture procaces:Conueniens latio pone ſupercilium.

Supercilium

Supcilia aũt appellamus,q̃ ſupra oculos pilis ueſtita ſunt, q̃ natura hoĩ dediſſe uidetur: ut ſudorẽ a capite & fronte defluentem repellant:in q̃ opinione eſt Cicero in libro de natura Deorũ. Cum magnis uirtutibus:nam inſignis fuiſſe probitatis : declarat Valerius:ꝙ matronæ campaneæ : quæ ad eam diuerterat ornamenta ſua pulcherrima oſtentanti,dixerit:cũ filios ſuos a ſchola redeuntes uidiſſet: & hæc ſunt,inquit,ornamenta mea. Eam etiam magnę fuiſſe eruditionis Quintilianus oſtendit his uerbis. Nam Gracchorum eloquentiæ multum contuliſſe accepimus Corneliam matrẽ:

Rara auis in terris,nigroq; ſimillima cygno.
Quis feret uxorem,cui conſtant omnia? malo,
Malo Venuſinam,q̃ te Cornelia mater
Gracchorum,ſi cum magnis uirtutibus affers
Grande ſupercilium,& numeras cũ dote triũphos.
Tolle tuum precor Hãnibalem,uictũq; Syphacem
In caſtris,& cum tota Carthagine migra.
Parce precor Pæan,& tu depone ſagittas,

cuius doctiſſimus ſermo in poſteros quoq; eſt epiſtolis traditus. Triumphos : & paternos & maiorum tuorum. Scipio enim pater eius deuicta Carthagine:quã tributariã fecit,ampliſſimũ, nobiliſſimumq; egit triumphum:quem Qu. Terentius Culeo ſenator pileatus ſecutus eſt. Tolle tuum precor Hannibalem: aufer, inquit,iſtas de maioribus tuis iactationes de uictoria Hannibalis & Syphacis. Nam Hannibal, quẽ Carthaginenſes multis Scipionis uictorijs in diſpẽſationem acti ĩ auxiliũ publicæ ſalutis ex Italia reuocauerant,ex Italia ſextodecimo anno diſcedens, cũ pacem per colloquium cũ Scipione cõponere tentaſſet: nec de conditionibus pacis conueniſſet:a Scipione acie uictus eſt: a quo & Syphax Numidiæ rex: qui ſe Afris coniũxerat, captus eſt: & cum nobiliſſimis Numidis, & infinitis ſpolijs Romam miſſus fuit. Cum tota Carthagine:diſcede,inquit, cum iſta tua iactatione Carthaginis uictæ a patre tuo. Cuius hiſtoriæ ſeries ita ſe habet: Carthaginenſes primum magnam partem maris tenuerunt,inde Siciliam,Sardiniam,Corſicam, aliaſq; inſulas imperio occuparunt. Septingentis deinde annis Romani ex quo urbem Romam condiderunt, Siciliam Carthaginenſibus abſtulerunt, inde Sardiniam. Secundo autem punico bello Hiberiam omnem: Pœni Italiam omnem duce Hannibale depopulati ſunt. Romani cõtra Scipione ſuperiore duce Carthaginem ceperunt,reddideruntq; tributariam. poſt facta ſunt fœdera, quæ ad quinquaginta uſq; annos perdurauerunt. Poſt tertium inchoatum bellum, Scipione inferiorẽ duce Carthago ſubuerſa eſt. Parce precor Pean : Niobe Tantali filia uxor Amphionis Thebani quatuordecim filijs fœcunda mulieres cœpit Thebanas increpare ſacrificantes Latonæ: ſibi nõ Latonæ facienda eſſe ſacrificia: ſeq; ei ſobolis numero & claritate eſſe anteponendam, Apollo & Diana materna contumelia indignati, filios Niobes ante portã urbis ludentes ad unum ſagittis confixerunt. Mater aũt in ſypilũ ſaxũ cõuerſa eſt. auctor Ouid. in Meta. De ea ſic & Cic.in.iii. Tuſcu. Niobe fungitur lapidea pp æternum credo in luctu ſilentiũ. Amphion autem pater motus pietate:cum filios cerneret ſagittis configi, clara uoce clamauit : Parce precor Pæan filijs,qui nihil in te Commeriti ſunt. Ipſam aũt matrem quæ uos iniuria affecit occidite. De numero filiorum Niobes mira propemodum,atq; adeo ridicula(auctore Gellio) tradita ſunt a græcis. Nam Hom.pueros,puellaſq; eius bis ſenos fuiſſe tradidit. Eurypides bis ſeptenos. Sappho bis nouenos. Bacchilides & Pindarus bis denos:quidã alij tres ſolos fuiſſe tradiderũt. quorum oĩum diuerſas ſentẽtias ne uni magis,q̃ alii ſeſe addiceret, appellatione gregis cõplexus ẽ.Iuu. hãcq; Niobes fabulã cõmemorat:ut mulierũ ſupbiã notet:q̃ multorum ſæpe malorũ cauſa fuit. Ordo aũt eſt: Amphiõ clamat:o Pæan parce pcor. Pæan bene aũt Pæana appellauit. Nã cũ Solis duo maximi effectus ſint:alter quo calore tẽperato mortaliũ uitam iuuat:alter quo iactu radiorũ nõnunq̃ peſtiferũ immittit uirus:duo eademq; cognomina circa ſingulos effectus proprijs enunciationibus ſignant:appellantes Deũ ἰήϊον,, atq; παιᾶνα quæ cognomina utriq; effectui ſunt apta:ut ſit ἰήϊος ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι .i.a ſanãdo. & Pæan ἀπὸ τοῦ παίειν.i.a feriẽdo.ſagittis.n. ferire dr, tanq̃ Deus ſagittarius:quod ideo fictũ ẽ:qa(ut ſcribit Macr.)iactu radiorum nõnunq̃ peſtiferum imittit uirus. Ideo aũt ſimulachra Apollinis arcu,& ſagittis decorãt:ut p ſagittas itelligat uis emiſſa radiorum.

Histo
Carth
nis u

De nu
ro fili
Niob

Pæan

ASC

RARA auis in terris:ſicut phœnix:qui unus dumtaxat reperiri dicitur: & ſimillima cygno.i.olori nigro. Quis ferat:ideſt tolerare poſſit uxorem,cui omnia iam dicta conſtant. ideſt ſimul adſunt.q.d.nemo unde infert. Malo.ideſt magis uolo:malo inquam Venuſinam.i.mulierem ex Venuſio inter Appulliam & Lucaniã. qualis,licet ignobilis & pauper ſit. optanda ab Horatio perhibet. q̃ te o Cornelia mater Graccchorum:quæ caſta:nobilis: & fœcunda perhiberis.i.q̃ ſimilem tui. ſi affers cum magnis uirtutibus tuis grande ſupercilium.i.ſuperbiam. & numeras in dote triumphos maiorum tuorum:uidelicet Scipionum. Ego præcor.i. præcarer ſi mihi uxor eſſes: & nobilitatem tuam obijceres. tolle Hannibalem ducem Carthaginenſium tuum.i.ad gloriam generis tui deuictũ. & Syphacem regem ilium etiam uictum a Scipione maiore. & migra: ideſt recede a me cũ tota Carthagine,ideſt cũ tota gloria Scipionum

Nil pueri faciunt, ipſam configite matrem
Amphion clamat, ſed Pæan contrahit archum.
Extulit ergo gregem natorum, ipſumq; parentem,
Dum ſibi nobilior Latonæ gente uidetur,
Atq; eadem ſcropha Niobe fœcundior alba.
Quæ tanti grauitas? quæ forma, vt ſe tibi ſemper
Imputet? huius enim rari, ſummiq; uoluptas
Nulla boni, quoties animo corrupta ſuperbo
Plus aloes, q̄ mellis habet, quis deditus autem
Vſq; adeo eſt, ut non illam, quam laudibus effert.
Horreat? inque dies ſeptennis oderit horis?
Quædam parua quidem, ſed non tolerãda maritis.
Nam quid rancidius q̄ quod ſe non putat ulla
Formoſam, niſi quæ de Thuſca græcula facta eſt?
De Sulmonenſi mera Cecropis, omnia græce,
Cum ſit turpe magis noſtris neſcire latine.
Hoc ſermone pauent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi ſecreta, quid ultra?
Concumbunt græce, dones tamen iſta puellis,
Tunc, etiam quam ſextus & octogeſimus annus
Pulſat, adhuc græce. non eſt hic ſermo pudicus
In uetula, quoties laſciuum interuenit illud
Ζωὴ, καὶ ψυχὴ modo ſub lodice relictis
Vteris in turba, quod enim, non exitat inguen
Vox blanda, & neq̄? digitos habet. ut tamē omnes
Subſidant pennæ, dicas hæc mollius Aemo
Quamq̄ & Carpophoro facies tua cõputat annos.

pionum: quorũ alter Carthaginem tributariam fecit: alter deleuit. Parce præcor Pæan. Hoc loco ꝙ intolerabilis ſit ſuperbia mulierũ probat, quam ne Dij quidem inuitam dimiſerunt. ut oſtendit exēplo Niobes: quæ Latonæ matri Apollinis & Dianæ propter fœcunditatem præferri uoluit: ſed filij eius ab Apolline: filię a Diana in ultionem matris interempti ſunt. uidetur autem ideo inferre hoc exēplum quaſi innuat ambos Gracchos filios Corneliæ: qui per ſeditionē ſublati ſunt, propter matris ſuperbiam occulto Dei iudicio ſublatos. Facit autē hic Amphion exclamationē contra uindictam in liberos factam: cum ĩ matrem fieri debeat. Ordo eſt: Amphion pater liberorum clamat, O Pæan. i. o Apollo. ego p̄cor: parce ſup. pueris: quos Homerus ſex mares: & ſex fœmellas dixit. Eurypides autem. 14. Sapho. 18. Pindarus. 20. & ita incertus eſt numerus, cum alij tres ſolum ponant. & tu o Diana depone ſagittas.

¶ NIL pueri faciũt: græca imitatione pueros pro filijs poſuit. Hora. Dicã & Alcidē, puerosq; Ledæ. Nã quemadmodũ apud græcos παῖς pro puero, ut ad ætatem referas, ponitur, & pro ſeruo & filio: ita apd latinos puer pari modo ponitur. Tales gręcorum imitationes oſtendit Hora. non eſſe improbandas, ſi raro & parce fiãt. ſic. n. ſcribit: Et noua, fictaq; nuper habebũt uerba Fidem ſi græco fonte cadant Parce detorta. Qua de re in commētarijs Hora. copioſius dicemus. ¶ Contrahit: tēdit. Arcus. n. cornua contrahuntur, cum ſagitta extenſo neruo mittitur. ¶ Extulit occidit. Nam efferri proprie dicũtur mortui, cum ad buſta feruntur. ¶ Ipſumq; parentem: Amphionē. Hũc tradunt fabulæ Iouis ex Anthiopa filiũ fuiſſe: quē Pli. li. 7. ſcri. citharã inueniſſe: primũq; cithara cũ uoce cecinisse. unde fictũ eſt dulcedine cãtus ad muros Thebanos extruēdos ſaxa traxiſſe. Hora. Dictus & Amphiõ Thebanæ ꝯditor urbis Saxa mouere ſono teſtudinis, & pręce blanda Ducere quo uelit. ¶ Dũ ſibi: ordo eſt: Dum Niobe uidetur ſibi nobilior. ¶ Gente Latonę: Apolline & Dianæ: qui filij fuerunt Iouis & Latonæ, uel gente Latonæ. i. genere & maioribus Latonæ: quæ filia fuit Cæi ex gente Tytanum. Ouidi. in. 6. Meta. Genitam Tytanida Cæo. ¶ Alba ſcropha: ad ſcropham Aeneæ reſpexit: quæ Lauinij uno partu (ut ſcribit Varro) triginta edidit porcellos albos: quod portendebat futurum: ut Lauinenſes poſt triginta annos oppidum Albam conderent: quæ ab Aſcanio ędificata, Alba latina lingua: gręca Leuca. diſcretionis autem cauſa diſtinxit eam ab urbe altera eiuſdem nominis: figuram urbis nomini adiungens. & eſt uelut compoſitum iam nomen ex ambobus Alba longa. i. Leuca macra. Hęc Diony. Huius ſuis & porcorum ſimulachra ab Ænea in publico poſita fuerunt: & corpus matris a ſacerdotibus: qđ in ſalſura fuerat demonſtrabatur. ¶ Quę tanti grauitas? monet poeta hominem nulla mulieris grauitate, aut forma adduci debere: ut ducat uxorē, a qua quotidie iurgijs, cõtumelijſq; onerandus ſit. ſicq; oſtendit nullam mulierem iuxta dictum Terētianum inueniri: quę uitio careat. ¶ Quę grauitas eſt tibi tanti. i. tãti ne facies grauitatem, aut formã in muliere: ut uelis quotidianis iurgijs, cõtumelijſq; eſſe obnoxius? ¶ Imputet ſe tibi: ut ſemper tibi inſultet. ¶ Huius. n. rari boni: licet, inquit, mulierem inuenias grauem & formoſam: quod bonum rarum eſt & magnum: tamen inde tibi nulla erit uoluptas: quia plena erit iurgij & contentionũ: quæ nunq̄ te ſinat eſſe quietum. Hęc autem per parentheſim legũtur. ut ſit ordo & ſenſus: Quę grauitas & forma eſt tibi tanti: ut imputet ſe tibi: quoties corrupta animo ſupbo habet plus aloes, q̄ mellis. ¶ Huius boni: ꝙ ſit grauis, pudica, & formoſa. ¶ Rari: quod raro inuenias ut in muliere ſit forma pariter & pudicitia. Iuue. Rara eſt adeo cõcordia formę: Atq; pudicitię. ¶ Sũmi: neq;. n. quicq̄ q̄ poteſt eē maius in muliere q̄ ut formam pudicitia & honeſtate uenuſtet. ¶ Nulla uoluptas: ſubaudi eſt. ¶ Corrupta turgens. ¶ Plus aloes: plus amaritudinis. Nam aloe guſtu amara etiam graui odore eſt. Ex India laudatiſſima affert. ſed naſcit & in Aſia. Eſt. n. frutex quidã. prouerbialis eſt prouerbiũ quo utimur, cũ uolumus ſignificare plus mali, q̄ boni eē. Pli. li. 26. ¶ Quis tã deditus: qs tã addictꝰ ē uxori ſuę. ¶ Vt nõ horreat: ut nõ habeat odio? ¶ Septenis horis: plus etiam q̄ dimidia parte diei: adeo importuna eſt & quęrula mulier ſemper uiro aduerſatrix. ¶ Quędã parua quidem. ſ. commemorabo: referam. uel quid tale. Attentionem captat, cum dicat ſerem paruam eſſe dicturum. ¶ Sed non tolerãda maritis: reprehēdit mores mulierum ſui temporis: quæ ut uiderent blandę ęmulatione Laydis meretricis, uerba græca uſurpabant: quibus etiam turpia inſerebant. ¶ Non toleranda maritis quę mariti ut turpia pati non debent. ¶ Quid rancidius? quid putidius. ¶ De thuſca: de romana muliere & latina. contermini. n. ſunt Romani & Thuſci. ¶ Græcula: ironicos per diminutionē dixit. ¶ De ſulmonenſi: de italica Nam Sulmo oppidum eſt in Pelignis: patria Ouid. a Solemo Æneę ſocio dictũ. Oui. in. 4. Faſt. Serus ab Iliacis & poſt Antenora flammis Attulit Æneas in loca noſtra Deos. Huius erat Solemus Phrygia comes, unus ab Ida: A quo Sulmonis męnia nomen habent. Et Silius Italicus: Nomine rheteo Solemus iam dardana origo: Et phrygio genus a pauo, qui ſceptra ſecutus Æneæ claram muris fundauerat urbem: Et ſeſe dictam Sulmon celebrata colonis Mox italis: paulatĩ attrito nomine Sulmo. ¶ Mera: pura. ¶ Cecropis: Athenięſis a Cecrope: qui in Attica regnauit. De quo in. 2. Satyra illic: Cecropiam ſoliti baptæ laſſare Cotytto. Et quia græcorum quinq; ſunt linguę: Ionica: Dorica: Aeolica: communis: & Attica: quarum omnium Attica elegantiſſima habetur: ideo meram Athenienſem ſatyrice appellauit: deridens etiam inane mulierum ſtudium: quę etiam in omnibus negocijs affectent ſermonem græcum. ¶ Omnia gręce: ſubaudi loquuntur. Ironicos autem hęc dicũtur: oſtenditq; turpe etiam tantopere linguam peregrinam affectari. ¶ Hoc ſermone. ſ. gręco. ¶ Pauent: affectus oēs exprimũt. ¶ Quid ultra? ſubaudi dicam. ¶ Concumbunt gręce: non modo gręco ſermone: ſed & turpi concubitu ęmulantur. ¶ Dones tamen iſta puellis: ſenſus eſt: Poteſt quidem hoc tolerari, ſi puellę faciunt: uerum in uetula muliere turpiſſimum eſt. hinc autē eſt omnis poetæ indignatio: oſtendit enim eam anum intra pudicitiæ terminos non contineri quę ſermone gręco obſcęno utatur & domi & foris. Nam oratio uniuſcuiuſq; interioris ſenſus indicium eſt. ¶ Tunc etiam? acri rep̄henſione hęc dicũtur a poeta. Eſt. n. ſenſus: Tunc etiam octogenaria gręce loqueris? nec te pudet? ordo eſt: Tunc etiam adhuc gręce ſubaudi loqueris: non exponas concumbis. nam de ſermone gręco conqueritur. ſequitur. n. Nõ eſt hic ſermo pudicus. Illud laſciuũ. ſ. quod ſequitur græcum. ¶ Ζωὴ, καὶ ψυχὴ. i. uita & anima. ſunt. n. uerba blanda & meretricia: quibus impudicę mulieres utuntur in coitu. Vnde & Mart. lib. x. reprehendit Lęliam: ꝙ gręcis uerbis uteretur in Venere: Ζωὴ, καὶ ψυχὴ laſciuum congeris uſq;. ¶ Modo relictis ſub lodice: indignatur poeta ꝙ anus non modo in concubitu domi. ſed etiam foris aſtante multitudine utatur uerbis græcis laſciuis. ¶ Relictis modo ſub lodice: hoc eſt uteris in propatulo præſen

Aloe

Sulmo

Si tibi legitimis pactam,iunctamq; tabellis
Non es amaturus,ducendi nulla uidetur
Causa,nec est quare cœnam,& mustacia perdas
Labente officio,crudis donanda,nec illud,
Quod prima pro nocte datur,cum lance beata
Dacius,& scripto radiat Germanicus auro.
Si tibi simplicitas vxoria,deditus vni
Est animus,submitte caput ceruice parata
Ferre iugum.nullam inuenies,quæ parcat amanti,
Ardeat ipsa licet,tormentis gaudet amantis,
Et spoliis.igitur longe minus vtilis illi
Vxor,quisquis erit bonus,optandusq; maritus.
Nil vnquam inuita donabis coniunge,vendes
Hac obstante nihil,nihil,hæc si nolit,emetur.
Hæc dabit affectus.ille excludetur amicus
Iam senior,cuius barbam tua ianua vidit.
Testandi cum sit lenonibus atq; lanistis
Libertas,& iuris idem contingat arenæ,
Non vnus tibi riualis dictabitur hæres.
Pone crucem seruo,meruit quo crimine seruus
Supplicium?quis testis adest?quis detulit?audi
Nulla vnquā de morte hominis cunctatio longa est.
O demens, ita seruus homo est?nil fecerit esto,
Hoc volo,sic iubeo,sit pro ratione voluntas.

te turba uerbis relictis modo sub lodice .i. quibus pauloante usus

Lodices

fuisti in cubili.Nam lodices opertoria ostendit esse lecti.Mart,in Distichis:Nudo stagula ne toro paterent:Iunctæ nos tibi uenimus sorores.coniunctę enim uidentur totum lectum operiri. ⁋Quod.n. non excitat inguen Vox blanda , & nequam:hæc omnia coniunctim legantur.ostenditpoeta huiusmodi uerbis obscęnis pruritum maxime excitari. unde est illud apud Persium: Cum carmina lūbum Intrant,&tremulo scalpuntur ubi intima uersu.⁋Et nequā lasciua . A nequam (auctore

Neq̃

Gel.) nequitia fit. Antiqui.n.ne q̃ appellabāt hoīem nihili: neq; rei,neq; frugis bonę:utprodigū libidinosum,inutilem,improbū

Nequitia

scelestum.Est.n.nequitia(ut scribit Donatus)proprie libidinosa inertia.dcā ꝙ nih.l queat:nulliq; rei apta sit. Vnde & nugę ꝙ ni-

Nugæ

hil agant: uel a nō agēdo.unde est illud Terent.Si illum potest, qui alicuius rei est:etiā eū ad nequitiam abducere.⁋Digitos habet: hoc aūt disiuncti a superioribus legendū est. Est aūt confirmatio dicti pręcedētis.q.d. quid opus est uerbis:uoxipsa lasciua habet digitos.i.nō minus inguina obscęnis uerbis & lasciuis excitantur,q̃ digitorū & manuū palpatione. ⁋Vt tñ oēs subsidant pennę:licet,inquit,inguina quiescāt & iaceant:tñ ueluti digitis pertractata eriguntur.Est autem metaphora sumpta ab auibus, q̄ cōpositis alis &pennis sedent.⁋Dicas hęc mollius Aemo : sensus est:Licet,inqt,tu uetula hæc uer-

Carpophorus

ba dicas lasciuius etiā,q̃ Aemus, & Carpophorus:comœdi in scęnis res lasciuas pronūciant:tñ nunquam iuuenili uideberis ætate. Nam facies tua te uetulā esse ostendit.⁋Mollius Aemo:mimi in scęnis lasciua, & mollia plerūq; pronūciāt:qbus facile spectatores mouētur. Vñ Massiliēses (auctore Valer.) nullū aditū in scęnā fabulis q̄ mimi dñr,dederūt: ꝙ eoꝝ argumēta maiore ex parte stuprorū cōtinent actus:ne talia spectādi cōsuetudo,ēt imitādi licentiā sumeret.

Ascen.

℄ NIL.n pueri faciunt. configite ipsam matrē.s. Niobē superbā sed Pęan contrahit.i.utraq; manu simul.i.in diuersum trahit arcū & extulit.i.efferri ad sepulchrū fecit gregē.i.multitudinē natorū.& ipsum parētē A.s.mphionē.dū.i.qñ.Niobe uidetur sibi nobilior.gēte.i.generatione Latonę matris Apollinis & Dianæ: atq; dū eadē uidetur sibi fœcūdior Socropha.i.sue alba:q̄ cū in Italiā Æneas ueniret,triginta capitū fœtus enixa iacebat. Alba solo recubās, albi circū ubera nati:ut dicit Virgi.in.3.Quæ grauitas moꝝ.s.mulieris ęstimatur ne tāti. & q̄ forma.i.pulchritudo, aut formositas æstimatᵗ tanti.ut ipsa imputet,i.extollat in exprobrationē tui se tibi. q.d.merito nulla.n.pro quia.nulla sup.est uoluptas eius summi & rari boni:quod est habere mulierē prudentē & formosam. quoties.n.ipsa est corrupta supbo aīo:ipsa habet plus aloes.i.amaritudīnis. q̃ mellis .i.dulcedinis,aut delectationis: quis autē est usq; adeo. i.intantū deditus.i.addictus & indulgēs uxori.ut nō horreat, & oderit i dies .i.per singulos dies.septenis .i .septē horis illā,q̃ affert.i.extollit laudibus propter prudentiā,facūdiā, aut formā.q.d.nullus. Bene utiᵗ auctor septenis:quia cū distributione. q.d. singulis diebus septē horis.sed non tam uenuste posuit si Vallę credimus in dies: quod sine argumento ṗm eū poni nō uult.Posuit ergo hic sicut alibi sępe pro quotidie. Quędam parca quidem. Taxat lasciuiā sermonis mulieꝝ quę cum iam uetustissimę sint: utuntur tñ adhuc gręco sermone ut blandiores sint.Nā sermo gręcus plus blanditiarū,q̃ latinus habet. Principiū aūt huius textus a Geor. Valla & Mancinello sic intelligitur.Ego sup.referam:aut narrabo modo quędam parca .i.ignobilia secundum Vallam. uel quædam modica & exilia uitia respectu aliorum.sed tamen non toleranda.i.ea quę non debeant tolerari a maritis. Aliter sic intelligitur, Quędam sup.mulierum est parca quidem.i.non est magnifica,& sumptuosa,aut superba.sed non est tolerāda maritis: quia est in sermone lasciua & morosa. nam quid est sup.rācidius.i.corruptius,q̃ ꝙ ulla sup. mulier nō putat se formosam:nisi quæ facta est de Thusca Gręcula.i.nisi quæ solebat Thusca lingua,quę ipsi uernacula est loqui:nunc gręca loquatur.& nisi quę facta est Cecropis.i.Atheniensis,siue Attica.Nam sermo atticus ṗfertur cęteris.de Sulmonensi.i.de Italica. omnia sup.dicunt nunc gręcę.cum sit.i.reputetur.magis turpe nostris nescire sup.gręce q̃ latine.uel sic. cū. sit.i. reputetur. nostris.i.latinis. turpius nescire supp.dicere omnia græce q̃ latine. ipsę pauēt.i. pauorem suum exprimunt hoc sermone.&effundunt iram:gaudia : curas.i.omnem affectionē animi. hoc.s.gręco sermone.& effundunt cuncta secreta.i.omnes conceptiones animi hoc sermone.quid ultra sup. ꝓgrediar singula recitando?ipsę concumbunt gręce.i. dum con cumbūt gręco sermone utuntur.uel cōcūbunt lasciue more græco.sed ꝑꝑ sequentia prior expositio placet.dones.i.concedas ista.i.gręco sermone ad omnia.uti puellis .i. iuuenculis . tu ne etiam o uetula sup. quam annus sextus & octogesimus pulsat.i.senio & lāgore uexat, adhuc sup.loqueris & cōcumbis gręce. hic.i.huiusmodi sermo gręcus. non est pudicus.i.honestꝰ i uetula. quoties illud lasciuum zoe .i.anima profertur autem gręce zoi:quia scribitur per ita literā: quæ apud nos in e mutatur.Kai.i. &.profertur autē Ke.quia ai diphthongon proferunt ut nos ae.psyche.i.anima.profertur etiā a gręcis psychi quia ēt ita habet in fine.&tu uteris modo.i.aliqñ.uerbis relictis.i.q̄ relinqui debeāt. sicut Diues inaccessos &c.i.inaccessibiles. uel cuiusmodi.reliquisti sub lodice.i.stragulo seu coopertorio lecti.in turba.i.uulgo.Quod perniciosum est.quod enim inguen.i.membrū libidinis non excitet sup.huiusmodi sermo?Nam uox est sup.illi blāda. & habet digitos nequā.i.luxuriosos incitatores ad Venerē.Nisi dicas uox blanda &habet digitos.i.tantum excitat inguina,quātum digiti nequam.tamen demus sup. ut omnes pennę.i.uires naturę:quibus se membrum erigat.subsidant.i.ad imū cadant.neq; surrigere possint.& quāquā dicas hæc.i.huiusmodi uerba. mollius .i.effractiore &effœminatiore uoce Aemo &Carpophoro:illis mollissimis mimis & histrionibus:tamen sup. o uetula facies tua computat.i.enumerat nobis annos sup.tuos.i. licet uox tua te iuuenculam iudicet:faciet.tamen rugosa te uetulam censet.

℄ SI tibi legitimis:dissuasurus poeta Vrsidio ne ducat uxorem:argumento utitur bipartito:quo eum ita uincit,&ligat:ut facile possit intelligere uxorem non esse ducendā. Ait enim aut uxorē amaturus es, aut non. Si non amaturus es,quare uis frustra cōsumere nuptias,&sumptū facere cum tuo maximo dispendio.Si amaturus es multa patieris incōmoda,erisq; ueluti seruus.⁋Tabellis legitimis: dotalibus.Nam tabulæ, siue tabellæ numero tantum pluratiuo dicuntur, quæ omnes uenditionum,emptionum,dotium,testamentorum,& id genus contractus contineant.⁋Legitimis:nam matrimonium est non modo per leges diuinas:sed & humanas constitutum.legitimus enim deducitur a lege & tueor:sicut finitimus a fine æditimus,siue æditúus ab æde & tueor.Lege Gellium. ⁋Cœnā:nuptialem.s.quæ non sine magno plerunq; sumptu paratur. ⁋Et mustacia:Iuuenalis in genere neutro appellauit mustacea:quę Cato in re rustica in genere ꝓtulit masculino his uerbis:Mustaceos sic facito:farinę siligeneę modū unus musto ꝯspgito, Anisū, cyminū,adipis pōdo duo,casei librā,&de uirga lauri deradito, eodē addito:& ubi defrixeris,lauri folia subtꝰaddito,dū ꝯcoques.Et Pli.li.xv.scri. genus eē lauri:q̃ Leneus grāmaticus mustacē appellat:ꝙ mustaceis subijceretur.

ſubijceret.ad q̃ alludẽs dixit Cic.ad Atti.de Bibulo:In eodẽ Amano cœpit laureolã in muſtaceo q̃rere. Palladius itẽ oñdit genus eſſe panis cũ ait:Panes ex eo breuiſſimos admodũ facies muſteoꝝ.Capgrãmaticus ait muſtacea & muſtaceos dici,genuſq; eẽ panis.⁋Donanda crudis: uidentur muſtacea iuuare ſtomachum: ideo ait donanda crudis:hoc eſt,qui non facile concoquunt.Ordo eſt: Donãda crudis labente officio.⁋Labente officio.ſ.nuptiarum.nam in fine nuptiarum & cœnæ nuptialis donabantur muſtacea conuiuis adhuc diſcumbentibus.Nam ad officium ille dicitur uenire:qui uenit ad nuptiarum celebrationem.Vnde Tranquillus in Caligula:Liuiam Boreſtillam C.Piſoni nubentem: cum ad officium & ipſe ueniſſet:ad ſe deduci imperauit. Vnde Iuuena.in.2. Satyra loquens de nuptijs ait: Officium cras primo Sole mihi peragẽdum in ualle Quirini:Quæ cauſa officij?qd q̃ris?nubit amicus.⁋Nec illud.i.nec eſt quare pdas illud.⁋Quod datur pro prima nocte.i.munera quę dabantur ſponſæ a marito pro prima nocte.i.munera quæ dabantur ſponſæ a marito pro prima nocte: ideſt nuptiali: ueluti depoſitæ uirginitatis præmia.⁋Cum lance beata:cum hoc loco aduerbiũ eſt temporis.ut ſit: quod datur, cum Dacius & Germanicus radiat in lance beata,& auro ſcripto:hoc eſt in lance diuite ampla, & aurea, & cælata.Nã in poculis imago imperatorum effigiebatur.⁋Dacicus:aut Traianus,quo imperante poeta ſcripſit,quem cõſtat(auctore Diony.) deuicto Decebalo Dacorũ duce Dacicum, appellari cœpiſſe.aut reuera Domitianus a Dacis,quos deuicit duce Rutilio gallico. Statius in Siluis in Epithalamio Stellæ: Dacas quæ eſt gloria maior Exuuias, lauroſq; dabit celebrare recentes. Et alibi: Depoſitam Dacis pereuntibus urbem Pandere. Daci populi ſunt, qui ſupra Iſtrum habitant Germaniæ oppoſiti.⁋Germanicus:idem Domitianus qui Germanos deuicit.auctor Tranquillus.Frõtinus In.1.Strategematon:Imperator Cęſar Domitianus Auguſtus Germanicus eo bello, quo uictis hoſtibus cognomen Germanici meruit.⁋Si tibi ſimplicitas uxoria altera eſt pars argumẽti: Si uxorius es,inquit,& ſimplicitas illa uxoria.i.ſtolidum illud obſequium uxorium eſt tibi.i.ſi tam ſimplex es, ut uelis in omnibus obſequi uxori tuæ:ſubmitte caput.ut ſit ordo: Submitte caput, ſi eſt tibi illa ſimplicitas uxoria:ideſt ſi tibi illa mulieroſitas:ideſt cupiditas fœmineę uoluptatis, quam græci (ut auctor eſt Cice. in Tuſcula.) φιλογυνιαν appellant.⁋Deditus uni Eſt animus.i.ſi animus tuus eſt deditus uni.i.ſoli uxori.⁋Submitte caput:inclina caput.i.ſeruiẽdum tibi eſt.ſumpta tranſlatione ab armentis,quæ iugum ceruicibus excipiunt.⁋Ferre iugum:ferre ſeruitutẽ.⁋Amanti.ſ.uiro:hoc eſt qui eam uehementer amet.q.d.quanto magis a marito amatur: tanto magis ei aduerſatur & moleſta eſt.& hoc dicit, quia præceſſit: Si tibi ſimplicitas uxoria.i.ſi uoles eſſe uxorius.⁋Ardeat ipſa licet:hoc cum inferioribus rectius cõiungitur.ut ſit ordo:Vxor gaudet tormentis & ſpolijs amantis mariti:licet ipſa ardeat.i.licet & ipſa impatienter amet maritum,tamen gaudet eius tormentis. nam ei in omnibus eſt moleſta & grauis & inimica rationibus:neq; enim parcit ſpolijs.⁋Tormentis amantis:ac ſi dicat omnibus mariti incommodis.⁋Igitur longe minus utilis: ſenſus eſt: Vxor quanto humaniorem habebit maritum:tãto ei damnoſior erit, & magis importuna. Ordo eſt:Vxor erit minus utilis illi.ſ.marito:quiſquis erit bonus & optãdus maritus.⁋Hæc dabit affectus:faciet,inquit, ut maritus ſit affectus.i.ita diſpoſitus, ut ipſa uolet: hoc eſt ut præ ſe ferat lætitiã, aliquando triſtitiam,interdum metum, nonnunquam ſpem. Nam oportet maritum imperio eius obtemperare. Affectus enim ſunt ipſæ animi commotiones.⁋Cuius barbam.i.quem domus tua uidit, cognouitq; a tenera uſq; ætate: quo tempore cœpit barbam emittere.⁋Teſtãdi cum ſit:aliud incommodum proponit Vrſidio:ut deterreat eum ne ducat uxorem.Lenonibus,inquit,& laniſtis,gladiatoribuſq;.q.d.uiris criminoſis & ſordidiſſimis libertas eſt licetq; ex arbitrio ſuo teſtamentum cõdere:quod tibi non licebit: quia uxor uolet eos tantum teſtamento ſcribi,quos uoluerit,& præcipue riuales tuos:hoc eſt amatores ſuos.⁋Lenonibus: lenones dicuntur nõ ſolum,qui queſtuaria mancipia habuerint:ſed & qui in liberis quæſtum hunc exercent,in eadem cauſa ſunt. Accipimus & illum Lenonem,qui alterius nomine hoc uitæ genus exercet:ſi quis cauponam exercens, in ea corpora quæſtuaria habeat:ut multi aſſolent ſub prætextu inſtrumenti cauponij proſtitutas mulieres habere. dicendum eſt hunc quoq; lenonis appellatione contineri.Hęc Vulp.⁋Laniſtis:laniſtæ ij dicebantur,qui familias habebant gladiatorum quos optime ad digladiãdum inſtitutos priuatis,publiciſq; perſonis uendebãt.dicti q̃ uiris laniandis pręeſſent.⁋Arenæ.i.ipſis gladiatoribus:qui in arena digladiabantur.unde & arenarij dicti ſunt. ⁋Non unus:ſed multi hęredes dictabuntur ab uxore.Nam dictare eſt,cum unus dicit, & alter ſcribit. unde ſunt dictata numero tantũ plurali omnia quæ in quacunq; arte alicui monſtrantur, ut diſcat. ⁋Riualis:amator:ut diximus pauloante.⁋Pone crucem ſeruo:oſtẽdit poeta ſuperbam uxoris importunitatem: quæ odioſum imperet occidi ſeruum,uel in nocẽtẽ.Sunt enim uerba uxoris ad maritum. ⁋Meruit quo crimine ſeruus:uerba mariti: Quid,inquit,ſeruus cõmeruit ut cruci affigatur?⁋Quis detulit?quis accuſauit?Vnde delatores accuſatores dicimus occultos.⁋Audi nulla unquam:nunquam,inquit,maritus mors hominis acceleranda eſt.⁋Nulla cunctatio:nulla mora:nulla dilatio eſt longa de morte hominis. Lento enim gradu ad hominis necem gradiendum eſt. Eſt autem ſententia catholica.⁋O demens:uerba uxoris appellantis maritum fatuũ qui putet ſeruum eſſe hominem.interrogatio eſt cum reprehenſione:ac ſi dicat:Putas ne tu ſeruum hominem?⁋Ita:hoc modo ut tu reris. nam illum appellauit hominem: cũ dixit de morte hominis. ⁋Nil fecerit:attẽde ſupbiã mulieris q̃ ẽt immerentẽ poſtulet occidi.

Dictare

Dictata

Delator

❡SI tibi legitimis &cę.Iterum probat non eſſe ducendam uxorem, utitur autem huiuſmodi argumentatione, aut amabis uxorem,aut non amabis.ſi non amabis nulla eſt ratio ducendi:ſi amabis torqueberis,quia nulla eſt quæ parcat amanti. Ordo eſt:Si non es amaturus coniugem pactam & iunctam tibi tabellis:ideſt inſtrumentis legitimis: ideſt ſuper hoc legitime confectis, nulla uidetur cauſa ducendi ſup.eam.nec eſt quare perdas cęnam:ideſt epulum nuptiale:quod expenſis mariti datur.nec eſt ſup.ratio quare perdas muſtacea:ideſt digeſtiua fercula.donanda:ideſt quæ donari debeãt iam officio ſupple nuptiali: ſeu celebritate labẽte:ideſt declinante ad exitum.crudis:ideſt quę dones ſtomachum oneratum cibis habentibus poſt cęnam ut laxetur & exoneretur. Nec eſt ſenſus quẽ Georgius Valla affert ut ſit:Licet eam non ſis amaturus: non eſt tamen cauſa quare quæ in nuptijs eueniunt iucunda amittas: immo ſenſus eſt quem diximus.ſi non amabis: nulla eſt ratio quare tales expenſas facis:& perdas muſtacea:nec cur perdas illud ſup. donum, quod datur a marito nouæ nuptæ pro prima nocte: ideſt pro uirginitatis flore prima nocte uiolando. cum:ideſt quando. Dacius (ſicut Mancinellus in antiquis codicibus repertum dicit) ſed analogiæ magis congruit, & conſuetior eſt lectio Dacius: ideſt imago Domitiani Dacorum uictoris. & Germanicus:ideſt imago eiuſdem Germanorum uictoris.radiat:ideſt radios emittat.auro:ideſt ſigno aureo.ſcripto:ideſt inſculpto lance beata.i.beatam faciente:quia argentea aureis ſignis ornata. Vel melius beata.i.bene hoc eſt multum pecuniæ habente, ſeu continente.Senſus ergo eſt:Cur tantum expendas,ut tũc moris erat pro nuptijs & prima nocte eius, quam non es amaturus.Sed ſup. ſi ſimplicitas uxoria eſt tibi:ideſt ſi ſimpliciter unam uis,quam ames.& animus eſt deditus uni ſcilicet coniugi:ſubmitte caput tuum:& hoc ceruice exiſtente tua parata ferre: ideſt portare & pati iugum:ideſt ſubiectionem. Nullam enim inuenies quæ parcat amanti,ſup. marito:ideſt quæ ſinat ſe ab eo amari.licet ipſa ardeat: ideſt redamet, & uehementiſſimo amore illi reſpondeat. quia quælibet mulier naturaliter gaudet de tormentis amantis:ideſt ſe iactat & gloriatur in hoc quod uidet maritum amore ſui torqueri,& gaudet ſpolijs:ideſt uirum amatorem ſpoliari.Igitur quiſquis erit:ideſt eſſe uolet.bonus:ideſt uerus & legitimus:hoc eſt ſyncero amore conciliatus: & propterea optandus maritus:uxor erit longe minus utilis illi, q̃ ſupp.non bono:quia durior erit illius conditio,q̃ non amantis. Nil unquam inuita &cæ. Oſtendit quale imperium exerceat mulier,quæ ſentit ſe amari,in amatorem. Ordo eſt: Tu nil donabis q̃ coniuge inuita: ideſt nolente & repugnante: ideſt non audebis aliquid cuiquam donare,ſi coniux noluerit. & tu nihil unquam uendes hac: ſcilicet coniuge obſtante: ideſt contraſtante:hoc eſt dum obſtat.& ſi ipſa nolit nihil emetur a te: hoc eſt ſi ipſa renuat:nihil audebis aut donare,aut uendere,aut emere. Quin etiam hæc ſcilicet uxor dabit affectus: ideſt affectiones animi tui.i. nullum audebis amare,aut odiſſe,niſi quem ipſa uolet.ille:ideſt notiſſimus amicus.iam ſenior:cuius barbam uidit tua ianua:ideſt qui in amicitia tecum conſueuit.excludetur ſupple a te:imperante uxore,ne forte hęres inſcribatur cum uelit lenonem potius & laniſtam cum quo rem habeat hæredem inſcribi. Vnde cum libertas teſtandi:ideſt recipiendi teſtamentum:ſit lenonibus. uel cum nunc cuilibet ſit libertas:ideſt libera poteſtas teſtandi: ideſt legandi per teſtamentum bona ſua lenonibus:atq; laniſtis:ideſt magiſtris gladiatorum.& cum idem iuris:ideſt eadem libertas contingat arenæ: ideſt

ASCen.

gladiatoribus in arena uersantibus: non unus: immo plurimus riualis: idest eiusdem tori uidelicet tui petitor: hoc est adulter: dictabitur scilicet ab uxore hæres: idest quem tu scribas hæredem. præterea si libuerit coniux tua dicet: pone seruo: scilicet huic, aut ill. crucem. & si respondeas: quo crimine meruit seruus supplicium: quis testis est eius criminis. quis detulit: idest indicauit crimen eius. aut quis accusauit eum? audi: nulla cunctatio, i. mora, aut deliberatio longa est de morte hominis apud mulierẽ. Dicit enim: O demens: idest o male sane: qui rationem exigis de morte serui. Est ne supple seruus ita: idest intantum. homo: idest reputandus homo: & non potius pecus: ut ego debeam rationẽ assignare: quare ipse mori debeat. esto: idest permittamus uerum esse quod non meruerit crucem: quid tum post ea? ego uolo hoc scilicet crucifigatur, & ego iubeo sic. uoluntas mea sit pro ratione. i. satis sit quia sic uolo. siue iuste, siue iniuste.

bro genitali: quod Iudęi circuncidunt. unde appellatur Apellæ ab Horatio: Credat Iudæus appella. i. sine pelle. idem etiam recutiti dicuntur a cute restituta post circuncisionem. ⁋ Scilicet expectas: monet poeta illum uehemẽter errare, qui speret ex impudica matre nasci posse filiam bene moratam. ⁋ Vtile porro: matri, inquit, inhonestæ utile est obscænis alere filiam moribus. Inde enim quæstũ facit.

Imperat ergo viro, sed mox hæc regna relinquit,
Permutatq; domos, & flammea conterit, inde
Aduolat, & spreti repetit vestigia lecti.
Ornatas paulo ante fores, pendentia linquit
Vela domus, & adhuc virides in limine ramos.
Sic crescit numerus, sic fiunt octo mariti,
Quinq; per autumnos, titulo res digna sepulchri.
Desperanda tibi salua concordia socru,
Illa docet spoliis nudi gaudere mariti,
Illa docet missis a corruptore tabellis
Nil rude, nil simplex rescribere, decipit illa
Custodes, aut ære domat, tunc corpore sano
Aduocat Archigenen, onerosaq; pallia iactat.
Abditus interea latet, & secretus adulter,
Impatiensq; moræ pauet, & præputia ducit.
Scilicet expectas, vt tradat mater honestos,
Aut alios mores, q̃ quos habet? vtile porro
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.

IOAN. BRIT. ⁋ SED mox hęc regna reliq̃t: aliud recitat mulieris uitium: quod aptum est ad dissuadendũ ne ducat uxorem. Nihil, inquit, pensi habere relicto primo marito aliis multis nubere. Scribit Seneca: Mulierẽ quę multis nubit, multis displicere. ⁋ Relinquit regna: domicilia mariti ubi ueluti domina regnauit. ⁋ Flammea conterit: crebro nubit. Nam flammeum genus erat ueli coloris lutei: quo nouæ nuptæ caput cooperiebatur. De quo Pli. lib. 21. cap. 8. Lutei uideo honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. A flammeo flammearii dicuntur a Plauto in Aularia: qui flammea conficiunt. ⁋ Inde aduolat. i. a nouo marito discedit: & ad priorem reuertitur. ⁋ Ornatas. s. lauro. ut supra: Ornentur postes & grandi ianua lauro. ⁋ Vela: aulæa, peristromata. ⁋ Adhuc uirides. i. qui adhuc non aruerũt: adeo cito ab eo marito auolauit. ⁋ Sic: crebris matrimoniis. ⁋ Crescit numerus. s. maritorũ. ⁋ Sic fiunt octo mariti: sic peruenitur ad numerum octo maritorum concessum. Nam ad octauum usq; maritum licebat nubere, supra autem adulterium putabatur. Vnde Martialis tanquam adulteram notat lib. 6. Thelesinam: quæ decies nupserat: Aut minos, aut certe non plus tricessima lux est: Et nubit decimo iam Thelesina uiro. Quæ nubit toties non nubit, adultera lege est. ⁋ Quinq; per autumnos: per quinq; annos. ⁋ Titulo res digna sepulchri ironicos & pronunciatione adiuuandum. ⁋ Titulo sepulchri. i. inscriptione. Nam in sepulchris inscribi solebat quot maritos uxor habuisset. Martialis: Inscripsit tumulo septem celebrata uirorum Se fecisse Cloe: quid pote simplicius? ⁋ Desperãda tibi: alia dissuasio: nullam fore concordiã in ea domo: ubi sit socrus: sed semper lites & iurgia. ⁋ Salua socru: salua matre uxoris: quæ docet eam spoliare maritum. ⁋ Nudi mariti: qui ad paupertatẽ redigitur nequitia uxoris edoctæ a socru. ⁋ Nil rude: nil rusticum: sed politum & limatum. ⁋ Nil simplex: nil stolidũ, sed callidum, & artis plenum. ⁋ Decipit illa: ambiguum utrum socrus, an uxor decipit custodes. Nam mariti sæpe uxoribus suis adhibebant custodes: quos aut simulato langore, aliaue ratione decipiebant: aut pecunia corrumpebant. Videnturq; magis omnia rectius socrui conuenire: quasi quæ per eam ægritudinem filiam ad se rationabili causa possit accire: cum interea ibi adulter lateat expectãs filiã. ⁋ Aere domat: pretio corrũpit. ⁋ Corpore sano: cũ sit sana, simulata ęgritudine uocat Archigenẽ. i. medicũ. Archigenẽ posuit pro oi medico. Nam Archigenes medicus fuit græcus celeberrimus: contra quẽ Galenus sępissime in libris suis inuectus est. Legendumq; est Archigenen: ut sit accusatiuus atticus, ut stet ratio carminis. ⁋ Onerosaq; pallia iactat: induitur, inquit, socrus uestes onerosas, quales induunt ægroti: eaq; uestium ostentatione ęgritudinem simulat: ut filiã ad se spẽ officii traductam adulter ibi abditus ineat. Iactat ergo. i. ostendit dum induit ea. Horatius: Illis dum se nimiũ quærenti Iactat ultorem. ⁋ Interea: dum medicum aduocat. ⁋ Præputia: præputium appellatur ipsa pellis, quæ glandem tegit in mem

Flámeũ

Flámearij

Archigenes

ASC ⁋ IMPERAT ergo uiro, sed mox hęc regna relinq̃t &c. Eandem rem continet. Ordo igitur est: Ergo ipsa imperat. i. dominatur uiro imperãs quicquid factum uoluerit. sed ipsa reliquit mox. i. paulopost. hæc regna. i. domum huius mariti cum quo regnauit. & permutat domos. i. ad alium maritum accedit. & cõterit frequenti usu flammea. i. uestes nuptiales: quia sępe ducitur. Vel conterit. i. dissecat flammea, quibus ducebatur ad illum maritum: tanquam aspernata matrimonium eius. Et aduolat. i. celeriter quasi uolans abit. & repetit uestigia lecti spreti. s. prioris mariti. quem spernens ad hunc uenerat. & linquit. i. deserit fores istius secundi mariti ornatas. s. frondibus pauloante. & linquit uela pendentia. i. aulæa suspensa in die nuptiarũ. & linquit in limine domus ramos adhuc uirides. i. nõdum arefactos. ⁋ Et sic. i. hoc modo crescit numerus maritorum. & sic fiunt octo mariti per quinq; autumnos. i. quinq; annos quia singulis annis semel autumnus est. quæ res est digna titulo sepulchri. i. ut inscribatur sepulchro talis mulieris. Quia enim gloriosum erat mulieribus multis uiris bonis nupsisse. per hoc enim significabantur multis per uirtutem, aut quamuis dotem placuisse: ideo nonnullæ eandem rem sarcophago inscribi fecerãt. Est ergo hic amara irrisio: quia non per iustas nuptias tot maritos habuit: sed per superbiam contemnens hos: propter pulchritudinẽ amata est ab aliis. Si non diceretur: Spreti repetit uestigia lecti. ego dicerem talem tot maritos aut ueneno, aut alio modo sustulisse: quia non erat tam libera potestas mulieri possidendi, sicut uiro repudiãdi. Desperanda tibi &c. Aliud malum matrimonii quod socrus. i. mater uxoris eam corrumpit, & ad malum erudit. Ordo est: Concordia cum uxore tua est desperanda tibi. salua. i. superstite socru. i. matre uxoris tuę. illa, uidelicet socrus docet filiam suam coniugem tuam gaudere spoliis mariti nudi: idest nudati, uel male uestiti. illa docet filiam rescribere ad mœchos nil rude, & nil simplex: idest artificiose. illa decipit custodes a marito ad custodiam uxoris constitutos. aut si non potest decipere. domat: idest corrumpit eos. ære: idest pecunia. tunc: idest quando fallere uult. aduocat: idest ad filiam corpore sano: id est sanum corpus habentem tanquam ad ægrotantem uocat. Archigenen: idest medicum illum aut similem. & iactat: idest abiicit pallia onerosa: quasi ea filia sustinere non possit. interea autem dum semotis custodibus uisitatur a medico. ipse adulter, qui expectat abitum medici, latet abditus & secretus. & ipse impatiens moræ: idest non potens ferre moram, quam medicus aut custodes faciunt, pauet ne uideatur. & ducit: idest tractat. præputia: idest uirgam suam: ut post abitum rem ueneream expedite perpetret. Hic autem uersiculus secundum Probum in multis non est. Scilicet expectes: ironicos: quasi dicat non debes expectare ut mater tradat filiæ honestos mores, aut alios, quam quos habet. Porro: idest sane. utile: id est in usu est: uel commodum est. inde enim uestitur & uiuit. Vetulæ turpi: idest infami. producere: id est educare filiolam turpem. Est enim plebeius uersiculus de meretrice: Puta quod ei sit filia, puta. ut enim Satyra decimaquarta: per totam fere docebitur. liberi maximopere imitantur mores parentum: & ideo consulit ibidem dicens: Si quid turpe paras, nec tu pueri contempseris annos: Sed peccaturo obsistat tibi filius infans. Non est uerisimile ut filia ab ineunte ætate turpibus matris suæ moribus imbuta honestior sit: præsertim cum nec mater quidem ad honestatem eam cohortetur: sed potius ab ea dehortetur.

⁋ NVLLA

Nulla fere causa est, in qua non fœmina litem
Mouerit, accusat Manilia, si rea non est.
Componunt ipsæ per se, formantq; libellos,
Principium, atq; locos Celso dictare paratæ.
Endromydas tyrias, & fœmineum cæroma
Quis nescit? aut quis non vidit vulnera pali?
Quem cauat assiduis sudibus, scutoq; lacessit,
Atq; omnes implet numeros dignissima prorsus
Florali matrona tuba, nisi siquid in illo
Pectore plus agitat, vereq; paratur arenæ.
Quem præstare potest mulier galeata pudorem,
Quæ fugit a sexu? vires amat, hæc tamen ipsa
Vir nolet fieri, nam quantula nostra voluptas?

¶ NVLLA fere causa est: alia dissuasio. Mulierem non pudere agere causas forenses: quod (ut diximus in. 2. Satyra) ignominiosum erat. Causa autem est (ut finit Appollodorus actore Quintil. negocium omnibus suis partibus spectans ad quęstionē, aut causa est negocium: cuius finis est controuersia. ¶ In qua fœmina non mouerit litem: in qua aliquid non inueniat: de quo possit litigari: ac perinde causam suscipiat agendam. ¶ Manilia: Maniliā posuit pro quacunq; muliere litigiosa respiciens ad eam Maniliam meretricem: quę Hostilium Mancinum ędilem curulem lapide noctu percussit. Qua de re Hostilius ei diem ad populum dixit, uulnusq; ex eo lapide ostētabat Manilia uero ad tribunosplebis prouocauit: apud eos dixit: Mācinum cum ui irrūperet: in ędes suas lapidibus depulsum. Hæc ex Gellio. ¶ Accusat si rea nō est scimus in iudicio accusatorem esse & reum: & utrinq; litem cōtestari. At ergo poeta: si Manilia non est rea. i. si ab alijs nō est in iudicium uocata: ipsa alios uocat. sicq; impudentiam ostendit mulieris, cui necesse est si ab alijs in iudicio nō infestatur, alios infestare. Hic est uerus sensus. ¶ Libellos: quibus petunt, aut negant quos græci dicas appellant. Vnde Terent. Grandem tibi impingam dicam. i. causam & libellum. ¶ Per se nullo adhibito pragmatico. Nā pragmatici sunt illi, qui litigantibus libellos dictant. De quibus plura in. 7. Satyra illic: In fœdera pragmaticorum. Principium: exordium, uel insinuationem. ¶ Atq; locos: loci dicuntur ex quibus argumenta eruūtur: ut scribit Cic. lib. 2. de oratore. Et in Topicis ait: Quod cum peruestigare argumētum aliquod uolumus, locos nosse debeamus. Nam cū omnis quęstio duas habeat partes: affirmationis unam: alteram negationis: ex utraq; parte semper est defensio. hic. n. partes affirmantis: ille uero negantis defendit: uterq; argumenta ad partes suas tuendas perquirit: quæ argumenta petuntur ex locis & sedibus suis. Sunt. n. loci sedes ipsorum argumentorum. Argumentum autem (auctore Quintil. lib. 5.) est ratio præstans probationem, qua colligitur aliud per aliud: & quę quod est dubium per id quod dubium non est, confirmat. ¶ Parate dictare Celso. q. d. optimæ oratrices, quæ etiam possint ipsi Cornelio Celso acutissimo rhetori dare documenta. Nam dictare est tradere quod alius aut scribēdo, aut alio modo se exercēdo excipiat. Vnde apud Plin. libr. 7. illud est: Cæsar uero epistolas tantarum rerū quaternas pariter librarijs dictare. Tranquil. in Nerone: Vt facile appareret nō translatos, aut dictam te aliquo exceptos. Dictare etiam dicuntur magistri, cum discipulis legunt. Horati. in Satyris An tua demens Vilibus in ludis dictari carmina malis. Vnde dictata dicuntur numero tantum plurali: quæ traduntur in omni arte immitanda & discenda. Horat. Vt puerum sæuo credas dictata magistro Reddere. Persius: Ten' cirratorum centum dictata fuisse Pro nihilo pendas? Celsus. n. temporibus Augusti floruit. scripsitq; de re militari, re rustica, medicina, ratione dicendi. cuius rhetoricen multis in locis dānat Quintil. Et lib. 12. scribit eum fuisse mediocri ingenio: & tamen dignum ꝓposito suo. ex omnibus eius scriptis nihil aliud q̃ de medicina nobis relictum est. iniuria enim temporum reliqua periere. ¶ Endromydas tyrias: alia item dissuasio ducendam non esse uxorem: notat. n. impudētiam mulierum, quę omni prorsus deposita uerecundia, æmulatæ uiros in ludis gymnicis exercent. Soli. n. uiri, hiq; etiam mollissimi in gymnasia descendebant. mulieres uero impudentissimæ, eas artes exercebant sumpto more a Lacedæmonijs apud quos mulieres nudæ exercebantur cum uiris. & nudato illa uirginum apud Lacedæmonios nihil habebat turpe. uerecūdia. n. aderat, petulantia aberat, sed simplicem quandam consuetudinem & robustitatis studium efficiebat. Hæc Plutarc. in Lycurgo. cuius exercitationis meminit & Ouid. in Heroidibus: More tuę gentis nitida dum nuda palæstra Ludis: & es nudis fœmina mista uiris. ¶ Endromydas: Endromys uestis erat peregrina crassiore lana, longioreq; pilo: quæ ex Gallia mittebatur: licet nomen haberet græcum. ea antiqui ad arcendum frigus, pluuiasq; utebantur. Vnde poeta ante: Igniculum brumæ si tempore poscas Accipit endromydem. Eam etiam post certamina athletæ induere solebant, ne refrigescérent. Mart. loquens de Endromyde: Hanc tibi Sequanice pinguem textricis alumnam: Quę lacedęmonium barbara nomē habet. Sordida sed gelido non aspernanda Decembri Dona peregrinam mittimus endromydem. Seu letum cęroma teris, trepidumue trigona, Siue harpasta manu puluerulēta rapis: Plumea seu laxi partiris pōdera follis: siue leuem cursu uincere quęris Atham. Ne madidos intret penetrabile frigus ī attus: Neue grauis subita te p̄mat Iris aqua. Ridebis uētos hoc munere tectus, & imbres: Nec sic in tyria syndone tutus eris. ¶ Tyrias purpureas. molles, & nō crassas quales ab alijs sumebātur. sicq; sui temporis luxum notat. ¶ Fœmineū cęroma quis nescit. i. quis nescit mulieres ī gymnasiis exerceri: ubi cęromate perunguntur Nā cęroma (ut ante in. 3. Saty. diximus) genus erat unguēti ex oleo & terra in speciem luti: quo ungebantur in ludis gymnicis. ¶ Aut quis non uidit: notat aliā in mulieribus impudentia: quę more tyronum in campo Martio se exercerent ad palum ibi defixum. Nam (ut scri. Vegetius de re militari) tyrones non tantum mane, sed etiam post meridiem exercebantur ad palos: quos singulos singuli defigebant in terram ita: ut nutare non possent: & sex pedibus eminerent. Contra illum palum tanq̃ contra aduersarium tyro, nec non & gladiator crate & claua ueluti gladio se exercebat & scuto: ut nunc quasi caput aut faciem peteret: nunc ab lateribus minaretur: interdum contenderet poplites & crura succidere, recederet, insultaret, insiliret, & quasi presentē aduersarium, sic paulum omni impetu, omni bellandi arte tentaret. ¶ Sudibus. i. clauis ueluti gladio. ¶ Scuto: crates qua loco scuti utebantur. Nam ex uimine scuta texebant. ¶ Implet omnes numeros. i. omnia ad plenū peragit: quę talis exercitatio posceret. sic. n. dicimus cum aliquid perfecte factum uolumus ostendere. Sene. de benefi. Magnus luctator est qui omnes numeros, nexusq; perdidicit. ¶ Dignissima prorsus: hoc dictum est ingenti stomacho a poeta, ut sit sensus. Hęc, inquit, mulier quę calcata omni uerecundia, se exercet ad palum in campo Martio: dignissima quidem est: quę meretricio more exerceat ludos florales: hoc est dignissima est, quę inter impudicas mulieres numeretur: qn̄ tam impudenter sese habet. Nā meretrices in ludis floralibus: qui adhibito sonitu tubæ & magno populi concursu celebrabantur, corpora sua nudabant. Flora. n. (ut diximus ex auctoritate Lactan. apud Persiū: Nostra ut floralia possint Aprici meminisse senes) meretrix fuit quę cum ingētes opes arte meretricia cōparasset: po. Ro. moriens hæredē reliquit cū magna pecunia: ex cuius annuo fœnore suus natalis dies celebraretur editione ludorū, quos appellāt floralia. sed cū senatui flagitiosum uideretur ab ipso noie argumentū sumi: placuit impudēdę rei q̄dā dignitas adderetur. ¶ Deāq; finxerūt esse, q̄ floribus p̄sit: eāq; oportere placari, ut fruges cū arboribus, aut uitib⁹ bene, ꝓspereq; florescerent. Eum colorē secutus, in Fastis Oui. nō ignobilē nymphā fuisse tradidit: q̄ Cloris sit uocitata: eāq; Zephyro nuptā quasi dotis loco id accepisse muneris a marito: ut haberet oium floꝝ ptātē. Celebrabātur ergo illi ludi cū oī lasciuia conuenientes memoriæ meretricis. Nā p̄ter uerborū licentiā, q̄bus obscęnitas oīs effundit̄, exuūtur ēt (ut diximus) uestibus populo flagitāte meretrices. Hęc Lactāt. in. 1. diuinaꝝ institutionū. ¶ Tuba: nā adhibita tuba ludi (ut diximus) celebrabātur a meretricibus. ¶ Nisi siqd in illo: hoc ironicos est ꝓnunciandū, adiuuandūq; gestu. Est, inquit, digna: q̄ inter meretrices habeatur: nic forte se p̄parat ad ueꝝ certamē & gladiaturā. nā (ut recitauimus ex sniā Vegetij) nō modo tyrones, sed ēt gladiatores: ad palū se exercebant: ut per simulatā pugnā, uerā dimicādi disciplinā cōdiscerēt. ¶ Verę arenę: uerę gladiaturę: quę in arena exhibebatur. unde & arenarij appellati sunt gladiatores. ¶ Quē p̄stare potest: colligit poeta illam mulierē, quę quasi cōtempto sexu fœmineo, uirilia sibi usurpat officia, pudicā esse non posse, legendūq; est quadā cum exclamatione. ¶ Quę fugit a sexu: incerta distinctio utrū superioribus iungatur: ut sic dicas: Mulier galeata: quæ fugit a sexu: quē pudorem potest p̄stare. i. quā honestatē potest exhibere?

Floralia

An sic legendũ sit: Quę fugit a sexu, uires amat. i. quę muliebria officia relinquit, & uirilia sectatur, uidetur appetere uires & fortitudinẽ uiri: hoc est ut sit fortitudine uirili. ut sit sensus: Vellet quidẽ uiro similis esse uiribus, & fortitudine: sed tamẽ nollet in sexum uirilem trãsire: cũ lõge maiorẽ intelligat esse uoluptatem suã, q̃ uirilẽ. Fugit a sexu: abhorret a sexu fœmineo, i. repudiat quæ mulierũ sunt, & quæ mulieribus conueniunt.

Quantula: minima.

ASCen. NVLLA fere causa est &c. Ostendit mulieres uirorũ officia quantum possunt sibi usurpare. Nã & lites agũt in foro: & in arena gladiatoriam. Ideoq; dictum opinor Saty. 2. ex ore muliebri: Nunquid agimus causas &c. Et iterũ: Luctantur paucę: comedũt colliphia paucę. Ideo paucæ quia nonnullæ (ut hic dicitur) luctantur: q̃ aũt illic mulier negat mulieres causas agere, non est contra hũc locum: quia ibi loquitur ex persona Lauronię: hic est propria. Neq; hic dicit q̃ causas publice agant per se: sed q̃ libellos componunt forte per aduocatos offerendos. Ordo est: Nulla est fere causa in qua fœmina nõ mouerit: idest excitauerit, aut inuenerit si uellet. litem. i. occasionem litigandi. Manilia. i. quęuis mulier Maniliæ similis. accusat. i. habet partes accusatoris, si ipsa non est rea. i. si non debet habere partes defensoris. Id autem potius dico, q̃ cũ Mancinello: si non est aliqua rea. quia uult si ipsæ mulieres non accusentur, q̃ accusent. Ipsæ mulieres componunt, & formant per se. i. sine auxilio uirorũ libellos. i. formam petendi aut accusandi per actorem offerendam paratę. i. promptæ & edoctæ. dictare. i. ad scribendum a se inuentum pronunciare. Celso: Cornelio. s. uiro illi oratori & studioso. principiũ. i. exordium, atq; locos rhetoricos. s. Quis nescit. q. d. nemo: quia quilibet modo uidit endromydas. i. uestes quibus gladiatores utuntur. sunt. n. densæ. & ita defatigatis contra infridationem circumponuntur. mulieres aũt uiris delicatiores habebant eas tyrias. i. purpureas. & quis nescit cęroma. i. unguentum: quo ungebantur palęstritę: ut corpora glabra: & contra uentum ac sudorem nimium munita haberent. fœmineum. i. quo fœminæ palæstram exercentes ungebantur. aut quis non uidit uulnera. i. trãsfixiones pali factas in palo. i. poste aut trunco erecto. quem palum mulier sup. cauat. i. perforat. assiduis sudibus. i. perticis aut lanceis nõ ferratis & lacessit. i. prouocat scuto, ut cõtra feriat. atq; implet oẽs numeros. i. oĩa ad artẽ militarẽ spectãtia: tã i gestu, q̃ i agressione & defensione hoc ẽ ẽt mulieres exercẽt se i arte militari more tyronũ. i plet inquã oẽs numeros matrona existens dignissima prorsus. i. porro uersus: hoc est oĩno. tuba florali. i. ut per tubam ad floralia uocet & ita cũ cęteris floralia agẽtibus denudet: nisi si quid plus agitat. i. cõcipit in illo pectore. s. gladiaturam, q̃ floralia agẽtis. & paratur. i. disponitur. ueræ arenæ. i. ut aliquando ueram pugnã in arena exerceat. Quem honorẽ. i. quã honestatem potest mulier galeata pręstare. q. d. nullum utpote quę fugit a sexu. i. ab officio sexus muliebris & amat uires. i. robur uirorũ. & tamen hæc ipsa quæ sic uirilia exercet: nollet fieri uir. Nam quantula. i. quantum parua. est nostra uiri lis uoluptas respectu muliebris. q. d. minima est.

IOAN. BRIT. QVALE decus: indignatio est in mulierẽ arma pertractãtem: & in contemptũ mariti: ac si dicat, q̃ pulchrũ, q̃q; decorũ ornamentũ uideas: si forte instrumẽta stratiotica uxoris publica auctione uęnundãtur. uel si acciderit tibi: ut cũ aliquo tibi sit pugnãdũ: tunc. n. eris felix puella: hoc est uxore tua uendẽte ocreas: ac per hoc arma sua. poteris. n. ijs cõparatis armari. ordo autẽ est: Si fiat auctio rerũ coniugis.

Ocreæ Ocreas: posuit ocreas pro oĩbus armis. sunt aũt ocreæ crurum armaturæ dictæ quę ocreę quasi ob crus. Titus Liu. in. 1. Decade loquens de Seruio Tullo: Nec de armis q̃cq̃ mutatũ: ocręę tm̃ ademptæ. legendũq; est ironicos, & gestu adiuuandũ: quale, inquit, ornamentũ rerũ uideas, si auctio cõiugis fiat: si publica auctione, Balteus, & manicę, reliquaque arma uxoris uẽdatur.

Auctio Nã auctio appellatur uenditio: q̃ publice fit ab auctu pretij: qui fit a circũstantibus. unde & Actuarium appellatur additamentũ pretij. Plau. in mercatore: Actuariũ adijcito, uel mille nummũ plusq̃ poscet.

Actuarium

Balteus Balteus cingulũ militare ex corio a quo arma depẽdebãt pugnatoria. dictũ (ait Varro) a bullis quibus erat distinctum.

Quale decus rerum, si coniugis auctio fiat
Balteus; & manicæ, & cristæ, crurisq; sinistri
Dimidium tegmen, vel si diuersa mouebit
Prælia, tum felix ocreas vendente puella.
Hæ sunt, quæ tenui sudant in Cyclade, quarum
Delitias, & panniculus bombicinus vrit.
Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus,
Et quanto galeæ curuetur pondere, quanta
Poplitibus sedeat, q̃ denso fascia libro,
Et ride scaphium positis cum sumitur armis.
Dicite vos neptes Lepidi, cæci ve Metelli
Gurgitis, aut Fabii, que Ludia sumpserit vnquam
Hos habitus: quando ad palum gemat vxor Asyli?

Manicæ Manicæ: quæ ad manuum conseruationem gestantur aduersus pugnãtes manicę sunt dictę: eas ẽt manicas appellamus: quibus manus aduersus uim frigoris muniuntur. unde Pli. Ad Marcum: Ad latus notarius cum libro & pugillaribus: cuius manus hyeme manicis muniebãtur. manicas item dicimus uincula: quæ manibus inijciuntur. Virg. Manicas, atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. Cristę: quę gestari solent in uertice galeę. Dimidium tegmen: hoc autẽ dictũ ex more Ætolorũ: qui (auctore Macro.) in bellũ uno tantummodo pede calciato descẽdebãt. quod institutũ Vir. imitatus ait li. 7. de Hernicis: Vestigia nuda sinistri Instituere pedis: crudus tegit altera pero. Dimidiũ autẽ dixit: quia a pede usq; ad genu crus tm̃ integebatur: reliqua uero pars nuda erat, scuto eam tegente. Sinistri cruris: bene aũt sinistrũ ait armari. nam in pugna crus semper sinistrum protẽditur: ideoq; munitur. Hæ sunt quę tenui: risu satyrico subsannat mulieres: quas ait in turpi facinore nullũ prorsus sentire laborẽ: in opere honesto sudare: quas, inquit, uides tã fortiter arma pertractare: illę sunt q̃ uel leuium gestamine uestiũ sudãt ac si dicat. hic est ille sexus mollis & delicatus: cui etiã leues tunicæ sunt onerosæ: & tñ arma ut leuia sine ullo labore ptractat. Cyclade: uestis est muliebris tenuissima & rotunda: unde nomẽ: cyclos. n. græce circulũ significat latine. de cyclade Proper. Quæ modo per uiles inspecta est publica noctes: Hęc nunc aurata cyclade signat humũ. Lampridius in Alexãdro sic scribit: Matronas regias cõtentas esse debere cyclade: q̃ sex uncijs auri plus nõ haberet. Cyclades etiã insulę sunt i mari Ægęo: dictę q̃ in orbã & circulũ iaceãt. Pãniculus bõbicinus: pannus & uestimẽtũ confectũ ex bombice coa.

Bombices Nã bõbices uermes sunt in Assyria: qui telas araneorũ modo texũt ad uestẽ, luxũq; fœminarũ, q̃ bõbicina appellãtur eas telas mulieres retorquere, rursusq; texere didicere tãta materię tenuitate, ut denudet fœminas uestis bõbicina. unde Mar. Fœmineũ lucet sic per bõbicina corpus. Aspice quo fremitu. hoc ẽt risu satyrico pronunciãdũ: Aspice, inquit, q̃ strenue ex disciplina tractãdorũ armorũ feriat palũ, tanq̃ aduersariũ. nã ad palũ (ut diximus) exercebãtur. unde sequitur Quando ad palũ gemat uxor Asyli? Quo fremitu: qua uociferatione. nã (ut scribit Cic. in. 2. Tusc.) in stadio cursores exclamant, q̃ maxime pñt: ut se intẽdant ad firmitatẽ: faciũt idẽ cũ exercẽtur athletę. Pugiles uero ẽt, cũ feriunt aduersariũ iniectis cæstibus ingemiscũt: nõ q̃ doleãt, animoue succũbãt: sed quia in profundenda uoce omne corpus intẽditur: uenitq; plaga uehementior. hic igitur Iuuenalis ait eam in ferendo fremere: hoc est uoce intonare. Perferat. i. ferat in palũ. Ictus mõstratos: dictatos a magistro. Quãto pondere curuetur: ac si dicat: nõ est mirũ si ualde incuruatur: quia onerosa est galea. Quãta. q. d. q̃ fortis & ualida. Sedeat poplitibus

Poplites expresso ferẽtis ictũ: qui genibus nititur incuruatis. nã poplites proprie dicũt genuũ concauitates. Quã dẽso fascia libro. i. aspice q̃ dẽso libro. i. dẽso uolumine uestiũ fascia adsit ipsi mulieri. nã fascia succinctę mulieres ludebãt. Mart. Harpasto quoq; Subligata ludit. Et ride: hoc ita superioribus cõiungit: ut sit sensus: Aspice & ride, q̃si q̃ diuersa faciant. ridiculũ enim est eas arma tractare: & mox depositis armis in scaphiũ mingere. Est. n. scaphiũ (ut Iulius Pollux tradit) uas fœminarũ in quod mingerent. Vulp. de auro & argento legato scaphij sic meminit: Scaphia habita uẽtris causa nõ puto argẽto legato contineri: quia argẽti numero nõ hñr. dictio aũt est a gręco deducta. nã σκάφη uas concauũ, & peluim significat. Victru. tñ li. 8. ostendit scaphiũ nõ solũ esse uas ad usum uẽtris: sed etiam ad alios usus aptũ his uerbis: Scaphium æreum, aut plumbeum, aut peluis ex his quod erit paratũ: idq; intrinsecus oleo ungatur &c. Et ride: sic. n. poetæ ridendo notant uitia. Horatius in prima epistola: quid puer, ride, mutat cœnacula, lectos.

Scaphium

Dicite uos neptes Lepidi: hi tres: Lepidus, Metellus, & Fabius gurges fuere uiri grauissimi. Horum poeta citat neptes ut mulieres seueras, & ex parentibus seueris natas, rogatque nunquid temporibus suis talia mulierum extiterint monstra: ut deposito omni pudore, in publico ad palum

Semper habet lites,alternaqꝫ iurgia lectus,
In quo nupta iacet,minimum dormitur in illo,
Tunc grauis illa viro,tunc orba tigride peior,
Cum simulat gemitus occulti conscia facti.
Aut odit pueros,aut ficta pellice plorat
Vberibus semper lachrymis,semperqꝫ paratis
In statione sua,atqꝫ expectantibus illam,
Quo iubeat manare modo,tu credis amorem,
Tu tibi tunc curruca places, fletumqꝫ labellis
Exorbes,quæ scripta,& quas lecture tabellas,
Si tibi zelotypæ retegantur scrinia mœchæ.
Sed iacet in serui complexibus,aut equitis.dic,
Dic aliquem sodes,dic Quintiliane colorem.
Hæremus.dic ipsa,olim conuenerat inquit,
Vt faceres tu quod velles,nec non ego possem
Indulgere mihi, clames licet,& mare cælo
Confundas,homo sum.nihil est audacius illis
Deprensis,iram,atqꝫ animos a crimine sumunt.
Vnde hæc monstra tamē,vel quo de fonte requiris?
Præstabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam,nec vitiis contingi parua sinebat

lum exercerentur:sicqꝫ sui temporis uitia flagellat: ostendens om-
nia in deterius labi.⸿ Lepidi:de M.Æmilio Lepido intelligit:q prin
ceps senatus a censoribus lectus anteq̃ expiraret,præcepit filijs le-
cto se strato sine linteis,sine purpura efferrēt:in reliquum funus ne
plusq̃ æris denos consumerent: imaginum specie: non sumptibus
nobilitari maximorum uirorum funera solere.is bis consul fuit:pō
tifex maximus:& censor collega
Fuluij Flacci: cum aduersus eū
graues inimicitias exercuisset:
eas ut simul censores enunciati
sunt:in campo deposuit.⸿ Cęci-
ne Metelli: Metellum illum intel
ligit: qui orbam luminibus exe-
git senectam amissis incēdio: cū
ex æde Vestę ardēti pontifex pal
ladium raperet,memorabili cau
sa:sed euentu misero. Tribuit ei
(auctore Plin.) popu.Ro.quod
nunq̃ ulli alij ab cōdito æuo, ut
quoties in senatū iret, curru ue-
heretur ad curiam: magnum &
sublime, sed pro oculis datum.
de hoc diximus i.3.Saty.⸿ Gur
gitis Fabij: hic ē ille Fabius gur
ges:qui aliquot matronas ad po
pulum stupri damnatas pecunia
mulctauit . ex quo mulctaticio
ære Veneris ædem : quæ prope
Circum est:faciendam curauit.
filius autem fuit illius Qu.Fabij
cēsoris: a quo in quatuor tribus
redacta est turba forensis. unde
nomē fuit Fabio maximo datū
iure ego citat nepotes Fabij gur
gitis.utpote ex eo natas: qui uitia mulierum exosus fuerit puniue-
ritqꝫ.⸿ Quæ Ludia: q̃ mima fecerit id p tātā impudentiā: ꝙ fit a ma
tronis nostri sęculi.⸿ Hos habitus.i.tales habitus athleticos & gla
ylus diatorios.s. ⸿ Qñ ad palum gemit uxor Asyli:q.d.maiore uerecū-
dia uiuit mima & uxor gladiatoris,q̃ matronę nostri tēporis. neqꝫ
enim Ludia ad palum exercetur sicuti matronæ. Asylus gladiato-
ris nomen est.Bene autem gemit, quia (ut diximus) pugiles cum
feriunt aduersarium ingemiscunt:non ꝙ doleant, animoue succū-
bant:sed quia in profundēda uoce omne corpus (ut dixi)intendit.
.Cen. ¶ QVALE decus rerum &c.Prosequitur eandem rem ostendēs
mulieres sibi omnia arma,atqꝫ indumenta gladiatorum, ac militū
comparasse. Loquitur autem ironice in principio alludens ad mun
dum muliebrem.i.ad ornamēta mulierum. nam mundus ornatus
dicitur. Ordo igitur est Quale decus.i.qualis ornatus sup.fieret uel
exponeretur. si auctio.i.si uenditio publica sub hasta per auctionē
pretorum.rerum.i.ornamentorum, & sarcinularum coniugis fiat,
q.d.pulcherrimum,& id per ironiam. Esset enim balteus.i.cinctu-
ra militaris.& manicæ.i.armaturæ manuum. & cristæ.i.ornamen-
ta galearum.&dimidium tegmen sinistri cruris:quomodo Vir:Her
nicos armatos in bellum prodijsse dicit.uel si mouebit diuersa præ-
lia:ut opus sit utriusqꝫ cruris tegmine. tu sup.eris tum.i.tunc quā-
do fiet auctio talis felix.puella uendente:quia puella uendito creas
.i.crurū armamēta:unde prætium obtineas.hę.i.huiusmodi mulie
res,quæ armis interdum induuntur, & gladiaturam exercent.sunt
quæ sudant.i.quæ se quasi præ teneritudine & imbecillitate mulie-
bri simulant sudare.in tenui cyclade.i.ueste tenuissima, quam cir-
cumponunt sibi. & quarum delitias.i.uoluptates, uel potius quarū
delitias.i.delitiosum corpus.panniculus.i.modicus &tenuissimus
pannus bombicinus.i.ex uermium,qui bombices dicūtur, tela cō
fectus:uulgo sericum uocat: sed Seres lanam ex arborū folijs car-
punt.urit.i.excitat,si uoluptates dicis:uel comburit præ pondere,si
delitiosum corpus. Aspice quo fremitu talis, cui uestis tenuissima
oneri est,perferat.i perfecte & ad optatum ferat. ictus monstratos
a lanista,seu magistro gladiaturæ. & aspice quo pōdere galeæ ipsa
curuetur. & quanta.i.quam extensa & magna poplitibus.i.in po-
plitibus, & suris. Sunt autem poplites nerui post genua: & surę illæ
carnosæ pulpæ post tibias. sedeat.i.inclinet se dum euitat ictus:hoc
est uide quanta crura habeat . & q̃ neruosos poplites dum sedet.i.
in ipsos incumbit ad euitandum ictus. Man. dicit quanta,i.q̃ parua
quod ad artem spectat:ut.s. sciat se in modicum globum contrahe
re:dum ictus euitet.sed ubi paruitatem significare solet:utitur poe-
ta diminutiuo:ut iam patuit ibi:Sed quantula nostra uoluptas.Prę-
terea sensus poetæ est ostendere ipsam habere crura non exilia,sed
uirilia.& deesse tantum membrum uirile.unde subdit: Et ride posi-
tis &c.hoc est ride dum muliebri more mingit. Quinetiam uidetur
structura esse. Aspice quanta.i.q̃
densa fascia.i.ligatura uestium
&q̃ dēso libro.i.uolumine & im
plicatione uestium. sedeat.i.im-
plicetur poplitibus &c. sed meo
iudicio melius q̃dret : ut mulier
sedeat q̃ fascia. quia uidetur re-
spexisse illud, 1.Ænei. Nuda ge-
nu,nodoqꝫ sinus collecta fluen
tis.Et ita ordo & sensus est: Aspi
ce quanta.i.quantū magna ipsa
sedeat poplitibus.i.incumbat in
genua:quæ nuda habet:ut popli
tes uiriles uideantur. & q̃ denso
libro.i. uolumine uestium:ut fa-
scia sup. sit illi circa gremio.i.fe
mora. Et ride cum.i.quādo.sca
phium.i.uas, quo utuntur mu-
lieres admingendum. sumitur a
tali muliere. & hoc armis positis
.i.depositis. Ideo autem ridebis
quia quem in armis uirum iudi
ces, mingentem mulierem cen-
seas. Vos nobilissimæ mulieres
neptes Lepidi: & Metelli cæci.i.
dum Mineruam flagrāti ex ęde
reciperet excæcati. aut gurgitis
Fabij.i.nobilissimorum uirorū.
quæ Ludia.i.uxor histrionis &gladiatoris sumpserit unq̃ hos habi
tus,quos sumitis.q.d.nulla.quando gemit.i.fremit.uel lassata ge-
mitū facit.uxor Asyli.i.illius gladiatoris ad palū quē ictibus laces-
sat:&fatiget:sicut uos: quasi dicat nūquā. & ita ĩfamiores illis estis.
¶ SEMPER habet lites:alia dissuasio. Sēper,inquit, lites & iur IOAN.
gia marito sunt sentienda:ut nullus sit ne in lecto quidē locus quie BRIT.
tis.lis proprie appellatur inimicorum concertatio. Iurgium autem Lis
beneuolorum & propinquorum.Cic.in li.de rep. Iurgare ergo lex Iurgium
putat inter se uicinos non litigare. ⸿ Minimum dormitur.i.modicū
&parum dormitur.⸿ Tunc grauis illa uiro:aliam notat exquisitam
in muliere maliciam:quę cum amatore suo cum fuerit:uerita ne ma
ritus mali de se sentiat:aut suspicetur:ipsa ultro maritum per fictas
lachrymas accusat:totaqꝫ est i suspirio &gemitu ut dissimulata pra
uitate eum decipiat credentem ex uehementi in se amore id fieri.
⸿ Tunc grauis:ordo est:Illa tunc grauis &molesta uiro accusans eū
& peior tigride orba: cum conscia facti occulti.i.adulterij sui admis
si simulat gemitus.i.simulat suspiria, ac perinde se mariti zelotypā
probat.⸿ Orba tigride:tigris animal est quod Indi &Hircani ferūt, Tigris
uelocitatis tremendę: & tum maxime ablatis fœtibus sæuit præci-
pua seueritate in littore:cum raptor in naue se contulerit: a celerita
te nomē accepit.nam tigris lingua persica sagittā significat . ⸿ Aut
odit pueros:consuetudine græca pueros proseruis.i.insectatur ser
uos ut adulterij ministros. ostendit quomodo grauis sit uiro. nam
quo irata ei uideatur:omnia in domo perturbat: ut grauiter offen-
sa.⸿ Aut ficta pellice plorat:aut fingit se plorare propter pellicē suā Pellex
nam pellex ea appellatur:quæ cū eo cubat:cui uxor sit. de qua plu
ra illic diximus:Residens in codice pellex. ⸿ In statione sua:hoc est Statio
in sede sua.Nam statio appellatur omnis destinatus ad standum:ex
cubandumqꝫ locus:sępe etiam statio ponitur pro ipsis custodibus.
ut illud apud Tranquillum in Nerone:Sed adiuuante uulgi preces
etiam statione militum,quę tunc excubabat representaturū se pol-
licitus est.inde etiam dicuntur milites stationarij. Statio item pro ip- Stationa
so officio standi.ut illud apud Valerium:Voluntaria statione &cor rij
pora & animos corroborabant. Alibi: Antea senatus assiduam sta
tionem eo loci peragebant. De quo uocabulo plusculadicemus in
.11. Satyra illic: Stationes,omne theatrum. ⸿ Expectantibus illam
.s.mulierem, & dominam suam.⸿ Quomodo iubeat manare:osten
dit poeta q̃ facile sit mulieri lachrymas emittere: quæ tibi libuit eas
fundit:nec minus in re ficta,q̃ in uera unde illud est Ouidij:Credis-

dimus lachrymis, an & hæ simulare docentur? Hæ quoq; habent artes, quaq; iubentur eunt. Teren. Hæc uerba una me hercle falsa lachrymula extinguet? ¶ Tu credis amorem: insultat inscitiæ mar. ti
Curruca nimis creduli. credis, inquit, hoc fieri, quia te amet? ¶ Curruca places: ignominiose currucā appellat maritum: quasi qui alienos educet liberos pro suis uxoremq; suam ab alijs possessam amplectatur Nam curruca (ut scribit Aristo. lib. 6. de natura ani.) auis est: in cuius nido cucullus parit oua quæ curruca ut sua fouet, excludit, & educat. Parit item interdum in nidis minimorum auiū, & oua quæ aliena reperit, edit: maxime uero nidos palumbinum petit quarum oua esu absumens sua relinquit. ¶ Quę scripta: ac si dicat impudica
Scriniū & amatoria, adiuuandumq; est gestu. ¶ Scrinia: scrinium proprie appellatur, ubi & scripta & unguenta reponūtur. Pli. li. 13. Castris Darij regis expugnatis in rel quo eius apparatu Alexander cœpit scrinium unguentorum Horat. in epist. Calamum & chartas & scrinia posco. a scrinio dicuntur scriniarij: qui scrinijs præsunt. ¶ Mœchæ. i.
Zelotypus uxoris tuæ, quæ mœcha est. ¶ Zelotypæ: quæ se zelotypam simulat nam zelotypus proprie appellari potest: qui ita amat ut solicitus sit
Zelotypia ne quis amore suo perfruatur. Et zelotypia diffinitur (ut ante diximus) a Chrysippo ægritudo animi ex eo prouenicns, quod timeas ne adsit alteri, quod cum nemine uelis habere commune. Quam diffinitionem sequitur Cic. in. 4. Tuscu. sic: Zelotypia ægritudo est ex eo q̄ alter quoq; patiatur eo, quod ille ipse concupiuerit: uideturq; uocabulum deduci ἀπὸ τοῦ ζήλου. i. amore καὶ τύπτεσθαι. i. uerberari: q̄ zelotypus assiduo amoris maleo pulsetur. alij tamen dictum uolunt quia ζηλοτυπέω idem est quod æmulor & inuideo. ¶ Sed iacet in serui complexibus: ostensurus est mulierem non modo ad omnia uitia esse pronam: sed in flagitio deprehensam mira se etiam audacia defendere. Si, inquit, forte accidat ut eam inuenias in complexibus, aut serui, aut equitis ita: ut ne summus quidē orator eloquentia sua queat rem tueri: ipsa, inquit, facile & se statim tuebitur. ¶ Dic Quintiliane: Quintilianum posuit poeta pro summo oratore: qui temporibus Domitiani floruit: scripsitq; libros de institutione oratoria qui ad nos peruenerūt urbis fuit magister primus qui mercedem publicam accepit e fisco, ut scribit Eusebius. Docuit etiam nepotes Domitiani. Mart. Quintiliane uagę moderator summæ iuuentæ Gloria romanæ Quintiliane togę. ¶ Aliquem colorem. i. dic facti rationem. Nam græci chorma appellant quod nos colorem. i. rationem, quæ factum excusat. unde Quin. li. b. 3. Sed dandus illis deformibus color. Seneca in. 3. declamationum: Manifestus est adolescentis color: ut dicat se auctor tate patris oppressum. Idem in. 6. de controuersia. 2. libri: Colore hoc usus est latro pro patre puellæ non misericordia motam sed libidine. & ideo non est beneficium. Idem in sequenti controuersia: Alio colore usus est, dixit enim: non iram illam patris fuisse, sed calliditatem. Quæstio quæ sine colore est consistere nequit, hoc modo. C. Vatienus sinistræ manus digitos ne bello Italico militaret, abscidit: reus est læsę reipub. Hic quoniā color facti non inuenitur: causa nequit consistere: sicq; defensio subuertitur. Vnde iucunde poeta interrogat Quintilianū tanq̄ optimum rhetorem: ut causam hanc defendat, & facti rationē afferat. ¶ Hæremus: uerba Quintiliani. Certe, inquit, hæremus. i. ambigimus quo pacto rem tam euidentem possimus defendere. ¶ Dic ipsa: uerba Quintiliani: quasi dicat cum nos id nesciamus dic tu ipsa o mulier. Illud obseruandum est hoc pronomen ipse iungi primę psonæ, secūdæ, & tertiæ: ut ipse feci, ipse fecisti, ipse fecit. ¶ Olim conuenerat: arguta defensio mulieris. ¶ Mare cęlo: solent enim parciti ita clamando elementa ciere, ut illud Terentianum: O cœlum, o terra, o maria Neptuni. ¶ Homo sum: crimen a se remouet in sexus imbecillitatem transferens: ut sit homo sum. i. mulier sum. & ꝑ inde nec mirum si aliquando a recto tramite declino: quando cuiusq; sit hominis errare. ¶ Vnde hæc monstra tamen: forte, inquit, requiris unde hæc tanta mulierum scelera prouenīant. ex nimio inquit otio, nimioq; rerum luxu hæc sunt: quod per sequentia indicat. nam cum Romani paupertate & bellis, inquit, premebantur, summa in urbe uigebat pudicitia & probitas. unde est illud Sallustij in Iugurthino: Metus hostilis in bonis artibus ciuitatem retinebat: q̄re elegāter sequit: Præstabat castas &c. Verum ijs oībus amotis incōmodis luxuria inualuit: mores totius ciuitatis corrupti sunt. Sicq; poeta monet ī delitijs periclitari honestatē. Vñ illud est Oui. Quęrit Ægyst⁹ q̄re sit fact⁹ adulter: In prōptu cā ē, desidiosus erat.
ASCen. ¶ S E M P E R habet lites. Aliud incommodum matrimonij ex uitio mulierum: q̄ ne noctu quidē requies sit. Ordo est: Lectus in quo iacet nupta. i. coniux legitima. habet semper lites & iurgia alterna. i. altercationes. dormitur. s. a uiro. minimum. i. pro minima parte noctis ī illo. s. lecto. Illa. s. uxor. est tūc grauis. i. molesta uiro. & ipsa est tunc peior tigride orba i. cui ablati sunt catuli. tunc dico. cum. i. quando ipsa conscia occulti facti ipsius mariti simulat gemitus: hoc est quando incipit gemiscere: quia simulat se scire adulterium uiri. aut aliquod detestabile factum. & hoc potius dico q̄ ut de proprio facto intelligam: non ignarus q̄ mulieres cum peccauerint, priores litigent, ne uiris sit obiurgandi locus: sed hoc faciunt, quando deprehensæ sunt. hic autem dicitur occulti conscia facti: hoc est facti ipsius uiri: quod ipse putet occultum esse. & ipsa tunc aut odit pueros. i. familiares. aut plorat pellice ficta. i. simulata. i. simulans se pati pellicem. plorat dico lachrymis uberibus. i. exuberantibus semper, uel existentibus semper uberibus. i. abundantibus. i. paratis semper in sua statione. i. in loco ubi stant: donec iubeantur effluere, aut excurrere: sicut cursuri ad stadium stant in sua statione, parati signo dato excurrere. unde subdit atq; expectantibus illam. i. iussum eius: quomodo ipsa iubeat eas manare. i. diffluere. Tu autem qui putas eam plorare: quasi ex zelotypia: cum ploret ex malitia: credis amorem eius in te. & tu curruca. i. similis currucæ aui: quæ sicut illa oua aliena utpote cuculli fouet: ita tu liberos alienos: aut saltem coniugem: quasi nidū ad quem adulteri accedant. Galli peruerso officio uocant eum cucullū: qui alienos liberos fouet ut suos cum cucullus magis proprie uocetur: qui ad alienum nidum. i. torum accedit. & curruca, quem modo cucullum uocant. places tibi. i. superbis infortunijs tuis. & beatum te putas, aut gratularis tibi tunc. s. quando uides coniugē plorare. & exorbes. i. sorbendo exiccas fletum. i. lachrymas illius labellis tuis. tu inquam lecture. i. qui lecturus es. quæ. i. qualia scripta, & quot tabellas adulterorum. s. si scrinia. i. capsæ & cistæ. mœchæ. i. coniugis tuæ adulteræ zelotypę. i. fingentis se de te zelotypa. retegantur. i. aperiātur. Sed iacet &c. Nec solum, inquit, hoc mali est: q̄ occulte mœchentur. & tamen te adulterij incusent. quinetiam in adulterio deprehensæ obiurgandi & se purgandi colorem inueniunt: quem ne Quintilianus quidem optimus declamator inuenire posset. Ordo est: Sed coniux tua iacet: hoc est ponamus q̄ inuenias eam iacentem in complexibus serui: aut equitis: quæ sup. uia: aut ratio est excusandi eam o Quintiliane optime orator dic, dic sodes: blandientis interiectio. i. si audes. dic in quamal. quem colorem. i. aliq̄ rationem, qua uerisimiliter posset excusari. Respondet per fictionem poetę Quintilianus dicens: Hæremus. i. nos oratores dubitamus, an possit inueniri ratio. unde poeta ad mulierem deprehensam dicit: Dic ipsa. i. tu quæ deprehensa es. ipsa inquit. i. dicit ad uirum. Conuenerat. i. conueniens & bonum uisum erat tibi olim: ut tu faceres quod uelles: & accederes ad quam uelles me spreta. nec non: accipiamus duas negationes pro una. ut sit: & ego nō possem indulgere mihi: quasi dicat id æquum non est: quia si tu placitum tuum fecisti, facio iam meum. uel sic: Cōuenerat. i. conuentum & pactum fuerat inter nos olim: cum. s. aliam plusq̄ me amares. ut tu faceres quod uelles. necnon. i. & etiam. ut ego possem indulgere. i. bonos dies, & mollem, delitiosamq; uitam dare mihi. licet. i. licitum est. permitto tibi, uel licet. i. quamuis clames. i. clamando in ultionē uoces: & confundas mare cælo: sicut irati solent tamen sup. ego sum homo. idest persona humana. q. d. sum fragilis & ad libidinem prona. non possum secubare semper: ut imagines ligneę aut lapideæ: & ita si tu tibi indulsisti: sine me mihi quoq; indulgere. nihil est, inquit poeta, audacius. i. animosius. & magis temerarium illis deprensis. i. in adulterio inuentis. Nam deprehendimus in facto: rescimus post factum. dicit autem deprensis propter metrum. nam deprehensis non staret. Et ipsæ mulieres sumunt iram, atq; animos a crimine: idest secundum magnitudinem peccati simulant se ultro iratas. Vnde hæc monstra tamen. Ostendit causam tantæ luxuriæ ut cognita uitetur. Ordo est: Tamen cum licet uerum: admirabile tamen sit tot uitia in una ciuitate esse. tu requiris: id est quilibet dubitans requirere potest unde supple sint uel prouenerint hæc monstra: id est monstruosa scelera: quæ contra naturam & sexum fiunt. & de quo fonte: id est de qua origine. Respondet poeta primum ostendens causam oppositæ uirtutis, scilicet pudicitiæ. quia oppositorum eadem est disciplina ostenso enim quod paupertas, labor, uigilia, sobrietas. & huiusmodi sint causæ continentiæ: patebit quod diuitiæ, otium, dormitatio, crapula, & ebrietas sint causæ incontinentiæ. dicit ergo sic: Fortuna humilis: id est modica rerum possessio. præstabat: idest exibebat quondam latinas: idest mulier in Latio castas.

Tecta labor,ſomniq; breues,& uellere thuſco
Vexatæ,duræq; manus,ac proximus urbi
Hannibal,& ſtantes Collina in turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala,ſæuior armis
Luxuria incubuit,uictumq; ulciſcitur orbem.
Nullum crimen abeſt, facinuſq; libidinis,ex quo
Paupertas Romana perit,hinc fluxit ad Hiſtros,
Et Sybaris colles,hinc & Rhodos,& Miletos,
Atq; coronatū,& petulans,madidumq; Tarentum.
Prima peregrinos obſcæna pecunia mores
Intulit,& turpi fregerunt ſæcula luxu
Diuitiæ molles,quid enim Venus ebria curat?

IOAN. BRIT. ⸿S V N T q̃s: alia mulierũ ĩpudicitiã notat: qđ eunuchis delectet' ea. s. rõne ut uoluptates sentiãt: & nõ cõcipiant. uñ illud est Mart. Cur tm̃ Eunuchos hẽat tua Gellia q̃ris Panice: uult futui Gellia, nõ parere. ⸿Imbelles: sunt. n. ueluti mulieres. ⸿Mollia: q̃si muliebria: cũ Eunuchi sint. ⸿Desꝑatio barbæ: barbã. n. Eunuchi nõ ꝓducũt: qđ fieri scribit Macr. inopia caloris. Calor. n. ẽ q pilos creat, uñ Eunuchis desunt: quorũ naturam nullus negauerit frigidiorẽ esse, q̃ uiri. ⸿Et quod abortiuo: alia rõ qđ spadonibus delectẽtur: q̃a nõ concipiãt: ac ꝑ hoc abortiuos nõ faciãt. De abortiuo dictũ est l. ii. Saty. ⸿Illa uoluptas Sũma tñ: est ueluti antipophora: q̃si aliqs dixerit quã uoluptatẽ pñt cape ex hm̃õi Eunuchis: cũ sint male mẽtulati. sed sũma, iq̃t, est uoluptas. q̃a nõ utunt' Eunuchis n si q castrati fuerũt in ætatæ adoltiore, ut matura habuerit genitalia. ⸿Inguina: ordo est: Inguina matura .i. q̃ creuerũt ad legitmã mẽsurã. ⸿Tradunt' medicis: ut ide testes excidãt. ⸿Pectine nigro .i. pubescẽte. ⸿Ergo expectatos: mulieres, inq̃t, spadonibus delectant', sed eos nõ iubẽt prius castrari, q̃ ad ætatẽ maturã ꝑuenerint. Domitianus tñ mares castrari uetuit: & spadonũ, q residui erãt, apud mãgones ꝑtia moderatus est. ⸿Rapit Heliodorus: nomẽ medici. Interꝑtat' donũ Solis. ⸿Tõsoris dãno: q̃a nõ lucrabit'. nã eum nõ tõdebit, cũ barbã (ut diximus) nõ ꝓducat. ⸿Cõspicuus: Penis magnitudine. nã i balneis bene mẽtulati a cinnædis obseruabantur. Ordo aũt est, & sensus: Spado factus a dña .i. q castratus fuit imperãte dña. lõge cõspicuus & notabilis cũctis .i. quẽ cẽs ut ꝑcipuũ spadonẽ & obseruẽt. ĩtrat balnea, & prouocat Penis magnitudine ipsũ Priapũ .i. põt certare cũ Priapo de magnitudine mẽbri. ⸿Custodẽ uitis & horti .i. Priapũ: qui (ut scribit Diodorus i q̃nto) nõ solũ in urbiũ tẽplis: sed i agrestibus quoqꝫ locis tãq̃ uineax̃, atqꝫ hortorũ custos colit': fructuũ fures castigãs. cui Deo sacra cũ risu & ludo fiũt: sicuti ẽt Dionisio patri. Nã antiq fabulãtur eũ filiũ fuisse Dionisii & Veneri: ea ratione, qđ q uino ĩdulgeãt, sint natura ad Venerẽ prõptiores. Afferũt nõnulli priscos illos cũ uellẽt hoium pudẽda occultius noĩare Priapũ dixisse: Omitto multa alia q̃ a Diodoro diffusius ꝑscribũt'. ⸿Dormiat ille Cũ dña: potes, inq̃t, tolerare, ut Eunuchus, q castratus fuit ætate iã adulta dormiat cũ dña: sed cũ puero a te dilecto & iã maturo ne quaq̃. ⸿Bromium: puerũ tuũ formosũ: q̃lis fuit Bacchus: q Bromius est appellatus ἀπὸ τοῦ βρόμου .i. a crepitu & sonitu: q ei tonitru cõtigit cũ natus est.

Heliodorus

Priapus

Bromius

Sunt quas Eunuchi imbelles, ac mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbæ,
Et quod abortiuo non est opus, illa uoluptas
Summa tamen, quod iam calida & matura iuuenta
Inguina traduntur medicis, iam pectine nigro;
Ergo expectatos, ac iussos crescere primum
Testiculos, postq̃ cœperunt esse bilibres,
Tonsoris damno tantum rapit Heliodorus
Conspicuus longe, cunctisqꝫ notabilis intrat
Balnea, nec dubiæ custodem uitis, & horti
Prouocat a domina factus spado. dormiat ille.
Cum domina, sed tu iam durum Posthume, iamqꝫ
Tondãdum Eunucho Bromium committere noli.

ASCen. ⸿Sunt q̃s &c. Carpit delitias & uoluptates mulierũ. quę oĩa pro libidine agũt Ordo est: Sũt sup. mulieres: q̃s Eunuchi .i. emasculati. q testiculos nõ hñt. & idcirco ĩbelles ad gñationẽ ĩpotẽtes. & oscula semp̃ mollia .i. sine asperitate barbæ. & desꝑatio barbę delectẽt. & quod nõ est opus abortiuo sup. partu .i. ut faciãt abortũ, quẽ potius facerẽt, q̃ matux̃ partũ ederẽt. sed cũ nõ cõcipiãt, nõ est opus abortiuo. Illa tñ uoluptas est .i. reputatur a talibus mulieribus summa. ꝙ inguina .i. uirilia mẽbra. tradũtur medicis .i. chirurgicis euellẽda. matura .i. quãdo sunt matura .i. pertigerunt iustam mensuram ad generandũ. & hoc iuuenta existente iam calida .i. ad coitũ apta. & pectine nigro .i. pube existẽte nigra, q̃a pubes añ barbã uenit: q̃ nigrescẽte barba statim nasceretur: si nõ euellerent' testiculi. ergo cũ ita sit ꝙ nõ appetẽt alios: Heliodorus ille castrator ꝑitus. rapit .i. extrahit: euellit. damno .i. ad damnũ: uel cũ damno tonsoris sup. barbæ: quã eunuchus nõ habet, tm̃ .i. solũmodo. testiculos expectatos ad maturitatẽ. s. ac iussos crescere primũ .i. anteq̃ euellantur. postq̃ cœperũt esse bilibres .i. duarũ librarũ. Talis autẽ iuuenis factus spado a dña .i. ad uotũ dñæ. ĩtrat balnea ꝯspicuus .i. spectabilis lõge & notabilis ꝓ magnitudine mẽtulæ cũctis. & ꝓuocat .i. ꝓuocare potest non dubie sup. de uictoria .i. cõfidenter. custodem uitis & horti .i. Priapũ, q propter magnitudinem mẽbri uirilis Helesponto eiectus erat. De quo Hora. in Sermonibus: Olim truncus eram ficulnus: inutile lignũ: Cũ faber incertus samnũ faceret ue Priapum. Maluit esse Deum: Deus hinc ego furũ, auiũqꝫ Maxima formido &c. Ille talis .i. mollis & bene metulatus. dormiat o Posthume cũ dña .i. cum uxore tua: q̃a libenter admittet eũ. sed o tu Posthume noli cõmittere .i. destinare. Eunucho .i. ut fiat Eunuchus. Bromium seruum tuum iam durũ .i. uirilẽ & robustũ & iam tondendum .i. barbatũ. nõ autem formosum ut Bacchum. q. d. amitteres operam & impensas tuas: q̃a uxor tua nollet cum tali dormire. Non uult ergo poeta dicere id quod Mancinellus: ꝙ uidelicet etiam cum Bromio uxor dormire uellet, sed mere oppositũ. & cõsulit ut non alium uxori castrari faciat, q̃ abs quo eam suppone uellet. innuit aũt melius esse ab Eunuchis, q̃ ab adulteris subagitari coniugem illius.

Si gaudet cantu, nullius fibula durat
Vocem uendentis prætoribus, organa semper
In manibus, densi radiant testudine tota
Sardonyces, crispo numerantur pectine chorde,
Quo tenet Hedymeles opã dedit, hũc tenet, hoc se
Solatur, gratoq; indulget basio plectro.
Quædam de numero Lamiarum, ac nomini, alti
Cum, farre, & uino Ianum, Vestamq; togabat,
An Capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare, & fidibus promittere, quid faceret plus
Aegrotante uiro? medicis quid tristibus erga
Filiolum? stetit ante aram, nec turpe putauit
Pro cithara uelare caput, dictataq; uerba
Protulit (ut mos est) & aperta palluit agna.

D AN. RIT. ¶ SI gaudet cantu: uaria mulierum studia percurrit poeta earum semper flagellans impudicitiam: si mulier, inquit: citharœdis & cantoribus delectatur: nullus est, qui durare possit, ita defatigantur continuo cantu. ¶ Nullius fibula durat. i. nullus adolescens infibulatus põt iam diutinum canendi laborem perferre. Infibulabantur enim adolescentuli (ut diximus paulo ante) inter dum ualetudinis, interdum uocis conseruandæ gratia: frequens enim coitus facit ut adolescens raucescat. Eius infibulationis rationem hanc scribit esse Celsus: ut cutis quæ supra glandẽ est extendatur: noteturq; utrinq; lateribus. attramento: qua perforatur si glans a notis libera est, is locus idoneus fibulæ est: tum qua notæ sunt cutis acu filum ducẽte transuitur: eiusq; fili capita ĩter se deligant: quotidieq; id mouetur: donec circa foramina cicatriculæ fiant: ubi hæ cõfirmatæ sunt exempto filo: fibula additur: q̃ quo leuior eo melior est. Erat. n. annullus tenuissimus argẽteus, siue aureus. Alij interpretantur ꝙ mulieres pretio corrumpant citharœdos & cantores ad coitum: & sic fibulam soluere cogantur: quod falsum est. nam non amat eos mulier ut coeat: sed uoluptatẽ capiat ex cantu. nam in sequentibus ait: Sed cantet potius, q̃ totam peruolet urbem. Supra uero taxauit eas q̃ citharœdos amarent ad coitũ: Soluitur is magno comœdi fibula, sunt quæ Chrysogonũ cantare uetent. Ergo poeta notat hic mulierem quæ studio citharœdorũ canentiũ teneretur. ¶ Vocem uendentis prætoribus: prætores enim, qui ludis præerant adolescentes emebant, qui cantica peragerent. ¶ Organa: instrumẽtũ est musicũ habens (auctore festo) chordas. ¶ Densi sardonyces. tota, inquit, cithara laudibus prætiosis adornata est. Onyx gemma est: cui nomen est cõ unctũ cũ Sarda alio lapide. Nam (ut Suidas ait auctore Plin.) Onyci candor est unguis humani similitudine. Item Chrysoliti & Iaspidis & Sardę uñ noĩe societas oritur. Sardonycẽ Ptolemæ⁹ a Sardonyce monte Indiæ deriuari scribit, ea usus est primus superior Africanus. auctor est Plin. de quo diximus latius: apud Persium illic: Et natalitia tandem Cum sardonyce albus. ¶ Testudine: idest cithara quã Mercurius primus (teste Eratosthene) ex testudine fecit: quãq; postea Orpheo, siue (ut alij uelunt) Apollini tradidit: cũ ab eo contra dono Caduceum accepisset. ¶ Numerantur: percutiuntur. nam numerari uidentur, cum feriuntur, plectro. ¶ Pectine: pecten latine: idest quod græce dicitur plectrum, quo chordæ feriuntur. Virgi. Atq; eadẽ digitis mex pectine pulsat eburno. Plectrum autem dictum est a πλήττω: quod est percutio: ꝙ chordæ eo percutiantur. Quo. s. pectine. ¶ Hedymeles: nomen fictum citharœdi. nã ἡδὺς significat suauem: & μέλος cantũ. ¶ Operam dedit. scilicet cantui. ¶ Hunc tenet: scilicet pectinẽ. ¶ Quædam de numero Lamiarum . i. nobilium & potentiorum: qualis fuit familia Lamia, quæ nobilissima fuit: deducta origine ab Lamo: qui formiarum rex fuit in Campania. De quo Horatius: Heli uetusto nobilis ab Lamo: Quãdo & priores hinc Lamias ferunt Denominatos, & nepotum per memores Genus omne festos. & cætera. ¶ Cum farre & uino docet Cato in re rustica ca. cxxxiii. qũo Iano sacrificaret his uerbis: Iano struem cõmoueto sic: Iane pater te hac strue commouenda bonas p̃ces te precor uti, sies uolens propitius mihi, liberisq; meis domo, familiæq; meæ. Mactus hoc ferto, postea uinũ Iano dato sic: Iane pater uti te strue cõmouẽda bona p̃ces bene p̃catus sum eiusdem rei, ergo macte uino inferiori esto, Oui. in primo Fastoꝝ: Ara mihi posita est paruo cõiuncta sacello: Hæc adolet flammis cum strue farra suis. ¶ Vestamq; rogabat: de Vesta: abunde dictũ est superioribus Satyris. ¶ An Capitolina: togabat: inq̃t, mulier quædam de nobilioribus Ianũ & Vestam facto sacrificio: an Pollio citharœdus: cuius cantu delectabatur futurus esset uictor in certamine capitolino. ¶ Quercũ capitolinã. i. coronã auernã, q̃ dabatur uictori in certamine capitolino. Mart. O cui Tarpeias licuit contingere quercus. & alibi. Quod pro Tarpeię frõdis honore potest. Nam Domitianus (auctore Tranquil.) instruit quinquennale certamen Capitolino Ioui triplex. musicũ, equestre, gymnicum, & aliquanto plurium q̃ nunc est coronatorũ. Certabatur ẽt prosa oratione græce, latineq;, ac p̃ter citharœdos, chorocitharistæ quoq; & Psallocitharistæ. ¶ Fidibus. s. suis. ¶ Quid faceret: non plus, inq̃t, anxia esset pro salute mariti ægrotatis: aut filij, q̃ est ꝑ cithara: hoc est ꝑ ipso citharœdo. ¶ Velare caput: nã qui rem diuinam faciebant ex ueteri instituto caput uelabant. unde apud Virg Helenus: uates præcipit sic Æneæ: Purpureo uelare comas adopertus amictu: Nequa inter sanctos ignes in honore Deorum Hostilis facies occurrat & omnia turbet: Hunc socij morem sacrorum: hũc ipse teneto: Hac casti maneant in religione nepotes. De hoc ritu sacrificandi multa scribit Plutarc. in Problematis. ¶ Dictataq; uerba: ab aruspice. s. qui uouenti uerba dictabat. ¶ Vt mos est: scilicet ut aruspex dictet uerba, q̃ postea proferat qui uotum facit. ¶ Aperta agna: ex cuius extis aruspices futura cognoscebant. ¶ Palluit: solicita quid exta portenderent agnæ.

rganũ

nyx

rdo-
n

ectine

ectrũ

edyme

mus
t

ASCEn. ¶ SI gaudet cantu &c. Aliis delitias mulierũ taxat: quæ citharœdorum captæ amoribus, eis, & eorũ: instrũs magno utebant̃ pretio. Est tñ duplex lectio & sensus hoc loco. Nã alij legunt durat. alij dura est: quod fere in idẽ redit. ¶ Alij intelligunt ꝙ mulieres cãtantibus abutant̃. alij ꝙ solo cantu. priores sic cõstruunt. Si sup. mulier gaudet cantu. i. in cithara: aut in alio instrõ canent. fibula. i. cõnexio subligaris: qua utebãtur ad firmitudinẽ uocis & lateris nullius uendentis prætoribus uocẽ. est dura sup. satis ut non soluatur. uel durat: qa statim ꝑposito coitus prætio dissoluit̃. Posterioris sic: Si matrona diues gaudet. i. oblectatur. cantu. i. cantilenis suauibus. fibula. i. cõnexio subligaris nullius uendentis p̃toribus uocẽ. i. cantare conductus a prætore solitus, est dura. i. satis robusta ad tenendum firmitudinem lateris & uocis ipsius cantoris: quia licet fibula illius non dissoluatur per coitum: raucescit tamen frequẽti cantu. Vnde subdit. organa: idest instrumenta musica, quæ mulier tangit: ut ad ea cantor concinat: semper supple. sunt in manibus mulieris. & sardonices. i. lapilli illi prætiosi. densi: idest dense positi. radiant in tota testudine: idest cithara ex testudine primum inuenta. Alibi utitur in fœmineo genere: Cõducta Paulus agebat Sardonyce. sicut Persius: Et natalitia tandem cũ sardonyce albus. Ideo aũt apponit lapillos citharæ: qa (ut prius dixi) quisq; ea exornat instrumẽta: quorum usu atq; operatione oblectat̃. unde Virro homo bibax pocula gemmis ornabat. Æneas bellator optimus uaginã: & hic mulier cantu oblectata: testudinem. i. citharam suã. chordæ. idest nerui, seu fides citharæ numerantur: idest per numerum pulsantur seu disponũtur. pectine. i. tali instrumento. crispo. i. crispãte. quia ex pilis fere conficitur. sunt qui legant crispæ: ut sit crispæ chordæ. quo. scilicet pectine. Hedymeles: idest suauis ille cãtor. dedit aliquãdo operam. ipsa: scilicet mulier. tenet hunc: scilicet pectinem: & solatur se hoc. & indulget. idest affectuose præbet plectro uidelicet pectini grato propterea: ꝙ eo Hedymeles usus esset. basia: idest lasciua oscula. Quædam supple mulier de numero Lamiarum: idest nobilium: ac pro &. alti: idest nobilis & superbi. sanguinis: idest generis. rogabat idest interrogabat: consulebat Ianum & Vestam numina a Romanis culta cum farre & uino: idest oblatione ex farre, & uino facta. an Pollio citharœdus ille deberet sperare quercũ capitolinam: idest coronam quercinam pro uictoria obtenta in certamine Ioui Capitolino a Domitiano instituto. & an posset ipse promittere sibi coronam illam fidicibus: idest chordis suis sonoris. Quid faceret talis nobilis mulier plus uiro ægrotante: idest si uir ægrotaret: quasi dicat nihil. & quid ipsa faceret plus medicis tristibus ergo filiorum idest propter morbum incurabilem filioli quasi dicat nihil: Ipsa enim stetit ante aram: nec putauit esse turpe uelare caput: idest uelando sacrificare pro cithara: idest citharœdo. & protulit uerba dictata a sacrificulo. ut: idest sicut est mos. & palluit: idest pallida effecta est. agna aperta ab aruspice, ut agnosceret futura: quia nihil salutis significatiuum illic uidit.

Dic mihi nunc quæſo,dic antiquiſſime Diuum,
Reſpondes his Iane pater: magna otia cœli,
Non eſt(ut uideo)non eſt,quid agatur apud vos.
Hæc de comœdis te conſulit,illa tragœdum
Commendare uolet,uaricoſus fiet aruſpex.
Sed cantet potius,q̃ totam peruolet urbem
Audax,& cœtus poſſit q̃ ferre uirorum.
Cumq; paludatis ducibus præſente marito
Ipſa loqui recta acie,ſtrictiſq; mamillis.
Hæc eadem nouit,quid tota fiat in orbe,
Quid Seres,quid Thraces agant,ſecreta nouercæ,
Et pueri,quis amet,quis decipiatur adulter,
Dicet quis uiduam prægnantem fecerit,& quo
Menſe,quibus uerbis concũbat quæq;,modis quot.
Inſtantem regi Armenio,Parthoq; cometem
Prima uidet,famam,rumoreſq; illa recentes
Excipit ad portas,quoſdam facit eſſe Niphatem
In populos, magnoq; illic cuncta arua teneri
Diluuio,nutare urbes, ſubſidere terras
Quocunq; in triuio,cuicunq; eſt obuia narrat.
Nec tamen id uitium magis intolerabile.q̃,quod
Vicinos humiles rapere,& concidere loris
Exorata ſolet,nam ſi latratibus alti
Rumpuntur ſomni,fuſtes huc ocyus inquit,
Afferte,atq; illis dominum iubet ante feriri,
Deinde canem.grauis occurſu,teterrima uultu

IOAN. BRIT. ℭ DIC mihi nunc quæſo: hac interrogatione oſtẽdit tales pces indignas eſſe q̃ exaudiantur. Antiquiſſime Diuum nam habitus eſt antiquiſſimus Deorũ. Vnde illud eſt Ouidij in primo Faſtorũ: Me chaos antiq(nã ſum res priſca)Vocabant. Iane pater:hoc uerbũ eſt ex ritu.nam ĩ ſacris Ianum geminum,Ianũ patrem,Ianũ Iunoniũ inuocabant.Patrẽ aũt quaſi Deorũ Deũ, lege Macrobiũ libro primo Saturna. Magna otia cæli:ſubaudi ſunt. Hæc de comœdis:comœdi & tragœdi dicuntur: q comœdias & tragœdias agũt. Comici & Tragici q ſcribunt. **Comœdus Tragœdus Comic⁹ Tragic⁹** Conſulit te.ſ. o Iane. Varicoſus.in hoĩe, ut in Perſiũ diximus:Venæ tumeſcentes in uarices cõuertũtur:nec ĩ cruribus ſolum,ſed in toto corpore cõſpiciuntur. unde Celſus ita ſcribit:Præter hoc euenit ĩ quorundam uentribus uarices ſunt quarũ,qa nulla alia curatio eſt, q̃ q̃ĩ cruribus eſſe cõſueuit &c. **Varices** Varices autem dicũtur ex nimia mora ſtandi ꝓuenire. Inde illud eſt Vatini in Ciceronẽ uaricoſũ gloriantẽ ſe humeris Italiæ ab exilio reportatũ. Vnde ergo tibi uarices? Aruſpex igitur cũ exta cõſulit diu ſtando fit uaricoſus. **Aruſpex** Aruſpex dicebatur,q exta pecudũ ĩſpiceret,ex qbus futura præ noſcebat. ab aruga denoĩatus **Aruga** nam aruga dr̃ hoſtia ab hara in qua concludit᷑, & ſeruatur. Hara aũt eſt in qua pecora includũtur. Sed cantet potius:hinc oſtẽdit poeta mulieres cantoribus, citharœdiſq; delectari ut diximus:nõ ut cũ eis coeant:ſed ut ex cantu uoluptatem capiant. Cantet,inq̃t,potius & cũ cantoribus uerſetur:q̃ per urbẽ uagetur, ſicq; notat mulieres ambulatrices,q̃ ſemper impudicæ habitę ſunt. Vnde eſt illud p̃ceptũ Catonis in re ruſtica : Mulier ne ſit ambulatrix. Ferre cœtus uirorũ:uerſari magna audacia cum uiris. **Paludamentum** Cumq; paludatis:paludamẽtũ ueſtis militaris Imperatoria. Apuleius in prima Apollogia.uerumtamen hæc Diogeni & Antiſtheni pera & baculus. quod regibus diadema , quod imperatoribus paludamentũ,quod pontificibus galerũ,quod lituum auguribus. Tranqll.in Cæſ. Paludamentũ mordicus trahẽs, ne ſpolio potiret᷑ hoſtis. Id aũt aut albũ,aut purpureũ exeuntibus in p̃liũ dari ſolebat. Vnde Valerius lib.primo capite de prodigijs:pullũ Craſſo traditũ eſt paludamentũ,cũ in p̃lium exeuntibus albũ aut purpureum dari ſoleret. Strictiſq; mamillas:ita coarctatis ut in ſummo natẽt ſinu. **Seres** Quid Seres:populi Syriæ primi hoĩum, q noſcant᷑ : lanicio ſiluarũ nobiles,pfuſam aqua depectẽtes frondiũ caniciẽ. Cœtum reliquorũ mortaliũ fugint,cũ cõmertia expetant. Pli.li.vi. Quid Thraces:populi ſeptẽtronales. Regi Armenio,parthoq; : utpote imperij Romani hoſtibus. **Comete** Cometẽ inſtantẽ:exitiũ minãtẽ:nã cometas græci uocãt, quas nos crinitas ſtellas appellamus horrentes crine ſanguineo,& comarũ modo in uertice hiſpidas. Plinius. Facit Niphatem iſſe.i.ita rẽ narrãdo diſponit.ut faciat Niphatem iſſe in quoſdã populos:Niphates fluuius eſt Armeniæ. Luca. Armeniuſq; tenens uoluptatẽ ſaxa Niphatem.eſt ẽt mons eiuſdem noĩs ut ſcrib. Strabo. **Niphates** Teneri diluuio.i.inundari,& aquis obrui. Nutare urbes:terræmotu quati. Subſidere:introrſum ire. Ouid. Subſidunt ualles. Nec tamen id uitiũ:nec illud uitiũ uagandi per urbem,& perſcrutandi res nouas grauius eſt,q̃ ꝙ iracũdię & ſęuitie uitio laborat. Rapere:trahere ui. Vicinos humiles:hoc eſt pauperes ſi forte interruptus fuerit ei ſomnus per canes eorum. Exortata:etiam exortata. Solet concidere:uerberare . Illis:ſcilicet fuſtibus. Dominum:ſcilicet canis. Grauis:terifica.

AS Cen. ℭ DIC mihi nũc q̃ſo. Quia dictũ eſt:quod q̃dam mulieres conſulunt de ſalute adulterorũ ſuorũ:q̃ſi uero Dij talia curẽt,iucũde alloquit᷑ poeta ianũ pcunctans eũ an ne aliud agendũ habeant Dij, q̃ talibus quæſtionibus rñdere. Deinde ꝓgredit᷑ ad alias petulãtias mulierũ notãdas. Ordo eſt:O antiq̃ſſime Diuũ.i.Diuorũ Iane . qui añ Saturnũ in Italia regnabas: & principiũ, ac ianua rerũ diceris. q̃ſo.i.ſupplex oro.(quod addit ne duꝝ eſſet uerbũ ĩperãdi dic, quo bis utit᷑)dic mihi nũc:poſtq̃ te de talibus cõſulũt mulieres : dic inq̃ o Iane pater Diuũ . rñdes tu his .i.hmõi ĩterrogationibus mulierũ.q.d.certe ſi hoc facis,magna ſup.ſunt otia cæli. Et ut.i.ẽm qd uideo.nõ eſt inq̃ quod agat᷑.uel melius. nõ ẽ aliqd quod agatur apud uos.ſ.Deos cæleſtes. Nam hæc.ſ.mulier cõſulit.i.cõſiliũ poſcit te.de comœdis.i. de ſalute, aut uictoria comœdoꝝ.i. actoꝝ comœdiaꝝ.illa.i.alia.uolet commẽdare.i.ꝓtectioni tuæ cõmittere tragœdũ.i. actorem tragœdiaꝝ.& ſi oĩbus aurẽ prębueris aruſpex.i.inſpector extoꝝ.arugæ.i. uictimæ , fiet uaricoſus.i. uaticibus: hoc eſt neruis cõtractis ex lõga ſtatione plenus. Sed cãtet potius ſup.matrona, q̃ peruolet.i.diſſolute uolet p totã urbẽ exiſtẽs audax.& q̃ poſſit.i.ualeat:potens ſit.ferre.i. ſuſtinere. cœtus.i.cõuẽticula uirorũ . que pro.&.q̃ ipſa poſſit recta .i. erecta facie:cũ tamẽ pudica mulier uultũ demiſſa ꝓfatur : ut de Didone dr̃ prim.Ænei.& mamillis ſtrictis.i.cõpreſſis quibuſdã faſcijs a parte ĩferiore: ut oſtendit Plautus meretrices facere : ut e ſinu exiliãt & pateãt.uel (ut Probus legit᷑)ſiccis.i.uirilibus: nihil lactis maternalis habentibus.loqui cũ ducibus paludatis.i.paludamẽtis ornatibus & hoc marito exiſtente p̃ñte.i.p̃ſentia.ut ſup.iam frequẽs facit , hæc eadẽ aũt q̃ hoc facit,nouit qd fiat ĩ toto orbe: qd Seres populi illi ad Indos: qd Thraces populi ad ſeptẽtrionẽ uergẽtes agãt . Et nouit ſecreta nouercæ.& pueri.i.qd nouerca cũ priuignis ſecrete egit . & nouit qs amet,& qs adulter decipiat᷑.& dicet.i.dicere poterit:qa ſcit quis fecerit uiduã p̃gnantẽ.i.grauidã.& quo menſe,& qbus uerbis , & qũo quæquæ ſup.mulieres concũbunt.i.coeunt . Et ipſa uidit prima.i.ante oẽs uiuẽtes.cometẽ.i.ſidus crinitũ:aut(ut dñt)caudatũ. inſtantem.i.mortem minantẽ.aut, ſi ad ſidus refers. minans. regi Armenio:ideſt Armeniorum.& Partho.i.Parthorum.illa excipit.i. ex ore nunciarũ capit ad portas priuſquam recipiantur in urbem: famam & rumores recentes.& facit: ideſt Prædicat Niphatem fluuium illum iſſe.ideſt fluxiſſe .in quoſdam populos & cuncta arua teneri: ideſt obrui & inundari illic.ſ.iuxta,Niphatem.magno diluuio.ideſt inundatione aquarum.& ipſa narrat in quocunq; triuio & cuicunq; eſt obuia.urbes mutare. ideſt ex terremotu caſum minari.& terras ſubſidere.ideſt in abyſſum abire:hoc eſt talis ſcit omnia & facta & infecta:ut Plaut.in Trinummo de uiris dicit. Nec tamen id uitium.Nunc ſæuitiam & inclementiam mulierum taxat. Ordo eſt:Nec tamen id uitium.ſ.curioſitatis & leuitatis:ac diſſolutionis:eſt magis intolerabile,q̃ ꝙ ipſa exorata:ideſt poſtq̃ ſemel eſt precibus placata uel exorata a uicinis malis.ſolet rapere:ideſt uim arripere.& concidere:ideſt flagellare.loris:ideſt ſcuticis,ſeu flagellis ex corio factis.uicinos humiles:ideſt infime conditionis.nam ſi ſomni alti:ideſt profundi & cerebrum quod altum eſt ampliter occupantes . rumpuntur:ideſt interrumpuntur latratibus canum:ideſt ipſa inq̃t ad lorarios ſuos.ideſt.ſeruos,qui uincula & uirgas cuſtodiunt & exercent afferte ocyus ideſt ualde cito huc:ideſt ad me fuſtes:ideſt baculos & uirgas magnas.& iubet dominum.i.poſſeſſorem canis feriri.i.uapulare:aut cædi illis:ſcilicet fuſtibus: & deinde canem.& ipſa grauis.i moleſta & aſpera ac terribilis occurſu, dum cuiq̃ occurrit,& teterrima.i.toruiſſima,immitiſſima uultu.

ℭ BALNEA

Balnea nocte ſubit,conchas,& caſtra moueri
Nocte iubet, magno gaudet ſudare tumultu.
Cum laſſata graui ceciderunt brachia maſſa,
Callidus,& criſtæ digitos impreſſit Aliptes,
Ac ſummum dominæ femur exclamare coegit.
Conuiuæ miſeri interea,ſomnoq́,fameq́
Vrgentur,tandem illa venit rubicuuda,totum
Oenophorum ſitiens,plena quod tenditur vrna
Admotum pedibus, de quo ſextarius alter
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim,
Dum redit,& terram luto ferit inteſtino.
Marmoribus riui properant,aut lata falerno,
Peluis olet,nam ſic tanq̃ alta in dolia longus
Deciderit ſerpens,bibit,& vomit. ergo maritus
Nauſeat,atq́ oculis bilem ſubſtringit opertis.

¶ BALNEA nocte ſubit:nam ante cœnam lauabantur.¶ Chōcas:uaſa quibus utebantur in balneis.¶ Et caſtra:quaſi caſtra.i.multam ſupellectilem.quam ſecum ferat. ¶ Gaudet ſudare:gaudet,inquit i balneis lauari ſtrepitu magno & ambitioſo. unde titulus epiſtolæ Senece in.8.talis eſt: ubi notat tumultuoſam balneorum luxuriam.¶ Graui maſſa:graui alterum pondere. nam qui balnea ingrediebantur,quo facilius ſudorem elicerent:ante quam lauarētur,ſe exercebant:nunc grauiora onera manibus ferendo:nūc alteres rotando, quā rem Seneca ad Lucilium optime oſtendit lib.8.ubi notat tumultuoſam luxuriam balneorū ſic dicens: Cū fortiores exercentur & manus plūbo graues iactāt:cū laborāt aut laborantē imitātur,gemitus audio, quoties retentum ſpiritū remiſſerunt ſibilos, & acerbiſſimas reſpirationes.Idem alibi ad Lucilium loquēs de exercitationibus:Curſus & cum aliquo pōdere manus motæ. ergo graui maſſa.i.graui altere:qui aliud nihil eſt,ꝗ maſſa plumbea.Dictus autem alteres ab ἄλλομαι quod eſt ſalio.nam ſaltantes ſuſceptis alteribus exercebantur.Mart. Alterem facili rotat lacerto.¶ Aliptes unctor ab ἀλείφω quod eſt ungo.ungebantur enim,qui uolebant lauari.¶ Callidus:aſtutus.nam dum ungit mulierem: genitalia manibus maxime palpat, & percutit. Seneca lib.8.loquens de ſtrepitu balneorum:Cum in aliquem inertem, ac plebeia unctione contentum incidi:audio crepitum illiſæ manus humeris:quæ ut plana prouenerit,aut concaua,ita ſonum mutat.Item eadē epiſtola: Aliptum cogita tenuem & ſtridulam uocem,quo ſit notabilior exprimentem:nec unquam tacentem,niſi dum uelit alas:&alium pro ſe clamare cogit.¶ Criſtæ: genitalibus. ¶ Exclamare:ſtrepitum facere ex percuſſu manum.Vnde Mart.Et pueri lutulenta de palæſtra Vncti uerbere uapulant magiſtri. ¶ Summum femur: ſummam partē femoris.nam femur totam coxam appellamus:hoc ex partē exteriorem,& interiorem uno uocabulo.Apuleius lib.x.Metamor. Nam quidam colonus partem uenationis immanis cerui pinguiſſimum femur domino illi ſuo muneri miſerat,Femina uero tantum partes interiores.Vnde Apul.eodem lib.Nam ſi faciem tuam medijs eius feminibus emiſeris, facile percunctaberis quam grandem tibi demonſtret patientiam loquebatur autem de Aſino.Pli.autem li. 28. Femina atteri,aduriq́ equitatu notum eſt. Apul.in.x.Illam titione candenti inter media femina detroſo crudeliſſime necauit. plerūq́ tū femora capiūtur ab auctoribus pro partibus genitalibus. ¶ Cōuiuæ miſeri:hoc qui illam domi expectant, cum ea cœnaturi: ut ſit tota ipſa familia.¶ Interea:dum lauatur.¶ Tandem:poſt longam expectationem.¶ Oenophorum:uas ad ferenda uina οἶνος enim uinū ſignificat:& φέρω porto.¶ Sitiens magna cum ſit bibens.¶ Quod tēditur:quod plenum eſt.unde & ubera diſtenta dicimus, quæ plena ſunt.¶ Admotū a pedibus.i.appoſitū ſeruis ut peſſimū.nā peſſimū erat uinū. qui enim uomere uolebant:uinū peſſimū bibebant:quale dabatur ſeruis quod appellabant τρόπιν quod ſignificat uerſionem,quæ.ſ.ſtomachum perturbabat.Id uerbum eſt apud Martialem.bibit ergo tropin,ut uomat.Hoc autem fiebat ut exinanito ſtomacho maior edendi excitaretur appetentia.De Apedibus autem diximus in.1.Satyra illic:Ab octaua Marius bibit. ¶ Sextarius alter.i.duo ſextarij. Eſt autem Sextarius ſexta pars congij. Congius enim ſex capit ſextarios.auctor eſt Priſc.¶ Ducitur:bibitur.Horat. Ducere nectareos ſuccos.Idem in.4.carminū: Sed preſſum in cadibus ducere Liberum Si geſtas.¶ Ante cibum.i.ieiuno ſtomacho contra uinum optimum uomitum coercet.Horat.Vel quod fluentem nauſeam coerceat:Metire nobis cecubum. Vinum,inquit Pli. lib.23.ieiunos bibere nouitio inuento inutiliſſimum eſt.Et lib.29. cap.1.Potus ieiunorum,ac uomitiones, & rurſus per potationes, ac pilorum euiratio inſtituta reſinis eorum.Vbi manifeſte talia medicinæ inſtituta irridet.¶ Rabidam ore.i.rabidum appetitum. orexis enim dictio eſt græca: quæ appetitum ſignificat: ὀρέγομαι enim græce, appeto latine. A Galeno in libro qui inſcribitur ὅροι ἰατρικοί: hoc eſt diffinitiones:quam ad medicinam ſpectant diffinitur ſic:ὄρεξίς ἐστὶ πόθος καὶ ἐπιζήτησις:hoc eſt orexis eſt deſiderium,ſiue appetitus & inquiſitio: pro uomitu etiam ponitur.Pli.ad Priſcum de Fania ægrotante pro uomitu ſic ſcribit : Hoc diſcrimine implicita eſt inſidens febris,tuſſis,orexis,ſumma macies, ſumma defectio. Iuuena.alibi in ſequentibus:Hinc ſurgit orexis: Hic ſtomacho bilis nā uinum illum peſſimum bibebant ut uomerent : ſicq́ euacuato per uomitum ſtomacho, maior eſſet edendi appetentia. Vnde Seneca:Vomunt ut edāt, edunt ut uomant.Idem Seneca ad Lucilium loquens de intemperantia mulierum: Non minus inquit,potant,& oleo,&mero uiros prouocant. Æque inuitis ingeſta uiſceribus per os reddunt & uinū omne uomitu remittūt. ¶ Dum redit:Senſus eſt & ordo: Sextarius alter ducitur.i.hauritur & bibitur ante cibum facturus rabidam orexim.i.rabidam appetentiam dum redit.ſ.ex ſtomacho.i.dum remittitur & uomitur.nam ſic per uomitum exinanito ſtomacho appetitus edendi magnus excitatur. ¶ Luto inteſtino.i.uino luteo:quod inteſtina hauſerat. luto enim poſitum eſt pro luteo..ſic Virg.Croceo mutabit uellera luto. & in ſequentibus Iuuena.Incude & loto Vicano ad Rhetora miſit. Quem locum animaduerti ſic legendum:& non luteo:primam enim habet longam. Perſius: Surgit tibi lutea pellis.Carmen exametrum luteo non admittit duabus extremis longis,& media correpta. ergo luto pro luteo per ſynæreſin. Sicut apud Virg.in.6.Aluo pro Alueo:Laxatq́ foros,ſimul accipit aluo.Et Teri pro Terei in Bucolicis,Aut ut mutatos Teri narrauerit artus.¶ Riui:hyperbolicos quaſi riui.¶ Marmoribus:per ſola &pauimenta marmorea.¶ Aut lata falernum Peluis olet:eſt enim ſenſus:Vomitus uini ut in terram cadit. aut pelui excipitur.¶ Olet falerno:oleo & acuſatiuo iungitur.Horatius, Paſtillos Rufillus olet.& ablatiuo. Ouidi. Non arabo noſter capillus olet.¶ Bibit,& uomit:Mart.Nec cœnat prius,aut recumbit:Quam ſeptem:uomuit meros deunces.¶ Tanquā longus ſerpens: conſtat eni ſerpētes uini auidiſſimas eſſe auctore Pli.li.22.&.23.Et idē ſic ait in Decu.Serpentes cum occaſio eſt,uinum præcipue appetunt: cum alioquin exiguo indigeant potu. ¶ Maritus nauſeat.i. marito ſtomachus ſubuertitur:& ad uomitum mouetur.Nam nauſea proprie appellatur ipſa ſtomachi ſubuerſio ſine tamen uomitu. unde Corne.Cel.lib.1.Si ſine uomitu nauſea fuit.Seneca libr.7.Nauſea enim me ſegnis nec ſine exitu torquebat:quæ bilem mouet,nec effundit. Nauſeo autem unum eſt ex ſex uerbis deſinentibus in eo, quæ primę ſunt coniugationis:quæ ſunt hæc Beo,Creo,Meo,Nauſeo,Screo,Laqueo cum compoſitis.Reliqua uero in eo deſinentia ſecūdę ſunt cōiugationis:pręter eo &queo cum compoſitis,ꝗ q̃rtę ſunt.¶ Bilem ſubſtringit:ſed coleram, inquit, cōpeſcit conniuēdo.

¶ IVBET balnea parari ſibi nocte.i.tempore nocturno. & iubet conchas.i.uaſa ampla,in quibus lauetur. &caſtra.i.ſarcinulas per modum eorum,qui in caſtris ſunt mouere:quaſi ad nouam obſidionem pergat, ita moroſa & pompoſa cum tot inſtrumentis balneum intrat.& hoc iterum nocte, ut moleſtum ſit miniſtris. & ipſa gaudet ſudare magno tumultu,dum multos uidet afflictos in obſequio ſuo. Cum.i.poſtq̃ brachia eius laſſata graui maſſa.ſ.plumbea:qua exercebantur in balneis,ceciderunt.i.inclinata ſunt. & aliptes.i.unctor.callidus.i.ex induſtria.errans,& neſciens quomodo ipſi complaceat. impreſſit criſtæ.i.ſummitati uuluæ erectæ digitos ſuos & coegit ſummum femur.i.ſummam partem femoris.i.inguē dominæ.exclamare:ideſt crepitum facere. dum manus eius uncta per membra lubrica agiliter rotatur,& ducitur.Cōuiuæ miſeri,qui inuitati ſunt ad conuiuium:uel ab ipſa:uel a domino.urgentur.i.affliguntur interea: dum ipſa ſic in balneis lauatur:ſomno & fame.illa autem uenit tandem.i.poſt expectationem,rubicundula.i.ſubrubens ex calore,& ſitiens totum œnophorum.i.uas uinarium : quo

Orexis

Oleo

Nauſea

Sex uerba in eo primę cōiugationis

ASCen.

Illa tamen grauior,quæ,cum discumpere cœpit,
Laudat Virgilium,perituræ ignoscit Elisæ,
Committit,vates,& comparat inde Maronem,
Atq; alia parte in trutina suspendit Homerum.
Cedunt grammatici,vincuntur rhetores,omnis
Turba tacet,nec causidicus,nec præco loquantur,
Altera nec mulier.verborum tanta cadit vis,
Tot pariter pelues,& tintinabula dicas
Pulsari.iam nemo tubas,atq; æra fatiget.
Vna laboranti poterit succurrere Lunæ.
Imponit finem sapiens & rebus honestis.
Nam si docta nimis cupit,& facunda videri
Crure tenus medio tunicas succingere debet.
Cædere Siluano porcum,quadrante lauari.

uinum affertur,ut inde in pocala diffundatur: quod nimiũ pro tot
conuiuis capacissimum erat quod uas tenditur.i.distẽditur:imple-
tur urna plena, admotum,i.aduolutũ. pedibus.i.pueris seruis.per
quod,inquit Mancinellus, malum uinum uomitum excitans signi
ficat. Sed de hoc in fine huius lectionis disputabo.non enim con-
trarium illi quod dictum est:ꝙ.s.sitiret illud œnophorum:quia hoc
solum dicit pro mẽsura exprimẽ
da:non ꝙ ipsa uinum ex illo œ-
nophoro biberet, nisi ut uomat:
sed qa maior est mẽsura uini ser
uorum & familiarium, q̃ domi-
ni & dominæ. Vomitura autem
de illo uase afferri sibi iussit. un-
de sequitur.de quo.s.œnopho-
ro.ducitur.i.extractus ad domi
nam fertur.alter.i.secundus sex
tarius:hoc est duo sextarij:q ter-
tiam partem cõgij unius efficiũt
ducitur inquam facturus.i.ut fa
ciat. orexim rabidam.i.appetitũ
uehemẽtem ex uomitu procrea
tum , uel uomitum ipsum.dũ.i.
quando ipsa redit ex balneis. &
ferit.i.uehementer opplet luto.i.
oleto, seu stercore.intestino.i.in
testinis pro fluente. terram.i.dũ
ore & podice egerit. & riui micturę & uomitus properant:idest ꝓ-
peranter currũt.marmoribus:idest per parietes domus marmoreę.
aut lata peluis in quam recipiunt ministri uomitum & urinam eius
olet.i.putet. falerno sup. uino quo deonerari uoluit, ut nouum reci
peret.Nam ipsa bibit, & uomit.sic.i.eodem modo,tanq̃.i. ac si lon-
gus serpens deciderit in dolia.i.sic dũ uult euomit.ut audiret postq̃
biberit serpentem delapsum & submersum esse in illud dolium un-
de ipsa bibit.ergo maritus uidens ipsam sic uomentem. nauseat.i.
nausea afficitur. & substringit.i. clam constringit ne ipsa percipiat
bilem.i. humorem amarum fellis: qui ex indignatione concitatur.
& hoc oculis opertis.i.occlusis.dixi Mancinellum & quem fere se-
quitur Calderinum uelle ꝙ malum & seruorum uinum significet:de
quo quid sentiam paucis explicabo:quia dixi ꝙ lata peluis olet fa-
lerno:non uideretur absurdum,si illud œnophorum ad motum pe
dibus.i.a pedibus uel aduolutum pedibus:nõ allatum manibus ꝓ
magnitudine, sit repletum falerno,optimo qdẽ uino:qđ nimirũ ore
xim.i.appetitũ excitat. Nec obstat ꝙ dicit eã uomere.qa acre uinũ
a calida muliere sumptũ facile uomitũ generat:tu legito ut uoles.

IO AN. BRIT. ¶ ILLA tamen grauior: ridendo ait poeta eam maioris esse gra
uitatis:quæ etiam in cœnis disputet de poetis. Sic Persius: Ecce in-
ter pocula quærunt Romulidæ saturi quid alia poemata narrent.
¶ Perituræ ignoscit Elisæ: ita bene historiam ait scriptam a Virgilio
de nece Didonis:ut non irascatur ei , ꝙ ipsa sibi mortem attulerit,
sed ignoscat, laudetq; ut ab ea recte factum ut totum sit in laudem
Virgilij:qui causas necis optime descripserit. solemus enim irasci,
& nullo modo ignoscere cũ quis se interemerit, nulla existente cau
Elisa sa honesta.¶ Elisę.i. Didoni.nam Elisa nomen fuit proprium. Dido
Dido uero Pœnorum lingua uiraginem significat, quod in ignem se im-
miserit. ¶ Committit uates: quasi presentes in certamen deducit: ut
alter cũ altero cõcertare possis:nec alter altero sit inferior. Est enim
Committere committere idem quod comparare, & in contentionem adducere.
Propertius:Et sua cum antiquæ committit scripta puellæ. de cuius
significatione uberius illic diximus in. I. Satyra: Rutulumq; fero-
Trutina cem Committas . ¶ Trutina.i.stathera.Idem enim significat. Vi-
truuius libro.xi.Id autem ex trutinis:quæ statheræ dicuntur licet
considerare:a trutina fit uerbum trutinor Persius: Atq; exporre-
cto trutinatur uerba labello.¶ Cedũt grammatici, & rhetores: cla-
Rhetor mosi sunt,tamen superantur a muliere strepitu uocis . ¶ Rhetores:
Orator differt rhethor ab oratore:ꝙ ille ꝓcepta artis tradit & docet:hic ue
ro secundũ præcepta artis loquitur.¶ Nec causidicus:hoc uult:in-
telligi:tantum esse mulieris clamorem : ut opporteat omnes silere
dum loquitur etiam qui soleant esse clamosi ut causidici , præco-
nes, & reliquæ mulieres , ac si dicat: Si causidici & præcones loque
rentur eą dicente non exaudirentur:tantus est strepitus uocis mu
liebris:omnes,inquit,tacebunt, quanndo incassum loquerentur,
quia non audirentur.¶ Tanta uis:tanta copia uerborum , ¶ Cadit:

exit exore.¶ Tot pariter:tu dicas uocem illam tam sonoram ; tot
pelues esse, & tot tintinabula.¶ Peluis:uas aquarium.in quo uaria Peluis
perluũtur,unde & nomen.¶ Nemo fatiget tubas: nemo, inquit,ad
succurrendũ Lunę utatur tubis:neq; alio strepitu quando quidem
mulier uoce sua omnes uincat strepitus .¶ Lunæ laboranti:nam(ut
scribit Plin.li.2.cap.12.) uiri ingentes, inter quos fuit Stesichorus
& Pindarus crediderũt Lunam
eclypsim, & quasi mortẽ pati ex
cãtationibus: unde ne id Luna
pateretur, dissono crepitu succur
rebant. Titus Liuius lib.27.ab
urbe condita: Prælium non soli
to modo, clamore, ac tumultu
est,sed ad aliorum uirorũ, equo
rum, armorumq; sonum dispo
sita in muris Campanorum im-
bellis multitudo tantum cũ ęris
crepitu,qualis in defectu Lunæ
silenti nocte fieri solet,edidit cla
morem. ait ergo poeta tam cla-
mosam esse mulierem:ut sine tu
bis, alijsq; crepitaculis sola faci
le possit sua uoce Lunæ excan-
tationibus laborãti auxiliari:ne
excantationes audiat. Lunã so-
lere ex cãtari docet Virgili. Car-
mina uel cœlo possunt deducere Lunam . ¶ Imponit finem : non
solum , inquit , mulier de poetis iudicat : sed etiam more philoso-
phi præcepta dat de ratione recte uiuendi, ergo & pro etiam impo
nit finem & modum rebus honestis.i.docet ipsa sapiens & diffinit
quid sit honestum, quam utile,quam pulchrum , pronunciandum
est risu satyrico. ¶ Nam si docta:ex quo,inquit, sibi usurpat officiũ
uirorũ:ut more philosophi de uirtute & honesto disputet: iudicetq;
de poetis:debet etiam habitum sumere uiris sapientibus congruũ:
& omnia facere,quæ faciunt philosophi & uiri literati: si cupit uide
ri docta & facunda: ut quemadmodum doctrina uiris parem se fa
cit:ita & habitu sit similis,estq; legendum cum risu:ut manifesta sit
sciolæ mulieris irrisio . ¶ Crure tenus medio:talem etiam habitum:
Oratoris fuisse ostendit Quintil.lib. 11 . Tunicæ prioribus oris in-
fra genua paulum posterioribus ad medios poplites usq; perue-
niant.nam infra mulierum est, supra Centurionum.¶ Tunicas suc-
cingere: aliqui putant legendum esse succidere & non succingere:
ut maiorem cum uiris habeat similitudinem: si tunica sit breuiore,
& succisa . ¶ Cædere Siluano porcum:debet , inquit , omnia face-
re, quæ fieri solent a poetis & uiris literatis , qui cum loca solitaria
quærant & nemora : ubi sine strepitu commodius possit scribere.
Siluano siluarum Deo sacrificant mactantes porcum: uideturque
poeta ad id respexisse,cum dixit porcum mactandum Siluano quo
niam (ut docet Cato in re rustica) Marti Siluano in silua interdiu
in capita singula boum uotum faciebant.Nam Martem Siluanum Siluan[us]
appellarunt , cui porcum immolabant . Mulieri ad eam rem diui-
nam adesse non licebat , neque uidere quomodo fieret permitte-
batur . Vnde nunc poeta per ironiam uidetur hortari mulierem
etiam ad sacrificia , quæ a uiris dumtaxat peraguntur . Horatius
in epistolis , Siluanum placari lacte sic docet ab agricolis : Tellu-
rem porco Siluanum lacte piabant . De hoc tamen aliquid cer- Locus
tius quærendum est . ¶ Quadrante lauari : exigua mercede: qua- obscu-
lem persoluunt pauperes philosophi . unde Horatius in tertia Sa- rus
tyra irridens stoicum ut miserum & pauperem ait : Quadrantem
balneatori daturum:Dum tu quadrante lauatum Rex ibis.
¶ ILLA tamen grauior, quæ cum discumbere cœpit & cætera. ASC[ensius]
Taxat alias petulantias & molestias mulierum : quæ sibi sapientis-
simæ uisæ , solæ loqui uolunt : & de summis rebus in conuiuis iu-
dicare . Ordo est : Tamen : id est tametsi . multum granis : id est
molesta sit mulier imperiosa & immunda ita euomens ut iam di-
ctum est : tamen illa est grauior : id est molestior , quæ cum cœpit
discumbere : id est ad mensam sedere ut comedat . laudabit Vir-
gilium quod bene scrippserit . & ignoscit : id est condolet , uel ue-
niam dat Elisæ . quæ & Dido appellatur. perituræ : id est cum im-
prudenter amans perierit . cum quælibet mulier talis uiri qua-
lis Aeneas introducitur , amore capi posset . committit : id est
simul in trutinam mittit : hoc est comparat. uates : id est poetas
latinos

Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum ſermone rotato
Torqueat enthymema, nec hiſtorias ſciat omnes,
Sed quædam ex libris & non intelligat. odi
Hanc ego, quæ repetit, voluitq; Palemonis artem
Seruata ſemper lege, & ratione loquendi,
Ignotoſq; mihi tenet antiquaria verſus,
Nec curanda viris opicæ caſtigat amicæ
Verba, Solœciſmum liceat feciſſe marito.
Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil
Cum virides gemmas collo circundedit, & cum
Auribus extenſis magnos commiſit Elenchos.
Intolerabilius nihil eſt, quam fœmina diues.

latinos cum grecis. & ſuſpendit inde: ideſt ub una parte in una lance. Maronem: id eſt Virgilium Maronis filium: quem a Vergilijs potius Vergilium, quam a Virga Virgilium appellatum docet Angelus politianus. Atq; ſuſpendit alia parte: ideſt pro alia parte. Homerum in trutina .i. ſtatera, ſeu bilance. Virgil. autem doctiſſimus eſt poetarum apud latinas, & Homerus apud græcos. Grammatici quoq; officium eſt de poetis iudicare, & omnes explanare: ut docet Diomedes. cedūt ipſi mulieri. & rhetores, qui artem dicendi docēt uincūtur ab ea. omnis turba .i. totum conuiuium tacet: dū ipſa. ſ. loquitur. nec cauſidicus, nec preco loquatur: cum uterq; loquendo uiuat: nec altera mulier, tāta uis: ideſt tanta uehemētia uerborum illius unius mulieris cadit .i. decidit ex oro. ut tu dicas: ideſt quilibet qui adſit dicat: tot pelues: & tot tintinabula pulſari pariter: ut ſup. nulla uox audiat'. & ideo nemo fatiget .i. fatigare fruſtra debet iā cū. ſ. talis loquitur. tubas atq; æra: id eſt pelues æreas. & tintinabula. ideſt cymbala ærea. quia: ideſt ſola mulier. poterit .i. ſatis ſit tinnitu uocis ſuæ ſuccurrere Lunæ laboranti per incantationem. Credebant enim gentiles quod per incantationem Luna poſſet e cælo deduci. aut in eclypſim trahi. unde eſt illud Virgilij i Bucolicis: Carmina uel cælo poſſunt deducere Lunam. Remedium autem credebant concrepitum peluium. & tintinabulorum: ſicut & nos campanarum ſacratarum ſonitu cōtra aduerſam tempeſtatem utimur. unde Tibullus: Cantus & e curru Lunam deducere tentat: Et faceret, ſi non æra repulſa ſonent. Ipſa præterea ſapiens .i. more philoſophorum profitens ſapientiam. imponit rebus. & .i. etiam honeſtis finem .i. oſtendit & docet inter bona honeſta quod ſit ſummum: quaſi reiecto bono uoluptatis & fortunæ de bono honeſto. de quo ſtoici: cæteriq; ſapientiſſimi habiti diſputant: tantummodo diſcutiat. nam ſi ipſa cupit uideri nimis docta & facunda. ipſa debet ſuccingere tenus medio crure: ideſt uſq; ad medium crus tunicas more, ſcilicet oratorum: hoc eſt debet etiā habitu ſe oſtendere. & cædere Siluano Deo porcum more uirorū: cum mulieres Cereri ſacrificarent. & lauari quadrante more philoſophorum. ut oſtendit Horati. de ſtoico dicens Satyra, 3. Dum tu quadrante lauatum Rex ibis.

¶ NON habeat: dicendi genus. non ſit ea eruditione, ut ex arte poſſit dicere: cognoſcatq; genera dicendi: quæ tria ſunt grande, mediocre, & humile. ſic & Martia optat eſſe uxorem ſuam: Sit mihi uerna ſatur, & nō doctiſſima ꝯiux. ¶ Torqueat enthymema: enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus. dictū ab eo qđ in mēte relinq̄tur obſeruatio unius propoſitionis hoc modo. Non oportet dati pecunias Aeſchini: etenim Piſiſtratus cum cepiſſet: tyrannum ſe fecit relictum eſt autem in mente: Igitur Æſchines quoq; capiens pecunias tyrannum ſe faciet: hac de cauſa Iuuenalis curtum dixit enthymema: quod totum non ſit explicatum: ſed quod pars in mente ſit relicta. unde Quintil. ait: Alij enthymema rhetoricum ſyllogiſmum: alij imperfectum ſyllogiſmum uocauere: quia nec diſtinctis: nec totidem partibus concluderetur. Enthymema intellectū unum habet: quo omnia mente concepta ſignificat. Enthymema enim idem eſt, quod cogitatio ſiue commentum & commentatio. Quatuor eſſe inſtrumenta retulerunt antiqui, per quæ in animis hominū generatur fides: Syllogiſmum, ſcilicet inductionem, enthymema & exemplum quorum duo dialectices ſunt propria. Syllogiſmus, atq; inductio. reliqua autem rhetorices. Eſt igitur Enthymema genus argumentationis: quo oratores pluribus modis utuntur per ſimile: contrarium: complexionem: conuerſionem: gradationē: commutationem: diuiſionem: expeditionom: ſubiectionem: compenſationem: & frequentationem. Per ſimile aut maius aut minus hoc modo enthymema fiet. Si iure occiſi ſunt Gracchi, & Saturninus, qui in pari cauſa fuit: iure occiſus eſt. Item ſi mercede dignatur, qui militem ſit tutatus, non ne & qui ſeruauerit imperatorem? Per cōtrarium, Eum quem nihil accuſas, damnas. Bene quem meritum autumas, male mereri iudicas. Per complexionem. Si hominibus mala euenerint, non incuſandus eſt Deus. Nam ſi boni ſunt in aduerſa fortuna fient meliores. Sin mali. aut ſe corrigent, aut iuſte punientur. Per conuerſionem. Complexioni contrarium enthymema efficitur ita ut ſuperiora diluat. hoc modo. Deus utiq; accuſandus eſt, ſi hominibus mala euenerint nam ſi boni ſunt, nec caſtigari debent, nec punitione dignantur. Si mali in aduerſa fortuna nō fient meliores. Per gradationem hoc pacto enthymema formatur. Induſtria Scipioni uirtutē parauit, uirtus gloriam, gloria æmulationem, inimicitiam ęmulatio: induſtria igit' Scipioni parauit inimicos. Per cōmutationē ita. Quæ de Pompeio dicuntur dici non poſſunt. Quę autē dici poſſunt. non dicuntur. Per diuiſionem. Quid ego nunc uobis de meis meritis predicem? nam ea ſi meminiſtis, obtundam. Si obliti eſtis, nihil mihi credetis. Per expeditionem ſiue partium enumerationem hoc modo. Neceſſe eſt, cum conſtet hunc quē tenes fundum, meum fuiſſe: ut oſtendas aut a me illius cauſam habuiſſe: aut lōgo tempore præſcripſiſſe. Atqui cum eum fundum uacuum poſſederim: non potuiſti præſcribere: nullam præterea a me illius in cauſam habuiſti. Relinquitur ergo eum fundum ad me pertinere. Per ſubiectionē ita. A quo hic auſit ſuis in periculis auxilium implorare, qui patriæ ſalutem neglexit? An ab agnatis amiciſue. At ij merito illi inimici ſunt facti: nec quiſq̄ eorum eſt: qui ſe huius agnatum, amicū ue dici turpe non putet. An ſe conuertet ad ciues? At illi uelut inutilem, atq; ingratum optimo iure extra fines eijcient. An immortalis Dei fauorem implorabitur? Atq; & Deus ipſe ingrati ſerui preces reiecit, eumq; damnatum tortoribus excruciandum tradidit. Per compenſationem. Magnus labor, magna pericula obijciūtur. At immortalis gloria ex his erit conſecutura. Per frequētationem hoc modo: A quo tandem abeſt iſte uitio: quid eſt cur iudicio eum uelitis liberare? Suæ pudicitiæ proditor eſt, inſidiator alienæ, cupidus, intemperans, petulans, ſuperbus, impius, in parentes ingratus, in amicos infeſtus, in cognatos, in ſupiores ꝯtumax, in ęquos, & pares faſtidioſus, in inferiores crudelis, deniq; omnes intolerabilis. ¶ Torqueat: iaculetur in aduerſarium. ¶ Rotato ſermone .i. celeri & breuibus comprehenſo. ¶ Palæmonis: tantæ (ut teſtatur Suetonius de claris grammaticis) arrogantiæ fuit Rhemius hic Palæmon Vincentinus: ut de ſe diuinaſſe diceret Virgilium, cum dixit: Tantū uicine Palęmon. ut uidelicet poetarum aliq̄n arbiter fieret, Varronē porcū literarum appellabat, literas dicebat ſecū eſſe natas, & ſecū morituras. ¶ Antiquaria: qui uerba ab uſu remota, & pene ex auctorata ſcrutantur: quaſi inde eruditionis famam aucupantes, antiquarij appellantur. Quinti. eos irridet ſic: Famam eruditionis affectabāt ut quædam ſoli ſcire uiderentur, Cacozelos autem & antiquarios ut diuerſo genere uitioſos pari ſtudio ſpreuit (auctore Tranquil.) Auguſtus. Nam Cacozeli latine diſci poſſe uidentur mali affectatores, ęmulatoreſq;. Quintil. lib. 8. ait Cacozelon malam eſſe affectationem, per omne dicendi genus peccantem. Nam tumidas, & exilia, & prædulcia, & abundantia, & accerſitas, & exultantia ſub idem nomen cadunt. ¶ Nec curanda uiris: illam etiam, inquit, odi q̄ exquiſitæ eſt diligentiæ circa ſtudia: ut etiam amicæ barbariſmos (rem ſane minimam) caſtiget: quod uiris etiam negligendum ſit, cum ab amicis tale quid committatur. ¶ Opicæ: barbare & ueluti incultæ latinitatis. unde illud eſt Catonis apud Plin. lib. 29. graculos inſectantis: Nos quoq; dictitant barbaros & ſpurios, noſq; magis q̄ alios Opicorum appellatione fœdant, De Opico dictum in tertia Satyra: Et diuina Opici rodebant carmina mures. ¶ Solœciſmum: Soleciſmus eſt (ut docet Cicero ad Herennium) cum uerbis pluribus conſequens uerbum ſuperiori non accommodatur. Aſinius Capito in literis, quas ad Clodium Thuſcum dedit hiſce uerbis diffinit: Solœciſmus eſt, inquit, impar & inconueniens compoſitura partium orationis: cum græcum autem uocabulum ſit Solœciſmus, an attici homines, qui elegantius locuti ſunt uſi eo ſint quęri ſolet. Sed non, inquit. Aulus Gellius, neq; Solœciſmū, neq; Barbariſmum apud gręcorū idoneos adhuc inuenimus. Nam ſicut barbaron ita Solœcon dixerunt. Noſtri quoq; antiquiores ſolœcon fa

Antiquarius

Cacozelus

Solœciſmus

Interea fœda aſpectu, ridendaqꝫ multo
Pane tumet facies, aut pinguia poppæana
Spirat, & hinc miſeri viſcantur labra mariti.
Ad mœchum veniet lota cute, quando videri
Vult formoſa domi? mœchis foliata parantur.
His emitur quicquid graciles huc mittitis Indi.
Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit.
Incipit agnoſci, atqꝫ illo tunc lacte fouetur,
Propter quod ſecum comites educit aſellas,
Exul hyperboreum ſi dimittatur ad axem.
Sed quæ mutatis inducitur, atqꝫ fouetur
Tot medicaminibus coctæqꝫ ſiliginis offas
Accipit, & madidæ, facies dicetur, an vlcus?

eſſe Solœciſmum haud ſcio an unquã dixerint quod ſi ita eſt, neqꝫ in græca, neqꝫ in latina lingua Solœciſmus probe dicitur, a uetuſtioribus autem latinis Stribiligo dicebatur: a uerſura uidelicet & prauitate tortuoſę orationis tanq̃ ſtrebiligo quędam. Nam ςϱεβλόω apud græcos torqueo, ac deprauo ſignificat unde & Scribilita appellata eſt: quod in circuitu ad reſtis modũ torqueretur: unde a noſtris torta appellata eſt Mar. Circumlata diu menſis ſcribilita ſecundis Vrebat nimio ſæua calore manus. De Solœciſmo autẽ multa tum Quinti. i. i. tum Diomedes grammaticus. ⁋ Liceat feciſſe marito: non ſic, inquit, tam docta ut intelligat cum maritus incongrue loquitur. Sic & Martia. (ut diximus) optat eſſe uxorem ſuam: Sit mihi uerna Satur & non doctiſſima coniux. ⁋ Nil non permittit ſibi: mira inquit, eſt mulierum impudentia, quæ omnia ſibi licere putant: quãdoquidem nec eas pudet circa collum gemmas geſtare: & auribus uniones ſuſpẽdere. ⁋ Virides gẽmas: ſmaragdos intelligit, quibus ait Plinius nihil comparatum omnino uiridius uirere. ⁋ Commiſit auribus: ideſt ſuſpendit. Vnde Seneca in. 7. de beneficijs: Video uniones non ſingulos ſingulis comparatos: iam enim exercitatæ aures oneri ferendo ſunt. ⁋ Elen-

Stribiligo
Scribilita

Elẽchus chos. Plinius libro. 9. cap. 35. Vniones faſtigiata longitudine elenchos appellat: hos, inquit, digitis ſuſpendere & binos ac ternos auribus fœminarum gloria eſt.

ASCen. ❡ N O N habeat &cę. Proſequitur inceptum. Ordo eſt: Matrona qua recumbit. i. ſedet iuncta tibi per coniugium, ſeu matrimonium non habeat genus dicendi. i. non ſit perita artis dicendi ita: ut ſciat in uno genere ſermonis uerſari: aut non ſup. torqueat. i. uiolenter. exprimat ore rotato. i. circumuoluto. & concuſſa lingua. qua quibus pathos ſeu affectio exprimenda eſt uti ſolent. enthymema curtum. i. ſuccinctum in quo deeſt altera propoſitionum: ut fiat ſyllogiſmus perfectus. fit autem potiſſimum expugnãtibus inter ſe ſententijs: & fere per interrogationem. quale eſt illud: Antonium priuatum ferre non potuiſtis: hunc imperatorem feretis. nec coniux tua ſciat omnes hiſtorias: ſed ſciat quædam ad hiſtoriam pertinentia, ne omnino elinguis & ignara rerum ſit ex libris alij exponunt ex. i. extra libros: hoc eſt ſine libris. Alij ex libris quos legere permittitur. ſed non intelligere ad unguem. unde ſequitur: & non intelligat. Odi. i. odio proſequor. hanc. i. eam quæ repetit & uoluit artẽ Palæmonis illius grammatici peritiſſimi: ſed arrogantiſſimi. & hoc lege loquendi. & ratione loquendi. i. arte grammatica, ſeruata. i. obſeruata ſemper ab ea. qꝫ pro &. quæ ſupp. exiſtens antiquaria. i. antiquitatis amatrix. tenet uerſus ex antiquis, aut annalibus ignotos mihi. qui mei temporis uerbis utor. Nec pro & non. & quę caſtigat amicæ. i. alteri matronæ familiari. & amicæ opicę. i. barbaræ adhuc ineptæ uerba quædam minus culta, non curanda. i. non animaduertenda uiris: quia mulieres multis in locis etiam apud barbaros exquiſitiores, moroſiores: & cultiores ſunt in ſermone, q̃ uiri. liceat ipſa permittente & non curante uiro facere Solœciſmum: ideſt ineptum & ſemibarbarum ſermonem. hoc autem non dicit poeta: quaſi precetur ut ſaltem parcat marito ſi uitioſe loquatur: ſed quia contemnit ſermonem uiri. Mulier, cum. i. poſtquam. circumdedit collo ſuo uirides gemmas: ideſt ſmaragdos. & cum. i. poſtquam commiſit auribus: id eſt auriculis ſuis extenſis. i. late patentibus magnos elenchos: ideſt oblongas uniones. nil non permittit ſibi: ideſt omnia permittit ſibi. & putat nil ſupple eſſe turpe ſibi. unde nihil eſt intolerabilius, q̃ fœmina diues: opibus ſcilicet confiſa ſuis.

IOAN. BRIT. ❡ I N T E R E A fœda aſpectu: inſurgit poeta in mulieres cutem curantes, & faciem expoliẽtes, ut adulteris placeant. ⁋ Interea: ideſt mulier dum ſibi omnia permittit, indulgetqꝫ, totam faciem domi linit medicamentis & operit; ut tenera & candida cutis fiat: atque ita a marito amplexu & oſculis interea fouetur: cum uero ad mœchũ proficiſcitur, deponit linteola, & medicamenta, exeritque curatam faciem. Ordo autem eſt: Interea facies fœda aſpectu, & ridenda tumet multo pane: hoc eſt pane madido lacte aſinino. Nam eo lacte cutem in facie erugari & tenereſcere, candoremqꝫ cuſtodiri putant. auctor eſt Plinius. quod fieri ſolitum ab Othone ſic ſcribit Tranquillus: quod pane madido faciem linere conſueuerit. ubi intelligendum panem fuiſſe lacte aſinino maceratum: ſicut diximus illic: Et preſſum in facie digitis extendere panem. ⁋ Pinguia Poppæana Spirat: alij poppęana medicamenta eſſe intelligunt: ideſt offas panis madidi lacte aſinino: ut ſit idem bis repetitum: multo pane tumet facies, & pinguia poppæana ſpirat. Ego uero unguẽta fuiſſe interpretor his rationibus & quod pinguia dixit, & ſpirat. Nam unguenti eſt eſſe pingue, & ſuauis odoris. ex pane autem macerato lacte aſinino, neque odor ullus habetur, neque pingue. unguentum igitur expone pretioſiſſimum: quod ipſa Poppæa Neronis uxor adinuenerit, uſaque ſit. Nam & unguentorum uſus fuit apud mulieres ut placerent, ſequitur enim: Mœchis foliata parantur. ut ita appellata ſint poppęana a Poppęa quemadmodum: Coſmaina a Coſmo: & Niceroniana a Nicerote ꝑfectoribus & magiſtris. ⁋ Spirat fragrat, & olet. ⁋ Et hic miſeri uiſcantur: hic maxime idignatur poeta: q̄d mulier ſe polliat: nõ ut marito placeat: ſed amatori tantũ. Nam medicamẽta illa e facie non lauat domi: parum curans an placeat marito unde, inquit, labra mariti uiſcantur, cum eam oſculatur. ⁋ Lota cute: elotis e uultu medicamentis. ⁋ Quando uideri Vult formoſa domi? cum interrogatione legendum eſt. ut ſit: Nunquam curat uideri formoſa apud maritum. ⁋ Foliata unguenta nardina. nam ea pretioſiſſima habebantur: quæ ex folijs & ſpicis nardi fiebant. Vnde Plinius de folio nardi Plura dicere par eſt, ut principali in unguentis. inde addit: Cacumina nardi in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote nardi ſpicas, ac folia celebrant. Idem alibi ait: Vnguentum regale appellatum, quod Parthorum regibns ita temperatur. Conſtat myrobalano, coſto, amomo, cinamomo, comaco, cardamomo, nardi ſpica, maro, myrrha & cætera. Vnde ſpicatum unguentum dicebatur, quod ex ſpicis fieret. De quo Diuus Marcus in euangelio mentionem fecit: Et attulit alabaſtrum unguenti ſpicati. ubi loco deprauato legitur piſtaci: quod omnino culpa librariorum factum eſt: qui parum curioſi piſtaci pro ſpicati tranſmutatis literis ſcripſere. totidem enim, eædemqꝫ literæ ſunt in dictione piſtaci, quæ in ſpicati, itaqꝫ locus eſt emendandus cum unguentum dicatur ſpicatum ab ipſis ſpicis nardi, & non piſtacum. ⁋ Parantur mœchis: ac ſi dicat: non iam marito. uult, inquit, per unguenta placere, & grata eſſe amatoribus ſuis. bene autem ait paratur. unguenta enim inuenta ſunt ad alienam uoluptatem. etenim qui odorem gerit ipſe non ſentit. ⁋ His emitur: ideſt ab his mulieribus. ⁋ Indi mittis: ex India enim multi ex huiuſmodi odoribus habentur: unde ſic Plinius de Coſto, & Nardo loquens: Radix & folium Indis ex maxima pretio. ⁋ Graciles: tenues corpore & non pulpoſi. ſic etiam appellauit Mauros: Et nigri manus oſſea Mauri: qui oſſa tantum habere uidetur, quam ſint exili & macilento corpore: hocqꝫ ratione nimij æſtus, qui macilenti cauſa eſt, ſicut humor pinguedinis. ⁋ Aperit uultum: amotis linteolis, & medicamentis. ⁋ Tectoria, ironicos integumenta illa medicamentorum. ſumpta metaphora a parietibus, qui tectorijs cooperiuntur, ut ſint pulchriores. nam tectorium appellatur incruſtatio illa ex calce, quæ parietem reddit leuigatiorem. de quo pleraqꝫ diximus apud Perſium illic: Tectoria linguæ. ⁋ Illo lacte: ad illud reſpicit quod ait Pliinius (ut ante diximus) cutem in facie erugari & tenereſcere, & candorem cuſtodiri lacte Aſinino: notumque quaſdam quotidie ſeptingentas cuſtodito numero fouere: Poppęa hoc uxor Neronis principis inſtituit: balneorum quoque ſic ſolio temperato aſinorum gregibus ob hoc eam comitantibus. ⁋ Exul: tanta, inquit, eſt decoris affectatio: ut quocunqꝫ etiam migrandum fuerit in erumnis etiam uoluptatibus indulgeat. ⁋ Axem hiperboreum: ideſt ſeptentrionales regiones. Solinus ſcribit Hyperboreos incolere ultra Aquilonem: apud quos mundi cardines eſſe credunt Domus ſunt nemora: in diem arbores uictum ſubminiſtrant. Dicti Hyperborei: id eſt Superaquilonares. uetuſtas enim Hyperboreos uocauit incolas locorum, quę ſuper Scythiam ſunt,

Poppæ num
Vngu tum ſ catum
Lo. deprauatus i gelio
Tecto rium
Hyp borei

sunt, quasi originem Boreæ introrsum recedendo transissent. ¶ Sed quæ mutatis: ordo est. Sed facie quæ inducitur, & fouetur tot medicaminibus mutatis. & accipit offas siliginis coctæ & madidę: dicetur ne facies an ulcus: Legendum cum interrogatione: quasi dicat ulcus potius dicendum est, q̃ facies. nam & ulcera eodem modo emplastris, & medicamentis foueri solent. ¶ Offas coctæ siliginis. i. frustra uanis costi, & macerati lacte asinino. nã appellatione offę itelligimus frusta panis, carnis, casei, & huiusmodi rerũ unde dicimus offam porcinam . i. frustum carnis porcinæ unde Iuuenalis Satyra secunda: Et patruo similes effundere offas. Persius item appellauit globum carminum offas illic: Carminis offas Ingens. item Plinius inquit, amygdalas contusas, & in offam redactas. ¶ Siliginis: genus tritici ex quo fit panis delicatissimus, de quo plura ante.

❡ INTEREA fœda &c. Recitat alia in muliere potissimum diuite intolerabilia: q̃ scilicet succo: ut sandice & cerusa: aut lacte asinino: & stercore canino faciẽ illiniens: labra marito conglutinat ac uiscat: mœchis aut adulteris lota & uncta occurrat. Ordo est: Interea dum sic mulier diues omnia sibi permittit & licere putat: facies eius fœda aspectu. i. ad aspiciendum. q; pro &. ridenda . i. irridenda. tumet multo pane intincto. s. lacte asinino: quo cutis firma & nitida efficitur. & spirat pinguia poppæana. i. emittit odorem pinguium unguentorũ: quæ Poppæa Neronis uxor inuenit. & labra miseri mariti uiscantur. i. conglutinantur. hinc: idest ab his unguentis. Ipsa autem ueniet ad mœchũ. idest adulterum cute existẽte lota. i. nitida, & tersa a succo mundata. Quãdo uult uideri formosa domi? interrogatiue positum est: quasi dicat nunquam, sed foliata. i. confectiones unguentorum parantur mœchis. i. dũ ire uult ad mœchos utitur foliatis. Et quicquid uos Indi graciles. i. macilẽti. mittitis huic. i. ad nos: uidelicet Romam: emitur a muliere his scilicet mœchis illis ornata & uncta complaceat: uel ut donet: quod minus placet: quia sensus est: domi omnino negligit cultũ, & mundiciam. emit tamen ornamenta quę cunq; ab Indis aduehuntur, ut ornetur exitura ad mœchum. Tandem. i. postquam diu fucata incessit, & fucum mutare uult: aut dũ, uetula effitur ipsa aperit. i. retegit. uultum. i. faciem. & reponit: idest aufert. prima tectoria: idest coopertmenta. sunt autem tectoria proprie incrustationes, quibus muri & parietes ruinosi obteguntur: ut nouam faciem habeant. & ita est iucunda metaphora: quia sicut murus ruinosus ex uetustate si tectoria auferantur, cadutus & fissuris plenus apparet: ita facies uetulæ ablato fuco rogosa & tetra: atq; pro &. ideo ipsa fouetur eo lacte scilicet asinarum: propter quod scilicet lac habendum recens: ipsa educit secum asellas comiter: sicut Poppæa facere solebat. si ipsa exul: idest extra solum patrium iens dimittatur ad axem Hyperboreum: idest ad polum septentrionalem: idest licet eundum sit ad extremas oras mundi. Sed ea species supple oris quæ inducitur: idest farcitur & superducitur, at que fouetur tot mutatis: idest uarijs ac diuersis medicaminibus: uel toties appositis: sicut emplastra ulceribus mutari solent. & quæ accepit offas: idest madida frusta siliginis coctæ & madidæ, ut rugæ reficiantur: dicetur facies an ulcus. q. d. uidetur q̃ potius ulcus.

Est operæ pretium penitus cognoscere toto
Quid faciant, agitentq; die, si nocte maritus
Auersus iacuit, periit libraria, ponunt
Cosmetæ tunicas; tarde uenisse liburnus
Dicitur, & pœnas alieni pendere somni
Cogitur, hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,
Hic scutica, sunt quæ tortoribus annua præstent.
Verberat, atq; obiter faciem linit, audit amicas,
Aut latum pictæ uestis considerat aurum,
Et cædens longi relegit transacta diurni,
Et cædit, donec lassis cædentibus, exi
Intonat horrendum iam cognitione peracta
Profectura domo sicula non mitior aula.
Nam si constituit, solitoq; decentius optat
Ornari, & properat, iamq; expectatur in hortis
Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ.
Componit crinem laceratis ipsa capillis
Nuda humeros Psecas infelix, nudisq; mamillis.
Altior hic quare cincinnus taurea punit
Continuo flexi crimen, facinusq; capilli.
Quid Psecas admisit? quæ nam est hic culpa puellæ
Si tibi displicuit nasus tuus altera leuum
Extendit, pectitq; comas, & uoluit in orbem.
Est in consilio matrona, admotaq; lanis
Emerita quæ cessat acu, sententia prima
Huius erit, post hanc ætate, atq; arte minores
Censebunt, tanquam famæ discrimen agatur,
Aut animæ, tanti est quærendi cura decoris,
Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altũ
Ædificat caput, Andromachen a fronte uidebis,
Post minor est. aliam credas; cedo, si breue parui
Sortita est lateris spatium, breuiorq; uidetur
Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis,
Et leuis erecta consurgit ad oscula planta.
Nulla q̃ri cura intrrea, nec mentio fiet
Damnorum, uiuit tanquam uicina marito

❡ AVERSVS: ab uxore. si forte, inquit, maritus nocte cum ea non concubuerit, indignata sæuitiam in seruos exercet. ¶ Perijt libraria: cum enim maritum animaduertere non possit, in familiam sæuit. Libraria autem dicta est a libris, quos dominæ exscriberet. Sic & librarius, qui domino exscribebant. unde Tranquillus in Vespasiano ita scribit: Post uxoris excessum Cenidẽ Antoniæ libertam, & a manu dilectã quondam ubi reuocauit in contubernium &cæ. Amianus Marcellinus de Amanuensi muliere in decimo octauo sic meminit: Quibus literis occulte quantum fieri potuit missis: ancilla quam domina dictante perscripserat exẽplum ferens, chartulam perdidit. Plinius libro septimo loquẽs de Cæsare: Epistolas uero tantarum rerum quaternas pariter librarijs dictare, aut si nihil aliud ageret septenas. Cicero etiam Ciceronis filius ad Tyronem ita scribit: Peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem græcus. multum enim mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematicis: nisi forte uocabulum deducatur a libra: ut libraria ancilla diceretur: quę dispartiendis pensis prę esset. Librariam etiam eleganter dicimus quam gręco uocabulo bibliothecam appellamus. Gellius in noctibus atticis libro quĩto capite quarto: In libraria ego & paulus consederamus. Cicero in primo de Legibus: Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum: ne id tamen ex illa erudita græcorum copia: sed ex librariolis latinis. ¶ Ponunt tunicas: idest deponunt ut flagellentur. Plautus i Persa: Vbi captum est flagrum, dũ tunicas ponit, quãta afficitur miseria. ¶ Cosmetæ ancillæ quæ dominam ornant. Nam κόσμω idem est, quod orno. & κόσμος ornamentum. & κοσμητὴ Cosmeta: idest ornatrix Tranquillus in Claudio: Inducta teste in senatu: hæc, inquit, matris meæ liberta & ornatrix fuit. ¶ Tarde uenisse: increpatur quod tarde uenerit. ¶ Liburnus: seruus. nam ex Liburnia mittebantur serui robusto & procero corpore ut diximus illic: Et ingenti curret super ora Liburno. ¶ Pœnas alieni somni: idest mariti, qui dormiuit, nec uxorem ea nocte attigit. ¶ Hic frangit ferulas: in dorso suo. ita dictum sicut alibi de Mario: Nodosam frangebat uertice suo dum uerberabantur. ¶ Flagellis: nam tortores in seruos flagellis animaduertebant. Seneca ad Lucilium: Audio, inquit, circa horam tertiam noctis flagellorum sonum: quæro quid faciat: dicitur rationes accipere. Romæ flagella uendebantur in Suburra. Martialis: Tonstrix Suburræ faucibus sedet primis Cruenta pendent qua flagella tortorum. ¶ Tortoribus: lorarijs, quos inter seruos habebant, & mercede etiam conducebant. ¶ Annua præstant: annua absolute salaria appellamus, siue alimenta unius anni. Vnde Tranquillus in Tiberio: Sed & peculio concesso a patre, præbitisque annui fraudauit per speciem publici iuris. Idem in opusculo de claris grammaticis, & rhetoribus loquens de Palemone Vicentino: Quamquam ex schola quadringenta annua caperet. Sic etiam accipimus diurnum pro uictu siue mercede unius diei. Seneca in secundo controuersiarum: Consors modo omnis fortunæ diurnum petam.

IOAN. BRIT.

Libraria

Librari'

Liburn'

Annua

Idem: Diurnum accepit, in cetuculo dormit. Diurnum item accipitur pro libro in quo singulorum dierum rationes notantur. ut infra: Et cædens longi relegit transacta diurni. Suetonius in Claudio: Extat talis scriptura in plerisque libris, ac diurnis, titulisq; operum.
Obiter ⁋ Obiter: idest simul. ut sit sensus: Verberat & simul faciem linit, & audit amicas. de quo plura alibi in tertia Satyra: atque obiter leget, aut scribet. Plinius libro duodecimo: Vt obiter quæque genera odorum dicantur. i. simul dicantur. ⁋ Faciem linit: medicamentis & fucis excolit. ⁋ Audit amicas: cum amicis confabulatur. ⁋ Considerat
Vestis Phrygia cõtemplatur. ⁋ Vestis picte: uestem Phrygiam forte intelligit quam (ut auctor est Plin.) acu facere inuenere Phryges: unde & Phrygiones appellati sunt, qui acu uestes pingunt. Possumus etiam intelli-
Vestis Attalica gere uestem attalicam. Nam Attalus rex Asię uestibus aurum intexere inuenit: unde Attalicis nomen. hæc Pli. ⁋ Et cædens: uerberans: hoc est dũ uerberat. ⁋ Relegit. iterum & sæpius legit, & inspicit. ⁋ Trãsuersa: consueuisse Romanos rationem quęrere ex seruis suis ostendit (ut diximus) pauloante Seneca ad Lucilium: audio, inquit, circa horam tertiam noctis flagellorum sonum: quæro quid faciat, dicitur rationes accipere. Mulier igitur furibunda, & irata recognoscens, & diligenter trutinans errata longi diurni, uerberat seruum. ⁋ Diurni. i. libri in quo (ut diximus) singulorum dierum rationes notantur. Vnde Tranquil. in Claudio: Extat talis scriptura in plerisq; libris, ac diurnis, titulisq; operum. ⁋ Transuersa: ego intelligo errata & delicta commissa: cum perperam rationes notauerit. unde dicimus fertur transuersus: cum non recte quispiam incedat. & a recta uia declinet. ⁋ Et cædit donec: ordo est & sensus: hoc est iubet cędi, donec præfectura domus: hoc est ipsa domina, quæ tanq̃ præfecturam domus gerit: intonat horrendum Exi, lassis cædentibus iã cognitione peracta. Vbi illud obseruandum est: legendum esse prę fectura domus non profectura domo: & metri necessitate: & ex uetustissimo exemplari. ⁋ Præfectura: ironicos. est autem præfectura uocabulum generale a præficiendo: unde præfecturã urbis: & præfecturas militares dicemus: quasi sit quidam magistratus totius domus. nã præfectura legi non potest: prima. n. syllaba breuis est. Docet iurisconsultus lib. 1. Digestorum: Omnia omnino crimina sibi uendicare urbis præfecturam: nec tantum ea, quæ intra urbem admittuntur, uerum quoq; ea, quæ extra urbem intra Italiam fiebãt. ⁋ Horrendum: pro horrende. nomen pro aduerbio. ⁋ Intonat: cla-
Phalaris mat, inquit, horrẽde Exi. ⁋ Sicula nõ mitior aula. i. Phalaride Agrigentinorum tyranno: cuius crudelitatem tantam fuisse constat: ut præmia nouorum inuentoribus tormentorum proponeret: cui (ut placeret) Perillus optimus artifex æneum taurum conflauit: ut inclusus reus subiecto igne torqueretur. & uox hominis exclamantis mugitum bouis imitaretur. Cęterum Phalaris Perillum nouo instrumento inclusum supplicio mortis affecit. Vnde Oui. Vt munus munere penses: Da precor ingenio munera digna meo. Dixerat & phalaris pœnę mirandę repertor: Ipse tuum præsens imbue dixit opus. ⁋ Iam cognitione peracta: iam omnibus rationibus diligenter recognitis, & excussis. ⁋ Nam si constituit: ordo est: psecas infelix componit crimen, si constituit domina. s. cum adultero: & si optat ornari decentius solito. ⁋ Et si properat: & si iam expectatur in hortis, aut potius apud sacraria lenæ Isiacę. ⁋ Nam si constituit: hac autem particula Nam: rationem ostendit feritatis etiam per sequentia.
Sacrariũ ⁋ Sacraria: dicuntur loca ubi sacra reponuntur, quæ etiam in ædificio priuato esse possunt: & solent qui liberare ea loca religiosa uolunt, sacra inde euocare. Locus autem sacer dicitur sacratus. Hæc Vulpianus titulo de rerum diuisione. ⁋ Lenæ Isiacæ: Isis Ægyptiorum fuit Dea, cuius sacrificia Romam translata fuere. in eius templo maxima dabatur adulteriorum occasio. Ouid. ad amãtem ait: Nec fuge Niliacæ memphitica templa iuuencæ: Multas illa facit, quod fuit ipsa Ioui. Scribit Iosephus lib. 18. antiquitatum: iuuenem quendam nomine Mundum: cum impatienter paulinam quandam generosam & pudicam alioquin matronam amaret: sacerdotes Isidis pecunia corrupisse. qui nouo religionis commento mulierem in tẽplum uocarent. ij igitur cum fingerent se per noctem cum Osiride collocutos, persuasere eam a se desiderari. Eam itaq;, cum in templum nocte uenisset. iuuenis tanq̃ Osiris compressit: mox cum postulãtis stuprum ei exprobrasset, mulier marito rem detulit, maritus Tiberio. Qui indignatus, sacerdotes cum liberta Mũdi, quæ totius facinoris fuerat conciliatrix, crucibus affixit, templum Isidis euertit, simulachrum eius in Tyberim præcipitauit, iuuenem trans mare relegauit, grauiore supplicio dignum nõ iudicans, quod amoris impatientia, & furore deliquisset. ⁋ Lenę Isiacæ. i. lenæ, quę in templo
Isidis mulierem expectat, conciliatq; adulteria. Templum autẽ Isi- Templũ Isidis
dis proximum fuisse campo Martio & Tyberi ostendit Iuuenalis: A Meroe portabit aquas, ut spargat in ædem Isidis, antiquo quæ proxima surgit Ouili. ⁋ Componit crinem: notat superbam mulierum uecordiam: quæ cũ ab ancillis ornarentur, essentq; deformes: offensę ea deformitate: dum in speculo se inspicerent, ancillas ipsas pulsarent. Idem etiam notatur, a Mart. in. 1. Vnus de toto peccauerat orbe comarum Annulus: incerta non bene fixus acu. Hoc facinus Lalage. speculo quod uiderat, ulta est: Et cecidit sectis icta plexa comis. ⁋ Psecas: nomen fictum ancillæ. ψεκάζω enim idem est, quod irroro. nam dominam se componentem irrorat. sumpsit autẽ ex libris Metamo. Ouidij: ubi eiusdem nominis est ministra Dianę. ⁋ Laceratis capillis: a domina. s. ⁋ Nuda humeros. i. habens humeros nudos, & mamillas discissa uesta a domina a qua cæditur. ⁋ Altior hic quare: uerba dominæ increpantis ancillam. Quod & Seneca notat libro de breuitate uitæ his uerbis: Quo excandescunt si qd
Cincinnus extra ordinẽ iacuit: nisi omnia sua in annulos suos reciderũt. ⁋ Cincinus: hoc est capillus annulatus: ut dixi modo testimonio Martia. Annulus incerta non bene fixus acu. ⁋ Taurea: nomen matronę fictum a feritate tauri: sicuti Lalage apud Mart. quę significat uocẽ, ac per hoc mulierem clamosam & loquacẽ. aut (quod magis placet) per Tauream genus lori intelligit. nam hoc uocabulo utitur & Iosephus lib. 2. de bello Iudaico sic: præfecti autem militum curabant comprimere tumultum, & pugnaces quosq; comprehendentes taureis ulciscebantur, ac uinculis. unde & Eusebius de temporibus sic scribit: Tarquinius Superbus excogitauit uicula, taureas, fustes, latomias, carceris, compedes, cathenas, exilia. Eadem uerba recitat & Eutro. Erit ergo sensus: Crimẽ & error ancillæ ilico castigat loro, & uerbero. ⁋ Punit crimen. i. qd' ipsa putat, & uocat crimen. ⁋ Quid psecas: uerba poetę subsanantis furentem dominam. ⁋ Hic: i. hac re. i. cum tu tibi displiceas. indignatur enim & irascitur ancillis quod deformis sit. ⁋ Altera leuum: sensus est: Altera mulier est, quæ cum se comit, & capillum circa caput digerit, alias de ornatu consulit. ⁋ Altera leuum: utrum extendit leuum capillum, an extendit & pectit comas, & uoluit in leuũ orbem. ⁋ Voluit in orbem: circum caput multi nodis reuolutionibus disponit. ⁋ Est in cõsilio matrona: hoc est quod dicit: cum altera extẽdit, pectitq; comas. statim adhibetur matrona in consilio. nam matronam, & ancillam anum quasi per ætatem peritiorem consulit de capitis ornatu. est autem ordo: Matrona, & ea quæ emerita acu cessat admota lanis est in con-
Emeritus silio. ⁋ Emerita acu. i. iam finito munere suendi propter ętatem. emeriti enim illi dicuntur. qui functi sunt munere suo, & uacationẽ habent. Tranquil. in Caligula: Cęterorum increpita cupiditate commoda emeritæ militiæ ad sexcentorum milium summam rescidit. Papinius in Siluis: Cæsar ab emerito iubeat discedere bello. Cice. in lib. de Senectute: Emeritis stipendijs libidinis, contentionũ &c. Mulier enim uetula omisso munere suendi, uitio ætatis capendis lanis admouetur. unde Hora. de anu. Te lanæ prope nobilem tonsæ Luceriam non citharæ decent. ⁋ Sententia prima huius. s. ancillę uetulę ut peritioris. ⁋ Minores arte. i. peritia ornandi. ⁋ Discrimen famæ: periculum existimationis & uitæ. ⁋ Tanti est quærẽdi. i. tanti faciũt studium ornandi se. ⁋ Ædificat: amplificatio est per irrisionem: quasi turrim altam extruat. ⁋ Andromachen a fronte: procero corpore fuisse Andromachen Hectoris uxorem ostendit Oui. Parua uehatur equo, quod erat longissima nunq̃ Thebais hectoreo iũcta resedit equo. ⁋ A fronte: incessum mulierum designat: quæ ore elato incedunt ita, ut a fronte uideantur procere. & a tergo minores. Vnde est illud Papinij in epitalamio Violantillę: Celsę procul aspice frontis honores Suggestumq; comę. Est ergo sensus: Si a fronte, inquit & parte anteriore mulierem spectaueris: altissimam dices & alterã Andromachen, ita est capillorum ordo in capite fastigiatus: a tergo uero si uideris, cognosces breuẽ esse ita: ut aliam credas. ⁋ Cedo: si breue spacium: iocatur poeta in breuiculam mulierem. cedo inquit. i. dic mihi quomodo facit tam breui statura: cum maritũ uult osculari: erigit se inquit in plãtas. erit ergo ordo: Cedo. i. dic subaudi extrinsecus quomodo facit: cum uult osculari maritum, si sortita est breue spatium lateris parui: & si uidetur breuior uirgine pygmæa adiuta nullis cothurnis. & si leuis est. i. minime ponderosa: cum sit pusilla: consurgit, inquit, ad oscula planta erecta: hoc est ipsa erecta in plantas: sicq; poeta cauillatur mulieres breuiculas. ⁋ Adiuta sublеuata. ⁋ Cothurnis: calciamentis, qualia fiũt ex cortice suberis in
Pygmæus Spitamæus usum mulierum, ut docet Plin. ⁋ Virgine pygmęa. i. breuis staturæ quales sunt Pygmęi: q & Spitamęi dicũtur: eo quod ternas spithamas

longitudine:

longitudine:hoc eſt ternos dodrantes non excedant.ad extremos Indię fines habitant ſalubri cęlo, ſemperq́ʒ uernanti,montibus ab Aquilone oppoſitis, quos a gruibus infeſtari Homerus quoq́ʒ prodidit:Famaē inſidentes arietum,caprarumq́ʒ dorſis armatos ſagittis,ueris tempore uniuerſo agmine ad mare deſcēdere, & oua,pulloſq́ʒ earum alitum conſumere aliter futuris gregibus non reſiſti. Plin.Γ Nulla uiri cura: interea dum hæc, inquit, curat quomodo ſe ornet, & comat: nullam rerum domeſticarum curam habet: quaſi ad eam nihil pertinentium.Γ Nulla cura:ſubaudi erit.

SCen. ¶ E S T operę pretium.Oſtendit alia uitia mulierum:& potiſſimū ſæuitiam, quam exercent in familiam obleuiſſimam offenſiunculam. Ordo eſt: Operæpretium:ideſt pretium & merces operæ:ideſt operationis & laboris.eſt:hoc eſt utile &commodum eſt cognoſcere penitus quid mulieres faciāt. & agitēt.i,impellāt alios facere toto die:hoc enim pacto facile uitabuntur.Oſtendit autē quid agant dicens: Si maritus iacuit nocte auerſus: ideſt habens faciem auerſam ab ea.&non ſit eam amplexatus.libraria:ideſt ancilla,quę penſum librat:hoc eſt lanipendia.perijt:ideſt in peſſimum diſcrimen uenit:ut illi perijſſe utile ſit.Coſmetæ:ideſt ornatrices.ponunt:ideſt reponunt & reſtituunt tunicas, quas pro labore peracto acceperant ut in illis dominam comitarentur. Liburnus nuncius aliquo miſſus:uel lecticarius:uel qui eam in liburno uehere debebat: dicitur ueniſſe tarde.& cogitur pendere:ideſt perſoluere pęnas alieni ſomni:ideſt pro alieno ſomno.uel quia maritus auerſus iacuit dormiēs uel quia domina ſomnum amiſit ex ea indignatio, quod auerſus iacuerit:&ita prius ſolito ſurexit:Vnde tarde ueniſſe culpatur liburnus.hic:ideſt aliquis ſeruorum frangit ferulas:ideſt baculos leues: quibus percuti ſolebant. frangit autem in dorſo ſuo dum percutitur.ille rubet flagellis:ideſt uirgis factis ex ſummis ramis arborum hic:ideſt alius.rubet ſcutica:ideſt uirga ex corio. ſunt ſupple diuites mulieres,quæ præſtent:ideſt perſoluant.tortoribus:ideſt flagellatoribus annua ſupple ſtipendia,ſiue annuas mercedes ut quādo uellent, & quos uellent cædant. Diues ergo & ſæua mulier uerberat: ideſt uerberare facit. & linit:ideſt fucat obiter: id eſt interea faciem ſuam.& audit amicas confabulantes:aut conſiderat latum aurum ueſtis pictæ acu ſcilicet:hoc eſt opus aliquod Phrygionum:qui gallice brodde urs dicuntur. & ipſa cædens:ideſt cædere: hoc eſt uerberare faciens.relegit:ideſt recognoſcit.tranſacta: ideſt ratione trāſactorum,longi diurni ſupple temporis gallice: de la longue iournee. Alij textus habent tranſuerſa:ideſt non ſuo ordine facta. Significatur autem ex mera malitia:non ex ira ſubita:aut commotione animi ſic cædere:eo quod quaſi tranquillo animo alias res interea agit:quia nimis diu cædere faciat.unde ſequitur, & cædit:ideſt cædere facit.donec intonat:ideſt per modum tonitrus clamat horrendum:ideſt horrende & terribiliter.exi ſupple domum meam:nō amplius reuerſurus ſerue nequam, & hoc facit cædentibus laſſis: ideſt defatigatis:prius non. Ipſa autem profectura: id eſt egreſſura domo: iam cognitione ſcilicet delictorum peracta: eſt ſupple non mitior aula ſicula ubi ſcilicet ſæuiſſimi tyranni regnauerunt. ſic Mancinellus legit.Georgius Valla legendum docet pręfectura domus.eo quod profectura a proficiſcor primam corripiat. Neſtor autem putat indifferentem eſſe legens profectura & eum haud dubie Mancinellus:ut in multis ſecutus eſt. Verum ſi non adducant aliū locum ubi proficiſcor primam producat:legerem potius cum Valla præfectura: ut ſit Præfectura: id eſt gubernatio illius domus eſt ſupple non mitior aula ſicula:ideſt ſicilienſi, peracta iam cognitione. Nec mala eſt continuatio legendo præfectura.nam docet quare prefectura eſt tam ſæua.nam,inquit,ſe conſtituit: ideſt decreuit. & optat ornari decentius ſolito: ideſt quam ſolita eſt, & properat: ideſt accelerat & expectatur iam in hortis ſcilicet uoluptarijs: ad quos conueniebant impudici & impudicæ. aut potius apud ſacraria:ideſt repoſitoria ſacrorum,lenę:ideſt gubernatricis meretricum & eorum magiſtræ:Iſiacæ:ideſt quæ iuxta domum Iſidis reſidebat, aut quæ ſacerdos erat eius,aut deriuatiuum pro principali poſuit. ut ſit:Ipſa Iſis lena dicta eo, quod in templo eius fiebant commercia,qualia in domo lenæ.dicente Ouidio:Multas Io facit,quod fuit ipſa Ioui.Fuit autem Io:ideſt Iſis Ioui concubina.Pſecas:ideſt ancilla infelix. nuda humeros:ideſt habens nudos humeros.& exiſtens ipſa:ideſt quantum ad perſonam ſuam capillis laceratis: ideſt diſſectis a domina: aut & incultis: mammillis nudis componit crinem dominæ ſcilicet. Cumponunt autem irrorando: ideſt ſparſim madefaciendo.unde potius cum Calderine & Valla Pſecas, quam cū Mancinello Phecas lego. Nam Pſecades ſunt minutæ partes guttæ aquarum. Et hęc Pſecas Pſecados guttæ minuta pars: ſicut aurum inter arenam: & ita quia ancillarum nomina, aut a patria,aut ab officio fere finguntur: congruum eſt: ut compoſitricis capillorum nomen Pſecas dicatur. dum autem ſic feſtinanti componuntur ab ancilla illa miſera capilli:&ipſa domina uidet in ſpeculo cirros extantes:indignata dicit ad eam:quare hic cincinus:ideſt capillus criſpus & condenſus eſt altior ceteris. & poſt hoc dictum inquit poeta. Taurea: ideſt ſcutica de pelle taurina. ſic ſecundo Machabeorum ſeptimo legimus: Flagris & taureis cruciatos. punit continuo crimen & facinus capilli flexi: ideſt cincinnati & incuruati:ideſt errorem illum, quem ut crimen, & immane facinas punit. unde addit poeta: quaſi ad ſuperbam & ſæuam illam dominam loquatur. Quod:ideſt quod peccatum admiſit Pſecas? quænam culpa puellæ ſcilicet Pſecadis? eſt hic: ideſt in hac re: ſi naſus tuus diſplicuit tibi: hoc eſt (quod uulgo dicitur) quid poteſt ipſa ſi tu non es pulchra. Altera puella,ſeu ancilla extendit leuum ſupple crinem qui eſt in læua: id eſt in ſiniſtra parte: uel leuum ſupple cincinnum, & pectit comas:non dicit pectinat:quia latinum non eſt.ut uoluit: ideſt circunducit in orbem: ideſt ambitum aut circulum matrona quædam ex uicinis:quæ ceſſat: ideſt non amplius laborat acu emerita:ideſt cuius acus addita eſt ceſſationi:propterea quod iam debilitatur uiſiua uirtus: & ita inutilis eſt acus. non dices autem quod matrona ſit emerita: quia uerſus non ſtaret. eſſet enim nominatiui caſus: & ita ultima corriperetur: quæ nunc cum ablatiui caſus eſt, & conſtruitur cum acu, producitur. Præterea matrona non erat emerita ſimpliciter:ſed tantum ſecundum quid: quia enim propter debilitatem uiſus erat inutilis ad pingendum, aut ſuendum acu: ideo erat admota lanis & rudioribus officijs. erat ergo acus emerita non ipſa. deriſorie autem dicit quod quæ uiſum debilitatum habebat: quia propter ſenium cæteris in componendis capillis prudētior credebatur:ac ſi maturitate conſilij ad eam rem opus eſſet. Ordo igitur eſt: Matrona quæ ceſſat: ideſt non amplius operatur:aut fuit acu emerita:ideſt requiei quantum ad eam matronam conceſſa. que pro &. ſupple quæ ad mota eſt lanis ſupple carpendis aut nendis. eſt in conſilio conuocato: ſcilicet ad capillos componendos.& ſententia huius ſcilicet matronæ erit prima.&minores:ideſt inferiores ætate & arte.cenſebunt:ideſt iudicabunt poſt hanc tanquam diſcriminen:ideſt periculum famæ aut animę:ideſt uitæ. agatur:ideſt tractetur. Acclamat autem poeta dicens tanti: ideſt tanto pretio. & tanta æſtimatione eſt:ideſt habetur. cura: ideſt a ccuratio & ſollicitudo decoris:ideſt uenuſtatis quærendæ: ideſt inueſtigandæ.Illa autem anus premit:ideſt compingit.tot ordinibus:ideſt faſcijs aut tricis capillorum in ordinem conſtrictis.&ædificatis:ideſt per modum ædificij exaltat. adhuc caput altum: ideſt ſatis exaltatum.tot compagibus:ideſt connexionibus rerum.quod ſupple uidebis:ideſt quilibet uidere poterit a fronte: ideſt ab anteriore parte capitis:ſuper quam orbes illos circum uoluit. Andromachen:ideſt longiſſimam mulierem ſicut erat Andromache Hectoris coniux. ſed poſt:ideſt a parte poſteriore.eſt minor:ideſt breuior ſupple multo ita:ut credas aliam ſupple eſſe, ſed cedo:ideſt dic. eſt enim uerbum defectiuum prima breui ſupple quid faceret. uel cedo: id eſt da,permitte ſupple ut caput extollat. ſi ſortita eſt per naturam breue ſpatium parui lateris.& ſi ipſa uidetur breuior uirgine pygmęa quæ breuiſſima eſt.nullis pro non & ullis.non adiuta: ideſt ſi non eſſet adiuta ullis cothurnis: ideſt altioribus calciamentis etiam ſuram ambientibus:quæ aut ipſis ſimilia nunc ſuberę ſubleuata fiūt. & ipſa leuis: ideſt agilis & modico corpore conſurgit ad oſcula męchi planta exiſtente erecta:ideſt ſurſum directa, dum ipſa talis innititur. Nulla uiri cura. Paulatim progreditur poeta ad ſuperſtitionē mulierum damnandam non ſine nota uariorum ſacerdotum huiuſmodi ſuperſtitionem prædicantium: ſed in principio huius partis continuat uſq́ʒ ad finem ſuperiorem ſermonem, quem de mulierum ſæuitia in ſeruos atq́ʒ ancillas: & de culto nimio ac moroſitate earum inceperat docens eas paruifacere maritos ſuos: quantū ad utilitatem eorum Ordo eſt:Nulla cura uiri: ideſt de uiro. fiet interea,dum ſe tam laute curat nec mentio damnorum, quæ uir patitur ex tali ſumptu mulieris, fiet, ipſa enim uiuit tanquam ſupple eſſet uicina marito,& non uxor proprior ipſi marito,quam reliquæ uicinæ.hoc ſolo:ideſt quantum ad hoc ſolum quod odit amicos,& ſeruos coniugis: ideſt mariti: ideſt ſui ipſa eſt grauis: ideſt moleſta rationibus:ideſt ſecundum Mancinel. & Calde. domeſticis, & uiri impenſis:quas aggrauat nimio cultu: & ita cum ſuperioribus conſtruitur,ut ſit.

Hoc solo propior, quod amicos coniugis odit.
Et seruos, grauis est rationibus. ecce furentis
Bellonæ, matrisq; Deum chorus intrat, & ingens
Semiuir obscæno facies reuerenda minori,
Mollia qui rupta secuit genitalia testa,
Iampridem cui rauca cohors, cui timpana cedunt
Plebeia, & phrygia vestitur bucca Tiara.
Grande sonat, metuiq; iubet Septembris, & Austri
Aduentum, nisi se centum lustrauerit ouis,
Et xerampelinas vestes donauerit ipsi,
Vt quicquid subiti, & magni discriminis instat,
In tunicas eat, & totum semel expiet annum.
Hybernum fracta glacie descendet in amnem,
Ter matutino Tyberi mergetur, & ipsis
Vorticibus timidum caput abluet, inde superbi
Totum regis agrum, nuda, ac tremebunda cruentis
Erepet genibus, si candida iusserit Io,
Ibit ad Ægypti finem calidaq; petitas
A Meroe portabit aquas, vt spargat in ędem
Isidis, antiquo quæ proxima surgit Ouili.
Credit enim ipsius dominę se uoce moneri.
En animam, & mentem, cum qua Dii nocte loquunt
Ergo hic pręcipuum, summumq; mereuir honorem
Qui grege linigero circundatus, & grege caluo
Plangentis populi currit derisor Anubis.
Ille petit veniam, quoties non abstinet vxor
Concubitu, sacris, obseruandisq; diebus,
Magnaq; debetur violato pœna Caduceo.
Et mouisse caput visa est argentea serpens.
Illius lachrymis, meditataq; murmura præstant,
Vt veniam culpæ non abnuat ansere magno
Scilicet, & tenui popano corruptus Osiris.

JOAN. BRIT. ¶ HOC solo propior: satyricę dictum: hac una re uidetur rerum mariti curam habere, q, i. odit amicos eius & seruos: cum in cęteris rebus: quasi ad se non spectantibus sit negligentissima. ꝛ Grauis rō nibus: domesticis. s. cum plus impendat, q̃ ratio familiaris tolerat. ꝛ Ecce furētis Bellonę, matrisq; Deum: stultam superstitionem mulierum multis carminibus insectatur: q nimis credulæ timeant quę a sacerdotibus Cybeleis, & Isiacis horribiliter prenūciētur. Cybele autem ex sententia Apulei, Bellona, & Isis eædē fuere Deæ Idemq; sacerdotes trium Dearum sacra peragebāt. unde nūc recte eundem Cybeles Bellonę & Isidis chorum inducit. ꝛ Chorus: cœtus. ꝛ Bellonæ furentis. i. sacerdotum Bellonæ furentium nā in eius sacris sacerdotes suo cruere sacrificabant, gladios .n. districtos utraq; manu tenentes sectis pariter humeris & lacertis, & capitis rotatione discurrebant. & ueluti numine Deę afflati agebantur. unde superius: Sed ut phanaticus œstro Percussus Bellona tuo diuinat Horat. in Sermonibus: Hūnc circum tonuit gaudens Bellona cruentis. Tibullus: Hæc ubi Bellonæ motu est agitata. eā turbā Mart. Entheam appellat .i. phanaticā & numine afflatam. De sacerdotibus Bellonæ Lampridius: Bellonæ seruiētes uere execare brachium præcepit studio crudelitatis. ꝛ Matrisq; Deū: Cybele. De qua Liui. lib. 29. Oratores Romani Pergamum ad regem uenerunt. Is legatos comiter acceptos, Pessinuntem in Phrygiam deduxit, sacrumq; his lapidem, quem matrem Deum esse incolæ dicebant, tradidit: & deportare Romā iussit: huic sacerdotes galli seruiebāt Eunuchi: q apud Deam se iactantes faciebant cybalorum, ferramentorumq; iactatorum, ac manuum sonitum Galli autem sunt cognominati

Cybele

Bellona

Isis

Galli

sacerdote Deæ a Gallo fluuio Phrygiæ: apud quem Orgia colebāt simulachrum autem illud Deæ facile Romanis concessum fuit, cō sanguineos se dictantibus, atq; oriūdos ab Ænea Phryge. Ipsum simulachrum cælitus (ut aiunt) demissum, neq; qua sit materia, neq; a quo fabricatum artifice (ut scri. Herodianus) satis constat, neq; plane hominum manibus creditur factum. Hoc igitur decidisse cælitus ferunt in quendam Phrygiæ agrum, cui nomen Pessinūti a casu eius simulachri factum putāt. nam πίπτω cado significat: cuius auristus secundus est ἔπετον: unde pessinus nomen tractum est. ꝛ Ingens semiuir. i. antistes sacrorum & prefectus gallorum. ordo est: Ingens semiuir expositio facies reuerenda minori, grande sonat. ꝛ Semiuir: quia Eunuchus. ꝛ Facies reuerenda: quem cæteri sacerdotes minores uenerantur. ꝛ Minori obscæno. i. gallo fœdo fœmineo. Nam diuus Augustinus scribit gallos molles contra omnem uirorum, mulierumq; uerecundiam consecratos, madidis unguento capillis, facie dealbata, fluentibus membris, incessu fœmineo per planteas, uicosq; a populis. unde uiuerent, turpiter quæsitasse. ꝛ Secuit genitalia: uirilitatem enim sibi (ut scribit Pli.) testa samia amputabant in monimentū Atys ab Dea dilecti. unde Ouid. Venit in exemplum furor hic. mollesq; ministri Cędunt iactatis uilia membra comis. Ad quam consuetudinem alludit Mart. Abscissa est quare samia tibi mentula testa: Si tibi tam gratus Berice cunus erat. ꝛ Mollia: proprium est epitheton eunuchorū. molles enim sunt ueluti fœminę. unde superius: Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia semper Oscula, delectent & desperatio barbæ. ꝛ Rauca co-

Pessinus

hors. i. uocis acutæ exilis & muliebris. nam Eunuchi (auctore Macrob.) ita acutæ sunt uocis: ut sępe mulier an eunuchus loquatur, nisi uideas, ignores. Id facere superflui humoris abundantiam tradit, qui arteriam, per quam sonus uocis ascendit, efficiens crassiorem angustat uocis meatū, & ideo uel fœminis, uel eunuchis uox acuta est: uiris grauis, quibus uocis transitus habet liberum, & ex integro patentē meatum. Quinti. lib. 11. ostēdit uocem exilem esse eunuchis his uerbis: Ne ad spadonum, & mulierum. & ægrorum exilitatē uox nostra tenuetur. ꝛ Cui: antistiti. ꝛ Tīpana plebeia. i. sacerdotes minores & plebei. nam ministri Cybeles, qui eā comitantur, tympana, aliaq; instrumenta pulsabant. Oui. in. 4. Fast. Aera Deæ comites, raucaque terga mouent: Cymbala ꝓ galeis, pro scutis tympana pulsant: Tibia dat phrygos (ut dedit ante) modos ꝛ Cedunt: uenerātur. ꝛ Et cui. s. ant stiti. ꝛ Vestitur bucca. i. os uestitur. nam redimicula a pileo dependebant: quibus maxillæ, & mentum uestiebantur. Nam bucca pro buccis dixit. & proprie bucca (ut alibi diximus) appellat̃ ea ꝑs oris: qua infra malas inflari solet. unde Hora. Quin Iuppiter ambas Iratus buccas inflet, a bucca fit buccea: hoc est frustulū alicuius rei esui aptę: q̃tum. s. bucca commode capit. Augustus in epistola ad Tiberium (auctore Transquil.) sic scribit In balneo demū post horam primā noctis duas bucceas manducaui, priusq̃ ungi inceperem. Inde etiā fit buccella in eodem significatu: ut est apud Diuum Ioannem in sacra scriptura sic: Et cū intinxisset panem, dedit Iudę Simonis Scariothis: & post buccellam introiuit in eum Sathanas. inde etiam est buccellatum genus cibi castrensis & frumentacei: quo Pessenius Niger iubebat contentos esse debere milites omnes. ut scribit Spartianus. De buccellato item meminit Volcatius gallicanus, in uita Auidij imperatoris his uerbis: Et præter laridum. ac buccellatum, atq; acetum militem in expeditione portare prohibuit. Ammianus etiam Marcellinus sic: Buccellatum (ut uulgo appellant) humeris imposuit libentium militum. A bucca etiam fit buccula: quæ pars est cassidis: quæ prominens buccas ipsas tegit. de qua alibi poeta: Et fracta de casside buccula pendens. ꝛ Tiara: genus pilei quo peculiariter Persæ utebantur. de quo Herodotus lib. 7. sic: Ex quibus, qui militabant si erant persæ. hunc in modum ornati circa capita gestabant pilea: quos uocant tiaras impenetrabilia. Lunatæ formę indicat fuisse Sidonius in Panegyrico: Flectit Acheminius lunatum Persa tiarā. Seruius quoq; declarans illud Virgilianum: Sacerq; tiaras. Dicit pileū fuisse phrygium: quo ipsi sacerdotes uterentur: qui in phrygia prius sunt instituti ipsi matri Deum. unde nunc dixit: Et phrygia uestitur bucca tiara: De tiara ita scribit Diuus Hierony. ad Fabiolam: Quartum genus est uestimenti rotundum pileolum: quasi sphęra media sit diuisa: & pars una ponatur in capite. hoc græci, & nostri tiaram, nōnulli galerum uocant. non habet acumen in summo, nec totum usq; ad comas caput tegit: sed tertiam partem fronte inopertam relinqt atq; ita in occipitio uitta constrictus est: ut non facile labatur ex capite. est aūt bissinum, & sic fabre operatū linteolo, ut nulla acus uestigia forinsecus pateant. ꝛ Grande sonat: miranda prædicit & grādia: ut nō ad uocem claram referas: sed ad faciē rei horrēdā. nā galli sacerdotes Isiaci per urbes cum insignibus suis uaticinantes pha-

Bucca

Buccea

Buccella

Buccellatum

Buccula

Tiara

natico

Cæterum Leneus Pompeius ſcribit (auctore Gellio) Mithridatem regem Ponti ſanguine anatis poeticæ immiſto quibuſdam medicamentis remedium aduerſus uenenum ſolitum ſumere adeo: ut cum non nunquam ſumeret uenenum inter epulas: nulla ex parte læderetur: immo & eiuſdem generis remedio nomen dedit, ut appelletur mithridaticum. Cornelius uero Celſus lib. 5. docet Antidotum Mithridatis: quod quotidie ſumendo dicitur aduerſus uenenorum pericula tutum corpus ſuum reddidiſſe: multis, uarijſq; uenerum compoſitionibus conſtare. Ter uicti: nam primo ſuperatus eſt a Sylla, mox a Lucullo deinde a Pompeio nocturno prælio lucente Luna a tergo hoſtibus, a facie Romanis, qua extrema clade accepta coactus eſt in regnum confugere: ubi per ſeditionem popularium a Pharnace filio in turre obſeſſus, uenenū ſumpſit. quod cum parum proficeret ad mortem, quia (ut diximus) aduerſum uenena multis ante medicaminibus corpus firmauerat, a milite Gallo nomine Bithocco: a quo, ut adiuuaretur petierat, interfectus eſt. Mithridaticum

❡ ILLAM ego non tulerim &c. Oſtendit poeta multum referre quo animo peccetur, deliberato, an ſubito furore capto: dicens mulierem intolerabilem eſſe, quæ tam immane facinus deliberato animo facit. Concludit autem multas malarum: paucas uero bonarum eſſe imitatrices. Ordo eſt: Ego nō tulerim .i. nolim pati, aut tolerare illam ſup. mulierem maleficam. quę computat .i. ſimul putat, & cogitat media & opportunitates committendi flagitij & quæ ſana .i. non capta uehementi paſſione amoris: aut alia rabie. facit ingens .i. ualde magnum ſcelus. Spectant ſup. multę mulieres in theatro, aut in picturis. Alceſtim .i. fabulam de Alceſti, quæ fuit filia Peliæ regis Theſſalię. ſubeuntem .i. aggredientem, & pati uolentem. fata .i. mortem fatis inferendam: mariti. ſ. Admeti regis. & ſi detur ipſis ab Apolline ſimilis permutatio .i. ut morte ſua poſſent differre mortem uiri. ipſæ cupiant ſeruare animam .i. uitam. catellæ .i. paruæ canis nedum ſuam. morte .i. per mortem uiri potius, quam ecōtrario. Et ideo multę Belides .i. interfectrices uirorum ſuorum, quę Belides imitantur .i. neptes Beli. & multæ Eriphyle .i. uirorum ſuorum proditrices, ſicut Eriphyla erat. occurrent .i. obuiam uenient tibi Romæ. & nullus uicus non habebit .i. omnis uicus habebit. mane Clytemneſtram .i. interfectricem mariti ſui, ſicut erat Clytemneſtra Agamemnonis. ſed enim hoc refert .i. intereſt inter Clytemneſtrā græcam, & eius imitatrices Romanas, quod Tyndaris .i. Tyndari filia Clytemneſtra, tenebat læua, & dextera .i. utraq; manu: ſed argute læuam præponit poeta: ut imperitam innuat eius rei mulierem. Bipennem .i. ſecurim duas pennas habentem. inſulſam .i. ipſa inſulſa, uel inſipida: quia non talem, quali Romanæ interficiunt .i. boleto delicato. & fatuam ob eādem cauſam: quia inſulſum cibum fatuū dicimus: uel fatuam, ſi forte uir animaduertiſſet ſcelus fatua eſſet. At: ideſt ſed. res ſcilicet necatio uirorum. agitur nūc tenui pulmone rubetæ .i. ranę uenenoſę. ſed tamen ſup. ageretur. & .i. etiam ferro. ſi Atrides .i. maritus, ſicut Atrides .i. Agamemnon, qui erat maritus Clytemneſtræ. cautus .i. ſibi cauens. prægustaret pontica medicamina .i. Antidotum mithridaticum regis .i. Mithridatis regis Ponti ter uicti a Romanis: qui frequenti uſu Antidoti præmuniri ſicum uoluit, intoxicari non potuit. AS Cen.

Margin notes (left): ceſtis; lides; phyle

IVNII IVVENALIS AQVINATIS.

SATYRA SEPTIMA.



IN SEPTIMAM SATYRAM IVVENALIS ARGVMENTVM.

Et ſpes & ratio ſtudiorum. Hac Satyra Teleſinum poetam ſui temporis alloquitur, conqueriturq; poetarum, cęterorumq; ſcriptorum labores inanes eſſe, quando quidem pro uigiliis ſuis a ciuibus Romanis nihil prorſus conſequantur. Sicq; ſui temporis auaritiam exagitat. Solam autem ſpem in Traiano principe oſtendit; quem hoc principio aſtute laudat & extollit, vt ſubtiliter eum incendat in omnium ſcriptorum fauorem. liberalis enim (vt ſcribit Eutropius) in cunctos fuit publice, priuatimq; ditans omnes, & honoribus augens, ob ſuam in omnes bonitatem per orbem terrarum Deo proximus, nihil non venerationis meruit, & viuus & mortuus. De quo Plin. in Panagiryco ſic ait: Quid vitam? quid mores iuuentutis, quam principaliter formas, quem honorem dicendi magiſtris? quam dignitatē ſapientię doctoribus habes? ut ſub te ſpiritum, & ſanguinem & patria receperint ſtudia, quę priorum temporum immanitas exiliis puniebat, cum ſibi uitiorum omnium cōſcius princeps inimicas uitiis artes non odio magis, quam reuerentia relegaret. At tu eaſdem artes in complexu oculis, auribus habes. pręſtas enim quęcunq; pręcipiunt, tantumq; eas diligis, quantum ab illis probaris. Vnde illi nullo modo ſunt audiendi qui de Domitiano intelligunt. Quomodo enim vlla erat ſpes poetis habenda in Domitiano, cum is Iuuenale Satyras ſuas ſcribēte extinctus eſſet, in principio operis docuimus? Eſſetq; bonorum artium (ut taxauit Pli.) inimicus; quas etiam non odio magis, quam reuerentia relegaret?


T ſpes, & ratio ſtudiorū in Cæſare tantum
Solus enī triſtes hac tē-peſtate camœnas
Reſpexit, cum iam celebres, notiq; poetæ
Balneolum Gabiis, Romæ cōducere furnos
Tentarent, nec fœdum alii, nec turpe putarēt
Præcones fieri, cum deſertis Aganippes
Vallibus, eſuriens migraret in atria Clio.

Satyra ſeptima, Et ſpes, & ratio.

IOAN. BRIT. PES ſtudiorum. i. quam poetę habent conſequendę mercedis ex ſtudijs ſuis. eſt enim ſpes bonarum rerum expectatio. ¶ Ratio: ideſt omnis ratio, qua mouentur ad ſcribendum in ſolo Cæſare Traiano eſt poſita. eo enim cōſilio, & animi ratione ſcribunt, ut a ciuibus aliquid mercedis & præmij conſequantur: ſed falluntur inquit. nam ſolus imperator poetas reſpicit. Eſt autem ratio motus quidam celer cogitationis acumine, & ſolertia conſtans: qui bonum a malo diſcernit. Seneca uera ita diffinit: Ratio nihil aliud eſt, quam in corpus humanum pars diuini ſpiritus merſa. ¶ Reſpexit: cum iam: imperator ſolus, inquit, noſtris tēporibus reſpexit poetas, & reliquos ſcriptores a cæteris ciuibus neglectos: cum iam ob egeſtatem cogitarent: & in urbe & extra urbē uiliſſima quæq; ſubire miniſteria ad uitam ſuam ſuſtentandā. ¶ Reſpexit. i. fauit. nam eos reſpicere dicimur, quibus fauemus. Terent. Reſpice me in ſecundis rebus tuis quaſi dicat & mihi faue & adiuua. ¶ Idem: Nam Hercle ali' nemo reſpicit nos. ¶ Balneolum: unde uictum conſequerentur. Gabij ¶ Gabijs: oppidum eſt in uia Præneſtina centum ſtadijs diſtans ab urbe. auctor Strabo. ¶ Furnos: ut panem alienum coquerēt: eoq; modo quæſtum facerent. ¶ Tentarent: iam conſilium caperent. Præco ¶ Præcones: pręconem appellamus non modo, qui clara uoce ad populum edicta magiſtratuum pronunciat: ut Tranquil in Nerone: Peregrinatione quidem Græciæ Eleuſinis ſacris, quorū initiatione impij, ac ſcelerati uoce præconis ſummouerētur intereſſe nō auſus eſt: ſed etiam qui rerum pretia in publicis uenditionibus ꝓnunciat. Apul. lib. 8. Ad mercatum producimur, magnaq; uoce præconis pretia ſingulis nunciantes, equi, atq; alij aſini opulentis emptoribus pręſtinantur. & Martialis lib. 1. Venderet excultos colles cum pręco facetus. ¶ Cum migraret: ordo eſt: Reſpexit cum Clio eſuriens migraret in atria: ideſt cum iam poetæ ob egeſtatem relictis propemodum muſis in ædes nobilium migrarent: quaſi illis famulaturi. unde in ſequentibus: Quem colis & muſarum & Apollinis æde relicta. Martia. iiſdem pene uerbis: in miſeriam poetarum ſui temporis ſic inquit libro tertio: Atria magna colam, uix tres, aut quattuor iſta Res aluit, pallet cętera turba fame. ¶ Clio eſuriens: ideſt ipſe poeta extrema fame laborans & mendicus. Clio una eſt ex muſis. nouem fuiſſe oſtendit Diodorus, quæ Bacchum ſequebantur. ¶ Deſertis uallibus: ideſt relictis muſis

& carminibus ſuis, quę dicuntur pangere in ſolitudinibus, & locis. muſis conſecratis. ¶ Aganippes: Aganippe fons eſt in Bœotia. Ouidi. in lib. Metamorphoſeō: Hiantea Aganippæ.

ASCen. T ſpes & ratio ſtudiorū &c. In hac ſeptima Saty. carpit auaritiā ꝓdiuitū Romanorū: qui literarū bonarū ſtudioſis nullā opē contulerunt. commendat præterea imperatoris Domitiani in ea re largitatē uel quia id meruerat: uel quia in reliquis Satyris ipſum damnaſſe criminari uereatur. Comparat præterea poeticam artem ad alias: innuēs poeticam quidem cæteris multo honeſtiorem: ſed minus lucroſam. Concludit autem miſerrimam eſſe grammaticorum, qui primas literas docēt, prouinciam: eo ꝙ pauci iuſtam mercedem: & ij non niſi coacti perſoluant: cum tamen ſanctiſſima ſit: quippe unde bonorum morum, ſanctęq; uitæ ſalus atque inſtitutio plurima depēdet. Nam ſi uerum eſt, quod dicit in epiſtolis Horatius: Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu: hoc eſt ſi quæ prima diſcuntur tenaciſſime hęrēt magna cura adhibenda erit parentibus: ut liberi bonis artibus honeſtiſq; moribus imbuantur: cū tamen nil minus curent. quā rem hic per trāſitum & alibi plene notat poeta. Ordo eſt. Et ſpes & ratio: ideſt tam ſpes quam ratio: uel tum ſpes tum ratio: uel ſimul ſpes ſtudiorum: ideſt emolumenti ſeu lucri: quod ex ſtudio humanitatis quis conſequi ſperet. & ratio: id eſt occaſio recte ſperandi eſt ſupple tantum: ideſt ſolummodo in Cæſare: id eſt imperatore Domitiano. enim pro quia. quia ſolus: ſcilicet Cęſar Domitianus. reſpexit: id eſt miſericorditer iterum inſpexit. hac tempeſtate: id eſt hoc noſtro tempore. camœnas: ſcilicet muſas carminum inuentrices. triſtes: id eſt ſqualidas & neglectas: & ob id triſtantes. Reſpicere paſſim clementer & miſericorditer iſpicere accipitur. Eſt enim compoſitum a re: quod hic iterationem importat: & ſpecio inuſitato uerbo, quod ſignificat uideo. Qui ergo ſemel uidet miſerum: nec mouentur uiſcera eius ſuper eum. ille quidem aſpicit: ſed qui motus miſericordia iterum aliquid collaturus inſpicit: is reſpicit. Cum: ideſt quando. poetæ celebres & noti: ideſt nobiles & clari. tentarent: ideſt attentarent, prætenderent. conducere Gabijs: id eſt apud Gabios. balneolum: id eſt paruum balneum: ut ſint balneatores, & inde uictum aucupentur. Nec erant tunc ut nunc in pluribus locis, balnea meretricularum domicilia. & conducere Romæ furnos: e quibus ſibi & panem & ligna comparent: dum alijs præſtent: aut panem ipſi coquant. magis tamen reſpicit ad id quod

Calderinus

Nam ſi Pieria quadrans tibi nullus in arca
Oſtendatur, ames, nomen, uictumq; Machæræ,
Et vendas potius, commiſſa quod auctio vendit
Stantibus œnophorum, tripodes, armaria, ciſtas,
Halcyonem, Bacchi Thebas, & Terea Fauſti.
Hoc ſatius, q̃ ſi dicas ſub iudice vidi,
Quod non vidiſti. faciant equites Aſiani
Quamquã, & Cappadoces faciãt, equiteſq; Bithyni,
Altera quos nudo traducit Gallia talo.
Non tamen ſtudiis indignum ferre laborem
Cogetur poſt hac, nectit quicunq; canoris
Eloquium vocale modis, Laurumq; momordit
Hoc agite o iuuenes circunſpicit, & ſtimulat vos,
Materiamq; ſibi ducis indulgentia quærit.

Calderinus dicit: uti frigentes de furno & balneo loquendo cogitent: ut ſit æmulatio illius horatiani: Nec frigus collegit furnus: & balnea laudet: ut fortunatam plene præſtantia uitam. Nec pro & non cum ſupple alij poetæ putarent fieri præcones: id eſt uenditores rerum cum præconis: id eſt laudatione earum. non eſſe ſupple turpe: ideſt inhoneſtum. Cum: id eſt quando. Clio: id eſt muſa hiſtoriarum inuentrix: hoc eſt quiuis rerum poeticarum ſcriptor. eſuriens: id eſt eſſe ſeu comedere deſiderans: hoc eſt fameſcẽs. migraret. i. habitationem transferret. in atria: ideſt in domos diuitum: ubi atria feruent. & aduentantes recipiant tenui mercede. unde & Horatius: Atria ſeruantem poſtico falle clientem. & hæc uallibus Aganippes: ideſt illius fontis poetis apti: & muſis ſacri in Bœotia: id eſt omnibus locis amœnis & congruis ad carmina fingenda. deſertis: ideſt derelictis.

¶ NAM ſi Pieria: ſenſus eſt: Si ex ſtudijs & carminibus tuis nullam merdedem conſeqneris ſuadeo tibi fias præco, qualis fuit Machæra. ut accipias hoc loco Machæram non pro gladio, ſed pro proprio nomine præconis. Sequentia enim de præcone dicuntur. Eſtq; ſuaſio plena amaritudinis, & indignationis. non ignoro & Machæram nomen eſſe proprium ducis militum ſub Ventidio bellum gerente aduerſus Parthos. ¶ Quadrans: dicitur quarta pars aſſis: id eſt unciæ tres. de quo in prima Satyra pluſcula diximus illic: Sed Gillo deuncem. Quadrans item genus fuit nummi modici pretij, ut hoc loco. Horatius: Dum tu quadrante lauatum Rex ibis. Martialis: Inuitas centum quadrantibus, & bene cœnas. ¶ In arca Pieria: in muſis & carminibus tuis. nam Pierides muſæ dicuntur a Pieria rupe Macedoniæ. de qua ſic Strabo in nono. Eos qui Helicona & Pieriam & Libethrum & Pimplian eiſdem muſis conſecrarunt Thraces extitiſſe. Pieres autem uocabantur, quibus extinctis, loca hæc Macedones nunc poſſident. ¶ Commiſſa quod auctio: poteſt ſic exponi: Vẽdas potius commiſſa: ideſt tradita ad uendendum: & quod auctio uendit: ut ſubaudias extrinſecus &. aut ſic: Et uendas potius, quod auctio commiſſa, ſcilicet pręconi uendit ſtantibus: ſcilicet œnophorum & cætera. auctio enim rerum præconi committitur. Ille autem dicitur auctionem facere, qui res aut ſuas, aut alienas publice uendit. Plautus in Sticho: Hunc auctionem facere decretum eſt mihi: foras neceſſe eſt quicquid habeo uendere. aut quod: ideſt quam rẽ: ideſt quæ commiſſa uendit auctio. Dicitur autem auctio ipſa uenditio, quæ publicitus ab ſit augẽdo, quod rerũ pretia augeantur ab emptoribus, ſeu uenditoribus. ¶ Oenophorum: uas uinarium. οἶνος uinum: φέρω porto. ¶ Armaria: utrum librorum repoſitoria: ideſt bibliothecas. Vulpianus de legatis: Bibliotheca legata utrum armarium ſolum, uel armaria continebantur, an uero libri quoq; contineantur quæritur, an promptuaria armaria. ¶ Tripodes: menſas hoc loco, quæ tribus pedibus ſuſtentantur. alias tripodes capiuntur pro uaſis æneis ad aquas calefaciendas. De quibus Homerus libro octauo Iliados ſic ſcribit: Recenſebo primum ſeptem tripodas nouos, nunquam igni admotos cum uiginti lebetibus & ipſis nouis ac rutilo fulgore radiantibus. Tripodibus uiri fortes apud Græcos donari ſolebant. Vnde Horatius: Donarem tripodas Præmia fortium Græcorum. unde & Agamemnon Achilli dono miſit Et ſeptem tripodas pondere & arte pares. Vbi expones ſeptem uaſa ænea aquaria ad calefaciendam aquam. ¶ Alcynoen Bacchi: id eſt tragœdiam ſcriptam de Alcynoe a Baccho poeta tragico, quæ una ex Pleiadibus ex Neptuno peperit Ireum patrem Orionis, ut ſcribit Higinus, a quo Irea oppidum agri Thebani. Alij Halcyonem legunt: ideſt tragœdiam de Halcyone: quæ cum Ceycis mariti ſui cadauer ad littus eiectum uidiſſet, in mare ſe deiecit: qui ab Amphytrite in aues conuerſi, in mari per eos dies (ut Plinius & Ouidius ſcribunt) placido fœtificant. faciunt autem ſeptem ante Brumam diebus nidos, & totidem ſequentibus pariunt, qui dies uocantur Halcyonides. Ea auis alio nomine appellatur Alcedo, de qua ſic Plautus in Penulo: Iam hercle tu periſti, niſi illam mihi tam tranquillam facis, quam mare eſt olim, cum ibi Alcedo pullos educit ſuos. ¶ Thebas & Terea Fauſti: ideſt fabulas de Thebis & Laio, quem (ut ſcribunt Diodorus, & Papinius) filius Oedipus interemit: mox ducta uxore matre Iocaſta, gnarus & conſcius flagitij perpetrati ſe ipſum oculis priuauit. nati ex eo Etheocles & Polynices per ſumma diſcordiã mutuis ſe uulneribus confoderũt. De his fabula ſcripta erat a poetis, præcipue a Fauſto poeta ſui temporis. ¶ Terea: id eſt tragœdiam de Tereo marito Prognes cui ipſa Progne Ityn filium epulandum appoſuit in uindictam Philomelæ ſororis ſtupratæ. nota eſt fabula. ¶ Fauſti: ſatyrice autem oſtẽdit Bacchum & Fauſtum uiles fuiſſe poetas: utpote quorum opera publica auctione uenderentur tanquam uilia. ¶ Hoc ſatius: melius, inquit, eſt illiberali hoc quæſtu uitam ſuſtẽtare, quam teſtimonij religionem contemnere: quod Aſiani faciunt. Nam Cicero in oratione pro Flacco: populis Aſiæ fidem non adhibendam clamat. De iiſdem ita etiam ſcribit ad Quintum fratrem: Nullum erit genus in familiaritate cauendum magis, propterea quod & omnes uias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ cauſa faciunt: ut oſtendat laudabilius eſſe uili miniſterio uitam degere: quam per inhoneſtas & malas artes diuitias ſibi comparare. Ordo eſt: Hoc ſatius eſt, quam ſi dicas ſub iudice: ideſt in iudicio, & ante iudicem uidi: quod non uidiſti. ¶ Equites Aſiani: ideſt Aſiani qui ciuitate donati ad equeſtrem cenſum per malas artes peruenerunt in urbe. ¶ Traducit: præbet ridendos: cum nudo pede ambulent. Martialis: Deſine ſi pudor eſt miſeram traducere caluam. In eadem ſignificatione eſt & illud Iuuenalis: In quo ſe traducebat: ideſt præbebat ſe ridendum. Et illud: Squallentes traducit auos. Propertius: Nec ſi per totam infamis traduceret urbem. Papinius in Siluis: Nẽpe ego ſum qui traducor. & Martialis libro ſexto: Rideris, multoq; magis traduceris Afer: Quam nudus medio ſi ſpaciere foro. ¶ Nudo talo: nudis pedibus, aut ob paupertatem, aut quia mos ſit patrius nudis pedibus incedere: ſed poſtea Romam traducti (ut dixi) fiunt malis artibus locupletes. ¶ Cappadoces: Cappadocia finitima eſt Armeniæ orientem uerſus. ad Auſtrum uero terminatur Cilicio, qui dicitur Taurus. ¶ Bithyni: Bithyniam ab oriente Paphlagones & Mariandini & Epicteti pars terminant. a ſeptentrione mare ponticum. ab occidente Propontis. ad Auſtrum Myſia & Phrygia. ¶ Altera Gallia: ideſt Gallogræcia. alteram autem appellat propter Galliam, quæ in occidente eſt Hiſpaniæ & Germaniæ contermina, Gallogræcia autem a Galatia dicta eſt, Paphlagonibus contermina. eam tenuere Galatæ, quorum gentes tres ſunt, duæ Tragini, & Toliſtobogi a ducibus nominatæ. Tertia a gente, quæ in Celtica eſt Tectoſagies. Tranſitus in Aſiam dux fuiſſe uidetur Leonorius, Strabo auctor libro duodecimo: Hi autem ſunt Galatæ, ad quod ſcribit Diuus Paulus. ¶ Laborem indignum ſtudijs: ſenſus eſt: Et ſi poetæ, inquit, iam deſtinauerant ad miniſteria, obſequiaq; ſeruilia deſcendere omni deſtituti conſequendæ mercedis ſpe ex laboribus & ſtudijs ſuis: tamen confidant & bono ſint animo: nam omnes ſtudijs ſuis dignam mercedem conſequentur. qui mercedem ſtudijs ſuis dignam non conſequitur: is laborem indignum ſuſtinet. ¶ Eloquium uocale: carmen grande & ſonorum. ¶ Modis: modulationibus. ¶ Laurumq; momordit: Imitatio eſt Horatiana & Perſij: Sæpe caput ſcaberet, & uiuos roderet ungues. Perſius: Nec demorſus ſapit ungues: Sæpe enim poetæ in faciendo carmine talia ſolent facere. laurum autem ideo dicit corrodi, quod & lauro coronantur, & in cælla plurimam habent. utpote Apollini conſecratam: in cuius tutela ſunt ipſi poetæ. ea & triumphantes coronabantur. Ouidius primo Metamorphoſeos: Arbor eris certe dixit mea, ſemper habebunt Te coma, te citharæ, te noſtræ laure pharetræ. Tu ducibus lætis aderis, cum læta triumphum Vox canet, & longas uiſent Capitolia pompas & cętera. ¶ Hoc agi

Traducere
Cappadocia
Bithynia
Gallogręcia
Galatia

Si qua aliunde putas rerum ſpectanda tuarum
Præſidia,atqꝫ ideo croceæ membrana tabellæ
Impletur,lignorum aliquid poſce ocyus,& quæ
Componis,dona Veneris Teleſine marito,
Aut clude,& poſitos tinea pertunde libellos.
Frange miſer calamos,vigilataqꝫ prælia dele,
Qui facis in parua ſublimia carmina cælla,
Vt dignus venias hederis,& imagine macra.
Spes nulla vlterior.didicit nam diues auarus
Tantum admirari,tantum laudare diſertos.
Vt pueri Iunonis auem.ſed defluit ætas
Et pelagi patiens,& caſſidis,atqꝫ ligonis.
Tædia tunc ſubeunt animos,tunc ſeqꝫ,ſuamqꝫ
Terpſichoren odit facunda,& nuda ſenectus.

te:ſcilicet ut aliquid ſcribatis. nam tanta principis liberalitas quid aliud ſibi quærit, quam ut materiam aliquam ad ſcribendum capiatis? ⁋ Quærit: quaſi dicat prouocat uos, & inuitat ut materiam ad ſcribendum capiatis.

ASCen. ℭ NAM ſi nullus quadrans:ideſt ne minimus quidem nummus (eſt autem quarta pars aſſis continens tres uncias) oſtendatur tibi i arca Pieria:ideſt muſica, ſeu poetica: ideſt ſi nullus fructus tibi obuiat ex arte poetica ita: ut fame conficiaris.tu ames nomē licet uideatur inhoneſtum:& uictum licet ſit uilis. Machæræ:id eſt quem ex Machęra domini ferenda: ideſt ex enſe eius portando poſt eum conſequeris.uocaberis enim Machærophoros: id eſt enſifer. & uiues cum clientibus cęteris:uel ſit proprium pręconis.ut Calderinus uult: quod mihi non placet.nec innuit poeta Machæram præconem eſſe cum dicit:Et uendes potius &c. quia duo dicit: ut ſis libentius aut Machærophorus:aut potius præco,quam poeta.Ego potius dicerem nomen.& uictum Machæræ: id eſt gladiatoris: qui ex Machæra:ideſt gladij uſu uiuit, & nomen ſumit. Et uendas potius ſtantibus: id eſt circunſtantibus: ut emant illud quod auctio: ideſt publica rerum priuatarum uenditio commiſſa tibi: cum ſis præco. uendit uidelicet œnophorum:ideſt uas uinarium tripodes:ideſt mēſas, quales erant ad quas Delphis reſponſa dabantur. armaria:id eſt rerum uariarum repoſitoria.ut in quibus mulieres mundum ſuum recondunt.ciſtas:ideſt ſcrinia:& capſas in quibus libri, aut alia cælantur.Et Halcyonen:ideſt tragœdiam de Halcyone. Bacchi:id eſt illius poetę tragici. Thebas:ideſt fabulam ſic inſcriptam:ſed quę non extat:cum a malo ſit poeta compoſita. & Terea: ideſt tragœdiam de Tereo in auem conuerſo ob eſum filij. Fauſti: id eſt illius poetæ. Satius: eligilibus & melius eſt hoc ſupple facere: id eſt res priuatas uendere pro mercede tibi conſtituta, quam ſi dicas ſub iudice:ideſt coram eo. ſed inferiore loco inſtans ego uidi:ideſt te uidiſſe dicas illud.quod non uidiſti:ideſt quam uendas falſum teſtimonium.quanquam:ideſt tametſi.equites Aſiani:ideſt ex Aſia.& Cappadoces:ideſt ex Cappadocia.& equites Bithyni:ideſt ex Bithynia & ſupple equites:quos altera Gallia: id eſt Gallogræcia. traducit:id eſt Romam transfert ſtipendia facturos. nudo talo: id eſt pedibus nudis ob inopiam diſcalceatis. faciant hoc: id eſt dicant ſe uidiſſe coram iudice:quod non uiderunt. Nemo tamen & cætera. Oſtendit omnibus bene ſcribentibus repoſitum eſſe apud imperatorem præmium. Ordo eſt: Tamen:ideſt licet pauloante hac omnes poetæ fruſtra ſcribentes fere mendicabant: aut mechanicas artes diſcere cogitabant:tamen nemo cogetur poſthac:ideſt poſtquam Cæſar reſpexit ad camœnas: & ſuſcepit poetas, ferre: ideſt tolerare laborem indignum ſtudijs ſuis: ut qui nullum attulerit: ſicut prius fructum:quia nunc nemo laborabit fruſtra. quicunqꝫ nectit: id eſt condit, & componit.eloquium uocale:ideſt poema ſonorum.canoris:ideſt bene reſonantibus.modis:ideſt uerſibus numeris & menſura conſtantibus.& quicunqꝫ momordit laurum: ideſt guſtauerit dulcedinem gloriæ poetæ laureati: ideſt quicunqꝫ conatur dignus eſſe,ut laureetur. O iuuenes: ideſt quicunqꝫ futuræ gloriæ & mercedis ſpem habetis. agite hoc:ideſt conficite carmina uocalia. & ſperate lauream:quia clementia ducis:ſcilicet Domitiani: qui quaſi dux, circunſpicit: id eſt ex omni parte tanquam laudem & præmia daturus aſpicit. & ſtimulat:id eſt inſtigat, & impellit uos. & quærit ſibi materiam: ideſt occaſionem uobis benefaciendi: ſi ſcripſeritis laudes uirtutum eius.

IOAN. BRIT. ℭ ALIVNDE:immenſam ſui temporis auaritiam taxat:totaqꝫ hinc eſt poetæ indignatio.Eſt enim ſenſus: Potes ocyus tua carmina comburere,ſi aliunde tibi, quam ab Traiano aliquid ſperandum putaueris. ⁋ Tuarum rerum: tuorum ſtudiorum. ⁋ Membrana: paginæ ipſæ. ⁋ Tabellæ croceæ: hoc eſt, quæ tabellis cedrinis coarctatur. ⁋ Nam tabellæ ex cedro libris adhibebantur: quod cedrus (auctoribus Theophraſto, Victruuio, & Plinio) æternum duret. Itaqꝫ & ſimulachra Deorum ex ea factitauerunt. Horatius: Speramus carmina fingi Poſſe linenda cedro:& leui ſeruanda cupreſſo. & Martialis libro quinto: Nunquam grandia nec moleſta poſcit Quæ cedro decorata, purpuraqꝫ nigris Pagina creuit umbilicis. ⁋ Marito ueneris.i. Vulcano qui pro igne accipitur. ⁋ Teleſine: ad Teleſinum (ut diximus) Satyram ſcribit. ⁋ Tinea:uermis eſt,qui ueſtes & chartas corrodit maxime Plin.lib.11.cap.34.ait in lanis, & ueſte puluerem creare tineas. Eaſdem etiā docet li.16.ca.16. rodere & ligna, terreſtreſqꝫ tantum eſſe. Teredines uero grauiſſimo ad portionem capite rodere dentibus: ſentiriqꝫ tantum in mari: nec aliam putat teredinem proprie dici. ⁋ Pertunde: ſermo in compendium redactus.i.ſine libros ſic recōditos tinea potius perforari, & abſumi, q̃ ut mittas ad aliquē unde nulla ſit tibi ſpes. ⁋ Hederis:hedera poetæ coronabantur. Virgili. Paſtores hedera creſcentem ornate poetam. De hoc lege & Plinium. ⁋ Imagine macra:non ſolum poetis,ſed & fere omnibus,qui aliquod egregium facinus edidiſſent, ſtatuæ ab antiquis erigebantur. Hocqꝫ ab Athenieſibus manauit: qui primi omnium Harmodio & Ariſtogitoni tyrannicidis publice poſuerunt ſtatuas:eo anno,quo Tarquinius expulſus fuit regno. Excepta deinde eſt res (auctore Plin.) ab toto orbe terrarum humaniſſima ambitione: unde & poetis imagines non ſolum publicitus, ſed & priuatim a ſtudioſis ponebantur. Vnde Mart. ad Auitum ſtatuam ſibi ponentem edit carmen ſubſcribendum: Hoc tibi ſub noſtra breue carmen imagine uiuat: Quam non obſcuris iungis Auite uiris. Lactātius poeta in ede camœnarum (ut ſcribit Plin.lib.trigeſimotertio) maxima forma ſtatuam ſibi poſuit:cum is breuiſculus eſſet. Statuam item Carthaginenſes Apuleio (ut ipſe teſtatur in tertio Floridorum) poſuerunt. ⁋ Macra:macillenta & pallente. nam poetæ ex nimio & aſſiduo ſtudio pallore conficiuntur, & macie. ⁋ Auem Iunonis:periphraſis eſt pauonis. Nam cum Argus Iunonis paſtor,quem centum oculos habuiſſe Ouidius refert, a Mercurio interfectus fuiſſet, abſciſſo capite Argi oculos in cauda pauonis Iuno collocauit,eamqꝫ auem in ſuam tutelam eſſe uoluit. ⁋ Sed defluit ætas:ideſt iuuentus ipſa,quæ laboribus & bellicis & maritimis,agricolationiqꝫ ſufficere potuit. ⁋ Senectus facunda.i.ipſe ſenex facundus & pauper. ⁋ Suam Terpſichoren:ideſt carmina ſua. Nam Terpſichore una eſt muſarum dicta,ꝙ choros oblectet. τέρψις quomodo τέρψιος delectationem ſignificat. ⁋ Tunc ſe odit:poeta inquit cum ad ſenectutem peruenit: omni ætate in componendis carminibus iam atrita ſeipſum odit, & ſtudia damnat ſua.

Tinea

Teredo

Statuarum erigēdarū orig[illegible]

Argus

Terpſichore:

ACS[illegible] ℭ SI qua aliunde & cætera. Hic principalem tangit materiam huius Satyræ: oſtendens omnes nobiles Romanos tantum auaritiæ ſtudere: ut fruſtra omnino ſcripſeris quod alteri quam imperatori dicaueris. Ordo eſt: O Teleſine poeta bone: ſed hunc pro quouis ponit. Si putas qua: id eſt aliqua. præſidia: id eſt munimenta & auxilia rerum tuarum eſſe expectanda aliunde: id eſt ab aliquo, quam ab imperatore. atqꝫ membrana: id eſt tenuis pellicula ad ſcribendum apta tabellæ croceæ: id eſt crocei coloris. impletur ſup. uerſibus ideo:quia: ideſt ſperas te aliquid ab alijs conſecuturum. poſce.i.require a famulis. ocyus.i.celeriter aliquid lignorum,ut facias ignem. & o Theleſine dona: ideſt committe marito Veneris: id eſt ipſi Vulcano Deo ignis: hoc eſt ipſi igni. ea ſupple quæ tu componis:aut claude libellos tuos.& perfunde:ideſt conſume & perfora libellos tuos.poſitos: ideſt in arca repoſitos. o miſer: ideſt qui dignus miſeratione es,frange calamos,quibus res geſtas remunerandus a ciue ſcribis. & dele: id eſt abole, & ſemoue prælia uigilata: id eſt quæ uigilans cœpiſti deſcribere. Tu inquam quicunque es: qui facis ſublimia: id eſt altiſona qualia ſunt heroica carmina: in parua cælla. occludebant enim ſeſe: ut ſenſus colligerent. Perſius Scribimus incluſi & cætera. Eſt autem antitheſis: ſublimia carmina & parua cælla. ut uenias: id eſt efficiaris & habearis dignus hederis: id eſt corona ex hedere: qua Bac

chus

Accipe nunc artes, nequid tibi conferat iſte,
Quem colis, & muſarum, & Apollinis æde relicta.
Ipſe facit verſus, atq; vni cedit Homero
Propter mille annos. at ſi dulcedine famæ
Succenſus recites, Maculonus commodat ædes,
Ac longe ferrata domus ſeruire iubetur,
In qua ſolicitas imitatur ianua portas.
Scit dare libertos extrema in parte ſedentes
Ordinis, & magnas comitum diſponere voces.
Nemo dabit regnum, quanti ſubſellia conſtent,
Et quæ conducto pendent Anabathra tigillo,
Quæq; reportandis poſita eſt orcheſtra cathedris.
Nos tamen hoc agimus, tenuiq; in puluere ſulcos
Ducimus, & littus tenui verſamus aratro.
Nam ſi diſcedas, laqueo tenet ambitioſi
Conſuetudo mali, tenet inſanabile multos
Scribendi cacoethes, & ægro in corde ſeneſcit,
Sed vatem egregium, cui non ſit publica vena,
Qui nihil expoſitum ſoleat deducere, nec qui
Communi feriat carmen triuiale moneta,
Hunc, qualem nequeo monſtrare, & ſentio tantum
Anxietate carens, animus facit omnis acerbi
Impatiens, cupidus ſiluarum, aptuſq; bibendis
Fontibus Aonidum, neq; enim cantare ſub antro
Pierio, thyrſum ue poteſt contingere ſana
Paupertas, atq; æris inops, quo nocte, dieq;
Corpus eget, ſatur eſt, cum dicit Horatius ohe,

chus coronatus eſt. & imagine macra poſita: ſcilicet in æde Apollinis. nam in utriuſq; tutela poetæ ſunt. Perſi. Quorum imagines lambunt Hederę ſequaces. Quod autem macra dicit: aut intelligit macram eſſe mercedem, illic picturam habere quæ inanis eſt: ut. 1. Æneid. Animum pictura paſcit inani. aut uerius macros depingi poetas ob ſtudium. Nulla ſpes lucri eſt ulterior. i. ultra id quod ab imperatore cōſequaris. nam diues auarus. quales præter Domitianum omnes ſunt. didicit admirari tantum. i. tantummodo. & laudare tantum. i. tantūmodo diſertos. & ſup. eis nihil dare. ut. i. quēadmodum pueri ſup. laudant. & admirantur auem Iunonis. i. pauonem: cuius colorem laudant: ſed nihil ei dant: immo plumas extrahunt ſi poſſunt, ſicut auari canoritatem carminū laudant: ſed non fouent canentes. Et ſic eſt comparatio in modo faciendi. poteſt etiam eſſe in quantitate ſic: Nam diues auarus didicit admirari & laudare tantum. i. intantum uel eatenus. ut. i. in quantū, uel quatenus pueri auem Iunonis &cę. Ideo autē dicunt pauonem eſſe auem Iunonis: qa Iuno tranſtulit in eius caudam oculos Argi quod fingitur: quia Iuno eſt Dea aeris. ex cuius relucentia uarietas colorum in pauone & Iride conſpicitur. Sed interea dum in conficiēdis carminibus operam perdis: ætas. ſ. iuuenilis. patiēs pelagi. i. nauigationis. & caſſidis. i. galeę hoc eſt militiæ. & ligonis. i. agriculturæ: hoc eſt in qua mercaturam, militiā, aut agriculturam exercere cū lucro poſſes. defluit. i. delabitur. & ſenectus facunda: quia (ut dicit Mart.) Dulcia confecta modulatur carmina lingua & nuda. i. inops odit ſe & ſuā Terpſicoren. i. muſam, & muſica inſtrumenta: quorū inuentrix eſt. unde Virg. Terpſicore affectus citharis monet, imperat, auget. Nā terpſis delectatio eſt. unde interpretatur delectatio chori. Eſt ergo magna uis paupertatis, quę delectationem facit odiſſe. Eadem ratione dixit: Prius migraret in atria Clio. tanq̄ ea, per quā poetæ maxime diuitibus grati & iucundi eſſe debebāt. Nam ea eſt, quę cælo beat. i. ęterna memoria mortales celebrāt. unde Hora. li. 4. Carminū: Neq; ſi chartę Sileāt: qd bene feceris Mercedē tuleris: qd foret ille Mauortiſq; puer ſi taciturnitas Obſtaret: meritis inuidia Romuli. Et paulopoſt: Dignum laude uirū Muſa uetat mori, Cælo muſa beat &c. Clio enim dicta eſt qd glorioſum facit. Cleos. n. gloria eſt.

¶ ACCIPE nunc artes: accipe, inquit, nunc aſtutias diuitis Romani, quem ut cliens quotidie relicta æde & muſarum & Apollinis ſequeris & colis: non ſine ſpe mercedis conſequendę ex carmine tuo. relinquis enim commertium muſarum, & poetarum, qui in ædem muſarum (auctore Porphyrione) conueniebant: ut diſputarent, recitarentq; ſua carmina. unde Hora. in Satyris: Hæc ego ludo, Quæ neq; in ęde ſonent certantia iudice Tarpa. & huic ſoli carmine tuo laudes placere. ſed nequid tibi conferat. i. ne quid tibi pręmij det. ipſe facit uerſus. i. ſe quoq; poetam eſſe oſtendit præſtantiſſimum. hoc autem aſtute facit: quaſi non conueniat poetæ poetam largiri: Nam multi carmina pro carminibus, & libellos pro libellis mittebant. unde Papinius in hendecaſyllabo ad Grippum cauillādo ipſum ſic inquit: Eſt ſane iocus iſte, quod libellum Miſiſti mihi Grippe pro libello. ¶ Quem colis: nam poetę primarios colebant: ſeq; eorum comites præbebant. Horat. Brutum coluit adoleſcens: ſub quo tribunus militum ciuili bello militauit. Ouid. in Ponto ad Maximum ſcribens oſtendit eum cultum fuiſſe a Celſo: Nā tua nō alio coluit penetralia ritu Terrarum dominos, q̄ colis ipſe Deos. ¶ Muſarum & Apollinis æde relicta: templum Apollinis Palatini excitauit Auguſtus: in cuius aditu porticus erat cum bibliotheca librorum tam latinorum, q̄ græcorum auctor Tranquillus in Auguſto. ¶ Muſarum: templū muſarum Romæ extruxit (auctore Trāquillo in Auguſto) Martius Philippus: ubi (ut diximus ex ſententia Porphyrionis) poetę opera ſua recitabant. ¶ Atq; uni cedit Homero: hoc dictum ex perſona ipſius diuitis: qui Homero tantum ſe putat cedere, nec cuiq̄ alij. ¶ Propter mille annos: ratio quare cedat Homero: propter uetuſtatē inquit. Nam multi (quod extremę eſt dementiæ) in libris tantum uetuſtatem, & non meritum conſiderare conſueuerunt. unde ab Horatio damnantur ſic: Si ueteres ita miratur, laudatq; poetas: Vt nihil anteferat, nihil illis cōparet, errat. ¶ Maculonus commodat ædes: ſi forte, inquit, motus dulcedine gloriæ aut famæ aliquid cupias recitare: hoc tantum beneficio te proſequitur diues: ut tibi domum ſuam commodet ubi recites. aliud autē nihil dat: nā nobiliores ædes ſuas poetis opera ſua recitaturis cōmodabant: ut in. 1. Satyr. diximus illic: Frontonis Platani. Inter commodatum autem, & mutuo datum non nihil diſtare docet Agrecius ſic: Commodamus amico pro tempore equum, ſeruum, ueſtem, hanc ipſam rem, quam dedimus recepturi. Mutuo damus pecuniam, triticum, uinum, & his ſimilia, quæ mutuo data recipere neceſſe nō eſt. Verum hæc ab auctoribus confundūtur. nam & pecuniam cōmodari dicimus. Ci. ad Caniniū Qđ ſcribis ad me de drachmis trecentis nihil eſt, quod in iſto genere cuiq̄ poſſim commodare. ¶ Longe ferrata. i. ualde ferrata. hinc Romanorum potentiā pariter & ſuperbiam oſtendit poeta: qui ianuas haberent ferratas inſtar portarum urbis: quibus uenientes non minore cura excipiebātur, q̄ ſolēt excipi intra portas urbis tempore belli. Priſci (ut ſcribit Plin. lib. 34.) limina & ualuas in templis ex ære factitauere. Vnde illud eſt apud Virg. in. 1. Æneid. Æra cui gradibus ſurgebant limina: nexęq; Ære trabes foribus cardo ſtridebat ahenis. Verum etiā priuata opulētia eo modo uſurpata eſt: Camillo enim crimini obiecit Sp. Caruilius quæſtor: q; ęrata hoſtia haberet in domo. ¶ Ianua: inter portam & ianuam hoc intereſt quod ianua proprie eſt priuatorum, porta uero publica: ut urbis. plerunq; tamen confundūtur. ¶ Scit dare libertos: qui recitanti applaudāt. ¶ Sedentes in extrema parte nam ex arte in theatro collocabantur: qui applauderent. unde Nero (auctore Tranquillo) plures ex Alexandria euocauit, & adoleſcentulos equeſtris ordinis, & quinq; amplius millia e plebe robuſtiſſimæ iuuentutis undiq; elegit: qui diuiſi plauſum genera condiſcerent. ¶ Ordinis: ſubſelliorum in auditorio. ¶ Nemo dabit regum: ordo eſt & ſenſus: Nemo regum. i. diuitum dabit tibi: q̄tum conſtant ſubſellia: quę conduxiſti ut ſedeant in adiutorio. cuius cōſuetudinis meminit Corn. Tacitus in libro de claris oratoribus loquens de poetis ſic: Nam & domum mutuatur, & auditorium extruit, & ſubſellia conducit, & libellos diſpergit. ¶ Et quæ conducto: ordo eſt a ſuperiore. ſ. Nemo dabit quanti conſtent. ¶ Tigillo conducto. i. lignis conductis a te poeta. ſ. de tigno dictum eſt in. 3. Satyra. ¶ Anabathra. i. gradus uel ſchalæ. ἀναβαίνω aſcendo. nam gradus ſtruebantur ad pulpita aſcendenda. ¶ Orcheſtra: ſic etiam ſubaudi nemo dabit quanti conſtet Orcheſtra: quæ poſita eſt cathedris reportandis. Orcheſtra locus erat in ima parte theatri, ubi honoratiores ſedebant. unde alibi ante: Similemq; uidebis Orcheſtram & populum. Tradit Victruuius libr. 5. Scænicos artifices per Orcheſtram ſuas pręſtare actiones. ὀρχέομαι enim ſignificat ſalto. unde &

Templū muſarū

Commodatum
Mutuo datum

Ianua
Porta

Anabathra
Orcheſtra

ὀρχηστὴς ſaltator. ὀρχήστρια ſaltatrix. & ὀρχήστρα.i. Orcheſtra declinatur. Tranquillus in Cæſare: Decius Laberius eques Romanus mimum ſuum egit: donatuſq; eſt quingentis ſeſtertijs & annulo aureo, ſeſſum in quatuordecim e ſcæna per Orcheſtram tranſiit. ¶ Poſita eſt: extructa eſt. ¶ Cathedris reportãdis: nam ſedilia illic nõ erãt perpetua ſicut in Theatro, ſed temporaria, quę a poeta recitatis carminibus ſoluebãtur: ad dominoſq; reportabãtur. ¶ Nos tñ hoc agimus: etſi nullum ex noſtris laboribus emolumẽtum conſequimur: tñ hoc agimus ut carmina ſcribamus & recitemus. ¶ Tenuiq; in puluere ſulcos Ducimus: metaphora ſumpta ab ijs, qui ſterilẽ agrũ colunt, iuxta illud Ouidij Quid arenæ ſemina mandas? Nõ ꝓfectu ris littora bobus aras. ¶ Ducimus ſulcos: uerſus componimus. ¶ In tenui puluere: inter ciues auaros & ſteriles qui nihil dant. ¶ Verſamus littus: multum ſcribẽdo defatigamur. Nã qui littus erat, ſterilẽ ſumit operã, ſalſugine enim littora ſterile ſcũt. unde prouerbiũ ortũ eſt: eũ arare littus, qui inaniter laborat. ¶ Aratro tenui.i. ſtilo noſtro tenui & ſterili, ex quo nullus eſt fructus laboris noſtri. ¶ Nã ſi diſcedas: ſi uelis diſcedere ne ſcribas, nõ potes: dulcedine enim glorię teneris, quę te ueluti pedicis apprehẽdit. ¶ Laqueo: pedica tractũ a feris, quę laqueo capiũtur. ¶ Cacoethes: metaphoricos inueteratã ſcribẽdi libidinẽ cacoethes quoddã appellat inſanabile. Eſt enim uitiũ corpori obnoxiũ curatione difficile paꝝ abſimile a carcinomate. de quo Corn. Celſus lib. 5. capite de carcinomate ſic: Namq; peſſimũ id genus eſt, fereq; id primũ fit qđ cacoethes a gręcis dicitur: deinde ex eo id carcinoma: qđ ſine ulcere eſt. Ergo cacoethes inſanabile ſcribẽdi.i. inueterata illa ſcribẽdi libido, quę nõ minus aĩum ſcribentium obſidet, & angit, q̃ cacoethes corpus. ¶ Tenet: uexat, premit. ¶ Inſanabile: qđ ex ſuo aĩo nequeunt auellere ulla ratione. licet poeta inſanabile dixerit: Celſus tñ curationem his uerbis accipere docet: Diſcedere autẽ cacoethes, qđ curationẽ recipit a carcinomate, qđ non recepit nemo ſcire poteſt. de cacoethe ſæpe Plin. meminit lib. 32. generis eſt neutri ut Hippomanes. noĩa enim græca in es correptã deſinẽtia generis ſunt neutri. & ut uerſus ratio ſtet, tetra ſyllabũ ſcribẽdum eſt, ſubſequẽte &. ¶ Sene ſcit: inueteratur. ¶ Ægro: agitato cupidine glorię. ¶ Sed uatem egregium: ſenſus hic eſt: Multi carmina q̃dem cõponunt, poetæq; noĩantur: & hac ſcribẽdi cõſuetudine tenentur: ſed excellẽs & egregius poeta eſſe is nõ poterit: quem rei familiaris anguſtia premat: cuius mẽs non careat anxietate: ſicq; docet mentẽ poetæ oĩbus curis uacuã eſſe oportere. Sappho: Proueniunt uacua carmina mẽtis opus. Ordo eſt: Sed animus carẽs anxietate facit uatẽ egregiũ. ¶ Cui non ſit publica uena .i. ingeniũ uulgare, & rude, & cõmune cũ alijs. ¶ Soleat deducere: ſcribere. tractũ a mulieribus nentibus: quæ penſa deducere dicuntur. Nam deducere eſt lanã in fila trahere. Plin. loquẽs de Araneo: Subitq; pariter ac fila deducit. Ouid. & ipſe ſic metaphoricos: Ad mea perpetuũ deducite tẽpora carmen. ¶ Nihil expoſitum: nihil cõmune. nam quę exponuntur cõmunia ſunt: ſed quod ſublime ſit: & qđ alij ob ſublimitatẽ attingere nõ potuerunt. ¶ Feriat: faciat. metaphora ſumpta ab his, qui monetam feriunt. ¶ Triuiale: tenue & uulgare: quale ſolẽt ruſtici in triuijs cantare. Virg. Non tu in triuijs indocte ſolebas Stridenti miſerũ ſtipula diſperdere carmẽ. ¶ Moneta cõmuni: cõmuni nota & ſtilo uulgatiore. Sic etiã locutus eſt Apul. in. 1. Apologia: Ea tamen nomina labore meo, & ſtudio ita de græcis prouenere: ut tamẽ latina moneta percuſſa ſint.i. nota & latino ſermone. ¶ Animus carens anxietate: qui paupertate non uexetur. ut ſit ſenſus: Animus qui omnibus curis uacuus eſt: talem pręſtat poetã, qualẽ nequeo monſtrare: & ſentio tantum. q. d. oĩbus numeris perfectũ & cõſumatum. ¶ Hunc.i. talẽ. ¶ Impatiens oĩs acerbi: qui nullã acerbitatẽ patiatur. ¶ Cupidus ſiluarũ: nã poetę ſolitudinẽ amant & ſeceſſus: ut ab omni ſtrepitu & rerũ actione ſemoti cõmodius ſcribãt. Horat. Bona pars nõ ungues ponere curat: Nõ barbã ſecreta petit loca balnea uitat. Alibi: Scriptorũ chorus omnis amat nemus, & fugit urbem. ¶ Aptuſq; bibendis Fontibus.i. qui a natura feratur ad carmen. nam poetice (ut ſenſit Democritus) natura magis, q̃ arte conſtat. unde Horat. in arte poetica: Ingenium miſera quia fortunatus arte Credit. Huic opinioni aſtipulatur & Plato ĩ Phedro ſic: Qui autem abſq; furore muſarum poeticas ad fores accedit confidens arte quadam poetam bonum ſe euaſurum, inanis ipſe quidem, atq; eius poeſis præ illa, quæ ex furore procedit, quia quidem hęc quę ex prudentia fit, euaneſcit. ¶ Aonidum: muſarum nam Aonia dicta eſt Bœotia ab Aonibus gentibus barbaris: quæ loca illa prius inhabitauere: ubi plurima antra, loca, & fontes muſis ſunt conſecrati, auctor Stra. Bene autem ait a fontibus muſaꝝ.

Horati.

Aonia

Poetę.n. (ut ſcribit Plato in Ione de furore poetico) aiunt ſe nobis a fontibus, quibus mel ſcaturit haurientes, & a muſarum uiridarijs, collibuſq; decerpentes, carmina ad nos transferre: quemadmodũ mel ex floribus apes, & inſtar apum uolare ſe aſſerunt. Eſt.n. poeta res leuis, uolatilis, & ſacra: neq; poeta prius canere põt, q̃ Deo plenus, & extra ſe poſitus, & a mente alienatus ſit. ¶ Neq; enim cantare ſub antro: neq; enim, inquit, poeta poteſt urgente paupertate: licet doctus ſit: cantare carmina: hocq; modo oſtendit oportere poetam, reliquoſq; ſcriptores omnium curarũ eſſe expertes. ¶ Sub antro Pierio: Pieria autem rupes eſt in Macedonia (ut diximus) muſis conſecrata. unde ipſæ muſę dicuntur Pierides. ¶ Thyrſum contingere: furorem bacchicum concipere. nã eos ſolos eſſe ueros poetas ſenſit idem Democritus: qui inſaniunt. quam opinionem tenet & Plato in dialogo Ionis & Socratis de furore poetico. in tutela.n. Bacchi ſunt poetę. Horat. Vt male ſanos Adſcripſit Liber Satyris, Fauniſq; poetas. nec ſine afflatu quodã diuino conſiſtere poſſunt. Horat. Et excludit ſanos Helicone poetas Democritus. unde & Papinius in Lucani genethliaco: Docto pectora concitatus œſtro. & infra: Et docti furor arduus Lucreti. Ad quod & Virg. alluſit: Inſanire libet: quoniã. & Thyrſus autẽ haſta erat pampinis, hederaq; inuoluta, quam in ſacris Bacchæ in ſublime iactabant, ſummis uociferationibus & capitis agitatione. hocq; ad imitationem Bacchi q̃ thyrſum geſtabant, unde illud notiſſimum: Et tibi thyrſus erat gẽmis ornatus, & auro. ¶ Sana paupertas.i. pauper poeta, q̃uis ſanæ mentis ſit.i. ſapiens. nec contrariũ eſt, quod ait Democritus, oportere poetam eſſe inſanum. Nam illic intelligit oportere agi quodã mentis calore ad carmen faciẽdum. hic autem intelligit poetã pauperem eſſe & ſapientem. Nam ſanum dicimus conſilium: quod ſapientiam præ ſe fert. ergo ſanus poeta, qui ſapiens eſt, & eruditus. Talis eſt fere ſententia apud Dionem Chriſoſtomum Pruſienſem his uerbis de Homero ſcribentem: Eos autem, qui nunc in paupertate poſiti ſunt, nihil ſani dicere aiunt. ¶ Satur eſt: quaſi reſponſio tacitæ obiectioni. Ais o Iuuenalis poetam pauperem carmina non poſſe facere ſublimia. Atqui Hora. quodam bacchico furore fertur & carmen optimum facit. Sed ſatur inquit eſt, & factus diues indulgẽtia Mecænatis, a quo multis muneribus ẽ donatus. ¶ Dicit ohe: uox eſt ſacietatem deſignantis: ut teſtatur Donatus. eſt peculiaris. Horatius ut illud: Importunus amat laudari, donec ohe iam ad cælum manibus ſublatis dixerit urge. Idem: Trecentos inſeris ohe Iam ſatis eſt. Martialis: O he iam ſatis, ohe libelle: Iam peruenimus uſque ad umbilicum. ubi apparet ſemper ſacietatem deſignare. Plautus in Sticho: Ohe iam ſatis eſt. Idem in aulularia: Abſcede hinc etiam nunc, etiam nũc, etiam ohe: quaſi dicat ſatis eſt. uox autem qua bacchantes utuntur græce: ſic effertur εὐοῖ: latine euoe. eſtq; una dictio ſine aſpiratione: & cum duobus diphthongis. Horatius: Euoe recenti mens trepidat metu, Plenoq; Bacchi pectore Turbidũ lætatur euoe Parce Liber, parce graui Metuende thyrſo.

Pieria
Pierides
Thyrſu[s]
Sanũ c[on]ſilium
Ohe

¶ ACCIPE nunc artes. Oſtendit quare diuites nihil dant, quia & ipſi poetæ uideri uolunt. Ordo eſt: Accipe: ideſt intellige nunc. artes: ideſt fraudes diuitum. Iſte: per contemptum dicitur quaſi ineptus homo & ingratus: quem tu colis: id eſt cuius cliens es. & cui obſequeris, ne conferat tibi quid: ideſt aliquid pro carminibus tuis ipſe: ideſt ipſemet facit uerſus. ſed æde muſarum: id eſt Apollinis. relicta: ideſt ſpreto & contempto iudicio doctorum uirorum, qui recipiebant ſcripta Apolline digna in ædem Apollinis. Vnde Flaccus: Scripta Palatinus quæcunq; recepit Apollo. Et Perſius: Semipaganus Ad ſacra uatum carmen affero noſtrum. Is autem, de quo hic loquitur, contempſit tale iudicium. unde ſubdit. atque cedit uni: ideſt ſoli. Homero: ideſt fatetur ſe uinci a ſolo Homero: nec propter artem, ſed propter mille annos: id eſt quia mille annos ipſum præceſſit: hoc eſt propter antiquitatem. At: ideſt ſed. ſi tu ſuccenſus: ideſt clanculum uel parum inflammatus. dulcedine famæ: ideſt igniculo gloriæ. & non amore lucri. recites: ideſt uelis carmina tua coram doctis pronunciare, Maculonus: ideſt diues ille commodat tibi ædes ſuas. Ac pro &. domus ferrata: id eſt fermo munita. longe: id eſt ample. iubetur ſeruire tibi: id eſt ad commodum tuum aperiri. In qua domo ianuæ: id eſt ualuæ munitæ uectibus, & repagulis, & laminis, ac clauis ferreis imitatur portas publicas: ſcilicet ciuitatum ſolicitas ne hoſtes ingrediantur. (Dicta eſt porta a portando: quia per ea omnia in ciuitatem portantur: uel quia dum fundamenta ciuitatis iaciuntur, & mœnia aratro deſignantur: aratrum illic, ubi porta eſſet, portatur) id eſt dabit tibi firmiſſimam domum, quam nemo te inuito intrabit. Scit præterea dare

ASCe[...]

Quis locus ingenio? niſi cum ſe carmine ſolo
Vexant,& dominis Cyrræ,Nyſæq; feruntur
Pectora noſtra duas non admittentia curas?
Magnæ mentis opus,nec de lodice paranda
Attonitæ,currus,& equos,facieſq; Deorum
Aſpicere,& qualis rutulum confundat Erinnys.
Nam ſi Virgilio puer,& tolerabile deſit
Hoſpitium,caderent omnes a crinibus hydri,
Surda nihil gemeret graue buccia,poſcimus, ut ſit
Non minor antiquo Rubrenus Lappa coturno,
Cuius,& albiolos,& lenam pignerat Atreus.
Non habet infelix Numitor,quod mittat amico,
Quintillæ quod donet,habet,nec defuit illi
Vnde emeret multa paſcendum carne Leonem
Iam domitum,conſtat leuiori bellua ſumptu
Nimirum,& capiunt plus inteſtina poetæ.
Contentus fama iaceat Lucanus in hortis
Marmoreis, at Sarrano,tenuiq; Saleio.
Gloria quantalibet,quid erit, ſi gloria tantum eſt?

libertos: ſcilicet ſuos ſedentes in extrema parte ordinis: ideſt totius cœtus:ut tibi applaudant. & ſcit diſponere magnas uoces comitű .i.concomitantium, & applaudentium.i.oĩa q̃dem exhibebit, q̃ ad famã aucupandã tibi patrocinari poſſint, ſed nemo regű.i. diuitű audientiű:& quorũ laudes recitas.dabit tibi tantű ſup. q̃ti ſubſellia .i.loca inferiora ad quæ ſedẽt diſcipuli:& humiles auditores.ꝯſtant ſup.tibi ſup.cõducẽti ea ab ipſo Maculono.aut ab alio ſi Maculonus gratis domű ſuã commodat ꝙ nõ placet: q̃a dixit Accipe nũc artes &c. Orcheſtram tñ & tigillű cõducebãt ab alijs. uñ ſeq̃tur.Et quãti ſup.cõſtent anabathra.i.gradus ꝑ quos aſcenditur.q̃ pendẽt.i.ſuſpẽſa ſunt.tigillo cõducto.i.ad trabẽ ad quã firmant̃ tales gradus. ẽt cõductã. & q̃ti ſup.conſtet orcheſtra.i. ſenatorű.ſedes.q̃ poſita eſt.i. ſita. cathedris reportãdis.i.ĩter cathedras reportãdas.i.conductitias. q̃a nõ ꝑtinebãt ad domű Maculoni.uel q̃ poſita eſt.i. ꝯpoſita ex cathedris &c. Nos tñ hoc agimus &c. Sũt qui hic poetã de ſe ꝑcipue loq̃ intelligant:ut ſit ſenſus:q̃uis nihil emolumẽti,aut lucri cõſequor in ſcribẽda potiſſimű Satyra:tñ q̃dã dulcedine ſcribẽdi captus nõ poſſum q̃n ſcribã. Alii(& meo q̃dẽ iudicio) melius ĩtelligũt generaliter dictű de oĩbus poetis eius tp̃is.& ita ordo ẽ: Tñ.i.tãetſi. nullű lucrű hoc tp̃e ſcribẽdo cõſeq̃mur: tñ nos agimus hoc.i.ſcribimus fruſtra. & ducimus ſulcos in tenui puluere.i.ſulcamus puluerẽ tenuẽ in quo nihil naſcit̃.& ꝓ.i.nos.uerſamus.i. inuertimus. ſterili.i. infructuoſo aratro.littus.i.terrã puluerulẽtã,uicinãq; mari:hoc eſt nos ſine cõmoditate laboramus capti dulcedine famæ.Nã ſi diſcedas.i. diſcedere uelis ab officio ſcribẽdi:& te applicare ad officium lucroſum. cõſuetudo mali.i.incõmodi aut uitij ambitioſi.i.honoris cupidi.tenet.i.retinet.te laqueo.i.cupiditate ſui,q̃ſi laqueo.& cacoethes.i.malus,mos,ſeu malű inſtitutű ſcribẽdi inſanabile.i. difficillimű ad ſanandű.Cũ.n.cõſuetudo ſit altera natura ꝑ quã difficile eſt cõſueta relinquere. tenet ſup.in errore multos.Credo iſtic legi poſſe cacoethos:q̃a us nõ es ẽ ĩ ſimplici:& os potius q̃ es corripit̃.ſicut hic ubi duæ primæ ſunt breues & tertia lõga:q̃a græce habet ita.qđ apud nos fit e longű:& ultima itẽ breuis. & ſeneſcit.i. cõualeſcit uſq; ad ultimã ſenectutẽ.& corde ægro.i. inualido ꝑ longã cõſuetudinẽ. Egregiű eſt hoc uerbű,quo ne in peccãdi cõſuetudinẽ labamur cauere monemur.ſpes.n.ſeræ penitentiæ multos decipit.quod in uitis patrű mõſtratű dr̃ in lignãte.i.ligna colligẽte: q̃ cũ faſcẽ lignorũ leuare nõ poſſet:plura in horas adiecit:& ſemꝑ fruſtra quod prius nõ potuit,attẽtauit.q̃a,q̃ nõ eſt hodie,cras minus aptus erit. Nam (ut diuus Auguſtinus oſtẽdit ẽt naturali ratione ꝓbari põt) in quibuſdã uitijs,cuiuſmodi ſunt ira.& Venus morã impotẽtiã reſiſtẽdi cauſare. Nã q̃ ſæpe iraſcit̃:fel actius efficit:quo aucto iracũdius efficit̃:ſemꝑ aũt Venus ebria ſitit. Vitiű ergo hoc cõſumit uires: ut perduret in corde ægro.Sed aius carẽs.i.uacãs anxietate.i.ſolicitudine.& impatiẽs oĩs acerbi.i.q̃ nihil acerbű patit̃. licet pati potẽs ſit. & cupidus ſiluarũ.i.ſecretorű locorũ.& aptus bibẽtis fontibus.i.ad bibẽdos fontes. Aonidű.i.muſarű in Aonijs mõtibus uerſantiű.facit.i.efficit.uatẽ.i.poetã egregiű.i.nõ uulgarẽ: ſed extra gregẽ poſitű.cui nõ ſit uena.i.habilitas & idoneitas.ut fluẽtia carmina faciat. publica.i.triuialis & uulgaris.q̃ nihil.i.nõ aliq̃d. q̃ nõ ſoleat deducere.i.attenuate ꝓſeq̃.aliq̃d expoſitű.i.oĩbus patẽs,& ſemel excogitatű.q̃a facilius eſt inuẽtis uti,q̃ noua inuenire.uñ Hora. ĩ arte poetica:Rectius iliacű carmẽ deducis in actus. Quaſi ꝓferes ignota, indictaq; primus.nec ꝓ & nõ.q̃ feriat.i.fabricet:q̃ſi ſuꝑ incudẽ carmẽ triuiale.i.ruſticű & ĩnordinatű:q̃le in triuijs cãtari ſolebat. moneta cõi.i.effigie uulgari:hoc ẽ ad imitationẽ aliorũ:ſicut plures nũmi unã monetã habẽt.hũc.i.talẽ dico ſup.q̃lẽ ego nequeo mõſtrare.i.exhibere in memetipſo. ſed ſentio.i.ꝑcipio tantű q̃lis eſſe debeat.Nã multi artẽ habẽt,q̃ uenã & grãm cõficiẽdi nõ habent. uel

nequeo mõſtrare cũ nullus mõ ſit.Probat aũt ꝙ aĩus carens anxietate talẽ facit dicẽs.Neq;.n.i.q̃a.paupertas ſana.i.furoris poetici expers.& inops.i.expers.æris.i.boni exterioris quo corpus eget nocte & die.nõ põt cãtare ſub Pierio.i.muſarű antro.i.nõ põt cãtare muſis & Apolline digna.Nec põt cõtingere thyrſum.i.rapi furore diuino,quo rapiebantur bacchãtes.thyrſum.i.haſtã pãpinis inuolutam tenẽtes.Probat exemplo dicẽs.Horat.eſt ſatur.i.potus & uini plenus cũ dicit ohe. quod ſatietatis uſq; ad faſtidiű indiciű eſt.Hora.quoq; in epiſtolis fatetur poetas cũ poti eſſent ad carmẽ acceſſiſſe. Sũt q̃ dicant ideo poetas eſſe in tutela Apollinis & Bacchi:q̃a ſine Apolline.i.lumine ingenij ingeniti, & infuſi. & ſine Baccho.i.animi tranquillitate,quam Bacchus,q̃ ideo Liber dr̃,efficit:nemo uerű poema conficit. Cætera Mancinellus recitat. Videto infra ibi eum:Vinum toto neſcire Decembri.

¶ QVIS locus ingenio.ſ.eſt? IO AN. BRIT.
ut ſe ꝓferat & exerceat:ut ſit ſenſus:Põt,inq̃t,poeta ingeniű ſuű facile ꝓbare: cũ nulli alij negocio intẽtus eſt,q̃ muſis ipſis. Ordo aũt eſt:Quis locus eſt ĩgenio niſi cű noſtra pectora uexant ſe ſolo carmine? &c.¶ Vexãt:exercẽt ſe.¶ Solo carmine:nullo alio negocio.¶ Et dominis Cirræ,Niſæq; ferũtur:dicũtur calore quodã Apollineo & furore Bacchico. In tutela.n.ſunt poetæ Apollinis,& Bacchi.Cytrha aũt oppidű eſt Phocidis regionis ad mare locatű non lõge a Delphis ubi Apollo dabat reſpõſa.ob eã rẽ a loci uicinitate dr̃ Apollo Cyrrheus.¶ Nyſæq;:in Arabia Niſa antrű eſt inter Phœniciã,Nilũq;,ubi(auctore Diodoro) a nymphis Bacchus eſt educatus,cum ab Ioue illuc per Mercuriű miſſus fuiſſet.uñ ab Ioue,Nyſaq; Dioniſiű dixerũt. Nyſam ẽt uicű eſſe Heliconis ſcribit Strabo lib.ix.Eſt & Nyſa urbium Indiæ clariſſima & mõtiű Meros Ioui ſacer:& famã hinc ꝑcipuam habẽt Liberű in illa genitű & in huius ſpecu nutritű.auctor Mela. Cyrrha Apollo Cyrrhe' Nyſa Dionyſius

¶ Duas curas:nã uno,eodẽq; tp̃e mẽs hoĩs intẽta eſſe nõ põt uarijs ſtudijs.¶ Magnæ mẽtis opus:ſenſus eſt:Oportet,inq̃t,illű,q̃ carmine ſcripturus eſt bella,q̃ intercedẽtibus curribus & equis,Deorűq; ꝑſonis tractari ſolẽt,carere oĩ aĩ ſolicitudine.Res.n. poſcit mẽtem magnã,& tranq̃llã.Reſpicitq; ad opus Virgilianű: quod ipſe poeta haud quaq̃ feliciter ſcribere potuiſſet,ſi his incommodis laboraſſet:nec a Mecœnate eẽt multis muneribus donatus: Ordo eſt: Aſpicere currus,& equos,facieſq; Deorű,ꝓ q̃lis Erinnys cõfundat Rutulű,eſt opus magnæ mẽtis:nec attonitæ de lodice paranda.¶ Magnæ mẽtis opus:quod magnã mentẽ expoſcat.¶ De lodice:dictum eſt in ꝑcedẽti Satyra de lodice illic:Mõ ſub lodice relictis Vteris in turba.¶ Nec attonitæ:anxiæ & ſolicitæ de rebus domeſticis.¶ Currus & equos:q̃les deſcribũtur a Virgilio in bello.quod inter ſe geſſerũt Æneas & Turnus. Vt illic in.xij.Æneidos:Poſcit equos, atq; arma ſimul,ſaltuq; ſuꝑbus Emicat in currű,& manibus molit̃ habenas.¶ Facieſq; Deorũ:nã in toto ope uaria numina deſcribũtur. ¶ Aſpicere:ingenio ſuo reꝑſentare.¶ Qualis Erinnys:q̃ horrẽda & terribilis.Nã Alecto,q̃ una eſt furiarű infernaliű excitata ꝑ Iunonẽ ab inferis ad ferendã diſcordiã inter Troianos & Latinos, Turnű hortat̃ in ſomnis,ut arma capiat aduerſus Æneã, ne ſibi ꝑripiat cõiugiű Lauiniæ filiæ Latini regis.Cuius ſuaſionẽ cũ Turnus cõtemneret,indignata Alecto horrorẽ ei immiſit,tãtumq; ꝑterrefecit. ut ſolutus ſomno arma cepit,hortatuſq; ſit iuuentutẽ Latinã aduerſus Troianos. uñ eſt illud Virgi.Ergo iter ad regẽ polluta pace Latinű Inducit primis iuuenű,& iubet arma parari Tutati Italiã detrudere finibus hoſtẽ.Erinnys aũt furiã ſignat. Tres aũt dñr furiæ infernales:q̃ tricerbero deſeruire ferunt̃, Alecto, Tiſiphone, & Megæra.¶ Cõfundat Rutulum:perturbet & terrore repleat Turnű:cű in eű facem coniecerit. Vnde Virg. Sic affata facẽ iuueni coniecit, & atro Lumine fumãtis fixit ſub pectore tedas.¶ Caderẽt hydri:nõ potuiſſet,inq̃t,Virgilius canere bellű:quod inter Æneam & Turnű Furiæ tres

gestū est:ubi Alecto furia infernalis(ut diximus) ab Iunone excita
ab inferis pastores Latinos ad arma suscitat cōtra Troianos,si cō-
moda domestica defuissent ei.¶ Puer:seruus,qui ministrabat.¶ Ca-
derent hydri:idest non describeret ut hydri in capite Alectus erigā
tur.alludens ad id:Et geminos erexit crinibus angues:sed omnes
caderent:quia de ijs nihil scriberet.¶ Nil gemeret: nō potuisset scri
Surdus bere quomodo Alecto sua buccina agricolas Latinos ad arma ex
citauerit cōtra Troianos.¶ Surda:quia nihil cecinisset:nec sonū ul
lū edidisset:sed surda extitisset . Nam surdum non solum dicimus ,
qui non audit,sed etiam q nō auditur.unde Iuuena.alibi: Et cædit
Buccina uerbere surdo.¶ Buccina alludit ad carmen Virgilij: Tum uero ad
Buccinator uocem celeres,qua buccina signum Dira dedit,raptis concurrunt
undiq; telis Indomiti agricolæ.¶ Buccina.idest tuba a bucca, qua
inflatur.unde & Buccinator ipse tubicen.¶ Poscimus ut sit: exigi-
mus, inquit,ut poetæ nostri temporis nōn sint inferiores carminis
dignitate priscis poetis:sed non cōsideramus id haud quamq̄ fieri
posse:cū egestate laborent:& anxij sint de commodis domesticis, &
rebus necessarijs.¶ Rubrenus Lappa:per Rubrenū intelligit unū-
quemq; poetam pauperem.nam & is fuit temporibus Iuuenalis:
Cothurnus pauperrimus poeta tragicus.¶ Cothurno antiquo:stilo & carminis
grauitate antiquorum tragicorum:nam cothurnus calciamentum
Lappa fuit tragicorum:ut antea diximus.¶ Alueolos:dictum miseratione
Alueol' quadam satyrica.legendum est autem alueolos non albiolos . ut
alibi:Illud enim uestris datur alueolis quod canna Micipsarum.
ut ostendat uilem etiam suppellectilem pignorari a Rubreno:idest
etiam uasa escaria.ea autem fieri ex ligno docet Columella in no-
no:Sed totum ouorum numerum in alueolum ligneum cōferant:
ut intelligas ipsas scutellas ligneas.de quo uocabulo pluscula illic
diximus in quinta:Quod uestris datur alueolis.¶ Lenam uestimen
Lena ti genus habitus duplicis: quod appellatam existimant thusce , qđ
græce chlamyda.auctor est Festus.Nonius uero ait uestimentū es-
se militare:quod super omnia uestimenta sumitur. Virgilius. Ty-
rioq; ardebat murice lena.Diony.libro.sexto.loquens de Castore
& Polluce sic scribit: Adolescentes dicūtur duo bellicas induti le-
nas in foro Romano apparuisse. Varro a lana dictam putat. Alij
uero ἀπὸ τῆς χλαίνης detractione primæ literæ . nam χλαῖνα græce
Pignerare uestimentum est.¶ Pignerat Atreus:qui hunc locum hactenus ex-
posuere: omnes uno ore affirmarunt Atreum nomen esse fænera-
Atreus toris: qui res poetæ pigneraret : quasi pignerare sit pignori accipe-
re:& non dare:ita,ut nec sensus,nec latinitas ulla cōstet. Est enim
pignorare pignori opponere. Terentius:Num potuit filiam meam
oppignerare: Tranquillus in Vitellio:Vt ex aure matris detractum
unionē pignorauerit ad itineris impensas.Mart.lib.ii.Oppignera
uit admodo mensam Vix octo nūmis annullum , unde cœnaret.
Itaq; ego sic hunc locum interpretor : ut Atreus sit tragœdia de
Atreo,ut Tereus tragœdia de Tereo,ut Orestes tragœdia de Ore
ste.alibi:Scriptus & in tergo necdum finitus Orestes. & Telephus
tragœdia de Thelepho. Quam Atreum tragœdiam Rubrenus
Lappa poeta tragicus scripsit,sicut antea Accius . auct. Gellio li-
bro.xiii.ubi ait Accium diuertisse ad Pacuuium , eiq; desideranti
Atreū tragœdiam suam legisse.Prisci.quoq; sic ait lib. ix. Accius
in Atreo epularum fictor:scelerum fratris delitor.ut sit sensus:Ru-
brenum dum Atreum tragœdiam scribit:eo peruenit paupertatis:
ut coactus sit pignerare & uestimenta & uasa escaria:ut sit : Ipse
Atreus.idest ipsa tragœdia fuit in causa:ut pigneraret reculas suas
ut si diceremus: Thebais fuit in causa ut Statius pigneraret res
suas,dum eam scribit.hic est uerus poetæ sensus.¶ Lenam pigne-
rat Atreus ita dictum sicut & illud:Purpura uendit Causidicum:ue-
dunt amethysina.idest purpura est in causa ut causidicus condu-
catur pretio:eoq; modo a ueste purpurea dicitur uendi . Sic etiam
illud Valerianum in primo:Sulpitio apex prolapsus a capite sacer-
dotiū abstulit.i.apex prolapsus fuit in caula ut Sulpitio sacerdotiū
auferretur.¶ Non habet infelix Numitor: insultat diuiti auaro per
ironiam,quem infelicem appellat : quaram magnificentiam ne-
sciat:cū nihil habeat quod donet poetæ uiro honesto : multa autē
Quintiliæ meretrici.¶ Numitor:pro quocunq; nobili & diuite Ro-
mano ponitur.de quo forte & infra:Et Capito,& Numitor ruerint
damnante senatu.¶ Leonem pascendum:nam leones alebantur in
delitijs.sequitur enim iam domitum:idest mansuefactū unde tem-
poribus Domitiani leo mansuetus,magistrum a quo fuerat educa
tus,lacerauit in Theatro . Mart. Læserat ingrato leo perfidus ore
magistrum. Lamprid.in Haliogabalo de leonibus mansuefact s
sic meminit . Habuit leones & leopardos exarmatos in delitijs

quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam & tertiam
mensam iubebant accumbere , quos psitacis & phasianis pauit.
¶ Constat:per ironiam sunt legenda hæc.¶ Capiunt plus intestina:
poeta inquit multo plus q̄ leo.¶ Contentus fama: tacitæ obiectio-
ni respondet: posset enim dici poetas sola contentos esse debere
gloria & fama:nec aliud sibi quærendum.ait ergo ita:si diuites sint
qualis fuit Lucanus:is enim sola fama contentus potest iacere in
diuitijs suis: sed Sarrano & Saleio Basso pauperibus poetis sit glo-
ria,quamuis magna:quid tū illis proderit:si nihil aliud habeant q̄
gloriam.Lucanum enim amplissimas habuisse diuitias docet Cor- Lucan'
nelius,qui scribit Annæum Melam Lucani patrē p procurationes dives
administrādis principis negocijs adeo locupletatum: ut Nero eius
opibus inhians,passus sit eum falso crimine coniurationis Pisonia
næ accusatum condemnari.¶ Hortis marmoreis: luxum romano
rum ostendit qui hortos suos etiam marmore ornarent.nam eo de
litiarum peruenerant:ut non solum ædificia marmore exornarēt,
sed pedibus etiam gemmas in pauimentis calcarent.unde & Sene
ca carpens luxum sui temporis ita scribit ad Lucilium: Quid cum
ab balnea libertinorum peruenero:quantum statuarum quantum
columnarum est nihil sustinentium : sed in ornamentum positarū.
impensæ causa.¶ Iaceat:maneat & sit contentus sola fama in hor-
tis marmoreis.idest amplissimis opibus . ¶ At Sarrano. Sarranus Sarran'
& Saleius Bassus poetæ fuere pauperes temporibus Iuuenalis.De Saleius
Saleio Basso his uerbis Tacitus meminit : Quis Saleium nostrum Bassus
egregium poetam , uel si hoc honorificentius est præclarissimum
uatem deducit,aut salutat,aut prosequitur.de quo plura in princi
pio ultimæ Satyræ Persii diximus.¶ Gloria quanta libet.i.sit.
¶ QVIS locus ingenio. Prosequitur inceptum demonstrans ne AS Cen
minem egestate cōfectum egregia carmina conficere: potissimum
si solicitus sit pro rebus necessarijs acquirendis:cum uis ingenij no
stri non possit se ad duas curas extendere.quod additur: quia con
stat multos poetas: & egregios philosophos immo plurimos , aut
seruos,aut pauperes fuisse . Hæc autem scribit in auaros diuites:
quorum auaritia multa egregia opera imperfecta manebant : quæ
& reipublicæ & sibi multū utilitatis attulissent:si ea facta curassent.
Ordo est: Quis locus sup. esse potest ingenio.i. ad exercendū in-
genium in carminibus scribendis:quasi dicat nullus,nisi quum.id
est quando nostra pectora non admittentia : idest non tolerantia:
aut non bene recipientia duas curas:idest de duabus rebus:poeti-
ca:scilicet & domestica.uexant:idest solicitant.se solo carmine: id-
est solitus carminis confectione: & non externis curis.& feruntur:
idest rapiuntur & agitātur dominis:idest a dominis Cyrrhæ, & Ny
sæ illarum ciuitatum:idest Apolline,qui Cyrrhæ colitur,& a Dio-
nisio.seu Baccho,qui Nysæ. quorum uterq; poetis præest ut dixi-
mus:& in Parnaso colitur . unde Lucanus:Cardine Parnasus ge-
mino petit æthera colle Mons Bromio,Phœboq; sacer. Aspicere:
idest contemplari,& animo conspicere currus, & eques , & facies
Deorum : qualia Homerus potissimum finxit . & aspicere qualis
Erinnys:idest furia bellica confundat:idest perturbet, & redarguat
Rutulum:scilicet Turnum Rutulorum ducem.quem Virgilius de
pinxit septimo Æneid.est supple opus magnæ:idest excellentis.mē
tis : idest rationis & uirtutis intellectiuæ. nec pro & non est opus
mentis attonitæ.i.perplexæ & solicitæ de lodice:idest quauis re do
mestica.paranda:idest comparanda.Declinatur autem hæc lodix.
nam hic lodex(ut dicit Quintilianus)nunc nemo dicit.Errat ergo
q dicit:Lodicis demes: quia si lodex dicatur per eiusdem regulas
masculinum esset.Probat quod non sit attonitæ mentis opus.Nam
si puer:idest minister:quo administrante(ut dicit philosophus)hos-
lulcula philosopho opus est.desit.idest deficiat Virgilio. & si hospi
tium:idest domicilium:tolerabile:idest in quo saltem tranquille ui-
uere posset.desit Virgilio.omnes hydri:idest omnes angues:quos
dicit furiam Alecto habere pro capillis. caderent a crinibus : idest
non possent fingere eam eos in crinibus habuisse.& buccina: idest
tuba,aut cornu buccis furię inflatis sonans:ut octauo Æenei.dici-
tur.surda.i.surdis digna.i. q̄ nihil sic sonaret.uel surda.i. altisona.
quæ nunc alta & magna uoce sonuit:sicut surdastri:qui parum au
diunt:alte sonant:credentes alios etiam eo uitio laborare.nihil gra
ue:idest existens graue & hostile:aut nihil gemeret:idest quasi cum
gemitu rauce sonaret graue:idest grauiter & terribiliter. Poscimus
.i. nos requirimus,& desideramus:ut Rubrenus Lappa: idest pau-
per ille poeta tragicus.cuius albiolos:idest tabellas in quibus scri-
bat.& lenam:idest penulam:qua uestiatur.Atreus uir diues,& po-
tens,pignerat:idest pro pignore detinet,non sit minor:idest mino-
ris

Curritur ad uocem iucundam,& carmen amicæ
Thebaidos,lætam fecit cum Statius urbem,
Promiſitq; diem.tanta dulcedine captos
Afficit ille animos,tantaq; libidine uulgi
Auditur,ſed cum fregit ſubſellia uerſu,
Eſurit,intactam Paridi niſi uendat Agauen.
Ille & militiæ multis largitur honorem,
Semeſtri uatum digitos circumligat auro.
Quod nō dant ꝓceres,dabit hiſtrio,tu Camerinos,
Et Bareas,tu nobilium magna atria curas,
Præfectos Pelopea facit,Philomela tribunos.
Haud tamen inuideas uati,quem pulpita paſcunt.
Quis tibi Mecœnas?quis nūc erit aut Proculeius,
Aut Fabius? qs Cotta iterum?quis Lentulus alter?
Tunc par ingenio pretium,tunc utile multis
Pallere,& uinum toto neſcire Decembri.
Veſter porro labor fœcundiorum hiſtoriarum
Scriptores,petit hic plus temporis,atq; olei plus.
Namq; oblita modi milleſima pagina ſurgit
Omnibus,& creſcit multa damnoſa papyro.
Sic ingens rerum numerus iubet,atq; operum lex.
Quæ tamen inde ſeges?terræ quis fructus apertæ?
Quis dabit hiſtorico,q̃tum daret Acta legenti?
Sed genus ignauum,quod tecto gaudet,& umbra.

ris æſtimationis.antiquo cothurno:ideſt antiquis,qui alto ſtilo ſcripſerunt:hoc eſt requirimus a diuitibus ut ſaltem Rubrenum opibus ſuis iuuent:qui ſi adiutus fuerit: facile ad antiquum cothurnū aſſurgat. Non habet infelix. Numitor &c. Hic manifeſte taxat ineptitudinem nobilium,quibus cum gratiſſimi & acceptiſſimi eſſe debeant poetæ: uſq; adeo tamen ſordent: ut potius meretricem, leonem, uel canem q̃ poetā nutriant. Ordo eſt: Numitor infelix:nō quia nō habeat diuitias: ſed quia neſcit eis uti. Eſt enim prodigus ī meretrices & canes: & auarus erga amicos. ideſt uiros bonos: quos habeat meritos amicos.ipſe ergo eſt: nō ironicos: ſed re uera infelix: quia non habet quod mittat amico ideſt uiro ſtudioſo:in quem.ſ.eſt auarus.ſed ut dicit Seneca.tam deeſt auaro quod habet,q̃ quod non habet.Non ergo habet: qa ſic tenet ac ſi non habeat. habet quod donet Quintillæ amicæ ſuæ & mœchę.Elegāter & ſignate loquitur: eleganter quidem: quia(ut præcipit Valla) quoties uerbum repetitur ſtatim nō ponemus:ſed:aūt:uero:porro: &c. quibus poſitis ſubticebitur uerbū. Quale eſſe: Numitor habet quod donet Quintillæ: ſed non quod mittat amico. ubi non elegāter diceres: ſed nō habet &c. Signate autem:quia dicit.quod mittat amico tanquam abſenti. & quod repoſcere poſſet. & qd donet Quintillæ:quaſi præſens præſenti: & dono ex affectione quadā. Nec defuit illi: uidelicet Numitori unde emeret leonem,iam:ideſt paulo ante.domitum paſcendum multa carne.Nimirum quia certe:ſed hoc per ironiam dicit bellua:ideſt fera:ſcilicet leo.conſtat:ideſt nutritur. leuiori: ideſt minori:ſumptu:ideſt expenſa.& inteſtina:ideſt aluus & uenter poetæ capiunt ſupple plus alimenti,q̃ inteſtina leonum. Si quis dicat poetas debere eſſe contentos gloria ſua:qua imperatoribus triumphantibus æquiparentur: cum ut illi lauro donentur. Reſpondet poeta: Lucanus poeta ille diues & nobilis qui Pharſalicum bellum inter Cæſarem & Pompeium cum multa laude deſcripſit.iaceat in hortis:ideſt locis amœnis arboribus,& herbis ad uoluptatem comparatis:hoc eſt recubet ut uoluptuoſi,quibus aut ſtare,aut ſedere ſæpe graue eſt.iaceat ergo: ideſt uoluptatem capiat, & delitioſe uiuat.aut iaceat:ideſt non extollatur a quouis. ſed maneat in fortunis ſuis quomodo ut Ouid.dicit: Pauper ubiq; iacet. contentus fama:ideſt nihil petens præter famam.ſed ſupple ſit gloria quantalibet:ideſt quantumuis magna Serrano & Saleio tenui: ideſt pauperi:hoc eſt(ut Probus legit)poetis illis pauperibus.& ita opponuntur Lucano diuiti.& ita aut Serrano:aut (ut Calderinus uult)Sarrano.Ego quoq; legendum cenſeo. Non eſſet tamen ineptiſſimus ſenſus legendo Sarrano, tenuiq; ſalino:ut opponantur hortis Lucani. & ſit:Sed gloria quantalibet ſit Sarrano & tenui ſalino:ideſt non habentibus hortos tales:ſed dumtaxat fictilia uaſcula.quid erit &c.quid erit ſup.ipſis poetis pauperibus: ſi tantum gloria eſt eis:quaſi dicat nihil commodi.

AN. IT. ¶CVRRITVR ad uocem iucundam:totum hoc a ſuperiore dependet.Eſt enim ſenſus:Non ignoro,inquit,ex ſuo carmine magnam etiam Statio gloriam exurgere,qui præcipuo omnium ſtudio & plauſu auditur,cum recitat ſuam Thebaida.tamen ea gloria parum illi prodeſſet:niſi Thebaida Paridi Pantomimo uenderet:fame enim conficeretur.nam ſequitur:Non tamen inuideas uati quem pulpita paſcunt. Sicq; per exemplum Statij oſtendit gloriā omnino non ſatis eſſe pauperi poetæ ſine præmijs. totus autem ſenſus eo fertur:ut oſtendat carmina quidem Statij uniuerſis placere:ſed nullum extare niſi Paridem Pantomimum:qui poetam remuneret.Ita animum omnium inuaſit auaritia,ut in contemptum nobilium dicat ſolum Paridem Pantomimum perſonam infamem & ſcænicam inueniri,qui poetis faueat. ¶Curritur: quod omnino glorioſum eſt:ut ipſum Statium audiant. ¶Iucundam. poetæ recitantis. ¶Amicæ Thæbaidos:quæ omnibus grata eſt. ¶Statius:Neapolitanus fuit:quod ipſe in Siluis ſuis teſtatur: At te naſcētem gremio mea prima recepit Parthenope, dulciſq; ſolo tu gloria noſtro. Alius etiam fuit Tholoſanus: qui in Gallia celeberrime rhethoricam docuit. auctor Euſebius ¶Promiſitq; diē: recitandi ſcilicet. ¶Sed cum fregit: ſed profecto,inquit, fame, conficitur: & ſi magna cum laude & gloria carmen ſuum recitauit: niſi uēdat Thebaida Paridi Pantomimo. ¶Fregi:ita dictū quem admodū & illud: Et aſſiduo ruptæ lectore columnæ. ¶Subſellia:ſedilia & ſcanna auditorij a poeta extructa.nam (ut paulo ante diximus)illic: Nemo dabit regum quanti ſubſellia conſtēt. Et in prima Satyra: Frontinus platani:auditoria poetis apparabantur extructis ſedilibus. ¶Verſu:recitatione uerſuum. ¶Agauem:utrum tragœdiam de Agaue filia Cadmi Thebarum conditoris:& matre Pēthei,quæ bacchabunda eum in celebratione ſacrorum Liberi patris īteremit: rata eum eſſe aprū.unde Ouid. Ille mihi feriendus aper:cum ab eo talia ſacrificia contemnerentur.De ea igitur potuit ſcribi fabula,quæ Agaue inſcriberetur. per Tragœdias igitur oſtendit poetas ꝑfecturas & tribunatus ꝓmeruiſſe:Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.an (quod magis placet)ipſum opus Thebanum:in quo de Pentheo & Agaue meminit:ut referatur ad illūd:Curritur ad uocem iucundam, & carmen amicæ Thebaidos.Intactam expone:quam adhuc non recitauerat.non autem ab alijs non ſcriptam. nam Ponticus poeta clarus carmine heroico ſcripſit Thebanum bellum.de quo ita Propertius:Cum tibi cadmeæ dicuntur Pontice.Thebæ, Armaq; fraternæ triſtia militiæ. eiuſdem Pontici meminit & Ouidius in Triſtibus: Ponticus heroo,Battus quoq; clarus iambis. Scripſerunt ergo & Ponticus & Statius bellum Thebanum: quod inter Etheoclem & Polinicem fratres geſtum fuit tanto odio:ut mutuis uulneribus ſeſe confodierint.unū Statius in.xi. Theb. Ite truces animæ, funeſtaq; tartara leto Polluite,& cunctas Erebi ꝯſumitæ pœnas. ¶Paridi:hic eſt ille Paris Pantomimus: de quo apud Mart. extat epitaphium:Quiſqs Flaminiam teris uiator, Noli nobile preterire marmor,Vrbis delitiæ,ſaleſq; Nili,Ars & gratia,luſus & uoluptas, Romani decus & dolor Theatri. Atq; omnes Veneres, Cupidineſq; Hoc ſunt condita,quo Paris ſepulchro. Eiuſdem ſic meminit Tranquillus in Domitiano: Deinde Domitianus uxorē ſuam Domitiam,ex qua in ſecundo conſulatu filium tulerat,alteroq; anno conſalutauerat: ut Auguſtam eandem Paridis hiſtrionis amore deperditam repudiaret. De eo & poeta in præcedenti Satyra:Paridem,ludoſq; reliquit.Fuit autem non modo Domitiano,ſed toti ciuitati gratiſſimus:a quo oſtendit poeta Statium Salario fuiſſe ſuſtentatum.cum in eius gratiam uideretur ſcribere. nec a diuitibus quicquā haberet,quod ſperaret:hocq; totū in īuidiā tam principis,q̃ ciuium diuitum:cum principi cariores eſſent hiſtriones, q̃ poetæ:diuiteſq; tanta tenerentur auaritia:ut non inueniretur, qui præmijs afficeret ſcriptores.Illud tamen obſeruandum:alium fuiſſe Paridem Pantomimum occiſum a Nerone:quaſi grauē aduerſarium. ¶Ille & militiæ:quaſi aliquis dixerit: nunquid Paris poteſt tantum poetis præſtare.Immo etiam,inquit,poteſt honores largiri militaris,ſicq; imperatorem ſugillat:qui pro meritis poetas non ornaret:ſed pluris hiſtrionem,q̃ poetam faceret. ¶Semeſtri auro: hoc dicit multos etiam uates ad equeſtrē dignitatem prouehi per

Statius Neapolitanus

Statius Tholoſanus

Subſellia

Pōticus poeta

Paris Pātomimus

Semestris

Paridem. Semestre autem aurum intelligimus ipsum annulum: quo equites aureo uterentur. ut sit periphrasis annuli: hoc est formæ rotundæ. Nam semestris non solum sex mensium dicitur: sed medij etiam mensis. unam Lunam semestrem dicimus: cum ad medium peruenit mensem, & rotūda est. Sic sensus est manifestus poetæ. Apuleius in ultimo de asino aureo sic: Stellarumq; media semestris Luna flammeos spirabat ignes. Luna ergo semestris: hoc est rotūda, qua similitudine poeta appellauit aurum semestre: hoc est rotundum: ac per hoc annullum ipsum: quasi qui ferat similitudinē Lunæ semestris: in qua opinione est & Probus. Alij per aurum semestre exponunt tribunitiam dignitatem, q tribuni annulum gestarent. ut ostendit Plinius libro trentesimotertio. & Plini. eius nepos in epistolis pro Calusio sic. Nunc rogo semestri tribunatu splēdidiorem: & sibi & auunculo suo facias. ¶ Quod non dant proceres: histrio, inquit, dabit poetis quod diuites per auaritiam nō dāt: sicq; auaritiam sui tēporis sugillat, docetq; diuites ut Camerinos, & Bareas non esse colendos: quando ab eis nihil sit sperandum. nam multi poetæ (ut dictum est ante) nobiles sequebantur: ut ab eis præmium aliquod acciperent ex carminibus suis: Accipe nunc artes nequid tibi conferat iste: Quem colis & musarum, & Apollinis æde relicta. ¶ Tu Camerinos: per Camerinos & Foreas intelligit nobiles & potentes. Tu, inquit, sequeris & colis nobiles: sed falleris. nihil. n. tibi dant. Solus Paris histrio ob opera tua ei dicata te præfectum, & tribunum facit. Sicq; ostendit poetas per fabulas suas aliquando ad dignitates prouehi: sed tamen illis non esse inuidendum: quorum uita ex arte musica tantum pendeat. ¶ Pelopea: idest tragœdia de Pelopea filia Thiestæ: cum qua ipse pater concubuerat. ex qua natus est Ægysthus: qui Agamemnona & Atreum iteremit. ¶ Philomela: tragœdia de Philomela & Progne sororibus: quæ Ityn Thereo patri epulandum apposuerunt. nota est fabula. ¶ Haud tamen inuideas: licet. inquit, ex carmine suo poetæ præmia accipiant ex publico: tamen inuidendum non est illis: cum aliunde nihil consequantur: nec peculiare habeant patrimoniū. ¶ Quem pulpita pascunt: quem pascunt opera recitata in scænis. ex publico enim præmia accipiebant: cum placebant populo: quibus alebantur. Vnde Terentius in Eunucho, sua cū esset rursus uendita, & ageretur iterum pro noua, pretium accepit octomillium sestertiū. ut innuat poeta miseram esse uitam scriptorum pendere ex incerto euentu scænæ. Quod autem opera sua uenderent poetæ, illud nos Terentianum in Hecyra docet: Et is qui scripsit hanc, ob eam rem uoluit iterum referre: ut possit iterum uendere. Camerini autem originem habuerunt a Camerino Sulpitio: qui missus fuit una cū Spurio Posthumio albo, Aulo Manlio Athenas: ut īde inclytas leges Solonis acciperent: & aliarū ciuitatū instituta, & iura, moresq; noscerēt. De Barea Sarano dictum est in quarta Satyra illic: Stoicus occidit Baream. ¶ Quis tibi Mecœnas: poetarum studiosissimum fuisse Mecœnatem. notius quidem est, q ut hoc loco oporteat indicari. Horatius O & præsidium dulce decus meum. Mart. Otia de nobis, sed qualia fecerat olim Mecœnas Flacco, Virgilioq; suo. ergo, inquit Iuuenalis, quem inuenies, cum aliquid scripseris Mecœnatem: idest tam munificum in poetas, q fuit Mecœnas: ¶ Proculeius: eques fuit Romanus: ut scribit Porphirio, Augusti apprime familiaris. in fratres suos Scipionem & Murenā adeo liberalis, ut bona sua cum ijs æquis partibus diuiserit, cum bello ciuili spoliati fuissent. Horatius: Viuet extento Proculeius æuo Notus in fratres animi paterni. De Proculeio meminit & Plutarchus in Antonio. ¶ Fabius: forte intelligit de Fabio illo ad quem Ouid. exulans scribit quatuor epistolas in libro de Ponto: tanquam ad eum, qui scriptorum esset amicus, & liberalis. Vnde est illud ipsius Ouidij: Dignus es argento, fuluo quoq; dignior auro: Sed te cum donas ipsa iuuare solent. Hoc q magis placet, q ut intelligas de Fabio maximo, qui uendito agro suo, ab Hannibale captiuos Romanos redemit. ¶ Cotta: Cottam bonum uirum fuisse ostendit superius: Quæ Piso bonus, quæ Cotta solebat Largiri. Ad Cottam scribit Ouidi. in Ponto ter, quē amicū sibi esse ostendit sic: Cūq; labent alij, iactataq; uela relinquant: Tu laceræ remanes anchora sola rati: Grata tua est igitur pietas ignoscimus illis: Qui cū fortuna terga dedere fugæ. ¶ Tunc par ipse Mecœnatis & Proculei, & cæterorū, qui ijsdem fuere temporibus munifici & liberales merces dabatur æqua ingenijs scribentiū. ¶ Nescire uinū toto Decēbri: hoc dicit pp Saturnalia: q mense Decembri celebrabantur. Papinius: Et multo grauidus uero December. Sensus igitur est: Multis fuisse utile uino abstinuisse: quo tēpore maxime alij uino indulgebant, i. toto De

Camerini

Proculeius

Saturnalia

cembri ac per hoc totis Saturnalibus q per quinq; (ut communior est opinio) dies celebrabantur. Martialis: Omnia misisti mihi Saturnalibus Vmber. Munera contulerant, quæ tibi quinq; dies. De saturnalibus lege Macro. primo Satur. & Gellium. ¶ Vester porro labor: sensus est: Vos aūt q historias scribitis: plus et temporis cōsumitis, q poetæ: plus et laboris sustinetis et cū impēsa olei, & iactura papyri: sed q tū inde est merces: q. d. nulla. Ordo aūt est. O scriptores historiarū. ¶ Fœcundior: uberior, & maior. ¶ Plus olei: maiorē lucubrationē. alludit ad puerbiū illud: qd' apud ueteres erat frequens in eos: q lōgo puigilio aliqd frustra lucubrassent. cuius Cic. lib. vii. epl'arū sic meminit: Pōpeius se pfitetur, & oleū, & operā perdidisse. Plaut. in Pœnulo: Tū pol ego & oleū & opam pdidi. ¶ Nullo modo: fine. Virg. in. iiii. Æneī. Sed qs erit modus. ¶ Pagina: in libris dr a pangēdo: q in ea uersus pangant. unde & plantę dnr pāgi. Suet. in Galba: Pangi malū placuisset. Plin. lib. xvi. ca. xxvii. Nascenti & depacto surculo natura icuriosius semē dedit. ¶ Millesima: numerosa. ¶ Oblita modi: qsi finē nō inuenies: qle est opus Titi Liuij: quod centū & quadraginta uoluminibus absoluit. ¶ Operę lex: ut nihil. s. de historia omittatur: neq;. n. oportet historicū, queadmodū faciūt poetæ, uno aut alieno uerbo rem tetigisse: sed plene omnia narrasse. ¶ Papyro: hoc est charta. Nā ex papyro, q herba nascit in palustribus Ægypti, aut quiescētibus Nili aqs pparantur chartę diuisæ acu in ptenues, sed q latissimas philyras. ex ea et nauigia texūt, & e libro uela, tegetesq;: necnō & uestem & stragula ac funes. ¶ Quæ tamē inde seges: q utilitas tibi est: metaphora est ab agris. ¶ Inde: ex laboribus scribēdarū historiarū. ¶ Terræ apertæ historiæ diligenter explicatæ. ¶ Quis dabit historico: ut sit sensus: Historicus nō tm emolumenti ex laboribus suis cōsequit: quātū scribæ & actuario legēti acta publica dat. ¶ Legēti acta. i. scribæ siue actuario: q uerba, siue legis, siue actorū senatus præconi subijceret: ut ab eo clare enūciarent. Ergo actuarij uidetur dici, q acta, actionesq; describeret, eaq; descripta recitaret. De qbus sic Tranql. in Cæsare: Orationē nō imerito Augustus existimabat magis ab actuarijs exceptā malè subsequētibus uerba dicētis q ab ipso editā. Ergo qui acta siue priuata, siue publica describerent, actuarij sunt dicti. ¶ Acta: dnr quæcunq; publicis in monimētis mandantur. unde in ii. Satyra: Cupient & in acta referri. ubi de uocabulo multa diximus: pluraq; dicemus in. ix. Satyra illic: Et libris actorū spargere gaudes. ¶ Sed genus ignauū: obiecto est non esse mirū si historicis nullū sit emolumentū cū in umbra semper uersentur: quod est otiosorum & mollium. Vnde Horatius: Poscimur siq; Vacui sub umbra lusimus tecum. Et idē in eplis: Somno gaudentis & umbra.

Pagina

Actuarius

Acta

¶ CVRRITVR &c. Ostēdit exēplo Statij bonis poetis nihil cōferri a diuitibus. Ordo est: Curritur. s. ab oībus ad uocē iucūdā: i. suauē & delectabilē pnunciatione Statij. & carmē iucundū. i. delectabilē cōpositionē. Thebaidos. i. poesis de Thebis a Statio cōditæ. amicæ. i. libēter acceptæ. cū. i. qñ Statius fecit urbē. s. Romam lætā. quod tale carmē esset recitaturus. q p &. promisit Romanis. s. diē. i. tēpus quo recitaret. tāta. i. tā magna dulcedine afficit ille poeta: uidelicet Statius aīos captos. i. irretitos, & auditur tāta libidine uulgi. i. uilis populi. sed cū. i. postq̄ fregit. i. cōtriuit. subsellia. i. sedilia inferiorū auditorū. uersu. recitatione uersuū suorū. Est similis locutio illic in prima Saty. Cōuulsaq; marmora clamāt: Semp & assiduo ruptæ lectore colūnę. Et ita eodē modo exponi debet: ut. s. subsellia sint fracta uersu. i. hyperbolicos loquēdo uehemēti ipetu & recitatione uerborū eius: uel potius fracta ab his, q uersum audituri cōuenerāt. Postq̄ aūt ita recitauit. esurit. i. fame cōficitur. nisi uēdat Paridi Pantomimo illi. Agauen. i. fabulā de Agaue: q furore bacchico rapta filiū suū Penthea occidit. intactā. i. nō uisam, nec tractā ab alijs. Nec mirū si a Paride nutriatur. qa ille. s. Paris. largit multis. &. i. et honorē militiæ. & circūligat digitos. s. poetarū. auro. i. annulo aureo semestri. i. sex mensiū officio fungentiū: hoc est tribunorū. histrio. i. mimus: & (ut dnt) ioculator. dabit id. i. uictū & honorē. quod pceres. i. optimates & primores ciuitatis nō dāt. i. gratiores sunt erga poetas histriones: ut Paris & reliq, q proceres. & ita non dānat principaliter, quē hic laudare intēdit, Domitianū. q tantā potestatē histrionibus fecerat: sed potius laudat gratitudine histrionū: ut damnet auaritiā pcerū. Tu o poeta curas. i. nō ne magnifacis Camerinos & Bareas proceres illos: & magna atria nobiliū. q. d. id stulte facias. Quia Pelopea. i. tragœdia de Pelopea facit præfectos. & Philomela. i. tragœdia de Philomela uēdita mimis & histrionibus facit tribunos. tñ. i. licet. tu q uēdidisti sic fabulas tuas dignitatē cōsecutus es. haud. i. non. inuideas uati. s. Statio aut simili. quē pulpita. i.

ASCE

ta.i.recitationes carminũ ſuorũ:& explanationes ad pulpita paſcũt .i.nutriunt. Quis tibi erit nũc iterũ Mecœnas:aut Proculeius. aut Fabius:aut Cotta:q̃s alter Lentulus.i.fautor & fotor,ſicut illi fuerunt olim poetis.q.d.nullus. Quando aũt tales uixerũt, tũc p̃tiũ .i.p̃miũ erat par.i.æquale.ingenio.i.ſecundũ excellentiam ingenij q̃ſq; tũc p̃mia accipiebat.pallere.i.ex nimio ſtudio pallidũ fieri.erat tũc.i.ea tempeſtate utile multis.

cauſidici.¶Magna ſonant:magno agunt ſtrepitu & clamore ut uideantur cliẽtũ ſuorũ acerrimi defenſores. ¶Sed tũc cum creditor audit:ſenſus eſt:Cauſidicus tũc,inq̃t, magna ſonat cũ creditor eũ agentẽ audit, & p̃cipue inq̃t magna ſonat:ſi debitor latus eius tetigit tanq̃,q eũ magis urgeat ad dicendum, utpote q neget credita. ſicq; oſtendit poeta in iudicijs magis a debitoribus, q̃ a creditoribus cauſidicũ urgeri.¶Acrior illo.ſ. creditore. ¶Qui.ſ. debitor.¶Venit ad nomẽ dubiũ.i.ad ambiguũ debitũ refellẽdũ:quod incertũ eſt.& dubiũ: cũ ipſe neget.Nã nomẽ pro debitore ponitur:& ſæpe p debito. Cicero in oratione pro Roſcio: Nõ refert parua noĩa ĩ codices: immo oĩs ſummas.Idẽ in Topicis: Non ſi uxori uir legauit argẽtũ omne, quod ſuũ eſſet.idcirco quæ ĩ nominibus fuere legata ſunt. Idẽ in epiſtola ad Atticũ:Perfeci, inquit,ut Salaminij totum nomen perſoluerẽt.i.debitũ.Plaut.in Ciſtellar. Nũc quod reliquũ reſtat uolo perſolueret. ut expũgatur nomẽ.nequid debeã.i.ut debitũ deleatur.pro debitore ſic Horatius:Nomina ſectatur mõ ſumpta ueſte uirili Sub patribus duris tyronum.Columel.in primo rei ruſticæ.Cũ uel optima nomina nõ appellando, fieri mala fœnerator Alphius dixiſſe ſe uteriſſime fertur: ubi noĩa p debitoribus accipit.Seneca in primo limie primi libri de beneficiis:Nomina facturi diligẽter in patrimonium debitoris inquirimus. ¶Cũ cudice:utrũ legũ, an accepti, & expenſi.¶Tũc imenſa caui folles ſpirãt mẽdacia.cũ creditor audit,ut a ſupiore depẽdeat: ſicq; cauſidicos taxat, q lucri cupiditate falſas agũt cauſas,in q̃bus effundunt magnas offenſas mendaciorũ.¶Folles:metaphoricos.i.ora ipſorũ cauſidicorũ. ¶Conſpuiturq; ſinus: ſputo nimio cõſpergitur.¶Veram meſſem:uerũ laboris emolumẽtũ & fructũ.Senſus eſt: Si uoles tamecn cauſidicorũ etiam qui negociũ agunt,lucrũ & diuitias conſiderare,inuenies ſolum patrimonium Ruſſati Lacertæ plus ualere,q̃ patrimonia centũ cauſidicorũ. ſicq; oſtendit longe maius eſſe lucrũ ĩ militia uerſantiũ, q̃ literatorũ. & hoc q̃dẽ culpa temporũ:q̃bus auaritia cũctis in rebus dominatur: ut bene conueniat ſolum patrimoniũ: & non ſolum rus: præceſſit enim centum patrimonia: & non centũ rura.comparat.n.patrimonium patrimonio ut nullo modo legendum ſit rus Sati: ut capias Satum pro proprio noĩe:ſed Ruſſati unica dictione.¶Solum.ſ.patrimonium & unicũ.¶Ruſſati Lacertæ: Lacerta nomẽ militis fictũ a poeta.ſicut apud Horatium Gallina nomen eſt proprium gladiatoris: Thrax eſt Gallina ſyro par. Nam milites Romani uſi ſunt in prelio ueſtibus ruſſatis:quas Græci phœniceas,nos uero coccinas appellamus.ſumpta a Lacedæmonijs cõſuetudine:q(auctore Valerio)tali genere ueſtiũ uſi ſunt: ut coloris ſimilitudine, uulnerum ſuorum cruorem occultareut,ne hoſtibus aliq̃d fiduciæ afferrent, ſi fuiſſent uulnerati.de colore ruſſato meminit Seruius lib.viii. ubi exponit pilenta.Erant,inq̃t,tunc ueneti coloris, non ut nunc ruſſati:quibus niſi caſte utebantur.Romæ etiam & Præneſte (ut ſcribit Hermolaus in ſeptimum librum annotationum Plinii) lapidum monimenta comprobãt.in quibus ſæpe eſt inueniri Ruſſatos. Purpureis etiã ueſtibus uſos eſſe in prælio oſtendit Plutarchus in Eumene ſic:Inſtructa igitur acie incedentibus : ut primum auratis in armis ad Solem ſplendor enituit: ac belluæ cum turribus & pur-

Nomen

Ruſſati milites

& neſcire.i. nõ guſtare uinũ toto Decembri erat utile multis. Quæras hic forſan q̃uo fuerit utile.cũ tñ uulgo dicať q uinũ tẽperate ſumptũ acuit ingeniũ. Et prouer.xxxi.Exultatio aĩæ & cordis uinum moderate potatũ &c. Si diceret utile eſſe parum potare:nulla eſſet controuerſia: q̃a ibidem dr̃:q̃ ſufficiens eſt hoĩ erudito uinũ exiguũ&c. Dicem⁹ ergo hyperbolicos dictũ & poetã nõ intelligere eos abſtinuiſſe oĩno a uino: ſed a comeſſationibus & potationibus decembribus:q̃bus t̃pe Saturnaliorum, q̃ in Decẽbri celebrabanť, Romani indulgebãt. Quia uero in Decẽbri bruma.i. breuiſſima tẽpeſtas diei eſt. & ob frigus ac tenebras rara lucubratio: & frequẽs gulæ ĩduigentia. ſolent. q ſe diligentes oſtẽtare uolũt lucubrationes ſuas Decẽbrias appellare:q̃ſi uero cæteris uino & ſõno indulgentibus ĩpſi ſtudio uacẽt. Veſter porro labor &c. Oſtẽdit hiſtoriographis lõge plus laboris eſſe,q̃ poetis: ſed nõ plus lucri.poſſet principiũ p ironiam legi:ut ſit:O ſcriptores hiſtoriarũ. ueſter labor eſt porro.i.ſane. fœcũdior.i. utilior & uberior, ſeu fructuoſior:quia conſiderant q plus tẽporis & rerũ impenditis. quã ĩroniã aperit dicẽs: Quę tamẽ inde leges &c.ſed melius eſt ſerioſe ex ſẽtẽtia poetæ legi hoc ordine:O ſciptores hiſtoriarũ.i. hiſtoriographi. ueſter labor eſt porro.i.ualde. fœcundior.i. maior & extenſior,q̃ poetarũ: ſicut mulier fœta groſſior eſt.q̃a plus tẽporis & plus olei .i. uigiliaꝝ & lucubrationũ ad lucernas.uñ res multa uigilia, & diligẽtia p̃fectæ:ut orationes Demoſthenis dñr lucernã olere. petiť.i. exigiť a labore .i.exercitu ueſtro.Nãq; pagina.i.cõpactio papyri.aut librorũ.i.corticũ interiorũ quarũdam arborũ aut cartharũ. oblita modi.i. finis aut menſuræ.ſurgit omnibus ſup.nobis,milleſima.i.millecupla: uľ mille uoluminibus: aut mille folliculis contexta. & creſcit dãnoſa oĩbus uobis.multa papyro.i. pp multã papyrũ:q̃ erat pellicula tenuis papyri.i.cannæ ſeu arũdinis:q̃lis in Ægypto plurima naſciť. ingens numerus.i.multiplicitas rerũ deſcribendarũ. & lex operum q̃ uult ut quo ordine, & q̃bus modis quæq; geſta ſunt,eo, & eis deſcribebanť.iubet.i.uult ſic ſup.uos facere. Tum.i.q̃uis.maior ſit labor.q̃ ſeges & q̃s fructus.i.q̃ merces & quod lucrũ terræ apertæ.i. aratro ſciſſæ:hoc eſt hiſtoriæ enucleatæ.eſt ſup. inde. i. ex tanto labore.q.d.tenuis. Quis dabit hiſtorico.i.ſcribẽti,aut legẽti hiſtorias. tñ,ſup. quantũ daret legẽti.i.pronũciãti.acta.i.p̃ceſſus in foro iudiciali:hoc eſt cauſidico.q.d.nemo. Sed forte,inquit poeta, tu auare modo dices:hiſtorici ſunt genus hominum ignauum:ideſt ſine induſtria, ſegne,pigrum, & inutile ad laborem.quod gaudet tecto.i. protectione a pluuia & umbra.i.protectione a ſtrepitu.

Dic igitur quid cauſidicis ciuilia præſtent
Officia? & magno comites in faſce libelli?
Ipſi magna ſonant,ſed tunc,cum creditor audit
Præcipue,uel ſi tetigit latus acrior illo,
Qui uenit ad dubium grandi cum codice nomen,
Tunc immenſa caui ſpirant mendacia folles
Conſpuiturq; ſinus,ueram deprendere meſſem
Si libet,hinc centum patrimonia cauſidicorum,
Parte alia ſolum Ruſſati pone Lacertæ.
Conſedere duces ſurgis tu pallidus Aiax
Dicturus dubia pro libertate bubulco
Iudice.rumpe miſer tenſum iecur,ut tibi laſſo
Figantur uirides ſcalarum gloria palmæ.
Quod uocis pretium?ſiccus petaſunculus,& uas
Pelamydum,aut ueteres Afrorũ epimenida bulbi.
Aut uinum Tyberi deuectum quinq; lagœnæ,
Si quater egicti,ſi contingit aureus unus,
Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum.
Æmilio dabitur,quantum petet,& melius nos
Egimus,huius enim ſtat currus aheneus,alti
Quadriiuges in ueſtibulis,atq; ipſe feroci
Bellatore ſedens curuatum haſtile minatur
Eminus,& ſtatua meditatur prælia luſca,
Sic Pedo conturbat,Matho deficit.exitus hic eſt
Tongilli,magno cum Rhinocerote lauari
Qui ſolet,& uexat lutulenta balnea turba,
Perq; forum iuuenes longo premit aſſere Medos
Empturus pueros,argentum,murrina,uillas.
Spondet enim tyrio ſtlataria purpura filo.
Et tamen hoc ipſis eſt utile.purpura uendit
Cauſidicum,uendunt amethiſina.conuenit illis
Et ſtrepitu,& facie maioris uiuere cenſus.
Sed finem impenſæ non ſeruat prodiga Roma.

℃ DIC igitur:oſtendit hac interrogatione neq; cauſidicos:qui ſe longe aliter in forenſibus actionibus exercent multum lucrari. ¶Officia ciuilia:actiones cauſarum ciuilium. ¶Præſtẽt: quid lucri afferant,¶Libelli comites:quos ſecum in forum deferunt. ¶Ipſi.ſ.

pureæ ueſtes inſpectæ ſunt. (Is.n.uadẽtibus in præliũ ornatus eſt) primi iter cum clamore ſiſtunt. Treuellius item Pollio in uita Diui Claudij: Ruſſas ueſtes ſic meminit: De noſtro ærario priuato dabis huic ſalarium. Tunicas ruſſas militares annuas. Sago chlamydes annuas duas. Flauius Vopiſcus item ſic ſcribit de ueſte ruſſa in Aureliano: Cape igitur tibi pro rebus geſtis tunicas ducales ruſſas quatuor. ¶ Conſedere duces: ſumptum eſt ex libro.xiii. Metam. Ouidij: Conſedere duces, & uulgi ſtante corona. Igitur oſtẽdit poeta cauſidicorum labores omnino graues eſſe, quos non ſine magna anxietate exclamant in agendis cauſis, ſed eorum præmia perexigua. ¶ Conſedere duces: ideſt iudicibus ſedentibus pro tribunali tu oras & cauſam alienam dicis. ¶ Aiax pallidus. ideſt tu cauſidice non minus palles, cum ad alienam cauſam tuendam ſurgis, q̃ palluit Aiax in cauſa ſua agenda. ubi ſedentibus Græcorum ducibus tanquam iudicibus, cauſam ſuam egit petens arma patruelis Achillis aduerſus Vlyſſem. ¶ Dicturus pro dubia libertate: oraturus pro eo, cuius libertas in ambiguo eſt, cum quæritur ſit ne liber? Nam Romæ in iudicijs plerunq; quæſitum eſt: an is appellandus eſſet liber: qui natus eſſet ex matre libera: licet ancilla concepiſſet. Et econtrario: ſi libera concepiſſet: deinde ancilla facta peperiſſet placuit eum qui naſcitur, liberum naſci. Et an is diceretur liber, qui non iuſtis nuptijs, ſed uulgo conceptus eſſet: placuit etiam eum naſci liberum, quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in utero eſt. Ex hoc quæſitum eſt: ſi ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla poſtea facta aut expulſa ciuitate peperit, liberum an ſeruum pariat: & tamen rectius probatum eſt liberum naſci, & ſufficere ei qui in uentre eſt liberã matrem, uel medio tempore habuiſſe. Emergebant igitur ſæpe Romæ tales cauſæ: ubi de libertate agebatur: quas tanquam magnũ aliquid cauſidici non ſine animi, & corporis labore tuendas ſuſcipiebant: cum multi, qui ſe liberos dicerent, in ſeruitutem uendicarentur. Talia etiam in cauſis fictis tractabantur. unde Quintilianus libro tertio: ubi quærit de ſtatu, ſic ſcribit: Ex tempore quæſtio eſt: An is quem dum adducta eſt mater peperit, ſeruus ſit natus. ¶ Bubulco iudice: hoc eſt ruſtico, ac per hoc legum imperito. ut oſtẽdat cauſidicum ex omni parte habere unde laboret: & ꝙ cauſa ad agendum ſit difficilis, & ꝙ ante iudicem rudem agatur: qui non ſine magno cauſidici labore cauſam percipiat, ſicq; docet cauſidicum uarijs modis laborare, & modica laborum aſſequi præmia. Illud etiam poeta ſatyrice notat iudices ſæpe exiſtere, non ſine litigantium noxa, rudes & ignaros. quod autem bubulcum iudicem dicat ex hiſtoria eſt. Nam iudices plerunq; ex agris in decurias mittebantur. unde Quintilianus libro quarto ſic ſcribit. Cum iudicem rura plerunq; in decurias mittant de eo pronunciaturum quod intellexerit. Valerius lib. ſeptimo: capite de repulſis Tribunum ruſticarum ſic meminit: Cum Naſica ædilitatem curulem adoleſcens peteret: manũq; cuidam ruſtico opere duratam more candidatorũ: tenacius apprehendiſſet, ioci gratia interrogauit eum, num manibus ſolitus eſſe ambulare. Quod dictum a circunſtantibus exceptum, ad populum minauit, cauſamq; repulſæ Scipioni attulit, omnes nanq; ruſticæ tribus paupertatem ſibi ab eo exprobratam iudicantes, iram ſuam aduerſus contumelioſam eius urbanitatem diſtinxerunt. unde legitur Rome tribus fuiſſe urbanas & ruſticas, de quibus ſic Plinius libro.xyiii. Ruſticæ tribus laudatiſſimæ eorum, qui rura haberent. Vrbanæ uero in quas transferri ignominiæ eſſet deſidiæ probro. Idem in lib. de uiris illuſtribus ſic ſcribit Gracchus cenſor libertinos, qui ruſticas tribus occuparant, in quatuor urbanas diuiſit. Et Aſconius in.ii. uerrinarum: Tribus urbanæ, ruſticæq; omnes trigintaquinq; numerantur: ex quarum ſin-

Centum uiri gulis terni eligebantur ad iudicandum: hiq; centumuiri dicebantur: licet centum & quinq; eſſent. Potuit etiam poſuiſſe bubulcum pro omni ciue Romano graui & ſeuero: ſicut etiam alibi Creticum poſuit pro uiro nobili: Cretice pelluces. Nam C. Attilius bubulcus conſul fuit una cũ Tito Manlio Torquato: quo tp̃e Sardinia iſula rebellauit auctoribus Pœnis: unde mox Sardi ſubacti & oppreſſi. Fuit item Iunius ruſticus, quẽ Domitianus interemit, ꝙ Peti Thraſeę & Heluidij Priſci laudes edidiſſet, appellaret ꝙ eos ſanctiſſimos uiros. ut ſit ſenſus: Surgis tu pallidus Aiax dicturus pro dubia libertate bubulco iudice: hoc eſt graui & magno uiro iudice: qualis fuit Attilius bubulcus, ſiue Iunius. Nam Iuniorum familiæ bubulcum nominarunt, qui bobus optime utebatur. Pli. Hinc tamen opinioni non ita me addico, ut nolim etiam poſſe cum libeat circa reprehenſionem diſcedere; prior enim magis placet. ¶ Rumpe, inſultatio poetæ in uanum cauſidici laborem. ¶ Palmæ uirides figantur: ut Conſequaris uictoriam in iudicio: & damnes reum ad ſcalas Gemonias. Nam ſcalæ Gæmoniæ locus erat in urbe, in quem rei unco trahebantur. Tranquillus: Nemo punitorum non in Gemonias abiectus, uncoq; tractus. Dictæ autem ſunt Gemoniæ a gemendo: ꝙ non ſine gemitu & lachrymis in eas traherentur. Vnde Plinius libro octauo. mentionem faciens de canibus appellat gradus gemitorios his uerbis: Teſtatum eſt canem nec a corpore receſſiſſe abiecto in gradibus gemitoriis mœſtos edentem ululatus. Magna ergo gloria erat cauſidico damnaſſe reum ad ſcalas Gemonias. Inde plurima palma fores eius ornabantur. Martialis libro ſeptimo ad Fuſcum cauſidicum: Sic fora mirentur, ſic te palatia laudent: Excolat & geminas plurima palma fores. ¶ Petaſunculus diminutiuum a petaſone. eſt autem perna ſalita, quę ſi uetula eſt ingrati eſt ſaporis. Martialis libro decimo tertio. Muſteus eſt propera, caros nec differ amicos: Nam mihi cum uetulo ſit petaſone nihil. ¶ Siccus: aut quia in fumo ſuſpenditur, aut quia uetulus eſt, & ſucco exhauſtus. ¶ Pelamydum: piſcis eſt, qui cum minimus eſt, & fœtas redeuntes in mare autumno comitatur, Cordilla appellatur. Cum e mari uerno tempore pontum intrat limoſa ante luto pelamys incipit uocari ἀπὸ τοῦ πηλοῦ: ideſt a luto quod eruit. Feſtus ſic inquit: Pelamys genus piſcis dictum, ꝙ in luto moretur. quod Græce πηλὸς dicitur. Cum autem tempus annuum exceſſit thynnum Cybium uero conciſa pelamys dicitur. De hoc piſce Plinius libro nono. & trigeſimoſecundo multa ſcribit. de quo & nos ex auctoritate eius in commentarijs Perſij. ¶ Veteres bulbi: ideſt non recentes, & proinde minus ſapidi. Nam (ut ſcribit Plinius) uetuſtiores improbantur & parui & longi. eſt enim Bulbus genus oleris. de quo multa Plinius libro nono capite quarto & quinto. Bulbos Cato in primis ſerendos præcipit celebrans megaricos a Megaris ciuitate. Vnde Columella: Iam Megaris ueniunt genitalia ſemina bulbi. Bulbos item ſcribit Columella libro tertio eſſe oculos harundinum. ¶ Epimenida: expoſitio eſt. Nam ex genere bulborum. ſunt ſcylla, & duo genera medicæ maſculus albis folijs, fœmina nigris, & tertium genus eſt cibis gratum, Epimenidum uocatur. Afrorum autem dicit bulbos, quia qui in Africa naſcuntur, maxime (ut ſcribit Plinius) laudantur. ¶ Vinum Tyberi deuectum quaſi dicat tranſmarinum: aut romanum: aut campanum: quod optimum erat. ¶ Quinque lagœnæ: cum diſtinctione legendum: quaſi dicat non iam multum uinum dabitur: ſed quinque dumtaxat lagœnæ. Eſt autem lagœna tam aquarium, q̃ uinarium uas. Martialis: Et nigra ſyra defruti Lagœna. Talis eſt etiam locutio apud Plautum in Pſeudolo. Niſi argentum mihi redditur uiginti minæ. Sic etiam locutus eſt Plinius libro decimoquarto capite decimoquarto: Cenſores edixerunt nequis uinum græcum, amineumque Octonis æris ſingula quadrantalia uenderet. ¶ Si quater egiſti, ſi contigit aureus: unus: laborem cauſidici magnum eſſe oſtendit cum modico emolumento. Senſus enim eſt: Si forte cauſam quater egiſti, & ſi ex ea re aureum unum accepiſti, eius mercedis pars tibi danda eſt pragmaticis, a quibus adiutus fuiſti. Nam pragmatici dicuntur, qui cauſidicis & oratoribus uerba iuris ſubminiſtrant. de quibus ſic Cicero libro primo de Oratore. Itaque non ut apud græcos infimi homines mercedula adducti, miniſtros ſe præbent in iudicijs oratoribus ij, qui apud illos pragmatici uocant πρᾶγμα enim negocium, cauſamque ſignificat. Plautus in Caſina: Enimuero pragmata mox parechis: hoc eſt negocium mihi exhibes. nam παρέχειν eſt exhibere: πραγματεὺς negociator. Quintilianus libro tertio: ubi de ſtatibus differit: docet pragmaticos a græcis iuris interpretes appellari. ¶ Inde: ex eo aureo. ¶ In fœdera: quia ita pacti ſunt. ¶ Aemilio dabitur: illud etiam incommodum eſt cauſidicis: ut inter illos præmia ij tantum capiant, qui diuites habentur & nobiles. per Aemilium autem intelligimus diuitem, & nobilem. ¶ Huius enim: hæc particula ſemper rei præcedentis ſignat cauſam. ¶ Stat currus aheneus: ſtatuas habet in quadrigis, & nobilis habetur. Nam apud Romanos cum antiquitus ſtatuæ maiorum togata effigie ponerentur: deinde etiam haſtas tenentes, equeſtres quoq; ſtatuæ celebratæ ſunt: poſtea uero in bigis & quadrigis unde & triumphales natæ. Plinius hæc libro trigeſimoquarto: Ponebantur etiam & cauſidicis equeſtres ſtatuæ. Martialis libro nono: Tam graue percuſſis incudibus æra reſultant: Cauſidicum medio cum faber aptat equo,

¶ Alti

Pela- mys Cord-

Cyb-

Bulb-

¶ Alti quadriiuges: quaterni equi iuncti currui quadriiuges dicuntur & quadriiugi: & biiuges & biiugi si biiugi tantum. ¶ In uestibulis: in prima ædium parte. de quo plura illic: Vestibulis abeunt ueteres, lassiq́; clientes. ¶ Ipse: Æmilius. ¶ Bellatore: equo aheneo qui uidetur pugnas minari. ¶ Minatur: intentat quasi in hostem. sic Papinius de equo Domitiani: Cursumque minatur. ¶ Meditatur prælia: præparare & exercere uidetur. ¶ Lusca: quia ita se habebat statua: ut unus tantum oculus uideretur, in alteram partem obliquato capite: aut (quod magis placet) quia unum claudebat oculum, quo certiorem inferret ictum. Nam naturale est ut uno tantum oculo clauso aliquid rectius longe mittatur: quia plures motus (ut scribit Aristoteles) duobus q̃ uno excitantur oculo. Et quia radij utriusq; oculi non sine perturbatione in idem concidunt. ¶ Sic Pedo conturbat: sensus est: Pedo causas agit, tractat, miscet. talis est locutio apud Ciceronem libro primo de natura Deorum. Aristoteles in tertio de philosophia libro multa turba a magistro Platone dissentiens sic: idest per exiguam mercedem & modica munera: ut reliqui. de quibus supra. Sed Matho etiam infelicius qui deficit, & propemodum omni ope destituitur. quem exitum sentit & Tonigillus: idest Tongillus eundē exitum & finem experitur: quia nihil lucratur. licet uarijs modis diuitem se ostentet: ut conducatur: quasi innuat hoc accidere iniuria temporum: quibus auaritia bonos mores oppressit. Et tamen, inquit, hæc falsa opum ostentatio fuit utilis multis. hominum enim ingenia excultu maxime censentur. Sicque poeta per hos tres causidicos ostendit: aut nullum, aut sane modicum esse in actionibus causarum emolumentum. De Mathone causidico diximus in prima Satyra. De quo & Martialis: Parua rogas magnos sed non dant hæc quoq; magni: Vt leuius pudeat iam Matho magna roga. eum oratorem fuisse uilem ostendit in Satyra undecima: Dic tibi qui sis, Orator uehemens, an Curtius, an Matho. ¶ Exitus hic est Tōgilli: idest talis est & finis Tongilli. ut deficiat, modicamque capiat mercedem qui ut se per opes commendet, in balneis lauatur rhinocerote comitatus magna hominum multitudine: & per forum gestatur lectica purpura amictus: tanquam qui empturus sit seruos, aliaque multa pretiosa. ¶ Exitus finis. alibi: Quis enim te deficiente crumena: Et crescente gula manet exitus? Alibi: Sæuus in illum Exitus eripuit. De Tongillo meminit Martialis: Vri Tongillus male dicitur hemytriteo: Noui hominis mores, esurit atq; sitit. ¶ Rhinocerote: hoc est uase ex cornu rhinocerotis, quo potentiores in balneis utebantur cum oleo, pauperioribus autem in usu erat Guttus ex cornu tauri. unde supra: Pleno componit lintea gutto. Rhinoceros est animal, de quo meminerunt Plinius libro octauo Diodorus & Solinus. unum in fronte cornu habet. ῥὶν enim nasus dicitur. κέρας cornu: hostis est Elephanto: cornuq; ad saxa elimato, se pugnæ præparat. in dimicatione aluum maxime petens, quam scit esse molliorem. uulgo nunc appeliamus alicornum. ¶ Turba lutulenta: idest multitudine comitum: qui eum per lutum sunt comitati. ¶ Premit iuuenes: idest oneri est iuuenibus Medis: hoc est seruis Medis dum lectica per forum gestatur. ¶ Medos: populi sunt contermini Persis. illinc mittebantur serui robusto, & ualido corpore. ¶ Assere: idest ligno, quo lecticarij serui utebantur ad sustinendam lecticam. Vnde Tranquillus in Caligula: Ad primum tumultum lecticarij cum asseribus in auxilium accurrerunt. Martialis: Vt canusinatus nostro Syrus assere sudet. Iuuenalis alibi: Ferit hic cubito, ferit assere duro Alter. De hoc autem plura diximus in tertia Satyra. ¶ Empturus pueros: ut diues uideatur, ostentat se uelle emere multa pretiosa. ¶ Argentum: uasa argentea. ¶ Murrina: Oriens (auctore Plinio libro trigesimoseptimo) murrina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis, nec insignibus Parthici regni: Vocabulum autem deductum est a murra, quem humorem putant sub terra calore densari. de qua Lucanus: Non auro murraque bibunt. Martialis: Si calidum petas ardenti murra falernum: Conuenit, & melior fit sapor inde mero. Multi codices quos uidi legunt Myrrhina: sed credo ꝙ sit idem. ¶ Spondet: idest promittit, ostenditque hominem esse diuitem qui possit talia emere. ¶ Stlataria: idest ampla & lata. nam (auctoribus Festo, & Quintiliano in primo) antiqui Stlatum pro latum dixerunt. Stlitem pro litem. unde & stlatam genus nauigij appellarunt latum magis, q̃ altum. Latum clauum uidetur designare. ¶ Filo tyrio: idest purpureo. Nam ut scribit Plinius libro nono) purpuræ usum Romæ semper fuisse constat: sed Romulo in trabea. Nam toga prætexta & latiore clauo Tullum Hostilium e regibus primum usum manifestum est: ut liquido appareat de lato clauo hoc loco intelligere. ¶ Et tamen hoc ipsis est utile: sensus est: Licet hoc sit ambitiosum hæc ostentare: tamen ipsis aliquam affert utilitatem: quod a clientibus facilius conducuntur. ¶ Purpura: idest uestis ipsa purpurea in causa est: ut causidicus non ducatur: ita dictum sicut illud: Et lenam pignerat Atreus. ¶ Atreus fabula in causa est, ut poeta pigneret uestimenta, ita premitur paupertate dum scribit. ¶ Amethisina: uestimenta coloris uiolacei. nam amethisus lapis est pretiosus. de quo Plinius libro trigesimoseptimo capite nono: Cuius fulgor ille emicaus uiolaceus est. a cuius similitudine dicuntur uestes amethisinæ. Amethisi Indicæ principatum tenent. Illud obseruandum apud auctores græcos non tam amethistum, q̃ amethisum legi. quod uocabuli origo maxime docet. est enim facta compositio nominis ab a: quæ particula est priuatiua: & μέθυσος ebrius. Vnde sic scribit Plinius eodem libro: Causam nominis afferunt: ꝙ usq; ad uini colorem accedens, priusquam eum degustet, in uiolam desinit: fulgorq; quidam in illa purpuræ non ex toto igneus, sed in uini colorem deficiens. quibus uerbis ostendit dici amethisum, quod non penitus colore uini iuebrietur. Et paulo infra hæc subdit: Magorum uanitas resistere ebrietati amethisos promittit, & inde appellatas Ita ut manifesto constet & amethisum & amethistum dici. Et sic amethisina sicut dicimus byssina a bysso. Vnde apud Themophrastum de lapidibus sic legitur: τὸ δὲ ἀμέθυσον οἰνωπὸν τὴν χρόα: hoc est Amethisum autem colore uini aspectum representat. ubi obseruandum est amethisum simplicis: & sine t scribi & genere neutro. Alibi etiam idem in eodem libello sic: ἔτι δὲ καὶ κρύσταλλος καὶ τὸ ἀμέθυσον ἄμφω δὲ διαφανῆ hoc est: ad hæc ēt & crystallus & amethisum, ambo autem transparentia. Amethistan etiam dici docet epigramma illud in quarto epigrammatum: ὁ λίθος ἐστὶ ἀμέθυστος ἐγὼ δ᾽ ὁ πότης Διόνυσος ἢ πείσει τὼ νήφειν, ἢ μαθέτω μεθύειν. Hic lapis est amethistus: ego autem bibulus sum Dionysius: uel ergo lapis hic persuadet mihi sobrium esse: uel ipse discat inebriari. In amethisto insculptus erat Bacchus, qui loquitur sic. ¶ Conuenit illis: non est, inquit, mirum si talia per ostentationem faciunt. nam conuenit illis uiuere (si conduci uolunt) facie maioris censes. ¶ Strepitu: referri potest ad seruorum multitudinem. ¶ Facie ostentatione: licet facies proprie sit ipsa oris species, qua nobis hominis qualitas ostenditur. ad alia tamen methaphoricos refertur: ut dicamus faciem huius rei: idest speciem huius rei. Sallustius in Iugurtha: Cæterum facies totius negocij uaria erat: idest species. ¶ Maioris census: maiorum opum. ¶ Sed finem impensæ: ut igitur diuites uiderentur, & sic conducerentur: ultra modum circa corporis ornatum impendebant: ita moribus urbis exigentibus. unde Seneca ad Lucilium: Non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter potest uiuere: non ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. ¶ Prodiga: profusa ad sumptum. prodigere enim apud Festum est pro consumere.

Amethisina

ASCen.

❡ QVOD si hoc dicis: dic etiam: quid officia ciuilia: idest exercitia in iure ciuili pręstent causidicis: idest causas dicentibus. & quid libelli: idest petitionum formæ uel totius processus. comites: idest comitantes eos: idest, qui portantur post eos: uel quos ipse secum portant in magno fasce: idest onere colligato. præstent causidicis: quasi dicat parum aut nihil. Ipsi sonant magna: idest magne seu granditer nomen pro aduerbio: & formam accusatiui pluralis non ablatiui seruans: quia (ut dicit Seruius) nomina cum fiunt aduerbia suas quantitates seruant: sed declinationem amittunt. Sonant ergo magna: sed tunc præcipue: idest potissimum. cum: idest quando. creditor: idest is qui pecuniam petit pro quo agit. audit: idest præsens est. uel si alius aduocatus, seu causidicus acrior illo. tetigit latus: idest controuersiam cum eo agit: & collateralis est. uel potius si acrior illo: idest alius creditor ardentius petens: utpote argentarius secundum Probum. tetigit latus instigando eum: qui uenit cum grandi codice: idest libro in quo acceptorum & expensorum rationes scribuntur. ad nomen: idest debitum. uel ad nomen supple debitoris dubium: idest incertum illo inficiente. Cur autem nomen pro debito accipiatur: est quia quęcunq; in talibus libris ad nomen alicuius scripta sunt: illi persoluenda sunt. & ita persoluere nomen est persoluere ea, quæ nomini ascripta sunt. ¶ Sæpe enim nomen pro nominatis accipitur. ut Iudæi infesti sunt christiano nomini: idest ipsis christianis. Si quis priori modo (qui mihi minus placet) legere uelit: ut sit de alio causidico intelligendum: quia acrior accuratum facit, dicet.

Qui uenit cum grandi codice proceſſuum ſuorum ad nomen dubium: ideſt ipſe dubius: quale nomen habiturus ſit uicti: aut uictoris: ideſt qui dubitat de cauſa ſua. quanto enim minus iuris habent, atq; æquitatis: tanto uehementius inſtant: & maiorum præ ſe ferunt fiduciam. unde ſubdit. tunc folles: ideſt pulmones ipſorum: quaſi folles. caui: ideſt capaces uentorum. ſpirant: ideſt efflant immenſa mendacia. quando: ſcilicet dubiam cauſam habent aut acrem colligatorem. & ſinos: ideſt ueſtis laxior in pectore cauſidicorum conſpuitur: ideſt conſpergitur ſputo. dum enim nimium uelociter & acriter loquuntur, ſæpe euenit. ut aſpergines ſputi emittant. Non enim intelligas lector ꝙ ſputo ſe mutuo petant. id enim indecorum eſſet: ſed ꝙ ſinus ſuos præ nimia feruentia loquendi conſpuunt. Verum: ideſt ſed. ſi libet deprendere: ideſt perfecte cognoſcere. meſſem: ideſt mercedem & commodum tantorum laborum cauſidicorum. uel ſi uis deprendere ueram mercedem: ſic enim aliqui legunt: pone hinc: ideſt ex una parte. patrimonia centum cauſidicorum. & pone in alia parte ſolum ſupple patrimonium Lacertæ: ideſt illius militis. Ruſſati: ideſt ruſſata: hoc eſt coccina ueſte induti. & uidebis ſupple ꝙ longe ſuperabit ea. Vel ſicut Probus legit. pone ex alia parte ſolum ſupple patrimonium Ruſſati Lacertæ: ideſt illius aurigæ ſic dicti. Vel (ut Calderinus) pone ex alia parte ſolum rus: ideſt dumtaxat rus: & non reliquas poſſeſſiones. Lacertæ: ideſt quod poſſet dici rus: Lacertæ: ideſt minimum reſpectu aliarum poſſeſſionum: ſicut dictum eſt prius: Eſt aliquid ſeſe unius dominum feciſſe Lacertæ. Satyra prima Attici equitis, qui Satus appellatus eſt, & nunquam cauſas dixit: ſed tamen tot diuitias accumulauit. Habes tres expoſitiones: quarum primam probat ueſtis ruſſata: ſecundam auctoritas Probi: & tertiam uocabulum Lacertæ prius poſiti. Elige quamuis lector: dummodo intelligas parum lucri eſſe cauſidicis reſpectu aliorum. Conſedere duces. Oſtendit ꝙ̃ laborioſum, & quam parum lucroſum ſit cauſidicorum munus. Ordo eſt: ac ſi dicat poeta: Ponamus ꝙ ſicut principes uiri ac cæterorum duces conſederunt tempore belli Troiani ad audiendum controuerſiam, & litem inter Aiacem & Vlyſſem de armis Achillis: quæ Vulcanus fabricauerat: ut recitat Ouidius decimotertio Metamorphoſ. utens iiſdem uerbis. ita nunc duces: ideſt principes Romani: quod per ironiam dicit. conſedere: ideſt ſimul ſederunt: ideſt ſedentes ceperunt audiutare cauſas. tu Aiax: ideſt cauſidicus tanquam Aiax ſurgis: quia ad iudicium ſtandum eſt, pallidus: ideſt timore pallens. dicturus: ideſt ac ſi eſſes dicturus. iudice bubulco: ideſt coram ignobili & illiterato: & proinde facile corruptibili: aut ſeducibili. pro libertate dubia: ideſt pro oſtendenda alicuius libertate non facile probabili contra eum, qui eum in ſeruitutem uendicare uult: pro qua re maxime pallendum: ideſt timendum eſſet: quia libertas præualet auro. aut pro libertate dubia: ideſt pro aliquo liberando & ſoluendo. cuius libertas: ideſt liberatio dubia eſt. Ego potius intelligo de libertate alicuius clientis, ꝙ̃ aut ipſius cauſidici, aut patriæ: propter mercedem hic conſtitutam: quam nec patria, nec ipſe ſibi conſtituerent: ſed potiſſimum clientes. Nec ueriſimile eſt ꝙ loquatur de ſcalis Gemonijs: in quas obtinuerit reum obijciendum: tunc enim non pro libertate: ſed potius contra libertatem loqueretur: potius dicerem uictori cauſidico in cauſa de libertate alicuius in ſignum uictoriæ palmam conſtitui: cuius natura eſt: ut contra pondus renitatur & incuruetur: aut in loco publico: aut in domo eius: & ad refrigerium laſſi animi eam uiridem non ſolum in calore: ſed iam recentem poni: & hoc ad gloriam, & (ut dixi) refrigerium eius. In præmium autem aut pretium laboris a defenſo dari quæ ſequuntur: ſiccum petaſunculum & cætera. quæ (ut Perſius dicit) ſunt Marſi monimenta clientis. Hæc mihi ſententia contextui nunc quadrare uidetur: ſiquis meliorem commiuiſci poteſt (licet enim: nam commentarij nihil firmæ ſententiæ iſtic habent) in medium ferat. quot capita: tot ſenſus. Ordo igitur eſt: O miſer: id eſt dignus miſeratione, uel miſeræ conditionis: ut qui pro mercede tam uili tantopere ſudas. rumpe iecur tuum tenſum: ideſt intenſum. & inflatum ira: ideſt clama & concita te furore & ira uehementi. ut palmæ: ideſt rami palmarum. uirides: ideſt adhuc uirentes & exiſtentes gloria ſcalarum: ideſt quam obtinēt uictores: qui, ut altius uideantur, ſcalis conſcendunt ad altiora fingun tur tibi laſſo: ideſt iam defatigato ad gloriam: ut dixi & refrigerium. Sed audi quod pretium uocis: ideſt tanti clamoris ſit, petaſunculus: ideſt paruus petaſo: ideſt coxa porci ſalita gallice ung iambon de porceau ſale. ſiccus: ideſt fumo & uenuſtate arefactus. aut uas: ideſt fidelia: ut dicit Perſius: hoc eſt uas fictile: aut etiam ligneum. quo nunc utuntur. pelamydum: ideſt thynnorum, ſeu tunnorum linoſorum. gallice hune caque de tonnine qui ſente la bone. aut epimenida quæ ſunt ueteres bulbi: ideſt tales capæ. Afrorum: ideſt quæ in Africa plurimæ naſcuntur. Aut uinum deuectum: ideſt deorſum: hoc eſt Romam aduectum. Tyberi: ideſt per Tyberim: per quod uile quoduis ſignificat. nam pretioſa uina Campaniæ: ut cæcuba, ſentina, & falerna non deuehuntur, dum Romam aduehuntur. eius autem uini erunt ſupple quinque lagœnæ: ideſt parua uaſcula, qualia ruſtici & leproſi ſecum ferunt: ſi egiſti quater. In ſignum ergo ſummæ liberalitatis dabitur una lagœna ultra numerum actionum tuarũ. Et ſi forte ex illis lagœnis: aut loco illarum lagœnarum contigit: ideſt cum ſumma difficultate aduenit tibi unus aureus. inde cadunt partes: ideſt certæ promiſſiones promiſſæ in fœdere: ideſt confœderatione & pactione. pragmaticornm: ideſt quam contraxiſti cum pragmaticis: ideſt aduocatis & iuriſperitis, qui cauſidicis iura ſuggerunt. & ita haud facile emergunt: quorum uirtutibus obſtat res auguſta. diuitibus autem melior eſt conditio. Nam tantum ſupple dabitur Aemilio: ideſt illi diuiti, & bene ueſtito cauſidico, quantum petet: quaſi dicat a nobis, qui pauperes ſumus, dabitur quod defenſi a nobis uoluat: & tamen nos melius egimus ſupple cauſas, ꝙ̃ Aemilius: ſed præfertur Aemilius nobis. enim pro quia: quia currus ahenens: ideſt ex ære factus. huius: ſcilicet Aemilij cauſidici. ſtat in ueſtibulis: ideſt introitibus templorum. alti quadriiuges: ideſt equi quaterni ad iugum trahentes. ſtant ſupple in ueſtibulis aut ipſius Aemilij cauſidici: aut Pauli Aemilij: aut alterius triumphatoris: unde is nomen ducit: quod uerisimilius eſt, ꝙ̃ ut cauſidico currum triumphalem poſitum credamus. atq; ipſe: ideſt ſtatua ipſius Aemilij cauſidici: de quo loquitur nunc: quaſi cætera de prædeceſſoribus eius dixerit. ſedens in feroci bellatore: ſcilicet equo belligero: ideſt dorratus ſtatua equeſtri. minatur eminus: ideſt eminenter & a longe. haſtile curuatum ex uibratione, quam ſculptor ſimulauit. & meditatur: ideſt exercet prælia. ſtatua luſca: ideſt altero oculo capta, aut alterum oculum clauſum habente: non quidem ex uetuſtate ſtatuæ: ſed ex arte inſidentis. uolentes enim aut haſta, aut ſagitta quid contingere, alterum oculum claudunt. Et ſic: ideſt conſimili modo. per diuitias: ſcilicet & gloriam ſtatuæ equeſtres in foro poſitæ. Pedo: ideſt cauſidicus ille. conturbat cæteros: ſcilicet cauſidicos: quibus animoſior eſt. & altius clamat eo ꝙ ditior. & Matho deficit: ideſt ſuccumbit. ſic: ideſt quia pauperes uilipenduntur. Et hic: ideſt conſimilis exitus eſt Tongilli, atq; Mathonis. Nam ſicut Matho deficit propterea ꝙ in pompis oſtendendis pauper effectus eſt. Vnde dicitur in prima Satyra: Cum noua cauſidici ueniat lectica Mathonis. Plena ipſo & cætera: ita & Tongillus (de quo hic dicit) qui ſolet cum diues eſſet. lauari: ideſt lauandus balnea ingredi. cum magno rhinocerote: ideſt cornu rhinocerotis. non contentus gutto uulgari. & qui uexat: ideſt perturbet. balnea: ideſt cæteros: ſcilicet exiſtentes in balneis. turba comitantium lutulenta: ideſt per lutum poſt eum currentium: & qui premit iuuenes Medos: ideſt ſeruos ex Media adhuc fortes: longo aſſere lecticæ ſcilicet: dum portatur ſupple per forum. empturus: ideſt tanquam is qui emere poſſit. pueros: ideſt ſeruos, argentum. ideſt uaſa argentea. & murrina ſupple uaſa. uillas: ideſt domos in agro. Enim pro quia. ſtlataria: ideſt lata ueſtis, quam habet ad modum lati claui: ideſt ueſtis ſenatoriæ. filo tyrio: ideſt ex purpura confecta. ſpondet: ideſt fidem facit ut talia poſſit. & tamen quamuis ii duo per pompas pauperes effecti ſunt. hoc: ideſt ſuperbe ueſtiri, & magnificus uideri. eſt utile ipſis ſupple cauſidicis cæteris. Nam purpura: ideſt ueſtis purpura. uendit cauſidicum: ideſt facit ipſum placidum, & a multis appetibilem. qualem rem omnes emunt pluris ꝙ̃ alias. & amethiſtina: ideſt ueſtimenta uiolacea etiam uendunt cauſidicum. conuenit: ideſt conueniens & utile eſt illis. uiuere & ſtrepitu: ſcilicet comitum. & facie: ſcilicet ueſtimentorum maioris cenſus: ideſt habentium maiorem cenſum. ſed Roma prodiga non ſeruat finem: ideſt modum & rationem impenſæ faciendæ: ideſt non eſt contenta tanto plus expendere in pompis, quanto lucro eſſe poſſunt: quia Matho & Tongillus, eorumq; ſimiles: dum ut plura lucerentur ſeſe oſtentant, pauperes efficiuntur: & ob id uilipenduntur.

Vt redeant veteres, Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, niſi fulſerit annulus ingẽs.
Reſpicit hoc primum, qui litigat, an tibi ſerui
Octo, decem comites, poſt te an ſit ſella, togati
Ante pedes, ideo conducta Paulus agebat
Sardonyce, atq; ideo pluris, q̃ Coſſus agebat,
Quam Baſilus. rara in tenui facundia panno.
Quando licet flentem Baſilo deducere matrem?
Quis bene dicentem Baſilum ferat? accipiat te
Gallia, vel potius nutricula cauſidicorum
Africa, ſi placuit mercedem imponere linguæ.
Declamare doces, o ferrea pectora Vecti,
Cum perimit ſæuos claſſis numeroſa tyrannos.
Nam quæcunq; ſedens modo legerat, hæc eadẽ ſtãs
Proferet. atq; eadem cantabit verſibus iiſdem,
Occidit miſerea Crambe repetita magiſtros.

AN. T. ℭ FIDImus eloquio: oẽs, quos hactenus uidimus, codices Iuue. ſcriptum manifeſtiſſimo habent errore: Vt redeant ueteres. uerum Priſcianus in libro de diuerſis uiſibus omnium rationis partium diſputans de uerbo fido: docet legendum eſſe Fidimus eloquio. hũc enim uerſum allegat. Sæculi autem ſui ſtultitiam notat: cum in cauſidicis diuitię tantum, & non uirtutes conſiderentur. Eſt enim ſenſus: Confidimus nos noſtra eloquentia fore gratos: ac per hoc conductum iri: ſed fallemur. nã ſi Cicero nũc adſit a nemine ducentis nummis conducatur, niſi annulos habeat aureos: niſi in illius manibus inſpecti fuerint annuli pretioſi: quaſi ſoli diuites ſint ſapientes & deſerti. ut oſtendat homines non de ueſtibus: ſed de uirtutibus eſſe cẽſendos. ⁋ Octo ſerui: qui lecticam ferant unde octophorum & exaphorum: quæ ab octo, & ſex ſeruis fertur, appellatur. Martialis lib. ſexto: Laxior exaphoris tua ſit lectica licebit. Idem libro quarto: Cum tibi non eſſent ſex millia Ceciliane: Ingẽti late uectus es Exaphoro. de Octophoro Tranquillus in Caligula: eum enim adeo delicate inceſſiſſe ſcribit: ut octophoro ueheretur. ⁋ Decem comites, poſt te: ideſt clientes qui te ſequantur. ⁋ An ſit ſella: utrum ubi ſedeat, an lectica, qua geſtetur. Nam ſella accipi pro lectica manifeſtum eſt. Iuuenalis in prima Satyra oſtendens: Vacuã & clauſam pro coniuge ſellam. ⁋ Togati ante pedes: ideſt anteambulones togati, qui per ambitionem diuitem præcedebant. Martialis libro tertio: Centum mi ſelli iam ualete quadrantes Anteambulonis congiarium laſſi. Idem: Sum comes ipſe tuus, tumidiq; anteambulo regis. ⁋ Ideo: quia animaduerteret iſtas oſtẽtationes opum eſſe utiles. ⁋ Agebat: cauſam dicebat. ⁋ Sardonyce. onycem ſcribit Plinius lib. 37. cap. 9. gemmam eſſe, cui cum ſarda nomen ſit coniunctum. eſt enim alius lapis. ſcribit etiam Porphyrio onycem, marmoream ampullã ſignificare. Onyci enim candor eſt unguis humani ſimilitudine. Item Chryſoliti & Iaſpidis & Sardæ. unde nominis ſocietas oritur. Sardonycea Ptolemæus a Sardonyce monte Indiæ deriuari tradit. ergo ſardonyce .i. annulo ſardonyce ornato. ⁋ Conducta: nam ueſtes & comites cõducebantur. ⁋ Pluris: maiore emolumento conducitur. ⁋ Baſilus, & Coſſus: nomina pauperum cauſidicorum. ⁋ Rara in tenui facundia panno: non mirum eſt, inquit, ſi Coſſus & Baſilus raro conducuntur ad agendas cauſas. putat enim uulgus ſub ſordido amictu facundiam non habitare: hoc igitur modo poeta hominum ſtultitiam taxat: cum homines de ueſtibus (ut diximus) non ſint cenſendi. ⁋ Quando licet Baſilo: uult oſtendere grauiores cauſas non cõmitti cauſidicis pauperibus: licet ſint diſerti. Eſt enim ſenſus: Quando licet Baſilo deducere matrem ideſt agere cauſam difficilem: ubi maxime ſit iudicum miſeratio captanda per multas matris lachrymas: ideſt mulieris uiduæ, cuius filij circumueniantur. ⁋ Quis ferat: licet, inquit, ſit cauſidicus diſertiſſimus, tamen quia pauper eſt, non auditur a iudicibus, non conducitur a litigantibus. ⁋ Bene dicentem: diſerte dicentem. unde Rhetoricen dicimus eſſe bene dicendi ſcientiam: ideſt bene loquendi. Nam cum orator ſit uir bonus: neceſſe eſt ſemper bene: hoc eſt recte dicat: cum bene dicere non poſſit (auctore Quintiliano in ſecundo) niſi bonus, ut bene dicere ad mores referat. alij uero ad præcepta artis: hoc eſt loqui ſecundum artis præcepta. Eſt enim bene dicere ſecundum Ciceronem in oratore, ſcienter, & perite, & ornate dicere. ⁋ Accipiat te: ſenſus eſt: Si uis, inquit, agendo cauſas lucrari: fac petas Galliam, aut Africam ubi magnis patroni præmijs afficiuntur. ⁋ Declamare doces: miſeretur rhetorum, qui adoleſcentulos per declamationes exerceant ſummo cum labore, & modico emolumento. Eſt enim declamatio (ut inquit Quintilianus libr. 10.) forenſium actionum meditatio. Nam in ſcholis ponebantur certa quædam diſcipulis, quæ themata dicimus: quibus ſic exercebantur: ut domeſtica illa exercitatione ad ueras litium cauſas inſtructiores deſcenderent. Declamationes ante Ciceronem (ut ſcribit Seneca) uocabant theſis: deinde controuerſias & nominarunt, & declamationes. Eſt enim ordo: Tu doctes Vecti expoſitiue pectora ferrea: id eſt patientiſſima declamare. eſt autem interpoſita acclamatio in nimiam patientiam rhetoris qui quotidie tot adoleſcentes & doceat, & audiat. ⁋ Nam quæcunque ſedens: ratio quare ſit patientiſſimus. ⁋ Sedens legerat: ſcilict eclaſſis puerorum. ⁋ Claſſis numeroſa: ſcilicet puerorum declamantium ordo. Claſſis autem dicebatur (ut oſtendit Quintilianus libro primo) diſcipulorum multitudo, quibus in ordinem diſtributis præceptores ſecundum ingenij uires ordinem dicendi dabant. & ita ſuperiore loco quiſq; declamabat: ut pręcedere profectu uidebatur illic ingens palmæ contentio: ducere uero claſſem multo pulcherimum. Nec de hoc ſemel decretũ erat, triceſimus dies reddebat uicto certaminis põteſtatem. ⁋ Cum perimit: tunc, inquit, ſunt ferrea & patientiſſime pectora: cum claſſis numeroſa perimit ſęuos tyrannos .i. cum audis diſcipulos ſe declamationibus exercentes: quibus tyrannorum cædes continentur. Crãbe repetita: Angelus Politianus uir ætate noſtra ſine controuerſia graphice eruditus contendit Crambe legendum eſſe: expreſſumq; eſſe a Iuuenale adagium illud græcum δὶς κράμβη θάνατος: quo ſignificatur bis poſitã Crãben mortem eſſe: eſt enim Crambe (ut oſtendit Pli.) genus braſſicę ut faſtidium: uidelicet ſæpius repetitæ controuerſiæ denotaret: cũ uulgo quoq; recalfacta braſſica iam in prouerbium faſtidij conceſſerit: erit ergo dictum per prouerbium: Declamatio ſępe repetita faſtidio præceptores conficit. Quod ſane prouerbium uſurpari poteſt: ubi aliquid ſæpe repetitum nobis faſtidium gignit. — Claſſis

ℭ VT redeant ueteres & cætera. Probat magnis ſumptibus Romę lucrari oportere: immo ſępe lucrum excedentibus. Cum ne optimo quidem oratori, qualis erat Marcus Cicero quiſquam ducentos nummos dederit: niſi plus in annulis & ſeruis expenderit. Ordo eſt: Demus ut ueteres oratores redeãt, qui longe peritiores erãt, quam nunc ſint. nemo dederit Ciceroni ducentos nummos. Sunt qui uelint ordinem eſſe: Nemo dederit Ciceroni ducentos nummos ad hoc: ut ueteres redeant: ſed non quadrat conſtructio argumento quia iam ponunt Ciceronem eſſe. dic ergo ut prius: Nemo dederit Ciceroni ducentos nummos: niſi annulus ingens: ideſt ualde magnus. refulſerit: id eſt reſplenduerit in digitis eius. is qui litigat: ideſt contendit & litem habet in iudicio. reſpicit: ideſt attendit primum hoc quod ſequitur. an octo ſerui: ſcilicet qui ferant lecticam tuam ſunt ſupple tibi: ideſt an habeas lecticam ab octo ſeruis ferendam: cum mediocrium a ſex: pauperiorum a quatuor ferantur. & an ſint decem comites: ideſt tecum ad ſeruitium tuum euntes poſt te. an ſella ſit tibi in qua pompoſe ſedeas. poteſt intelligi dè ſella in foro poſita: ad quam ſcalis aſcendebant. unde prius: Virides ſcalarum gloria palmæ. an togati: ideſt clientes & ſalutatores ſint tibi ante pedes: id eſt a parte anteriore euntes. quapropter ante ambulones dicuntur. Solent enim domini in medio anteambulonum: id eſt præcedentium. & comitum: id eſt inſequentium uehi in lecticis. Et quia ad pompam litigaturi aſpectant. ideo Paulus cauſidicus illle agebat: ideſt dicebat cauſas. ſardonyce: ideſt tali gemma conducta. atq; pro &. agebat ideo: ideſt carius. pro maiori prætio quam Coſſus: ideſt alius cauſidicus, qui gemmam non habebat in annulo. & ſupple quam Baſilus facundia: ideſt promptitudo bene loquendi. ſupple: id eſt reputatur eſſe rara. in panno: ideſt ueſte. tenui: ideſt paupere & uili. Quando licet: ideſt permiſſum eſt. Baſilo deducere: ideſt ſenatum coram iudicibus & patribus conſcriptis ducere. matrem ſupple rei potius, quam ſuam flentem, ut lachrymis ſuis miſerationem mereatur. quod nõ fit niſi in arduis admodum cauſis: ubi periculum uitæ agitur: hoc eſt igitur quando committitur Baſilo quantumuis facundo. ſed pauperi cauſidico: cauſa ardua in qua cum de uita agatur: proſit matrem flentem deducere: quaſi dicat rariſſime, aut nunquam. Quis ferat: ideſt patia — ASCen.

Quis color,&quod ſit cauſæ genus,atq; vbi ſumma
Quæſtio,quæ veniant diuerſa parte ſagittæ.
Noſſe volunt omnes.mercedem ſoluere nemo,
Mercedem appellas,quid enim ſcio? culpa docētis
Scilicet arguitur,quod læua in parte mamillæ
Nil ſalit arcadico iuueni,cuius mihi ſexta
Quaq; die miſerum dirus caput Hannibal implet.
Quicquid ideſt, de quo deliberat, an petat vrbem
A Cannis,an poſt nimbos,& fulmina cautus
Circumagat madidas a tempeſtate cohortes,
Quātum vis ſtipulare,& protinus accipe,quod do,
Vt toties illum pater audiat,aſt alii ſex,
Et plures vno conclamant ore ſophiſtæ,
Et veras agitant lites raptore relicto,
Fuſa venena ſilent,malus,ingratuſq; maritus,
Et quæ iam veteres ſanant mortaria cæcos.
Ergo ſibi dabit ipſe rudem,ſi noſtra mouebunt
Conſilia, & vitæ diuerſum iter ingreditur
Ad pugnam qui rhetorica deſcendit ab vmbra
Summula ne pereat,qua vilis teſſera venit
Frumenti.quippe hæc merces lautiſſima,tenta
Chryſogonus quanti doceat,vel Pollio quanti
Lautorum pueros artem ſcindens Theodori.

tur. Baſilum pauperem illum cauſidicum. dicentem: ideſt orantem bene:quaſi dicat nemo. Gallia & Africa quæ tunc erant prouinciæ Romanorum: & utraq; nutricula cauſidicorum: quæ nutriuerit.ſ. non genuerit:ſed Romanos illuc miſſos: ut coram prouincialibus cauſas dicant: frequenti exercitatione erudierit. accipiat te ſi placuit mercedem imponere linguæ: id eſt ſi uis lucrari dicendo cauſas, proficiſcere ad Galliam, & Africā. utraq; enim litigioſa eſt etiam hodie. Declamare doces. Cū miſera ſit conditio cauſidicorum: miſeriorem eſſe docet rhetorum, qui cauſidicos & oratores cęteros docent:uſq; adeo ut ferrea uideatur habere pectora quiſquis aut grammaticem,aut rhetoricem docere auſus ſit. Nā qui rem difficillimam, aut periculoſiſſimam attentare audent: ferrea habēt pectora:ut qui primus nauigauit apud Horat. dicentem in primo carminum: Illi robur & æs triplex Circum pectus erat &c. exclamat ergo cōtra Vectiū & quēuis ſimilē qui declamare docēt. Declamare aūt ē de ꝓpoſito themate ad utrāq; ꝑtem probabiliter argumentari: quod rhetores docebant:ſed nō nulli declamatores, quos uulgus prædicatores appellat, dici uolunt: eo quod ſæpe in utrāq; partem argumententur:licet alteram doceant. Ordo eſt: Vecti doces tu declamare .i. in utrāq; partem de quacunq; cauſa argumentari:quod rhetorum officium eſt. o ferrea:ideſt o duriſſima pectora. tu qui talia ſufferre potes. Calderinus uult ut ſit genitiui caſus ſic: Tu docet declamare o ferrea pectora Vectij. mihi placet in uocatiuo conſtrui. cum: ideſt quando. claſſis: ideſt ſchola & congregatio ſcolaſticorum uni rei uacantium. numeroſa ideſt in magno numero conſtituta. perimit: ideſt perimendos probat declamādo:ſcilicet ſæuos tyrannos: ideſt crudeles uiros regnū per uiolentium occupantes. quod thema omnium uulgatiſſimum erat. Claſſes olim (ut docet Liuius) inter milites romanos quinque erant. erat autem cōgregatio ad unum officium uocatorum: quia autem diſcipuli tyrones: ideſt noui milites literarum ſunt: ideo eorum congregationes quæ loca quidam uocant, claſſes dicuntur. Nihil dico de quibuſdam,qui expoſuerunt ſic: Cum claſſis numeroſa permittit ſæuos tyrannos: ideſt rhetores & ludi magiſtros. qui (ut Martialis docet) ferulas pro ſceptris habent. unde tyranni a crudelitate feriendi dicti ſint: uel quia Dionyſius tyrannus Siciliæ ludi magiſter effectus eſt. quid enim hæc ad ſententiam poetæ: profecto eiuſmodi ſunt commenta qualia Politianus capite. 33. Domitium de Crambe afferre docet. uidentur autem inducti ad talem ordinem conſtruendum:propter illud nam: quod ſequitur. quod referunt ad uerbum perimit. ut ſit:Perimit inquam tyrannos: ideſt occidit præceptores ſæuos. nam pro quia. quæcunq; &c. cum potius referatur ad illud: O ferrea pectora Vecti Cum perimit. Nam ordo eſt (ut dixi) O ferrea pectora tua Vecti, quę non rumpuntur tunc præcipue dum numeroſa claſſis ſcholaſticorum perimit ſæuos tyrannos. probat ueriſimiliter ipſos eſſe perimendos. nam quæcunq; ea claſſis ſedens ſub præceptore legerat modo dictata a magiſtro: eadem ipſa ſtans ante magiſtrum. proferet: ideſt pronūciabit: quod ineruditorum eſt: quæ nondum ipſi conficiebant declamationes: ſed confectas a præceptoribus debite pronnnciare diſcebantur. unde addit. & ipſa claſſis numeroſa cantabit: ideſt concinne pronunciabit:eadem ſup. dictata magiſtri de tyrannis occidendis. atque ijſdem uerſibus: ideſt comatis & periodis:hoc eſt eodem numero uerborum pauſando & diſtinguendo & ita Crambe repetita:id eſt eadem declamatio toties a diuerſis recitata. occidit miſeros magiſtros ſicut Crambe: ideſt braſſica amarior ſæpe recocta, & repoſita miſeris ea ueſcentibus: quaſi mors eſt. ſicut. 4. Regu. 4. propter amaritudinem dictionis clamatū eſt: Mors in olla uir Dei. unde grę cum, inquit Politianus, prouerbium eſt: dis Crambe athanatos: ideſt bis Crambe mors ſupple eſt, quaſi qui bis eandem decoctionem herbarum amariuſcularum comedit:ita excrucietur:utqui moritur unde non eſt hic Crambe nomen declamationis a loco ſumptum ſed braſſicæ: quo utitur poeta:ea figura, qua rem pro ſimilitudine rei uſurpare poetæ ſolent: ſicut enim in. 1. Satyra: Actoris Arū ci ſpolium poſuit pro ſimilitudine inter ſpolium Actoris, & ſpeculum Othonis: quia utramq; prore glorioſa auferebat:ita hic Crābē ꝓponit ſimilitudine ꝙ eſt inter Cramben ſæpe antepoſitā & declamatationem eandem toties repetitam: quia utraq; enecat & occidit tædio. Male mœrebens de me lector, ſi prolixitati meæ iaſceris, doceo enim rudes, qui uix hęc intelligent ſcio. Omnes uolunt noſſe: id eſt cognoſcere.

Declamare

¶ QVIS color: ordo eſt: Omnes uolunt noſce quis color, & quod ſit genus cauſæ & cæter. ¶ Quis color: uolunt, inquit, diſcipuli noſcere omnia quæ pertineant ad declamationum exercitationem, & quis ſit color qui in declamationibus quæritur. de quo ſuperius diſſeruimus: Dic Quintiliane colorem: hoc eſt quæ ſit ratio excuſans factū. Nam color (ut diximus ante) eſt ratio quæ factū excuſat. ut Oreſtes cum fatetur ſe occidiſſe matrem, niſi attulerit facti rationē, peruertit defenſionem: ergo affert rationem, quæ niſi intercederet, ne cauſa quidem eſſet. Illa enim, inquit, patrem meum occiderat: ergo ratio ea eſt quæ continet defenſionem ſine qua cauſa non conſiſteret. Inuenta ratione, firmamentum quærendum eſt. i. quod accuſationem continet, & quod affertur contra rationem defenſionis hoc modo. Cum uſus fuerit Oreſtes ratione hoc pacto, iure occidi: illa enim patrem meum occiderat: utetur firmamento accuſator hoc modo. Sed non abs te occidi, neq; indemnatam pęnas pendere oportuit. Ex ratione defenſionis, & ex firmamento accuſationis iudicij quæſtio naſcatur oportet, quam iudicationem appellamus. Cum ergo poeta ait: Quis color: intelligit quæ ratio ſit rei. Cum ait: Quę ueniant diuerſa parte ſagittæ: firmamentum intelligit: quod affertur contra rationèm defenſionis. ꝙ ideo appellat ſagittas: ꝙ eo quaſi acutis ſagittis reus urgeatur. ¶ Genus cauſæ: an demonſtratiuum, an deliberatiuum, an iudiciale, aut cauſæ genus honeſtum, turpe, dubium, humile admirabile. Cauſa autem eſt (ut finit Apollodorus) negocium omnibus ſuis partibus ſpectans ad queſtionem: aut cauſa negocium: cuius finis eſt controuerſia. ¶ Sūma quæſtio: in cauſa plures poſſunt eſſe quæſtiones: ſed ſumma illa appellatur: unde ſummus naſcitur ſtatus, & in qua res maxime uertitur: quam aliqui (auctore Fabio) generalem quæſtionem, uel caput generale appellauerunt. ¶ Quæ ſagittæ: ſumptum a ſagittarijs: ideſt quod ſit firmamentum: quod ab accuſatore affertur (ut diximus) ad euertandam rationem defenſionis: aut reuera intelligit firmiſſima argumenta, grauiſſimaſq; accuſationes. ut illud: Nunc etiam audes in horum conſpectum uenire proditor patriæ: proditor in quam patrię uenire audes in horum conſpectum. Vehementer enim aduerſarium urget, feritq; quaſi aliquod telum ſæpius per ueniat in eādem partem corporis. ¶ Mercedem appellas: uerba ſunt poetæ ad rhetorem: id eſt ſi laboris tui mercedem petis, diſcipulus reſpondet: Quid ſcio? ¶ Culpa docentis Scilicet: ſtatim, inquit, accuſatur magiſter cum ad diſcendum tardus ſit diſcipulus: ideo ironicos pronunciatur. ¶ In læua parte ubi ſedes eſt cordis, unde omnis eſt intellectus. nam (ut auctor eſt Plinius libro undecimo) cor homini eſt tantum infra læuam papillam, cum in cæteris animalibus in medio pectore ſit. ¶ Nil ſalit: nihil ſapientiæ ſit.

Nam

Nam nonnulli philoſophorum in corde (ut ſcribit Fulgentius) ſapientiam eſſe dixerunt. Sed hoc uerbo ſalit ad id reſpexit, quod cordi præcipuus eſt calor, & palpitatio. Nam (ut ſcribit Ariſtoteles de natura animalium) cor homini animalium uni palpitat: quia homo ſolus ſpe rei futuræ, expectationeq; moueat. ¶ Arcadio iuueni: ideſt tardo, & aſinino. Nã in Arcadia optimi progenerantur: ut apud Perſium docuimus illic: Vt Arcadiæ pecuaria rudere credas. quod alij ſentiant iuueni arcadico: id eſt nobili: quod Romani ab Euandro rege Arcadiæ originem duxerint, proindeq; in teſtimonium originis antiquæ in calceis Lunam geſtarẽt (ut docet Plutarchus) non probo. hinc enim exit indignatio: quod inique præceptor accuſetur: cum aſinus doceri nequeat: quaſi in poteſtate præceptoris ſit etiam tardo, & aſino uirtutis cognitionem ingerere. Sicq; poeta oſtendit ſterilia nullo labore uinci. Poſſumus etiam & melius per iuuenem arcadicum intelligere, rudem & imperitum. Conſtat enim Arcades rudes eſſe & agreſtes, unde Philoſtratus libro octauo ſic ſcribit: Non enim exteris Græcis ſapientiores ſunt Arcades: ut aliquid pluſquam alij in extis oſtendant: immo uero rudes ſunt, atq; agreſtes, & ſuibus ſimillimi: cum ob alia multa, tamen quod arborum fructibus ut plurimum turgent. unde prouerbiũ eſt apud græcos ἀρκαδικὸν βλάστημα ideſt arcadicum germen. ¶ Sexta Quaq; die dirus Hannibal implet caput miſerum: ordo eſt: Cuius Hannibal dirus implet mihi caput ſexta quaq; die, quicquid id eſt, de quo deliberat. ut ſit ſenſus: Cuius ſuaſoria de Hannibale ſexta quaq; die mihi non ſine magna animi moleſtia & faſtidio audienda eſt. Nam in ſcholis rhetorum præter declamationes controuerſias, ſuaſoriæ quoq; proponebantur diſcipulis, in quibus ſe exercerent. Talis ergo ſuaſoria erat de Hannibale. Deliberat Hannibal an poſt uictoriam Cannenſem ducat exercitum ad urbem, Maherbale præfecto equitum ſuadente, pollicenteq; ei cœnam in Capitolio die quinto. Et an relicta urbe, quam armis premebat, reducat copias in Appuliam, repulſus bis ab imbre, cum eſſet ad tertium lapidem. ¶ Circum agat: ideſt reducat. Silius: Cunctantem & uana minantem Circũagit, caſtriſq; ducem ſuccedere cogit. ¶ A tempeſtate: nam duplici tempeſtate cum iam ad tertium lapidem exercitum duxiſſet, repulſus eſt: ut ſcribit Liuius. ¶ Quantum uis ſtipulare: uerba ſunt diſpenſatoris diſcipulum præceptori tradentis: ideſt pete & roga Columella: Fœnoris tui Siluine, quod ſtipulanti ſpoponderam, tibi reliquã penſiunculam percipe: unde & ſtipulatio eſt uerborum conceptio: quibus is qui interrogatur, daturum, facturumue id quod interrogatus eſt reſpondet: ut das ne capram ſanam? do. ¶ Protinus accipe quod do: ideſt tantum cape quantum tecum paciſcor, & quantum teneor dare ex conuentione noſtra. ¶ Vt toties illum: accedebant enim patres ad magiſtros, cum filij in ſcholis declamarent. Perſius: Atq; oculos memini tingebam paruus oliuo: Grandia ſi nollem morituri uerba Catonis Diſcere: ab inſano multum laudanda magiſtro: Quæ pater adductis ſudans audiret amicis. Audiebantur autem certis diebus: modo dixit poeta: Quaq; die ſexta. unde ita Quintilianus in decimo: Obſtat huic frequens turba diſcipulorum: & conſuetudo claſſium certis diebus audiendarum: non nihil etiam perſuaſio patrum numerantium potius declamationes, quam æſtimantium. ¶ Aſt alij ſex Et plures: hæc a poeta cum indignatione & miſeratione quadam proferuntur: ut ſit ſenſus: Grauis pfecto labor eſt, exigua aũt merces docẽtiũ declamare. & multi tñ id muneris obeunt. uerum multi alij ex ijs intelligentes in huiuſmodi munere docendi tenuem eſſe quæſtum relictis declamationibus quæ in ſcholis & locis priuatis exercebantur: in forum deſcendunt: ubi agant ueras cauſas: ſed melius, inquit poeta, ſibi conſulerent, ſi alium uiuendi tramitem ingrederentur. ¶ Alij ſex Et plures: id eſt multi. ¶ Sophiſtæ: Sophiſtæ apud antiquos idem fuere qui rhetores & declamatores dicuntur. uerum poſtea cœpti ſunt dici, qui artem deceptoriam, quæ ſophiſtice dicitur, exercen. unde & Boetius interpretatur ſophiſticen cauillatoriam. Quintil. lib. 11. oſtendit & antiſophiſtas declamatores fuiſſe his uerbis: Vrbane Flauius Virginius interrogauit de quodam ſuo antiſophiſta: quot millia paſſuum declamaſſet. Antiſophiſtæ autem dicuntur inter ſe concertantes. nomen compoſitum ex ἀντί: quod eſt contra: & σοφιστής. Cice in academicis ait: Sophiſtas appellari, qui oſtentationis, aut quæſtus cauſa philoſophantur qui fallacibus concluſionibus utuntur. unde ſophiſmata (eo auctore) fallaces concluſiunculæ appellantur: cui ita aſtipulatur Plato in libro qui inſcribitur Sophiſta: Sophiſta, inquit, eſt qui in ſermonibus contradicere ſibi ipſi diſputantem cogit: qui & iconici pars eſt ab imitatore opinoſo ueniens: phantiſtici item generis ab imaginaria facultate profluens: non diuinæ, ſed humanæ effectionis determinata progeniens: ex eorumq; numero, qui uerbis quaſi quibuſdam præſtigijs mirum in modum decipiunt auditores: Idem in eodem ait: Sophiſta præſtigiator, & imitator quidam eſt dicendus. unus quidem eſt ex ijs, qui allucinationibus & præſtigijs fallunt. ¶ Vno ore: uno modo: cum omnes idem agunt: ut conferant ſe ad agendas ueras cauſa. ¶ Raptore relicto. i. declamatione omiſſa de raptore. i. ſtupratore. Nam in ſcholis talis proponebatur declamatio: Rapta raptoris aut nuptias indotatas, aut mortem optet. una nocte quidam duas rapuit: altera mortem optat, altera nuptias. Hanc tractat Seneca in. 1. declamationum. Item alia eſt declamatio: Rapta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet. Rapta producta nuptias optauit. Iuuenis raptorem ſe negauit. Cõuictus eſt, illa mortem petijt, raptor contradicit. ¶ Fuſa uenena ſilent. i. declamatio omittitur: ubi actio eſt ueneficij: qualis ſeptima eſt declamatio apud Senecam libr. 3. de ueneno dato filio furenti: quæ ſic incipit: Filio furenti, & ſua membra lanianti pater uenenũ dedit. Accuſatur ab uxore malæ tractationis, unde ſequitur malus ingratuſq; maritus. poteſt etiam ingratus maritus ita exponi: ut intelligamus aliam declamationem: quæ eſt huiuſmodi: Torta a tyranno uxor, nũq d de uiri tyrannicidio ſciret, perſeuerauit negare: poſtea eius maritus tyrannum occidit. Intra quinquennium non parientem nomine ſterilitatis dimiſit, agit illa ingrati. ¶ Et mortaria ſubaudi a ſuperiore ſilent. i. declamatio ommittitur filij conterentis in mortario medicamenta ad ſanando cæci patris oculos: quæ nouerca uenena eſſe dixit: & pater credidit: teſtamentumq; mutauit. Ait ergo poeta tales declamationes a ſophiſtis relinqui. & ueras cauſas agi. ¶ Dabit ſibi rudẽ: imponet ſibi finẽ agendi cauſas in foro. eſt autem rudis uirga, qua donabantur gladiatores: cum miſſionem artis impetrabant. auctor Priſcianus. Horat. Spectatum ſatis & donatum iam ruda quæris Mecœnas iterum antiquo me includere ludo. Et ſupra: Accepta rude cœpiſſet Veiento uideri. Oui. Et me donari Iam rude tempus erat. Eiuſdem fit mentio apud Cice. in ſecunda Antonianarum: Tam bonus gladiator rudem tam cito accœpiſti. inde Rudiarij, qui artis gladiatoriæ impetrarunt. quo uocabulo utitur Tranquillus in Tiberio. Rudem tamen Cato in re ruſtica generaliter capit pro uirga. ut illic: Duabus rudibus uerſato. inde per diminutionem rudicula. ¶ Diuerſum: contrarium ſuperiori. ¶ Ab umbra rhetorica: a declamationibus, quæ in ſcholis agũtur. ¶ Ad pugnam: ad uerum certamen. i. ad ueras lites, & cauſas forenſes. ¶ Summula ne pereat: hæc uidetur eſſe ratio, quare in forum deſcendat ad agendas ueras cauſas: ne ſumma. ſ. & cenſus decreſcat propter quem teſſeram habuit frumentariam. appeteret teſſerã dari conſueuiſſe pro qualitate cenſus. dabatur autem populo pro teſſeram frumentum. Tranquil. in Auguſto: Ac ne plebs frumẽtationum cauſa frequentius a negocijs auocaretur, ter in anno quaternorum menſium teſſeras dare deſtinauit. Dabantur & pecuniæ per teſſeras. Tranquil. in eodem: Frumentumq; in annonæ difficultatibus ſæpe leuiſſimo, interdum nullo pretio uiritim admenſus eſt, teſſeraſq; nummarias duplicauit. Teſſera etiam erat præceptum ducis, quo uel ad aliquod opus, uel ad bellum mouebatur. Vegetius auctor lib. 6. ca. 7. Virg. It bello teſſera ſignum. ¶ Quippe hæc merces lautiſſima: ironice. i. hæc eſt merces ampliſſima quæ datur Romæ. ¶ Tenta Chryſogonus quanti doceat: inquire, & inueſtiga quãti citharœdi filios nobilium doceant fidibus. ut oſtendat longe uberius eſſe citharœdorum lucrum, q̃ ſophiſtarum & cauſidicorum. Sic igitur poeta ſui temporis cæcitatem & ſtultitiam notat: cum ſtudia literarum arti muſicæ poſtponantur: paruoq; in pretio habeantur quod & Martialis notat libro. 5. Artes diſcere uult pecunioſas: Fac diſcat citharœdos, aut choraulas. ¶ Chryſogonus: de hoc & Saty. 6. Chryſogonum cantare uetent. fuit enim citharœdus. ¶ Pollio: de eo illic diximus: An Capitolinam deberet Pollio quercum. eſt autem nomen citharœdi. oſtendit igitur citharœdos maiorem ex laboribus ſuis mercedem conſequi, q̃ rhetores. Tenta igitur ait . i. ſi tentare uolueris: inuenies eorũ mercedem eſſe maiorem. ¶ Pueros lautorum: filios diuitum, & primorum. ¶ Scindens: lacerans & deridens. nam Pollio, inquit, deridet artem Rhetoricam: cum plus ipſe lucretur in arte ſua. Scindere enim eſt contumelia uerborum lacerare. Tranquillus in Auguſto: Antonio honorifice ſalutato Auguſtum ſæuiſſimo conuicio coram proſcinderunt. ¶ Theodori: hic eſt de quo Quintilianus ſic lib. tertio: Theodorus Gadareus qui ſe dici maluit Rhodiũ, quem ſtudioſe cũ i eã inſulam ſeceſſiſſet, dicitur Tiberius audiuiſſe. de hoc meminit & Tranquillus in Ti

Rudis

Teſſera

Scindere

berio. docuit autem Rhodi pręcepta rhetorices per id tempus, quo Tiberius Rhodum secessit: ubi circa scholas & auditoria professorum assiduus fuit, & in primis Theodorum audiuit. Gadareus (Gadares) autem dictus est a Gadaribus ciuitate Syriæ, quam Iudæi sibi uendicarũt. Vnde & Strabo cum de Gadaribus loqueretur ait: Hinc fuit Theodorus orator, qui ętate nostra uiguit. Strabo autem scribit se temporibus Tiberij floruisse. Theodori etiam cuiusdam Gadarei meminit & Iosephus libro primo belli Iudaici. Incertum autem an hunc intelligat. Nicetes & Hibracas & Theodorus & Plusio nobilissimi artis rhetoricæ græci præceptores habiti sunt, quo tẽpore Augustus bellum gessit aduersus Antonium & Cleopatrã. Eusebius auctor.

ipsis itidem promiserat: sed nihil soluerat: & ideo agitant ueras lites idest non fictitias sicut in scholis. & hoc raptore: idest themate de raptore relicto: in scholis, scilicet idest non docent in causa ficta, quo modo contra raptorem uirginum declamandum sit. & uenena fusa silent: idest non loquuntur illic de causa fictitia alicuius, qui uenenum dicitur infudisse, malus & ingratus maritns: idest declamatio de marito ingrato & male tractante coniugem: ut qui inique percussit, aut exegit eam sup. silet: idest nulla fit de ipso a rhetoricis, siue sophistis mẽtio. & mortaria: idest declamatio de mortarijs: in quibus filius se contriuisse asserit medicamina: quæ sanant ueteres cæcos: idest oculos patris uetustate cæcutiẽtis, cum nouerca dicat ea uenena fuisse supple silent. Ego dicit poeta: si nostra consilia mouebũt ipsum rhetorem: ipse dabit sibi rudem idest uirgam: qua habita emeritus sit: idest non amplius tali officio uocãs: hoc est dimittet omnino artem rhetoricam. & ingreditur genus uitæ: id est modum uiuendi diuersum sup. a rhetorica professione. is inquam donabit sibi rudem: & ingredietur diuersum genus uitæ: qui ab umbra rhetorica: id est a simulata actione, quę quasi umbratica est descẽdit ad pugnam: idest ad ueram actionem: & ad ueram litẽ. ne summula: idest minima summa pecunię promissæ in mercedem. pereat: idest nõ restituatur sibi. qua: scilicet summula. i. pro qua. tessera. i. signum quo certa mẽsura, aut certus numerus frumenti ipsum a diuitibus habentibus dabatur: sicut habentibus signum plumbeum canonicorũ portio canonica datur. accipitur ergo pro mẽsura: ut sit. qua tessera: idest certa & modica mẽsura uilis frumenti. uænit: idest uenditur. quippe: quia certe hæc merces, quæ ascendebat ad ualorem tesseræ. erat lautissima: idest lautissimi patris. Tenta. si non credis mihi: conare exposcere supple tantum pro mercede: quanti: id est quanto pretio uel quanta mercede. Chrysogonus: idest fidicen aut citharœdus ille, uel quanti Pollio citharœdus alter scindens: idest annihilans uel irridens artem Theodori. i. rhetoricam, quam Theodorus docuit. doceat pueros lautorum: idest munde & laute uiuentium: quasi dicat id frustra feceris: quia nemo tantum pro eruditione filiorum, quantum pro rebus inutilibus expendit: quod in sequentibus docet.

Balnea sexcentis, & pluris porticus, in qua
Gestetur dominus quoties pluit, an ne serenum
Expectet? spargatq; luto iumenta recenti?
Hic potius. namq; hic mundæ nitet vngula mulæ.
Parte alia longis Numidarum fulta columnis
Surgat, & algentem rapiat cœnatio Solem.
Quanticunq; domus, veniet qui fercula docte
Componit, veniet qui pulmentaria condit.
Hos inter sumptus sestertia Quintiliano
Vt multum duo sufficient, res nulla minoris
Constabit patri, q̃ filius. vnde igitur tot
Quintilianus habet saltus? exempla nouorum
Fatorum transi, felix, & pulcher, & acer,
Felix, & sapiens, & nobilis, & generosus
Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ,
Felix, orator quoq; maximus; & iaculator.
Et si perfrixit, cantat bene. distat enim, quæ
Sidera te excipiant modo primos incipientem
Edere uagitus, & adhuc a matre rubentem.
Si Fortuna volet, fies de rhetore consul,
Si volet hæc eadem, fies de consule rhetor.
Ventidius quid enim? quid Tullius? an ne aliud, q̃
Sidus, & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos,
Felix ille tamen, coruo quoq; rarior albo.
Pœnituit multos vanæ, sterilisq; cathedræ,
Sicut Thrasymachi probat exitus, atq; Secundi
Carinatis, & hunc inopem vidistis Athenæ
Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas.

ASCen. ℂ QVIS color: idest quę ratio sit afferenda reo ad recusandum depellendi criminis causa. & q̃d sit genus causæ an demonstratiuum: an deliberatiuum: an iudiciale. triplex enim esse Cice. docet. atq; ubi: idest in quo. consistit supple summa quæstio: idest status. an: scilicet in coniectura: an in diffinitione: an in æquitate. & quę sagittæ: idest quę obiectiones, aut responsiones acres ueniant a parte diuersa: idest colligatoris. Manci. de firmamẽto exponit: sed nemo uult sup. soluere mercedem. i. pretium laboris. Quod uerbum uidetur esse præceptoris ad discipulum. unde respõdet unus discipulorum Appellas tu mercedem. i. pretiũ quod meruisti: quasi dicat id iniquissime facis. quid enim scio: quasi dicat nihil. Si ergo nihil me docuisti, nihil meruisti: & ita nihil mercedis tibi debetur. Vnde addit poeta: scilicet. i. quia certe, & per indignationem. culpa docentis. i. doctoris arguitur. i. reprehenditur. Vel sint uerba præceptoris ad discipulum. quod propterea mihi nõ displicet: quia statim dicet: Cuius mihi &c. quasi sint uerba rethoris. & ita ordo erit. s. culpa mea docentis. arguitur: quia nihil salit sup. tibi iuueni arcadico &c. ꝙ. i. qa. nil sup. uiuacis & calidi sanguinis: unde ingenij & animositatis uis est. salit iuueni arcadico. i. asinino magnũ cor habenti. multi enim asini & sane magni in Arcadia sunt. nihil autem ad disciplinam asino tardius. in læua parte mamillæ. i. in præcordijs. unde Virg. Geor. 2. Sin has ne possim naturæ accedere partes Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis & cæt. cuius sup. iuuenis Hannibal dirus. i. declamatio de Hannibale, qui dirus erat Romanis. implet mihi: idest cuiuis præceptori caput quaq; sexta die. imperiti dicunt omni sexto die. uel de sex diebus semel, aut uno. Implet inquam audiendo, scilicet quicquid: idest de quocunq; deliberat Hannibal. an petat: id est petere: hoc est adire debeat urbem: udielicet Romam. a Cannis: idest ab illo uico ubi plurimos Romanos fuderat. an ipse cautus: idest callidus & uafer. circumagat: idest per circuitum reducat cohortes: idest milites suos in cohortes distributos. madidas: idest humidas. a tempestate: idest propter tempestatem pluuiosam. post nimbos & fulmina: idest post imbres quæ ingruerant. O Rhetor inquit poeta. stipulationem pete a me quantum uis. & accipe protinus quod do tibi: quia statim dabo quo petieris. pater discipuli tu audiat illum toties declamantem: quasi dicat tam fastidiosum id erit: ut quauis mercede constituta efficere non queas. Vel sint uerba patris ut sit ordo: Pater discipuli tui ut audiat illum toties declamantem: dicet tibi: stipulare quantum uis. & accipe quod do tibi: hoc est plurima promittet tibi. Ast: idest sed. sex & plures alij sophistæ: idest rhetoricam docentes. clamant uno ore contra patrem, qui tibi talia promisit: &

ℂ BALNEA sexcẽtis: sensus est: Non cunctabũtur diuites Romani & balnea & alia ædificia summis impensis erigere. circa autẽ filiorũ eruditionẽ erũt parcissimi. (IO A... B RI...) Balnea sexcẽtis. s. sestertius. s. extruũtur a diuitibus: nec eiusmodi parcũt impẽsis. Vnde Seneca ad Lucil. At nunc quis est, qui sic lauari sustineat, paup sibi uidetur & sobrius: nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserũt: nisi Alexandrina marmora numidicis crustis distincta sunt: nisi illis undiq; operosa & in picturę modũ uariata circũlitio ꝑtexit: nisi uitro abscõdit camera nisi thasius lapis quõdã rex in aliquo. spectaculũ tẽplo piscinas nostras circũdedit: in q̃s multa sudatione corpora exaiata demittimus: nisi quã argẽtea epitonia fuderint: & adhuc plebeias fistulas loquor. Quid cũ ad balnea libertinorũ puenero? quantũ statuarũ? q̃tum columnarũ est? nihil sustinentiũ, sed in ornamentũ positarũ impensæ causa? q̃tum aquarũ per gradus cum frigore labentium? In qua gesteur dñs: tãta erat urbis luxuria: ut porticus haberẽt & loca, q̃s gestationes appellauere: in qbus æstiuo, pluuioq; tpe ad amęnitatẽ, uel gestarẽt a seruis, uelueherẽt a iumẽtis. de qb⁹ sic (Gesta...) Pli. Iunior ad Caniniũ Rufũ: Quid agit Euripp⁹ uiridis & gẽmeus:

quid

quid subiectus & seruiens lacus?quid illa mollis & tam frigida gestatio?Idem Apollinarem : Ambit hunc ambitio pressis, uarieque tonsis uiridibus, inclusa ab ijs gestatio in modum circi, quæ buxum multiformem huiusmodi & recētes manu arbusculas circuit. Sidonius de gestatione sic meminit:Prædiorum ijs uilla contermina,domicilia uicina,quibus interiecta gestatio lassat peditem, nec sufficit equitaturo. Gestatio item alia significatione accipitur pro portione scilicet. Seneca in secundo libro epistolarum: Gestatio & corpus non concutit, & studio non efficit: possis legere: possis dictare:possis loqui:possis audire. quorum nihil nec ambulatio uetat fieri &c.¶ An ne serenum Expectet:luxuriæ Romanæ per ironiam insultat:debet ne,inquit,spectare donec serenat, quo minus gestetur.¶ Hic potius:scilicet gestetur in porticu.¶ Parte alia magnificentiam pariter & luxuriam urbis ostendit:ubi porticus columnis marmoreis,& ijs numidicis ædificabantur.M. Lepidus Catulli in consulatu collega primus omnium (ut scribit Plin.libr.36.) limina ex numidico marmore in domo posuit magna reprehensione. id autem erat uariatum maculis purpureis.unde Statius in Siluis : Sola nitet flauis Nomadum decisa metallis Purpura. ¶ Surgat:surgere

tio uideas.¶ Cœnatio:locus ubi cœnabant.quod triclinium Græci appellant. Plini.Iunior: Iunctaq; ei quotidiana, amicorumq; cœna-

acu tio:hoc est locus ubi cœnabant. Idem etiam cœnaculum dicebatur sed postquam (ut scribit Varro) in superiore parte domus cœnitare cœperunt,superioris domus uniuersa cœnacula sunt appellata. unde in sequentibus : Rarus uenit in cœnacula miles. ¶ Solem algentem:hoc est ut habeat lumen ab Sole hyberno ita, ut possit eā hyberni Solis totus propemodum cursus hilarare. Nam antiqui pro temporum & regionum qualitate ædificia (ut docent Vitruuius,Palladius,& Columella) erigebant:ut fenestræ æstiuo tempore ad septentrionem uergerent, Solem auersarentur:hyberno uero Solem caperent.unde Plin. Iunior ita scribit de domo sua Nouocomensi:Incipit porticus ante medium diem hyberna, inclinato die æstiua,hac adeuntur dietæ duæ,quarū in altera cubicula quatuor, altera tria:ut circuit Sol, aut Sole utuntur,aut umbra. De positione ædificij sic Columella in primo: Vrbana rursus in hybernacula & æstiua sic digeratur: ut spectent hyemalis temporis cubicula brumalem orientem,cœnationes æquinoctialem occidentem.Rursus æstiua cubilia spectent meridiem æquinoctialem, sed cœnationes eiusdem temporis prospectent hybernum orientem.¶ Quanticunque domus:non minoris,inquit,conducetur coquus, quā domus extruetur illa marmorea:quasi dicat in ædificijs extruendis,parandisq; coquis & epulis grandem pecuniæ summam non uerebuntur impendere:sed magistris qualis fuit Quintilianus, exiguam sane mercedem dabunt.Nam (ut scribit Plin. libro.9.) coqui triumphorum pretijs parabantur, & coquorū pisces:nullusq; prope iam mortalis æstimabatur pluris, quam qui peritissime censum domini mergeret.Coquos autem in seruitijs habebant : cum antea eos ex macello (ut docet Plin.) conducere consueuissent. Liuius de bello macedonico: Tum coquus uilissimum antiquis mancipium & æstimatione & usu in pretio esse cœpit:& quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta.¶ Pulmentaria:græci uocant obsonia: quæ nos pulmentaria a pulte (ut scribit Plin.) denominata, qua uice panis mul

ent tis annis usi fuere Romani.¶ Pulmentaria cōdiat:uersus est hyper meter sicut illud Virgilius:Hęc finis fandi solio cum Iuppiter aureo. ¶ Hos inter sumptus:idest inter tales sumptus.¶ Vt multum:ut magnum pretium. ¶ Vnde igitur tot: uerba poetam interrogantia. Si romani,inquit,tam parci sunt erga præceptores:unde igitur Quintilianus est tam locupletatus?Nam Romæ.xxiii. annis rhetoricem pfessus est,ut ipse tradidit, primusq; mercedem publicam meruit. Ex Hispania a Galba (auctore Eusebio) ductus est, a Mar.laudatur hoc epigrammate: Quintiliane uagæ moderator summe iuuentæ Gloria romanæ Quintiliane togæ &c. ¶ Saltus:tantum soli.unde Saltuarij, quos nunc camparios uocant. ¶ Exempla transi: uerba sunt poetæ respondentis Quintilianum esse prętereundum tanquam unicum felicitatis exemplum:ac si dicat nullum alium inuentum:qui ex liberalibus studijs sit locupletatus.¶ Nouorum fatorum nouæ felicitatis, quam ipsa fata tribuere Quintiliano, ut esset diues. ¶ Felix:beneficio,inquit, fortunæ factum est, ut in Quintiliano omnia agnoscerentur, quæ in fortunato homine conueniunt esse. ¶ Felix:quasi cui fortuna aspirauerit:quod ter est repetitum: ut latenter innuat tantam felicitatem non tam doctrinę, quam fortunæ beneficio esse assequutum.unde sequitur:Si fortuna uolet.¶ Pulcher:iucundus aspectu:aut politus & mundus:ut ad stilum referas.

¶ Acer:ad dicendum.¶ Sapiens:eruditione multa.¶ Generosus: est qui magni & longi est generis.¶ Subtexit Lunam:nobiles Romani lunatis calceis utebantur.Martialis libro primo: Lunata nusquā pellis,& nusquam toga.Statius in Siluis ad Crispinum: Primaque patricia clauat uestigia Luna. Cuius rationē Plutarchus in problematis longa disputatione ostendit: Quid est quod qui nobilitate præstare uidentur, Lunulas in calceis ferunt, an (ut dicit Castor) si- Lunati
gnum est eius quæ in Luna esse dicitur habitationis, & q̄ post mor- calcei
tem animæ rursus Lunam sub pedibus habebunt, an q̄ Arcades, qui cum Euandro in Italiam uenerunt proselenes appellati: hoc est antelunares, eo calcei genere uterentur. omitto reliqua quæ apud Plutarchum legi possunt. Alij tradunt romanos calceis lunatis esse usos instituente id Numa Pompilio:qui calceis senatorum C literā, quæ centum significat,inscribi iussit: ut per eam sese e numero centum patrum admonerentur.hanc postea a similitudine, Lunæ effigiem esse dixere:& ob id lunatos calceos appellatos.¶ Nigrę alutę: nigros fuisse calceos ex eo carmine Horatij datur intelligi in Satyris : Nam ut quisq; insanus nigris medium impedit crus pellibus. ¶ Alutæ.i.calceo. appellatione alutæ intelligimus omnem pellem Aluta
tenuem,& mollem.¶ Orator:dicendi peritus.¶ Iaculator qui argumentis suis tanquam telis aduersarium urgeat.¶ Et si perfrixit,cantat bene:adeo, inquit, fortuna Quintiliano aspirauit:ut etsi raucus esset nimio frigore,tamen bene canere diceretur.¶ Perfrixit:præteri- Perfrige
tum est a perfrigeo. illum autem diximus perfrixisse, qui nimio fri- re
gore sit factus raucus.Mart.lib.3. Perfrixisse tuas quæsta est præfatio fauces. ¶ Distat:differt. ¶ Quæ sidera te excipiant.i.qui siderum aspectus in ortu tibi affulserit.Creditum enim est ex astrorum motu futura cognosci,& nascentibus hominibus maliciam uel bonitatem,felicitatem uel infelicitatem portendi.unde Mathematici horā partus.i.horoscopum maxime obseruant. Suetonius in Augusto: Vulgata res est P. Nigidium comparata morę causa,ut horā quoq; partus acceperit,affirmasse dominum terrarum orbi natum. Iouis aūt & Veneris sidera benigna sunt nascentibus,& salutaria. Ouid. Natus est infelix (ita Dij uoluere) nec ulla Commoda nascenti stella,leuisue fuit.Non uenus affulsit,non ulla Iuppiter hora. Contra stella Saturni malefica est:quibus in ortu irradiauerit.alibi Iuuena. Hęc tamen ignorat quid sidus triste minetur Saturni. Propertius: Et graue Saturni sidus in omne caput. ¶ Primos uagitus: primos ploratus.est enim uagitus proprie puerorum infantiū. Ouid.in epistola Canaces ad Machareum:Vagitus dedit ille miser,sensisse putares.¶ Rubentem:ob partum recentem.¶ Si fortuna uolet: Quintilianum (ut diximus) latenter innuit Fortunę magis,q̄ doctrinę beneficio eo diuitiarum peruenisse.Est ergo sensus: Beneficio Fortunæ fieri posse, ut ex infima conditione aliquis ad supremos honores prouehatur.unde est illud Tranquilli de rhetoribus:Magna,inquit,professorum,atq; doctorum profluxit copia:adeoq; floruit,ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senatorium, atq; ad summos honores processerint. uidetur q; hoc dixisse propter Quintilianum, quem Ausonius ad consulatum prouectū fuisse ostendit his uerbis: Quintilianus consularia per Clementem ornamenta sortitus.¶ De consule rhetor:id accidit Valerio Liciniano.de quo Plin. in epistola ad Cor.Minutianum ita scribit: Audistine Valerium Licinianum in Sicilia profiteri?nondum te puto audiuisse.Est enim recens nuncius.Prætorius hic modo inter eloquētissimos causarum actores habeatur:nunc eo decidit, ut exul de senatore, Rhetor de oratore fieret.itaq; ipse i præfatione dixit dolēter & grauiter:Quos tibi fortuna ludos facis. Facis enim ex professoribus senatores, ex senatoribus professores. ¶ Ventidius quid enim?probat exēplo Vē- Vētidius
tidij Bassi, & Seruij Tulli Fortunam magnam habere potestatē in homines.Est autē ordo & sensus:Ventidius quid fuit aliud, q̄ sidus .i.qua alia re prouectus est ad consulatum, q̄ siderū beneficio?Nā Ventidius Picens fuit genere,& loco humili,quem puerum cū matre captum Pumpeius Strabo,Magni Pompeij pater Asculo subacto inter cęteros ante currum suum triumphans sinu matris iacentem uexit.postea cum adoleuisset uictum sibi quæsiuit, comparandis mulis & uehiculis,quæ magistratibus prębēret,qui sortiti prouincias forent.unde in amicitiam Cæsaris peruenit:mox tribunus plebis,ac deinde prętor creatus,atq; in eo tempore iudicatus est a senatu hostis cum M. Antonio:post uero coniunctis partibus non pristinam tantum dignitatem recuperauit,sed pontificatum,ac deinde consulatum quoq; adeptus est. Quam rem adeo intoleranter tulit populus Romanus, ut uulgo per uias urbis uersiculi perscriberentur:Concurrite omnes augures, aruspices,portentum inusi-

fatū conflatum est recens. Nam mulos qui fricabat, cōsul factus est. Idem (auctore Plutarcho in uita M. Antonij) orientalibus prouincijs præpositus a M. Antonio, Parthos in Syriam rūpentes tribus prælijs fudit: primusq; de Parthis triumphauit, & morte obita publico funere sepultus est. ¶ Tullius non de Cice. sed de Seruio Tullo intelligit: qui ex serua natus in domo Tarquinij Prisci Tanaquilis astutia, regnum post interfectum Tarquinium obtinuit. ¶ Seruis: ut Seruio Tullo. ¶ Captiuis: ut Ventidio. ¶ Fati occulti: non intellecti a nobis. ¶ Felix ille tamen: cui hoc acciderit, ut ex seruo fiat rex, & ex captiuo consul & triumphator. ¶ Pœnituit: exemplo Thrasymachi & Secundi Carinatis rhetorum ostendit infelicia esse literatorum studia: quando eorum laboribus iusta præmia non reddantur. uterq; enim coactus est, cum fructum ex studijs non caperent relinquere artem docendi. Thrasymachus autem fuit Carthaginēsis inter Sophistas numeratus a Philostrato: qui cum rhetoricen cœpisset profiteri, destitit ob exiguam mercedem. Conqueritur & Martialis studia liberalia penitus negligi: At circum pulpita nostra: Et steriles cathedras basia sola crepant. ¶ Et hunc: scilicet Secundum, sicuti uisus fuit, & Thrasymachus Carthaginensis inops. De Secundo Carinate Tacitus libro quintodecimo scribit sic: Secūdum Carinatem græca doctrina oretenus exercitum: quodq; animum non bonis artibus imbuerat. Dion uero scribit: Caligulam adeo inuidum & suspitiosum ad omnia: ut Secundum Carinatem Rhetora in exilium egerit: q aliquando orationem quandam per exercitationem in tyrannos dixisset. ¶ Nil præter cicutas gelidas: damnat Athenienses auaritiæ pariter & insipientiæ: qui debitis non afficerent præmijs & honoribus uiros bonos & literatos: innuens ab eis Socratem etiam tantum philosophum, qui omni honore honestandus erat, sublatum ueneno cicutæ. Est autem cicuta (ut docet Plinius) publica Atheniensium pœna inuisa, semini, & folijs refrigeratoria uis, ut epota statim perimat hominem.

ASCen. ¶ BALNEA sexcentis &c. Vt tetigi docet diuitibus nihil minoris esse, quam liberorum eruditionem. Si quis minus peritus grammatice artis nesciat rationem latinitatis huiusmodi: quanti doceat: pluris agebat &c. Sciat omne pretium uenditionis, emptionis, locationis, conductionis, doctrinæ, disciplinæ, æstimationis, appretiationis, & quoduis simile a uerbis regi in ablatiuo: exceptis his q̄ fiunt, tanti, quanti, pluris, & minoris, cum eorum compositis, quæ sine substantiuo in ablatiuo poni nolunt: etiam si oporteret coniunctionem diuersos casus copulare: aut in alio casu responderi, quā interrogatum fit. & ideo dices: Ego tanti uendo quanti alij, & non pluris, fortasse etiam minoris ego sex aureis & pluris emi & cætera. cum substantiuis autem etiam illa in ablatiuo poni uolunt. ut tanto pretio emi. minori summa uendidi & cætera. Ordo est: Balnea supple constant diuitibus sexcentis supple nummis. & porticus sup. constat pluris porticus dico. i. uia strata sub tecto: qualis i claustris conspicitur: ambitum uulgus appellat. in qua dominus. i. diues ille gestetur. i. portetur quoties pluit. an ne dominus sup. expectet. i. expectare debeat. serenum. i. serenitatem temporis, ut gestetur. q. d. indignum id esset. & ut spargat luto iumenta trahentia uehiculum. Et si uerba poetæ sunt: irrisio est: sin amici diuitis: illius adulatio. hic sup. uehatur potius. i. in porticu. namq; ungulæ mulæ mundæ. i. non lutosæ nitet hic. Cœnatio. i. camera ad cœnandum apta. fulta . i. sustentata. longis. i. altis & prolixis. columnis Numidarum. i. de marmore numidico factis. surgat. i. ædificetur alte in alia parte habitationis illius diuitis. & rapiat. i. auide ad se recipiat. Solem algentem. i. hybernum, uel iam occidentem. Quanticunq;. i. quantocunque pretio domus sup. constet. nihilominus sup. aliquis, qui componit. i. construit. docte. i. ex arte. fercula. i. genera obsoniorum. & qui condit. i. debito condimento coquit. pulmentaria. i. quæuis obsonia ut pultem decoquenda. duo sestertia. i. quinq; libræ. sufficiēt . i. satis erunt. ut multum. i. ut res magna & ampla. Quintiliano. i. optimo rhetori ad erudiendum filium. inter hos sumptus. i. ubi tot in alijs rebus expenduntur. Nulla res constabit patri minoris. i. minori pretio, quam filius. Contra quod uerbum obijcit diues uel desensor dicens. Si nihil datur ut dicis oratoribus: unde igitur Quintilianus rhetor ille notissimus habet tot saltus. i. loca saltantibus feris apta: quæ nimirum spatiosa & diuitum sunt. Respondet poeta a fatis id esse: non a beneuolentia diuitum. qui si Quintiliano fauerent: non tot rhetores in paupertate degerent. sed qui felix est: idest fatum benignum habet: inuitis mortalibus plurima consequetur. ad quod declarandum plura intermiscet: conclusurus ibi: Felix ille tamen, coruo quoq; rarior albo &c. Ordo igitur est: O diues uel defensor diuitis, qui Quintiliani diuitias mihi obijcis. transi: idest prætergredere exempla nouorum. i. magnorum & inauditorum fatorum. i. noli mihi obijcere unum, quem fata ditarunt. quia felix: idest eufortunatus quem fata fouent: est supple: idest reputatur & habetur. &: idest pariter. pulcher. idest decorus in membris. & acer: idest strenuus in animo. & hæc sunt bona naturæ. Felix: idest is, qui felix est. est &: idest pariter. sapiens & nobilis & generosus. & subtexit: idest subsuit alutæ nigræ: idest calceo nigro, qui ingenuorum est. Lunam: idest formam Lunæ oppositam. quod nobilium est & pomposorum: quæ sunt bona fortunæ. Felix: idest qui eufortunatus est: & felici sidere natus. est quoq;: idest etiam maximus orator. & iaculator: idest argumentatur, dialecticus, aut sophista. etsi: idest quamuis. perfrixit: idest raucus ex frigore effectus est. cantat tamen bene: idest reputatur bene cantare. Sunt qui frico frixi, & fricui in præterito habere dicant. exponentes sic: Et si felix ille orator, & iaculator perfrixit supple frontem: idest pudorem exuerit. cantat bene: idest reputatur optimus musicus, quamuis indecore id facit: sed prior sententia placet. Sunt autem hæc bona scientiæ & industriæ. Ideo autem felix hæc omnia obtinet. enim pro quia. quia distat: idest refert: interest. quæ sidera excipiant: idest egredientem capiant. te incipientem modo edere: idest emittere primos uagitus: idest fletus infantiles: quia (ut Plinius docet in principio septimi libri) a uagitu & lachrymis uitam auspicamur: idest incipimus. & rubentem adhuc a matre: idest qualis a matre egressus es hoc est multum refert, quem horoscopū habueris, & qualē faciē cœli in natiuitatis tuæ hora. & id quidē astrologorum est approbare: nō nostrū, si ipsi sidera uiolētiā habere dicāt: potissimū ad fortuita. unde dicit poeta: Si fortuna uolet: tu fies cōsul: q est summus magistratus Romæ, de rhetore. i. qui fuisti iā rhetor: ut Quintilianus. Et si eadem: scilicet hæc Fortuna uolet: tu fies rhetor de consule: id est qui iam fuisti consul: sicut Valerius Licinianus. hunc ordinem tenet Mancinellus: quo melior Fortuna præcedit: & nō est reprobandus: licet quidā codices econuerso prius habeant: Fies de consule rhetor. & post: De rhetore consul. Quid enim supple fuit Ventidius, qui in triumphum, ut captiuus ductus, postea triumphauit. Quid Tullius supple fuit: idest Marcus Tullius, qui humili loco natus omnes magistratus Romanos gessit. & primus patriæ parens appellatus est. Mancinellus dicit de Seruio Tullo potius intelligendū esse: qui ex seruo ad regnū Ro. peruenit: sed is Tullus non Tullius uocatus est, dicit enim Virgilius in sexto: Residesq; mouebit Tullus in arma uiros. An ne aliud supple fuerat quam sidus: idest sideris: hoc est constellationis approbatio: & miranda potentia fati occulti: idest ignorati a nobis quasi dicat: mini me fata dabunt seruis regna: ut Seruio Tullo. & dabunt captiuis & Ventidio triumphos idest summam gloriam, quæ mortalibus a Romanis conferri poterat. Fatum est hoc loco uirtus siderum cum fato: idest uoluntate & præordinatione Dei. qui dixit & facta sunt: & quæcunq; uoluit fecit. unde a fando deductū est. quicquid enim fatur Deus diffinite futurum, non deerit. Et quia cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum: uolunt astrologi fatum ex astris posse deprehendi: quasi per astra Deus fetur. Fatum præterea est aliquando mors a Deo præordinata: quæ ineuitabilis est. multa de fato Cicero: multum theologi disputant: sed redeo ad ordinem. Quia ergo felix: idest felici sidere natus, peruenit ad optata etiam renuentibus mortalibus, ille scilicet Quintilianus, qui ad diuitias peruenit. tamen: idest tametsi. si rhetor. est supple felix. sed est supple quoq;: idest etiam rarior albo coruo: quia rarissimum euenit, aut fato, aut fortuna rhetorem diuitem fieri. & ita non debebat fatum nouum: id est inauditum unius rhetoris obijci contra id quod dictum est: quod nemo daret Quintiliano iam duo sestertia. Posset etiam ordo esse: Ille Quintilianus: scilicet est felix. & quoq;: idest etiam rarior albo coruo. & ita nouum est fatum eius tamen: idest quāuis. ipse sit felix. pœnituit multos cathedræ in qua rhetoricen docuerunt uanæ: idest inanis & sterilis: unde nullum fructum consecuti sunt. sicut: idest quemadmodum exitus: idest finis Thrasymachi: idest illius rhetoris Carthaginensis: atq; Secundi Carinatis: idest illius rhetoris. Athenæ &: idest etiam uos non solum Romani: uidistis hunc: scilicet Carinatem inopem. quia etiam apud Athenas pauper rhetoricen docuit: uos inquam Athenæ: nil ausæ conferre philosophis & rhetoribus præter gelidas cicutas: idest frigidissimæ herbæ succum uenenosum: quo Socratem in carcere necauerunt. & id in Athenas satyrico morsu adijcit poeta. Moris enim est satyrici per transitum quemq; carpere: quem Horat. summopere obseruat. Fa

Dii maiorum vmbris tenuem,&ſine pondere terrā,
Spirantesq́ crocos,& in vrna perpetuum ver,
Qui præceptorem ſancti voluere parentis
Eſſe loco.metuens virgæ iam grandis Achilles
Cantabat patriis in montibus.& cui non tunc
Eliceret riſum citharœdi cauda magiſtri?
Sed Ruffum,atq; alios cædit ſua quæq; iuuentus,
Ruffum,qui toties Ciceronem allobroga dixit
Quis gremio Enceladi,doctiq; Palæmonis affert,
Quantum grāmaticus meruit labor? & tamē ex hoc
Quodcunq; eſt(minus eſt autem q̃ Rhetoris æra,)
Diſcipuli cuſtos præmordet Acœnitur ipſe,
Et qui diſpenſat,frangit ſibi.cede Palæmon,
Et patere inde aliquid decreſcere,non aliter,q̃
Inſtitor hybernæ tegetis,niueiq; cadurci
Dummodo non pereat,mediæ quod noctis ab hora
Sediſti, qua nemo faber, qua nemo ſedebat
Qui docet obliquo lanam deducere ferro.
Dummodo non pereat totidem olfeciſſe lucernas,
Quot ſtabant pueri,cum totus decolor eſſet
Flaccus,& hæreret nigro fuligo Maroni.

¶ DII maiorū umbris: optat manibus maiorū perpetuā tranquillitatē:qui p̄ceptores nō minus,q̃ parētes coluerit. ¶ Dij.ſ.date. ¶ Tenuē terrā: ſic Mart. Sit tibi terra leuis,molliq; tegaris arena. Ouid. Et ſenis Anchiſæ molliter oſſa cubēt: Tibullus ꝯtra: O tu qui Venerē docuiſti uēdere primus: Quiſqs es īfelix urgeat oſſa lapis. ¶ Et in urna ꝑpetū uer: ꝑpetuos flores. nā intra herbas odoratas ꝯdebātur. ¶ Loco parētis: q ſumma pietate p̄ceptores uenerati ſunt. Seneca ad Luci. Quā uenerationē p̄ceptoribus meis debeo: eandē p̄ceptoribus humani generis,a quibus tāti boni initia fluxerūt. ¶ Metuēs uirgę: exēplo Achillis oſtendit,p̄ceptores eſſe miro honore colēdos, q cū in Pelio mōte Theſſalię educaretˀ ſub diſciplina Chironis Cētauri, ſummo in honore eū ſemꝑ habuit, & timuit. unde Oui. in Arte amādi: Creditur annoſum ꝑtimuiſſe ſenē. Quas Hector ſenſurus erat poſcēte magiſtro: Verberibˀ iuſſas prębuit ille manus. a quo & medēdi & canēdi artē didicit. De hoc plura añ: Recubās ſub eodē marmore Chiron. ¶ Cantabat.ſ. Achilles laudes magiſtri. ¶ Mōtibˀ patrijs.i. Theſſalicis: uñ fuit Peleˀ Achillis pater. ¶ Et cui nō tūc: erat,inqt,Chirō eiuſmodi ut facile de ſe riſū ſpectātibus poſſet mouere,tanq̃ caudatus magiſter. ¶ Citharœdi: Chironis,q (ut dixi) docuit Achillē & muſicen & medicinā. de eo nō ulla Higinus. hic herbam inuenit, quæ Chironeū appellatur,ſed & aliam quę Centaurion,omniū morborū remedium ꝓmittentem. de hoc plura in commētaris Achilleidos. ¶ Sed Ruffum: nunc autē,inqt,tam longe abeſt: ut præceptores colantur: ut multi etiam a diſcipulis uerberentur. ¶ Ruffum qui toties: habet emphaſim. q.d. qui contemnendus non erat, utpote Rhetor optimus,qui etiā Cic. eloquentię cuiuſdam gallicę dixerit. Nam & alij extitere,qui Cic. ut ſuperfluum notauerint. Brutus (ut auctor eſt Tacitus in lib. de claris Oratori.) cum elumbem fractum nominauit. Rurſus idem auctor eſt,Cicero. a Caluo male audiuiſſe, tanq̃ ſolutum & eneruem. unde ſic ſcribit in declamationibus: Caluus q diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de eloquētię principatu habuit &c. ¶ Allobroga.i. gallum,& barbarum. nam Allobroges populi ſunt Galliæ,quorum Vienna ciuitas eſt Metropolis. auctor eſt Strabo li. 4. ¶ Doctiq; Palæmonis: hic eſt ille Rhemnius Palæmon Vincentinus grāmaticus, qui (ut ſcribit Tranquillus de claris grāmaticis) tanta fuit ſuperbia,ut diceret literas ſecum natas, & ſecum morituras. M. Varronē porcum literarū appellabat,iactabatq; nomen ſuum in Bucolicis non temere poſitum,pręſagiente Virg. fore quandoq; omnium poetarū ac poematum iudicē. qui quādoq; interrogatus quid inter ſtillam & guttā intereſſet: gutta inquit ſtat, & ſtilla cadit auctor eſt Euſebius. Eius meminit & Plin. li. 14. ca. 4. ¶ Et tamē ex hoc: licet inquit id modicum ſit,quod datur grammatico: tamen ex eo ipſe pędagogus aliquid ſibi intercipit. & eſt ordo Et tamē Acœnitus ipſe cuſtos diſcipuli præmordet ex hoc quodcunq; eſt: reliqua per parentheſim leguntur. ¶ Acœnitus: nomen uidetur eſſe fictum quod propriam nimiū ſpectet utilitatē: ab α quod eſt ſine κοινότης cōmunitas. ¶ Cuſtos diſcipuli: pædagogus. ¶ Franget ſibi: ex ſolida mercede magiſtri aliquid ſibi pręcidet. ¶ Cede Palęmon: uerba ſunt Iuuenalis quadam cum miſeratione ſubſannātis defraudantium auaritiam. ut ſit: Cede Palæmon de iure tuo, & patere æquo animo ſi quid tibi incipitur. ¶ Non aliter,q̃: patitur ſibi detrahi inſtitor uilis ſupellectilis. ut accipias tegetis ꝓ tegumēto lecti ad arcēdū frigus hybernū. eſt enim teges genus ſtraguli. de qua abunde dictum eſt in. 5. Satyr. Inſtitor autem (auctore Vulpiano) appellatur ex eo ꝙ negocio gerēdo inſtat: nec multum facit, tabernæ ſit præpoſitus,an cuilibet alij negociationi. nā quicūq; ad emēdum,uendendumue præponitur inſtitor appellatur. eos etiā dicendos placuit Inſtitores qbus ueſtiarij, uel lintearij dant ueſtē circūferendā, & diſtrahēdā. quos uulgo circitores appellamus. Strabularij quoq; inſtitorū loco habendi ſunt. Sed & ſi tabernarius ſeruū ſuū peregere mitteret ad merces comparādas, & ſibi mittendas,loco inſtitoris habendū ſcribit Labeo. hinc Inſtitoriæ operæ dicūtur. Trāquillus in Nerone: Parabantur inſignes ganeæ, & matronarū inſtitorias operas imitantium. Ouid. Inſtitor ad dominam ueniat diſcinctus emacem. ¶ Cadurci: utrum ſtragulo an tegumento lecti. Solēt enim lect. ſuperne ueluti tētorijs cooperiri uelis eiuſmodi cādidis. ſupra: Violato pœna cadurco.i. lecto, q aut ſtragulo niueo ſternitur, aut ſuperne (ut dixi) uelis cādidis integitur. Sunt .n. Cadurci populi Galliæ,apud quos lini p̄ſtātia principatū obtinet in culcitris ob candorē. de qbus in p̄cedēti Saty. diximus. ¶ Dūmodo ne pereat: uerba Iuuenalis deridentis tam extremā hominum auaritiam.i. dummodo non pereat labor tuus docēdi poſt mediam noctem: quo tēpore multæ tibi olfaciendę ſunt lucernæ: qđ ꝓ maximo faſtidio intelligit. ¶ Ab hora: poſt horam Pli. in. 7. A cōceptu decimo die dolores capitis.i. poſt conceptū. de qua particula plura diſſeruimus in. 1. Saty. illic: Exul ab. 8. Marius bibit. ¶ Medię noctis: eo enim tempore pueri ludum literarium petebant. Martia. lib. 9. Quid tibi nobiſcū eſt ludi ſcelerate magiſter Infelix pueris, uirginibuſq; caput. Nondū criſtati rupere ſilentia galli: Murmure cum ſęuo, uerberibuſq; tonas. ¶ Flaccus: Horat. bene autē Horatiū & Virgilium nominauit. Nam grammaticorū propriū eſt poetas īterp̄tari. ¶ Decolor: q nimia attrectatione, & fumo lucernarū colorē amittit. ¶ Fuligo: nigrities ea dr̄,q̃ ꝓuenit ex fumo. dicta fuligo q̃ſi fumigo. Lucernarū fuligo a Pli. dicitur.

Circitores
Stabularius
Ab
Fuligo

¶ DII maiorum umbris. Preccatur bona maioribus.i. priſcis romanis & græcis, qui præceptores ſuos non minus q̃ parentes coluerunt. Ordo eſt: Dij ſup. dent. umbris.i. manibus & cineribus maiorum.ſ. defunctorū terrā tenuē, & ſine pondere.i. leuiorem cyppū ut dicit Perſius.i. mollem ſepulturā: ut in pace requieſcāt. & molliter oſſa cubent. credebant enim gentiles bene eſſe manibus,ſi leuior & florida eſſet ſepultura. & dent crocos.i. flores croci. & perpetuū uer .i. uiriditatem & amœnitatem ueris perpetuā,in urna.i. iuxta buſtū ubi urna cinerū combuſtorū recōditur q.ſ. maiores uoluerūt pręceptorem eſſe loco ſancti parētis: quia animorū nō corporū. uel loco .i. in ueneratione parentis: qui filio ſanctus.i. uenerandus, & inuiolabilis eſſe debet. Achilles magnanimus ille: & formidata tonantis ꝓgenies: metuens uirgæ.i. flagelli p̄ceptoris ſui Chironis iuſtiſſimi centaurorū: iam tamen grandis effectus cantabat laudes Chironis. iam in patrijs montibus.i. in Theſſalia,quę eſt patria eius. docet. n. Homerus Achillem inter bellicos ſudores etiam præceptoris ſui & educatoris Chironis,quē centaurorū idem iuſtiſſimū prædicat, laudē decantaſſe. & cui cauda magiſtri citharœdi.i. Chironis cētauri, qui inferiorē ꝑtē umbilico tenus eqnā habuit nō eliceret tūc riſum q.d. cuilibet eliceret. & tamen Achilles eo,ꝙ præceptor erat,laudauit eum. ſed iuuentus.i. multitudo iuuenum diſcipulorū cędit.i. percutit Ruffum Rhetorē illū, atq; alios ſup. rhetores & grāmaticos. cędit inquā quemq;.i. quemlibet ſua.i. quam docendam quiſq; habet. Ruffum dico,inquit poeta, cędi a iuuēta: qui per arrogantiam & factionem diceret toties Ciceronem optimum oratorē allobroga .i. Allobrogorum more craſſe & inflate loquentem. Sunt enim Allobroges nō lōge a Lugduno Burgūdiē uerſus. Quis gremio &c. Nūc grāmaticorū.i. eorū,qui primas literas docent,miſerrimam oſtēdit conditionē: ut qui parū mercedis pro multis laboribus: & id qdem non ſine interuentu litis obtineant. Ordo eſt: Quis affert gremio.i. in gremium: quia ſedentibus præceptoribus ad gremiū eorū afferunt infantuli pretiū ſcholaſticum. Enceladi, & Palæmonis docti utriuſq; grāmatici. tantum ſup. q̃tum labor grāmaticus.i. litera

AS Cen.

Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni
Non egeat. ſed vos ſæuas imponite leges,
Vt præceptori verborum regula conſtet,
Vt legat hiſtorias, auctores nouerit omnes
Tanq̃ vngues, digitoſq; ſuos, vt forte rogatus
Dum petit, aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchiſæ, nomen, patriamq; nouercæ
Anchemoli, dicat quot Aceſtes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donauerit vrnas.
Exigite, vt mores teneros ceu pollice ducat,
Vt ſiquis cæra vultum facit, exigite, vt ſit
Et pater ipſius cœtus, ne turpia ludant,
Ne faciant vicibus. non eſt leue tot puerorum
Obſeruare manus, oculoſq; in fine trementes.
Hæc inquit, cures, & cum ſe verterit annus
Accipe, victori populus quod poſtulat aurum.

rius: hoc eſt docendarũ literarũ meruit. q. d. nemo. & tamen ipſe cuſtos diſcipuli qui grçce pœdagogus dicitur. Acœnitus. i. ꝓprii boni: & non cõmunis amator. p̄mordet. i. prius abrodit, & diminuit: quaſi de cruſtulis, & is qui diſpenſat. i. diſpenſator rerũ domeſticarum diuitis: qui credita recipit, & debita ſoluit, frãgit priuſquã pçdagogo. i. pueri ductori det ſibi aliquid ex hoc ſup. modico: ſup. pretio quodcũq; eſt. minus autem eſt qđ grãmaticis datur. q̃ ſup. ſint çra. i. pretia argentea Rhetoris, o Palæmon peritiſſime & arrogantiſſime grãmatice. cede. i. patere te uinci: & patere aliquid decreſcere. i. diminui. inde. i. de modica mercede tua. non aliter q̃ patiar ſup. de pretio diminui. inſtitor. i. uenditor mercenarius tegetis. i. lodicis. hybernç. i. qua ĩ hyeme utimur (eſt enim denſa ex lana linteis inſerta) & pro. i. cadurci. i. ueli niuei. i. albi. dum modo nõ pereat. i. dum aliquid mercedis habeas ex eo ꝙ ſediſti audiens & docens ab hora mediæ noctis: qua hora nemo exiſtens faber ferrarius: cui mos eſt mane ſurgere: quia tarde opari nõ licet: & qua nemo, qui docet deducere. i. attenuare. obliquo ferro. i. hamis q̃buſdam in tabulis fixis. lanam. i. carptor aut carminator lanarũ. ſedebat. ſ. tunc cum tu inciperes. dũmodo inquã non pereat olfeciſſe. i. odoratu pertuliſſe totidẽ lucernas. i. lampadas: q̃s pueri pauperũ noctu afferunt. quot pueri ſtabant ante te dicẽtes dictata. cum. i. quãdo. Flaccus. i. liber Flacci Horatij. eſſet decolor. i. decoloratus propter fuliginem. & cum fuligo. i. craſſa nigredo ex uapore olei ardentis. hçreret Maroni nigro. i. libro eius denigrato.

IOAN. BRIT. ℂ RARA tamẽ merces: licet, inq̃t, aliqua tibi merces detur. eam tamen non habebis, niſi per litem & ſtrepitum forẽſem. ⸿ Cognitione tribuni: iudicis. Nã pro tribuno unũquẽq; iudicẽ intelligit. ⸿ Sed uos ſæuas: cum indignatione & quadam miſeratione hæc dicit in magiſtros, qui multis laboribus & incommodis onerãtur. ex quo, inquit, ipſi nõ poſſunt his tot incommodis deterreri: quo minus ueſtros filios doceant: uos eis aſperas leges imponite. ⸿ Regula uerborum: ut intelligat regulam omnium uerborum. quẽ caſum unumquodq; uerbũ regat: quod inter rudimenta grammatices haud minimum eſt. ⸿ Dum petit Thermas: loca calida ad hoc parata: ut ſudore toto corpore eliceretur. θερμὸν enim ſignificat calidum. ⸿ Nutricẽ Anchiſç: ſçpe enim eiuſmodi quæſtiones obſcurç exigebãtur a grammaticis. unde & Tiberius (auctore Tranquillo) ſolitus eſt fatigare grammaticos quçrẽdo: quç fuerit mater Hecubç: qđ Achilli nomen, cũ inter filias Lycomedis latuit habitu muliebri. Nec aũt omnia cõmemorat: quaſi quç modicç ſint utilitatis: parumq; neceſſaria. unde eſt illud Senecç in epiſtola de ſtudijs liberalibus: Hoc q̃dem me quçrere, çtate fuerit maior Homerus an Heſiodus, nõ magis ad rẽ pertinet, q̃ ſcire an minor Hecuba fuerit, q̃ Helena. Quid inquam annos Patrocli & Achillis inquirere ad rem exiſtimas pertinere? ⸿ Nouercç Anchemoli: de nouerca Anchemoli Virgil. hæc cecinit: Hinc Stelenum petit, & Rhethi de gente uetuſta Anchemolum thalamos auſum incçſtare nouercç. ſcribit Seruius Rhetũ Marubiorum regem fuiſſe in Italia: qui Anchemolo filio Caſperiam ſuꝑduxit nouercam, quam priuignus ſtuprauit. quo cognito cum pater eum perſequeretur, & ad pœnam uocaret, fugiens ille ad Turnũ ſe contulit. Anchemoli ſiue Anchemori cuiuſdam ab Hypſiphyle educati mox ſerpẽtis morſu necati meminit Statius in Thebaide. ⸿ Aceſtes: Crimniſii Siculi fluuij filius fuit ex Segeſta Troiana. Vir. Troia Crimniſio conceptũ flumine mater, Quẽ genuit. hic in Sicilia imperium tenẽs Æneæ multos cados uini dono dedit. Virg. Vina bonus, quç deĩde cadis onerat Aceſtes. ⸿ Ducat: fingat, formet. ⸿ Pollice: tãquam digito. ſumptum eſt autem de Perſio: Et premitur ratione animus, uinciq; laborat, Artificemq; tuo ducit ſub pollice uultum. ⸿ Ne faciant uicibus: rem pudendã uerbis honeſtis expreſſit. i. ne inter ſe uicibus coeant. ⸿ In fine: perpetratæ Veneris. in qua oculi ad angulos retorqueri ſolent. Virg. Nouimus & qui te tranſuerſa tuentibus hirquis. ⸿ Hæc inquit cures: hæc ſunt, inquit pater, quæ tibi curanda ſunt o magiſter. ⸿ Et cum ſe uerterit annus: ego hunc locum ſimpliciter accipiẽdum arbitror. i. cum annus curſum ſuum perfecerit. nam proprium anni eſt ĩ ſeipſum reuerti. Papinius in Siluis. Verſumq; domus ſibi temperat annũ. Tranquillus in Caligula: Vicies ac ſepties millies ſeſtertiũ non toto uertente anno abſumpſit. Virg. Atq; in ſua per ueſtigia uoluitur annus. Columella: Tacito nam tẽpora greſſu Diffugiunt, nulloq; ſono conuertitur annus. unde & Ouid. in Meta. appellat annum uoluentem: Iuppiter ex æquo uoluentem diuidit annum. Hora. Inuerſum annum appellauit perpetuo (ut eſt auctor Porphyrio) epitheto, q̃a ĩ ſe ſemper uertitur. ut ſit ſenſus Difficilia quidem ſunt: quæ tibi o magiſter imponuntur a parentibus diſcentiũ: ſed finito anno præmium tuum promeritũ non accipies niſi per litem: & qđ populus. i. ipſe tribunus magiſtratus populi iuſſerit tibi uictori dari. ut ſic referas ad illud: Rara tamen merces, quç cognitione tribuni Non egeat. Legẽdum hoc eſt riſu ſatyrico in contẽptũ auaritiç ſui tẽporis. uerba enim ſunt Iuue. dicentis. poſt labores tuos finito anno accipe mercedem, quam tibi daturus nõ eſt, niſi per litẽ. Non tñ ignoro tradi a Macro. lib. 2. in ſomnium Scipionis: Vertentem annum appellari poſſe, cum aſtra cuncta ad eandem metã redierint, unde ſemel profecta ſunt. & paulopoſt inquit: Annus uero q mũdanus uocat, q uere uertẽs ẽ, q̃a ꝯuerſione plenæ uniuerſitatis efficit, largiſſimis ſçculis explicat. Et in. 1. ſaturna. annũ Solis uertẽtẽ noiat. Sed (ut dixim⁹) ſimplici ſẽſus hic locus ẽ accipiẽdus.

ℂ RARA tamen. Eandem rẽ continuat docens difficilẽ, & exiguam mercedem ex duriſſimis laboribus. tamen. i. quãuis. a media nocte doceas. rara ſup. eſt merces: quæ nõ egeat cognitione tribuni. i. quæ ſoluatur ſine coactione tribuni. Sed uos parentes. ſ. diſcipulorum imponite prçceptoribus ſæuas. i. magnas & difficiles obſeruatu leges. ut regula uerborum. i. doctrinç. conſtet. i. innoteſcat præceptori. quia uolunt parentes etiam hodie docere præceptores quid doceant. Volunt ergo ut filius legat hiſtorias: ut nouerit omnes auctores, tanquam ungues & digitos ſuos. ut ipſe rogatus forte. i. a caſu. dum petit. i. aggreditur. intrat aut Thermas. i. cameras calidas: quas ſtufas Galli uocant. aut balnea Phœbi illius uiri. niſi potius dicamus Thermas eſſe ĩ domibus. balnea Phœbi in ſtagnis aut riuis. a Phœbo. i. Sole calefactis. dicat reſpondens. ſ. nutricem. i. nomen nutricis. Anchiſæ. i. patris Aeneæ. & nomen & patriam nouercæ Anchemoli. i. illius uiri. dicat quot annos Aceſtes rex Siciliẽſium: quem Virgilius ſeniorem dixit: uixerit. & quot urnas uini. i. cados ut Virgilius primo Æneid. dicit ſiculus. ſ. Aceſtes. donauerit Phrygibus. i. Troianis. quç omnia in Virgilio tanguntur: ſed non explicantur. ſunt autem friuolæ interrogationes. Et exigite. i. exacte poſcite: ut prçceptor ducat teneros mores puerorum. ceu. i. tãquam duceret eos pollice ut. i. quemadmodum. quis pollice ducit. ſi facit uultum. i. effigiem. cera. i. de cera, uel in cera quæ pollici obedit. exigite ut præceptor ſit. &. i. etiam. pater ipſius cœtus: nõ ſolum ut præceptor bonas literas: ſed etiã ut pater bonos mores eos docens. ne uidelicet pueri laudant turpia. i. turpiter uel turpes. i. ſodomiticos ludos. & ne faciant uicibus. i. uiciſſim turpitudinẽ illam. Non eſt leue. i. facile obſeruare manus tot puerorum inſpiciendo quid agant & contrectent. & oculos trementes in fine: ideſt inſpicere an habeant oculos trementes. quod ſignum eſt peractæ libidinis Pater: aut potius poeta irridens inquit: O præceptor cures hæc: & cum annus ſe uerterit: ideſt redierit ad idem principium: quia (ut dicit Virgilius) Redit agricolis labor actus in orbem: Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus: hoc eſt ergo expleto anno. accipe aurum: ideſt pretium quod populus poſtulat a præfecto, aut tribuno. tibi uictori: ideſt uotorum compoti. qui in iudicio patrem uiciſti: id eſt ſume has cures: ut in fine anni ſi conuincere poteris patrem: habeas eam mercedem, quam populus tibi poſtulauerit a præfecto, aut tribuno: ut ipſe tibi perſoluat. ASCec

Satyra

IVNII IVVENALIS AQVINATIS.

SRTYRA OCTAVA.



IN OCTAVAM SATYRAM IVVENALIS ARGVMENTVM.

Stemmata quid ? Hac Satyra eos insectatur , qui aut maiorum gloria, aut falsis fortunæ bonis efferuntur, existimantes ueram inde hominis nobilitatem pendere. docens eam hęreditariam non esse: nec a parentibus testamento relinqui: sed unumquemq; uirtutum meritis fieri nobilem. unde illud est Senecę ad Lucil. Platonem non accepit nobilem philosophia, sed fecit. Hincq; nactus occasionem monet Ponticum, ad quem scribit Satyram, multos extitisse, qui humili loco nati ad summam dignitatem consurrexerunt, seq; uirtutis splendore claros nobilesq; fecerunt. contra nonnullos, qui ex claris parentibus orti in aliquod dedecus reuoluti sunt: lucem, quam a maioribus suis acceperant, in tenebras conuertisse; ut sic demum ostendat ueram nobilitatem ex uirtute pendere.



Temmata quid faciũt? quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri? pictosq; ostẽdere uultus
Maiorum? & stantes in curribus Æmilianos?
Et Curios iã dimidios? nasumq; minorem
Coruini, & Galbam auriculis, nasoq; carentem?

Satyra octaua. Stemmata: in atrijs.



TEMMATA: in atrijs Romani imagines maiorum cereas habebãt singulis armarijs dispositas: ut essent imagines, quæ comitarẽtur gẽtilicia funera: semperq; defuncto aliquo totus aderat familiæ eius, qui unq̃ fuerat populus. Stẽmata igit̃ (ut scribit Plin.) lineis discurrebãt ad imagines pictas. Talẽ igit̃ imaginũ ordinẽ antiq stẽma noiauerunt. Trangl. in Nerone: Obiectum est Cassio Lõgino, q̃ in uetere gẽtili stẽmate C. Cassii percussoris Cęsaris imagines retinuisse. Idem in Galba: Imp̃ator uero ẽt stẽma in atrio p̃posuerit: quo paternã originẽ ad Iouẽ, maternã ad Pasiphaen Minois uxorẽ referret. Mart. Atria Pisonum stabãt cũ stẽmata toto: Et docti Senecæ ter uenerãda domus. Diuus Hierony. ad Prinapiã uirginem: Vt exponam stẽmata p cõsules & p̃fectos p̃torio decurrẽtia. Spartia. in uita Cõmodi: Is .n. liber debet oĩa, q̃ ad stẽmata generis spectant continere. Lampri. in Alexãdro Seuero: Et stẽma generis dipinxerat, quo ostẽdebatur genus eius a Metellis descẽdere. Sene. in. iii. de beneficijs. Qui imagines in atrio exponũt, & noĩa familiæ suæ lõgo ordine ac multis illigata flexuris ĩ parte prima ædiũ collocẽt: non noti magis, q̃ nobiles sunt: q̃ stẽmata p̃ statuis acciperẽtur, nõ p̃bo. Nã cum Tranglllus scribat in ueteri stẽmate imagines retinuisse, Idẽ esset ac si diceret statuã: in statua retinuisse. Sed (ut dixi) p̃ ordine illo nobilitatis, q̃ designabatur per eas statuas in atrijs dispositas in armarijs & illigatas multis lineis. de quibus & Paulus iurisconsultus de gradibus sic scribit: Stemmata cognationũ directo limine in duas lineas separãtur. q̃rũ altera supior, altera inferior. Ex supiore aũt uero & secũdo gradu transuersæ lineæ pẽdent. Stẽmata item a scriptoribus frequẽtissime pro generositate usurpãtur. Mar. Argenti furiosa sui, cũ stẽmata narrat. Papi. i Siluis. Expectatur equus: cuius de stẽmate longo Felix demeritos habet ad missura parẽtes. Persius: Stẽmate q̃ thusco ramũ millesime ducis. Ait ergo poeta stẽmata nõ esse ea, q̃ nobilitatẽ hmõi parẽt. ¶ Lõgo sanguine: lõgo maiorũ genere. ut oñdat ex genere maiorũ ueram nobilitatẽ nõ pendere. Ouid. Nam genus & proauos, & quæ nõ fecimus ipsi: Vix ea nostra puto. ¶ Pictor uultus: nã imagines pictæ erant. ut dictũ est. Stẽmata discurrebãt lineis ad imagines pictas. ¶ Æmilianos stantes in curribus. i. statuas triumphales Æmilianorũ. Nã Pau. Æmilius filius eius: q apud Cãnas trucidatus est, eũ de Liguribus & Persa rege Macedonũ triumphauit. ex quo natus est filius, quẽ Scipioni filio Africani superioris tradidit in adoptionem, q Æmilianus est cognoĩatus. is fuit qui Carthaginẽ deleuit. Numãtiam in Hispania uicit. uñ Africani inferioris & Numantini cognomen reportauit. ¶ Et Curios: M. Curiũ abstinentissimum fuisse illud declarat: quod cũ Samnitũ legati (ut scribũt Valerius, Plinius, Plutarchus, & Liuius) ad eũ in scãno sedentẽ magnum auri põdus attulissent, publice missum: inuitarẽtq; ut id acciperet, rñdit se malle locupletibus imperare, q̃ locupletẽ fieri. & q acie uinci nõ potuit, eũ pecunia corrũpi nõ posse. ¶ Dimidios: uetustate exesos, & mutilatos. ¶ Coruini: Coruinorũ familia fuit antiquissima, q̃ a coruo oppugnatore Valerij aduersus ferocẽ Gallũ accepit cognomen. ex ea familia fuit Messala Coruinus orator, q pri mus p̃fectus orbis sexto die magistratu se abdicauit, nõ ciuilem potestatẽ esse cõtestans. Eũ inter oratores laudat sic Quint. in. x. At Messala nitidus & candidus & quodãmodo præ se ferens in dicẽdo nobilitatẽ suam uiribus minor. ¶ Galbam: Sulpitiorũ familiam antiquissimã docet Trãquillus in Galba. Qui aũt primus cognomen Galbæ tulerit, cur aut unde traxerit, ambigit̃. Familiã illustrauit Sergius Galba cõsularis, & eloquẽtissimus: quẽ tradunt Hispaniam ex prætura obtinentem. xxx. Lusitanorum millibus perfidia trucidatis Variatini belli causam extitisse.

ASCen.



TEMMATA qd faciunt &c. In hac octaua Satyra reprehẽdit poeta Põticũ, & eius similes de nobilitate generis gloriãtes: cũ ipsi ignobiliter. i. turpiter uiuãt. tãetsi sola uirtus uere nobilẽ faciat. Arguit aũt in principio eos, qui ut nobilitatẽ generis ostẽtẽt, p̃ponũt stẽmata. i. pro tractiones linearum cum inscriptione noium & p̃priorũ & appellatiuorũ oium ab una radice descendentiũ: sicut arborem cõsanguinitatis canonum studiosi sibi cum appellatiuis noibus describunt. Q̃ uo si qs p̃ exemplo stẽma primi regis Albanorũ describere uelit: ponat pro radice Saturnũ: & p̃ducat lineã paternã sic: Saturnus Iouẽ genuit Iupiter Dardanũ & Venerem. Dardanus Ericthoniũ. Ericthonius Troem. Tros Assaracũ. Assaracus Capim. Capis Anchisen. Anchises & Venus Æneam. Maternã sic: Saturnus Faunũ genuit. Faunus Picũ. Picus Latinũ. Latinus Lauiniam: ex qua Æneas Ascaniũ s̃m quosdam primum Albanorum regem &c. huiusmodi autem origines & progationes alij solis nominibus: & per lineas connexis describebant. alij ẽt statuas ex cæra cõficiebant: ut ex Plinio per Mancinellum accepisti: & ut declarabo in principio sequentis particulæ. Quia tamen stẽma proprie corona dicitur: uult Calderinus stẽma solũmodo ob aliquod insigne facinus quauis corona: aut nautica: aut ciuica: aut murali: aut laurea &c. coronatorũ esse. nã nõ omniũ progenierum stemmata erãt. Ordo est: O Pontice qd stemmata faciũt ad nobilitatẽ sup. uerã. q. d. nihil. Quid prodest cẽseri. i. recẽseri. aut in lustris dũ census disquirit̃ memorari. lõgo sanguine. i. longe sumpta origine. Et qd prodest ostẽdere uultus. i. effigies maiorũ suorũ pictas in foribus domuũ publicarũ, aut priuatarũ: aut ex cæra formatas: & postea coloratas: & quid prodest ostendere Aemilianos? cuius

modi erāt Scipiones stātes in sculptura.s. in curribus triūphalibus uidelicet. Et qd prodest ostendere Curios.i. maiores suos de gente Curiorū: iam dimidios.i. pro dimidio sui dirutos, & uetustate exesos. & nasum minorē.i. uēto & pluuia aut edacitate tēporis imminutū & attritum. Coruini.s. Valerij a coruo agnominati: & qd prodest ostendere Galbā, q Neroni successerat: uel potius aliquem ex maiorib' illius. carētē auriculis & naso.i. cuius statua antiquissima auriculis & naso ex uetustate mutilata erat. Gloriosum aūt erat habere in genere suo antiquissimos uiros nobiles: & ideo pulchrū erat q statuæ eorū iam cōsumi cœperant ex antiqtate. unū Hora. ut Mecœnatis nobilitatē uno uerbo exprimeret, dicit in principio Carminū: Mecœnas atauis edite regibus. & Virgil. libro. vii. de regia Pici: sic dicit Quinetiā ueterū effigies ex ordine auorū Antiqua ex cedro, Italusq;, paterq; Sabinus, Vitisator curuā seruans sub imagine falcē: Saturnusq; senex, Ianiq; bifrontis imago Vestibulo astabant: altiq; ab origine reges, Martia qui ob patriam pugnando uulnera passi.

Quis fructus generis tabula iactare capaci
Fumosos equitum cum dictatore magistros,
Si coram Lepidis male uiuitur: effigies quo
Tot bellatorum, si luditur alea pernox:
Ante Numantinos si dormire incipi ortus
Luciferi, quo signa duces, & castra mouebant:
Cur Allobrogicis, & magna gaudeat ara
Natus in herculeo Fabius lare: si cupidus, si
Vanus, & eubanea quantumuis mollior agna:
Si tenerum attritus catinensi pumice lumbum
Squalentes traducit auos: emptorq; ueneni
Frangenda miseram funestat imagine gentem:
Tota licet veteros exornent vndiq; ceræ
Atria, nobilitas sola est, atq; vnica virtus.
Paulus, vel Cossus, vel Drusus moribus esto,
Hos ante effigies maiorum pone tuorum,
Præcedant ipsas illi te consula virgas.
Prima mihi debes animi bona, sanctus haberi
Iustitiæq; tenax factis, dictisq; mereris,
Agnosco procerem, salue Getulice, seu tu
Sylanus quocunq; alio de sanguine rarus
Ciuis, & egregius patriæ contingis ouanti.
Exclamare libet, populus quod clamat Osiri

IOAN. BRIT. ℭ QVIS fructus generis: subaudi est.i. qd prodest ad nobilitatē: quæ hoc modo nō parat. ¶ Iactare: ostētare. ¶ Tabula capaci: amplo armario. erāt enim (ut diximus) imagines cæreæ i armarijs. ¶ Magistros fumosos .i. imagines fumosas, & ueteres suorū maiorū, q fuerint magistri

Dictator magister equitū equitū: quæ dignitas in populo Romano fuit amplissima. Nam dictatoribus semp iungebātur eo modo, quo regibus tribuni celerū .i. eqtum. nec unqua dictatores creabātur, nisi ingruente maxima necessitate: tūc cæteri magistratus in urbe cessabant. ab ijs ius prouocādi nō erat, qbus & capitis animaduersio data est. Et quia hic magistratus maxime esset potestatis, nō erat fas ultra sex menses retineri: cū ergo dictator sine magistro eqtū nō creatur: bene dixit Cū dictatore magistros. dictus est a dicēdo dictator: quod a cōsule diceret. Trangl. in Tiberio: Cū dictatorē dicere a senatu iuberet. Fumosos aūt legendū esse nō famosos, illud me monet Ciceronis in Pisonē: Obrepsisti ad honores errore hominū cōmendatione fomosarū imaginū: quarū simile habes nihil, pter colorē. Sene. ad Luciliū: Non facit nobile atriū plenū fumosis imaginibus: Boetius in principio operis loquēs de quibusdā uestibus ait: Quarū speciem sicut fumosas solet imagines caligo quædā obduxerat. Nam i atrijs ignis fiebat. unde & Diuus Lucas in diuinis scripturis ait: Petrus uero sequebat eū a longe. Accenso aūt igne in medio atrij, & circūsedentibus illis erat Petrus in medio illoꝝ. Non ignoro famosum capi etiā in laudē. de quo illic: Famosaq; mœnia Lagi. ¶ Corā Lepidis.i. clarissimis imaginibus maiorū tuorū: qualis fuit Æmilius Lepidus: qui bis consul fuit, pont. maximus, & censor. de quo plura i sexta Satyra. ¶ Effigies quo Tot bellatorū: qd necesse est, inquit, iactare & ostentare effigies tot bellatorū: si tota nocte in alea uersaris

Scipio Numātinus ante Numantinos.i. ante imagines tuorū maiorum: qualis fuit Scipio Numantinus. Nā Scipio Æmilianus Macedonici filius: ut a deleta Carthagine cognominatus est Africanus: sic & a Numantia deuicta Numantinus: q ciuitas in Hispania olim memoratissima, q̄quis sine muris & turribus, populi Ro p multos annos bella sustinuit: demumq; longa obsidione, & famæ uicta, seipsam ferro. ueneno, & igne subiecto absumpsit. Deletæ Numantiæ solum titulū in triumphum tulit Scipio: nullo Numātino inuēto, q cathenatus i triumphū duceret: cuius cognominis meminit & Propertius: Vera Numātinos regna loquūtur auos. Et Apuleius in primo limine secundæ Apologiæ: At hoc ego Æmiliano, non huic Afro, sed illi Africano & Numantino, & pterea censorio uix credidissem. Et ita dictū ante Numantinos.i. ante statuas Numantinorū sicut & infra:

Statuam parentis ante triūphalem. ¶ Effigies: quo.i. cur, ad qd Virgil. Quo molē hāc Immanis equi statuere: ¶ Ludit alea pernox: passiue dixit luditur alea: cū uoce actiua ducatur ludit aleā. Sueton. in Nerone. Quadrigenis in punctū sestertijs lusit aleam: ita dictū sicut curro curfum, uiuo uitā. ¶ Pernox alea: ita dictū: ut illud uigiles fenestræ: nā quod hois est, rei appplicuit. Pernox. n. appellatur, quod per noctē uigilat. Gellius: Stare solitus Socrates dr ptinaci statu perdius, atq; pernox a summo lucis ortu ad Solē alterū orientē incōniuens. ¶ Luciferi ortu.i. ipso Auroræ ortu.i. si tota nocte i alea uersatus geti, tandem te ad Aurorā tradis. quo tpe maiores illi tui clarissimi impatores in expeditionem exercitū ducebant. Nam & C. Sulpitius dictator (ut docet Liuius lib. vii. primæ Decadis) ubi illuxit in radicibus montiū, extendere aciē cœpit ad uersus Gallos. ¶ Ortu Luciferi: Lucifer stella est Veneris, q cum añ Solē currit & orit ante lucē. Lucifer appellatur græce autem Phosphoros eadē, cū Solē sequatur post occcasum eius apparēs in cælo clarissimeq; lucens Vesperugo, siue Vesper uocitatur, græce aūt Hesperos. lege Victruuiū lib. ix. & Plin. lib. ii. cap. viii. & Cice. in. ii. de natura Deorū. ¶ Cur Allobrogici: sensus ē: Cur ingt, Fabius maiorū gloria efferat: eorūq; titulos sibi ascifcat, si auaritia & libidine flagrat: ut oñdat nobilitatē nō pēdere ex genere: neq; ex gloria maiorū. hoc dicit pp Qui. Fabiū maximum filum Qu. Fabij maximi Allobrogis ciuis & impatoris clarissimi: q uitā luxu perditā egit: & maioribus indignā adeo: ut Pōpeius ptor urbanus paternis bonis ei iterdixerit, lege Valeriū lib. iii. cap. v. Per hūc aūt intelligit oēs, qui moribus nequaq̄ maioribus suis similes, eorum tm̄ gloria efferuntur

Pernox

Lucifer

Allobroges

¶ Allobrogicis: cognomine maiorū: quod familiæ peperit. Is Fabius qui apud flumen Isaram aduersus Allobroges & Bituitū Aruennorū regē feliciter pugnauit. Ex Bituiti exercitu cæsa millia hominū centū uiginti. Bituitus Albæ custodiendus datus est: cū ad satisfaciendū senatui Romā profectus esset, Allobroges in deditionē accepti. Lege Liuiū. Allobroges aūt populi sunt Galliæ Narbonensis: quorū metropolis est Vienna. Strab. lib. iiii. ¶ Fabius natus in lare herculeo: hoc dicit, quia gens Fabia origine duxit ab Hercule. Ouid. in Fastis lib. ij. Vt tū Herculeæ superessent nomina gentis: Credibile est ipsos cōsuluisse Deos. Idem in libro de Ponto scribēs ad Fabiū Maximū sic ait: Cōueniens animo genus est tibi nobile namq; Pectus. & Herculeæ simplicitatis habes. Sillius in .ii. Fabius tirynthia proles Ter centum memorabat auos. Ferūt enim (auctore Plutarcho) ex una nymphaꝝ Fabiū Maximū genitū esse. Quidā uero Herculē apud fluuiū Tyberim cū muliere indigena congressum habuisse asserūt: & Fabiū uirum optimū, a quo Fabiorū familia Romæ initiū habuit, genuisse. unde ēt tanq̄ Deū sibi propinquū, & familiarē inuocabāt Fabij. Plutarchus in eadē uita Fabij sic scribit: Vt animaduertit dissipatas Romanorū copias, & undiq; ab hoste circumuentas clamorq; fugientiū ad aures eius perualit, percusso femore, suspirijsq; ac gemitu oibus psentibus proh Hercules, ingt, citius qdem q̄ sperabā, tardius uero q̄ ipse maturabat, Minutius seipsum perdidit. Fabius item (ut scribit Plinius) recepto Tarēto ab hostibus signū Herculis inde translatū in Capitolio dedicauit. ¶ Et magna gaudeat ara: cur, ingt, sibi placeat Fabius q sacra Herculis ministret. Nam familia Fabiorū sacra Herculis hereditaria hēbat: q peculiari colebat ueneratione. originē. n. (ut diximus) ducebat ab Hercule. Eam aram magnā dixit p maxima: idq; ratione carminis. neq;. n. maxima in sexto casu pōt stare in uersu. Eam aram Euander Herculi dedicauit in foro Boario. unde Ouid. in Fastis: Instituitq; tibi, quę maxima dicitur aram. De hac lege Liuium

uiũ ĩ primo limine primi libri ab urbe cõdita, & Oui.in pri.Fastoꝝ.
Dionysius de ea ita scribit: Est.n.foro Boario proxima ueneratio-
neq; apud incolas inter cæteras præcipua. Solinus: Hercules insti-
tuit aram, quæ maxima apud pontifices habetur, cum se ex Nico-
strata Euandri matre, quæ a Vaticino Carmentis dicta est, ĩmortalẽ
cõperisset. ¶ Si cupidus: si auarus sit. quod turpissimum homini est.
Tale est illud Persii: Egregiũ cũ me uicinia dicat: Nõ credã : uiso si
palles nũmo: Si facis in Penẽ quicqd tibi uenit amarum: Si puteal
multa cautus Vibice flagellas Nequicq̃ populo bibulas donaueris
aures. ¶ Vanus: stultus, ac si dicat modicæ prudẽtiæ. ut illud: Sic li-
bitũ uano. q nos distinxit Othoni. aut uanũ mendacẽ ĩtelligit, & ne
quã. Teren. Nõ ne pudet uanitatis: hoc est mẽdacij. Virg. Nec si mi
seꝝ fortuna Sinonẽ Finxit, uanũ ẽt, mẽdacẽq; improba finget. ¶ Eu
ganea: patauina. ad oues aũt altinates respexit: q̃ lanarum mollitie
(auctore Columella) cõmendabãtur. Mart. Velleribus primis Ap-
pulia, Parma secũdis, Nobilis Altinũ tertia laudat ouis. sunt aũt Eu
ganei Venetiæ populi. Sidonius Appollinaris mentionẽ faciẽs de
Tito Liuio sic ait. Vel quicqd in æuũ Mittũ euganeis patauina uo
lumina chartis. Marti. laudãs altini littora lib. iiii. Epigrãmatũ sic in
qt: Quæq; antenoreo dryadũ pulcherrima Fauno Nupsit ad Euga
neos sola Puella lacus. Cæterũ de Euganeis leges Plin. lib. iii. capi.
xx. & .xxi. ¶ Mollior: delicatior, & minime aptus laboribus bellicis.
ut ostẽdat corporis molliciem haud quaq; uiris cõuenire. ¶ Attri-
tus lumbũ: sinecdoche. i. hñs lumbũ attritũ. mollieiẽ sui tẽporis no
tat: quo multi sibi draucos appetebãt, cutẽ sibi polientes. Lumbum
aũt posuit, ꝓ podice, quẽ ut teneri & ueluti mulieres uiderẽtur, de-
pilẽ, glabrũq; sibi reddebant. ¶ Pumice catinensi. i. siculo. Nã Cati-
na ciuitas est Siciliæ nõ longe a mõte Aetna: q perpetuo flagrans
incẽdio lapides pumices eructat in littus catinẽse. Est aũt pumex
lapis leuis, & spongiosus, atq; aridus incendio excoctus. De quo
sic Virg. ĩ Aetna: Cõgeries saxi anhusto e uertice surgũt. Sic ueluti
in fornace lapis torret, & ois Exuit penitus uenis subit altius hu-
mor, Amissis opibus leuis sine põdere pumex Excutitur. De pumi
ce sic Plin. lib. xxxvi. Sed & his pumices, qui sunt in usu corporum
leuigandorũ fœminis iam quidẽ & uiris. ¶ Traducit auos squalen
tes: idest dedecorat & ridendos præbet, cũ eis similis non sit. Tra-
ducere. n. est dedecorare: & ueluti infamia afficere. ut est illud Mar
tialis: Rideris, multoq; magis traduceris Afer. i. infamia afficeris,
& dedecore aspergeris, & rideris. & in sequentibus: In qua se tra-
ducebat Vlysses: idest dedecorbat, seq; ridendũ præbebat. Sic & il-
lud in sacra scriptura: Ioseph aũt cũ esset uir bonus, & nollet ẽam
traducere: hoc est nota & infamia afficere, & ridendam præbere.
De hoc etiam priore Satyra diximus. ¶ Squalentes: uetustate. aut
ita effumigatos ob assiduos labores, quos pro patria tulerũt. ¶ Em
ptorq; ueneni: & si ueneficus est. ¶ Imagine frangẽda. si in stemma-
te suorũ maiorũ habet statuã: q̃ cæteris est dedecori. & ideo frangẽ-
da. ¶ Funestat: cõmaculat. ¶ Miseram: dictũ per cõmiserationẽ, quæ
talem produxerit. ¶ Veteris cæræ: licet, inqt, atria plena sint statuis
maiorũ tuorum non tamen inde pendet nobilitas: sed ex sola, uni
caq; uirtute. ea. n. est, q̃ (ut diximus) hoiem reddit clarũ & nobi-
lẽ: per ueteres igitur ceras intelligo imagines cæreas: q̃ collocaban
tur in armarijs in atrijs. ut dictũ est. Seneca de beneficijs: Nemo al
tero nobilior: nisi cui rectius ingeniũ: & artibus bonis aptius. Qui
imagines in atrijs exponũt, & nomina familiæ suæ longo ordine.
ac multis stemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium col-
locant, non noti magis q̃ nobiles sunt. ¶ Atria: atrium prima
erat pars ædiũ, ubi imagines cæreæ maiorũ in armarijs collocabã
tur, & ubi clientes dñum expectantes considebant. Horatius: Et re
bus omissis Atria seruantẽ postico falle clientẽ. Seneca de breuita-
te uitæ: Quã multi per refertũ clientibus atriũ ꝓdire uitabant. Il
lic ignis (ut paulo ante diximus) fiebat Ideo Iuuen. superius ima-
gines fumosas appellat. Dictaq; sunt atria, uel ab atriatibus Thu
scis: quod illinc exẽplum sumptũ sit. auctor Varro. Vel quod a ter
ra oriãtur, quasi atterraria, uel quod atra essent ex fumo. De ijs sic
meminit Victru. in. vi. Earũ aũt rerum nõ solũ erunt in urbe ædifi-
ciorũ rationes: sed ẽt ruri prærerquã quod in urbe atria proxima
ianuis solent esse. Poni aũt solebant imagines maiorũ cum titulis
suis in prima parte ædiũ: ut eorũ uirtutes posteri nõ solũ legerent,
sed etiam imitarentur. ¶ Nobilitas sola, uirtus: concludit nobilita-
tem non in gloria maiorum, neq; in falsis fortunæ bonis, sed in
propria, ueraq; animi uirtute consistere. unde Marius apud Sallu-
stium ait: Fortissimum quemq; generosum esse. Ostendit autem
poeta nobilitatem hæreditariam non esse: quando quidem uir-
tus in qua ipsa consistit nobilitas, neq; dono detur, neq; accipia-
tur, cum diuitiæ & imagines, & alia fortunæ bona a maioribus
relinqui possint. ¶ Virtus: auctore Cicerone in rhetoricis, animi
habitus est naturæ, modo atq; rationi consentaneus. habitus
uero est animi, corporisq; constans & absoluta aliqua in re per-
fectio. ¶ Paulus moribus esto: facito sis similis moribus Paulo &
Cosso & Druso: q multis officijs de repu. benemeriti sunt. per Pau-
lũ ĩtelligere possumus Paulũ Æmiliũ: qui Persen Macedoniæ regẽ
cũ liberis eius ĩ triumphũ duxit: quiq; frugalitatis & modestię ama
tor filiarũ maiorẽ M. Catonis filio uxorẽ dedit: minorẽ Helio Tubę
roni pauperi, sed optimo. uirtutẽ. n. est admiratus, per quã erat pau
per. ¶ Vel Cossus: de Cosso intelligendũ est: q (ut scribit Florus) Mus
sulanos, & Getulos accolas Syrtiũ iubẽte Augusto Cęsare domuit.
uñ cognomentũ Getulici assecutus est. unde sequitur: Salue Getu-
lice. meminit & Trangl. in Augusto. fuit & ante (ut scribit Liuius li
bro. iiii.) Cornelius Cossus tribunus militũ: q occiso Volumnio re
ge Veientium, optima spolia secunda retulit. ¶ Drusus: de Claudio
Druso põt intelligi, qui (auctore Trãquillo) hostiũ duce Drauso
cominus trucidato, sibi, posterisq; suis cognomen inuenit. Tradi-
tur ẽt proprætor ex prouincia Gallia retulisse aurum, Senonibus
olim in obsidione Capitolij datũ, nec (ut fama est) extortum a Ca-
millo. Posses ẽt intelligere de Druso Nerone, qui Hasdrubalẽ iuxta
Metaurũ cæcidit. aut Druso fratre Tiberij Neronis: qui ab Augu-
sto in Germaniam missus, parta illa uictoria Germanici cognomẽ
est assequutus. Hos ergo tres cõmemorat, ut de republica optime
meritos. ¶ Hos. s. mores. ut sit sensus: Fac ut imagines tuorũ maioꝝ
uideãt uitã bene cõpositam in te esse. ¶ Illi. s. mores. ¶ Præcedant: si
uis, inqt, uera nobilitate censeri, fac dignitates & honores, quos in
republica adeptus es, uirtutibus & moribus ornes, & eos semper
tecũ præferas. ¶ Ipsas uirgas: ipsas dignitates. nã cõsulibus duode
cim lictores dabãtur cũ duodecim fascibus uirgarũ: totidemq; se-
curibus colligatis: q cõsules præcedebãt. ꝑtoribus uero sex tãtum
fasces cũ reliquis insignibus. ¶ Animi bona: bonorũ tria sunt gene
ra: alia sunt corporis: ut ualetudo, uelocitas, uires, dignitas. Alia
fortunę, q̃ externa dñr, q penitus extra sunt oẽm hois potestatem,
& fortunæ ĩperio subiecta, ut genus, eductio, opes, clientelæ, ami-
citiæ, affinitates, gloria maiorũ, quæ incerta, infirmaq; sunt, quæq;
hoĩes ignauos plerũq; reddunt, & ab oĩ uirtute alienos: hinc ergo
uera nobilitas nõ pendet. Alia sunt aĩ bona, q̃ cõsilio & cogitatio-
ne nostra cõstant: uidelicet iustitia, fortitudo, prudẽtia, & modestia:
q̃ uirtutes sunt morales, & qbus ueluti Dijs similes efficimur. hinc
ergo uera habet nobilitas. inqt igit poeta: Prima mihi debes animi
bona: ut sit prima pro premiũ, nomẽ pro aduerbio. ut sit sensus: Si
uis nobilis haberi ex bonis externis, & corporis, fac primũ bona
animi. i. uirtutẽ amplexus sis: q̃ maxime æternitati hois memoriam
cõsecrat: & sine ea uera nobilitas nõ habet, ut ostẽdat & illis bonis
hoĩem ẽt posse clarescere: sed bona animi ea esse, q̃ uerã hois nobi
litatẽ tribuãt. ¶ Sãctus haberi: ordo hic est, & sensus: Ego te, inquit,
agnosco procerẽ. i. nobilẽ, si mereris haberi & dictis & factis san-
ctus & iustitiæ tenax. Bene aũt Iuuenalis uirũ bonũ diffiniuit, q &
ope & uerbo unicuiq; si possit ꝓdest, & nemini iniuriã facit. San-
ctũ (auctore Macro.) dicimus sacrũ & religiosum & oĩ obserua-
tione ĩuiolatũ. uerũ ẽt apud auctores, ut hoc loco, accipit sanctus
pro eo, q se ab oĩ labe purũ custodit. ¶ Agnosco procerẽ: te habeo
& admitto nobilẽ, & generosum. ¶ Mereris: subaudi extrinsecus si
. i. si tu mereris haberi sanctus. i. bonus factis & dictis. ¶ Salue Ge-
tulice: te. n. salutabo quocũq; uis cognomine, ut nobilissimũ q̃lis
fuit Cossus Getulicus, tãq̃ & tu Getulos deuiceris. nã a uictorijs co
gnomẽta duces reportabãt: ut Numidicus, Macedonicus, Creticus,
Isauricus, Dacicus, Britãnicus. Mar. Creta dedit magnũ, maius de
dit Africa nomẽ Scipio, qđ uictor, quodq; Metellus hẽt. Nobilius
domito tribuit Germania Rheno: Et puer hoc dignus noie Cæsar
eras &c. ¶ Seu tu Syllanus: ordo est & sensus: Et libet mihi exclama
re præ lætitia, quod populus Ægyptius clamat inuento Osiri: si tu
contingis patriæ ouanti Syllanus rarus & egregius ciuis de quo-
cunq; alio sanguine. i. præ lætitia clamabo, si tu de quocunq; san-
guine, ac si dicat etiam uilissimo natus, similis fueris Syllano ra-
ro & egregio ciui, ut p̃clara ꝓ rep. facias sicut Syllanus. Is. n. (au-
ctore Liu. lib. viii. secũdi belli punici) Scipionis legatus Magonẽ
ducẽ Carthaginensiũ in Hispania superauit. Hãnonẽ alterũ impe
ratorẽ uiuũ cepit. Sicq; poeta semper docet illos nobiles esse unde
cũq; nati fuerint: q p̃claris facinoribus uitã suã illustrauerint. ¶ Pa-
trioæ uãti: nã patria læta est, cũ de rep. bñ merẽtes habet ciues.

Virtus
Habitus

Bonorũ tria genera

ASCen. ¶ QVIS fructus generis tabula &c. Eandem rem continuat: ut tamen ſcias lector quid per tabulam ſignificet leges ꝑ Mancinellũ ex Plinio recitata.ꝗ ſi legiſti ꝗdem: ſed nõ intellexiſti: hoc ſibi uolũt. Veteres Romani ut ad maiorũ ueſtigia inuitãda iuuenes quotidie cohortarent: ꝓpoſuerãt oculis ſuis illorũ inſignia hoc modo in atrijs: quas Galli ſalas uocãt. erant quædã armaria.i.uariarũ repoſitoria ſeu locatoria (cogor fere barbarus eſſe ut intelligar) i ꝗbus diſponebãtur uultus egregiorũ uiroꝝ ſuæ cuiuſq; familiæ expreſſi cęra:q dũ quis mortuus erat, circũ funus ponebnt. ut tota familia.i. oẽs q de domo illa unq̃ egregij prodierãt, cõſpicerent. iuxta aũt armaria in parietibus erãt ſtemmata.ideſt ramuſculi ab radice primi nobilis in illa domo diſcurrẽtes ad imagines oĩum nobiliũ ab illo deſcendentiũ illic pictorũ: ad quas imagines erãt tabulæ formatæ in formã tabularũ cæratarũ: in ꝗbus infantuli ſcribere diſcunt, ubi cartharũ abundantia nõ eſt: eæ aũt tabulæ erant capaces, ita ꝙ codices: ideſt (ut uulgus uocat) rotula continerent & monimenta: ideſt ſcripta ad æternã memoriam eorũ, quæ ii quorũ erant: in magiſtratu geſſerãt: in ianuis aũt, & circũualuas erãt imagines ingẽtium animorum, qui aliqua bella egregia geſſerant, & ſpolia, exuuiaſq; hoſtium retulerant, quæ quidem ſpolia affigiebantur limitibus, & fornicibus, ac ualuis: eo pacto, ut ne alieno quidem domino, qui eas ædes emerit, ea deponere liceat. de quibus ſpolijs dicit Virgilius continue ad ea quæ in ſuperiore particula recitauimus ſic: Multaq; præterea ſacris in poſtibus arma, Captiui pendẽt currus, curuæq; ſecures: Et criſtæ capitum, & portarũ ingentia clauſtra Spicula, clypeiq;, ereptaq; roſtra carinis &c. Ordo textus noſtri eſt: Quis fructus: ideſt quæ utilitas ſupple eſt. iactare: ideſt ad iactantiam oſtẽtare in tabula capaci: ideſt ualde ampla largam ſcripturam capiente. famoſos: ideſt glorioſos & maximæ famæ. & hoc quidem hic in bonam partem. magiſtros equitum, quos capitaneos uulgus uocat, cum dictatore: qui ſummus erat magiſtratus, non ordinarie, ſed pro tempore creatus: qui non ut conſul cum patribus quid faciendum eſſet conſultabat: ſed dictabat: ideſt ex ſententia ſua pronunciabat quicquid uolebat. nec erat ius ab eo prouocandi. Quis fructus inquam eſt oſtentare maiores ſummos magiſtratus geſſiſſe. ſi male uiuitur ab oſtentantibus: ſcilicet coram Lepidis: ideſt illic ubi imagines Lepidorum: ideſt optimorum uirorum, quales Lepidi fuerunt depictæ erant: quaſi dicat nullus. & quo.i. ad quid ualet iactare tot effigies bellatorum, martia qui ob patriam pugnando uulnera paſſi. ſi alea: ideſt ludus alearum. pernox: ideſt totam noctem durans. luditur: ideſt exercetur ante Numantinos: ideſt uictores Numantiæ ciuitatis Hiſpaniæ, quam Scipio expugnauit: qui ob id Numantinus dictus eſt. Et ſi talia oſtentator uel aleator poſtquam totam noctem fere luſiſti. incipis dormire ortu Luciferi: ideſt oriente Lucifero: quo oriente, uel in cuius ortu duces Romani mouebant ſigna: ideſt uexilla & caſtra. hæc eſt uera lectio, quam Calderinus uir nimirũ argutiſſimus, & optime de literis meritus (licet aliquando dormitaſſe notetur) nobis approbat. quapropter miror cur Mancinellus ab eo diſceſſerit. Tametſi enim nõ omnino diſſona ſunt quæ adducit: ueriſimilior tamen eſt Calderini ſententia. Verũ quidem eſt ꝙ Lucifer dictus ſit Phoſphoros græce. & Nomantia ciuitas Hiſpaniæ ſit. adde ſi uis ꝙ ẽt Heſperus Lucifer quodãmodo dici põt: non ſolum, quia idem eſt aſtrũ: uerũ ẽt quia utroq; tẽpore lucem fert: ſed matutino affert, ueſpertino aufert. Vnde ferre licet raro pro auferre ponitur. ut in Bucolicis: Omnia fert ætas, aĩum quoq; &cæ. & ita ſi Luciferũ dicere uoluiſſet, ꝙ lucẽ auferret: nihil tamẽ procederet: quia ſenſus non eſt ꝙ incipiat aleator dormire ubi totam noctẽ luſerit ueſperi: ſed ſummo mane ſub lucem. Præterea quales ortus mihi pones ĩ Heſperia: hoc eſt occidente: quomodo Luciferũ ueſperi orientem dices, cum iam uicinus occaſui ſit. Ad hoc quis Luciferũ unq̃ dixit, ꝙ lucem auferat: licet ferre pro auferre per aphæreſim dicatur. ſed hoc purgant, ſi non potius inuertunt, dicentes Luciferum pro Heſpero poni. fateor quidem quoſdã primo Æneidos: Reuocato ſanguine Teucri: Teucrũ ꝓ Dardano putare poni. ſed ſi mihi eſſet hic de ea re diſputandi locus: dicerem. nec illic Teucrum pro Dardano: nec alibi Philomelam pro Progne: nec alia pro alijs (ut dicuntur) poni: ſed pro ſe. nam uult ſanguinem Teutri reuocari: ideſt aboleri, ut ex Creta oriundum: & Dardani genus ex Italia oriundum exaltari. Reuocamus enim florentes dum eos ad abolitionem uocamus. Sed ad inſtitutum noſtrum. licet aliqui duces Romani cœperint caſtra mouere cum Heſperi occaſu. quando ſcilicet: aut opportunitas, aut neceſſitas interueniens conſulit: tamen aduentante luce conſuetius eſt moueri. Præterea quis neget uituperabilius eſſe cũ Lucifero oriente q̃ cum Heſpero occidente incipere dormire. Non eſt ergo opus accipere Luciferum pro Heſpero: & ortum pro occaſu: cum in propria ſignificatione uerior ſit ſententia: Cur Fabius: ideſt aliquis Fabiorum natus. in lare herculeo: ideſt in familia, quæ Herculem ſe auctorem habere profitetur. gaudeat allobrogicis ſupple titulis, & appellationibus: quas Fabius emendatis ex quo Allobrogas uicerat moribus, aſſumpſit: ſe Allobrogum appellans: quas filius ob turpes mores merito amiſerat. & cur gaudeat magna ara Herculis: ideſt pontificatu ad magnam aram Herculis. uel gloria, quæ ex eo Fabiorum familiæ oriebatur: ꝙ ab eo ſcilicet Hercule genus ducerent. cuius maxima Romæ ara ueneratur. cur inquam gaudeat talibus: ſi ipſe exiſtens cupidus: ideſt auarus. ſi uanus: ideſt mendax, & ſine fidei conſtantia: & melior quantumuis agna euganea: ideſt oue altina, qua nihil imbellius: cum Hercule nil fuerit bellicoſius. & ſi atritus lumbum tenerum: ideſt mollem & delicatum ac libidinoſum: ideſt habens eum atritũ. eſt enim græca figura. punice: ideſt lapide cauernoſo, quo membranæ & cutes leuigantur & poliuntur. catinenſi: ideſt æthno: ideſt qualem Aetna mons Siciliæ ſæpe euomit. moris eſt epitheta rebus dare a locis in quibus plurimę & optimę ſunt. ut hyblęę apes: tyria purpura. indici uniones &c. producat.i. porro ducat, & exponat oculis mortalium ad oſtentationem. auos: ideſt imagines auorum. ſqualentes: ideſt ſitu & ſqualore uictas. quia (ut prius dixi) quæ quiſque amat, ea potiſſimum colit: quia ergo talis non uult imitari mores maiorum ſuorum, derelinquit imagines eorum ſqualidas. & ſi ipſe emptor ueneni: quo ſuos necet: funeſtat: ideſt incæſtat. & quaſi funere contaminat. imagine ſupple ſua frangenda: ideſt dirumpenda: & non cum alijs ponenda. & ita quaſi mortua inter uiuentes. unde quodammodo quaſi præſenti ſemper cadauere funeſtam facit miſeram gentem: ideſt progeniem ſuam dignam miſeratione, cum ei imputandum non ſit, ſi malos habeat nepotes. quibus optimis moribus egregie præluxerit. Miſerũ fere in bonam partem accipimus: nec de malo miſerum diximus. Licet igitur: ideſt quamuis. ueteres cæræ: ideſt antiquiſſimæ imagines ex cæra in armarijs (ut dixit Plinius) diſpoſitæ exornent tota atria. tamen ſupple ſola atq; unica uirtus eſt nobilitas. uel nobilitas eſt ſola atque unica uirtus: ideſt nihil dici poteſt uera nobilitas: niſi ipſa ſit uirtus. Et ideo eſto moribus: ideſt ſimilitudine morum. Paulus: uel Coſſus: uel Druſus: id ſimilis optimorum uirorum cuiuſmodi illi fuerunt. & pone hos mores tuos bonos, quibus alicuius: illorum ſimilis es. ante effigies maiorum tuorum: ideſt reputa te potius nobilem: quia tales mores habes: q̃ quia tales parentes & maiores. Illi ſcilicet boni mores præcedant: ideſt præferantur quantum ad hoc quod eſt effici nobilem. ipſas uirgas: ideſt faſces uirgarum quos lictores ferebant. te ſupple exiſtente conſule: ideſt non te tam reputabis nobilem ꝙ generoſos habeas parentes: aut amplos geſſiſti honores: ſeu magiſtratus: q̃ ꝙ ſpectatos obtineas laudatiſſimi cuiuſq; mores: ut in ſequentibus proſequitur dicens. Prima mihi debes animi bona. Ordo eſt: ac ſi dicat poeta: Si tu uis ut te dicam nobilem: tu debes mihi bona: ideſt bona dotes & uirtutes animi prima: ideſt in primis ante omnia alia: ideſt ante generoſitatem & claritatẽ ſanguinis: aut amplitudinẽ honorũ: aut opes fortunæ Sola.n. animi uirtus noſtra eſt. Sanitas.n. & incolumitas aut pulchritudo naturæ, cæloq; debẽtur: generoſitas progenitoribus: honores exhibẽtibus: diuitiæ fortunæ: aut donantibus eas: & potiſſimũ Deo: cuius omnia bona ſunt. at uirtus quã nemo mortaliũ aut dare aut auferre nobis poteſt: nr̃a (ut dixi) eſt: ſed non a nobis. Si tu mereris factis & dictis: ideſt opere & ſermone: quo ordine dixit Lucas actu. pri. Cœpit Ieſus facere & docere. haberi: id eſt æſtimari & reputari ſanctus: ideſt inuiolabilis. & tenax: ideſt obſeruans tenaciter iuſtitiæ. ego agnoſco ſupple te, uel in te. procerem.i. primorem ciuitatis optimũ uirũ, & nobiliſſimum, q ciuitatis onera portare poſſes: ut nobiliſſimus & generoſiſſimus. Raro autem procerem: quiritem: primorem: primatem: optimatem: & huiuſmodi ſingulariter leges. Salue Getulice: ideſt ego te tunc ſalutarem ſic o Getulice: ideſt ita generoſe ut Getulorum uictor ſalue. ſeu: ideſt ſiue. tu exiſtens Syllanus: ideſt nobilis ut Syllanus: ſeu ſupple ciuis rarus. Et pro: ideſt egregius: ideſt per uirtutem ab alijs ſegregandus (unde Home. & poſt eum Virgil. duces ab exercitu ſegregant: ut Reliquias Danaum, atq; immitis Achilli) cõtingis.i. cũ difficultate datus es patriæ ouanti.i. exultanti de uirtute tua.

AN· IT. ris

OSIRI inuento.i.inuento Api boue, quẽ Ægyptij, colunt, ueluti Osiridẽ. Nã tradiderũt aĩam Osiridis in boue trãsmigrasse. Non est fas eũ certos (ut scribit Pli.) uitæ annos excedere. Mersum igit̃ in sacerdotum fonte enecant, quæsituri luctu aliũ, quẽ substituant, donec inueniãt mœrent. Derasis ẽt capitibus, nec tñ usquã diu q̃ritur uitulus priori persimilis: quo inuẽto populus luctũ finit.

in Nerone: Igitur quasi iam depulso Nerone qnisnã diligeretur, ꝑquirebant, & omnium ore Rubellinus Plancus celebrabatur: cui nobilitas per matrẽ ex Iulia familia, ipsa placita maiorũ colebat habitu seuero, casta & secreta domo, quantoq; metu occultior, tanto plus famæ adeptus. Tumes alto sanguine Drusorũ: ꝙ genus trahis a familia Claudia: in qua fuit Claudius Drusus ille, qui (auctore Tranquillo in Augusto) hostiũ duce Druso comminus trucidato sibi, posterisq; suis cognomẽ inuenit. Hinc fuit Claudius ille Drusus, qui statua sibi cũ diademate ad Appij forum posita Italiam per clientales occupare tentauit. hic Claudius ille pulcher, q apud Siciliam non pascentibus in auspicãdo pullis, ac per contemptũ religionis mari demersis, quasi biberent quãdo esse nollent, prælũ nauale iniit, & superatus est. hinc deniq; Tiberius Nero tertius imperator, & Drusus frater eius. Tumes: in superbiã eueheris, tanq̃ aliquid egregiũ feceris: unde nobilis sis cẽsendus. sicq; ostendit ad udrã nobilitatẽ non sufficere genus maiorum. Vt te conciperet: subaudi extrinsecus &. ut sit: Et ut te cõciperet mater ex familia Iulia: nõ aũt ignobilis mulier, q̃ ut gente pauptate texit telam conducta mercede. Sub aere: sub dio. sicq; pauperũ mãsiones designauit. Horatius. Diues ne prisco natus ab Inacho: Nil interest an pauper, an infima De gente sub dio moreris. Vos humiles inquis subaudi estis, cũ cõtemptu ꝓferendũ hoc est. Patriam parẽtis: unde descẽderit parens uester. Ast ego cecropides: subaudi sum. i. nobilis. non autem hoc dicit: qa sit Atheniensis Rubellius: sed qa cũ Athenis de nobilitate esset certatio: alijq; se dicerẽt oriundos a Cecropæ: seq; cecropidas dicerẽt. alij ab Alcmæone: uñ Alcmæonij. alij ab Erectheo: uñ Erecthidæ Cecropidẽ genere ꝑstabãt. Viuas: nõ sine indignatione dictũ a poeta

De Abi boue ita scribit Strabo lib. xvii. Memphis Ægyptiorum est regie: ea Apidis tẽplũ habet, q idẽ est, quod Osiris. Hic aũt est ille Osiris: quem alij Saturni ex Rhea filiũ fuisse tradũt. Alij Iouis ex Niobe. Virũ magni ingenij, gloriæ cupidum, qui relictis agris & patria sua, ad Ægyptios transferauit, quos ditioni suę subegit. Isidẽ Inachi filiã, q̃so ante uocabat̃, duxit uxorẽ: quorum uterq; ob uarias uirtutes diuinos honores meruit. Isis .n. leges statuisse fertur. uñ Thesmophora a græcis: hoc est legifera dicta est. Eã ẽt frugũ inuẽtricem dñt. Osirim uero uarias artes Ægyptios docuisse, de quibus sic cinit Tibullus: Primus aratra manu solerti fecit Osiris: Et tenerã ferro solicitauit humum. Primũ in expertæ cõmisit semina terræ: Pomaq; nõ notis legit ab arboribus. Hic docuit tenerã palis adiũgere uitẽ: Hic uiridẽ dura cedere falce comã. Verũ Osirim ferunt a Typhone fratre ꝑ fraudẽ occisum fuisse, ac dilaniatũ, eiusq; mẽbra ab uxore diu q̃sita: q cũ nõ inueniret. in maximos fletus prũpere solitã. Quare cõmotos Ægypticos tã diu ea quæsiuisse quoad iuxta Syenẽ inuenerũt: q illic Isis sepulturæ mãdauit. Insignis: subaudi est. Quis .n. rationẽ affert illũ nobilẽ nequaquã cẽsendum: in quo solum ꝑclarũ genus, & nõ uirtus spectat̃: ut ostẽdat solã uirtutẽ dare hoĩ nobilitatem. Seneca. Quis est generosus: ad uirtutẽ bene a natura composi tus. Quint. Qui generosissimus: nõne q optimus: nõ q celebrita te nascẽdi, sed q uirtute maxime excellit. Nanũ cuiusdã: ostẽdit illũ sæpe derisui haberi, q nobilis & generosus appellat̃. Na quemadmodũ per risum & iocum appellamus nanum alicuius Atlanta, & Æthiopẽ albũ & Cygnũ, ita ẽt ironicos appellamus aliquos Creticos & Camerinos: cum tñ sint ueri Cretici nec Camerini: hoc est cũ in ijs nulla maiorũ uirtutis ornamenta spectentur. ut sit sensus: Non si te Creticũ aut Camerinũ aliqs appellat, propterea es Creticus aut Camerinus. nã id cognomẽ posset tibi esse impositũ in derisum, sicuti etiam per iocum Atlanta nanum appellamus. Europen: quã ob pulchritudinem Iupiter in taurum conuersus ex Phœnicia in Cretã aduxit. fuit autẽ filia. Agenoris Phœnicię regis. Leuibus: sine pilis, qui ꝑ ætatem longam, & scabiẽ decidunt. Violẽtius q̃ pardus, tigris, & leo. Ergo cauebis, Et metues: ne te ita per derisum uocent Creticum & Camerinum: quemadmodũ nanũ appellant Atlanta, & Aethiopem cygnũ. Ab eo Metello qui deuicta Creta Creticus est cognominatus, & ab eo P. Sulpitio Camerino uetustissimi generis, qui una cũ Sp. Posthumio Albo. Aulo Mãlio missi fuerũt Athenas, iussi inclytas leges Solonis describere, & alia rum ciuitatũ instituta, iura, moresq; noscere. Tecũ est mihi sermo Rubelli Plance: a Pontico ad quem scribit Satirã discedit, & Rubellium Plancũ alloquitur. mox ad Ponticũ redibit, cum dicet paulo post: Hæc satis ad iuuenem. De Rubellio Plãco ita scribit Tacitus

esmo ra

Inuento. quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantum
Insignis? nanum cuiusdam Atlanta vocamus,
Aethiopem cygnum, paruam, extortamq; puellam,
Europen, canibus pigris, scabieq; vetusta
Leuibus, & siccæ lambentibus ora lucernæ,
Nomen erit pardus, tigris, leo, siquis adhuc ast,
Quod fremit in terris violentius. ergo cauebis,
Et metues, ne tu sis Creticus, aut camerinus.
His ego quem monui, tecũ est mihi sermo Rubelli
Plance, tumes alto Drusorum sanguine, tanquam
Feceris ipse aliquid, propter quod nobilis esses.
Vt te conciperet, quæ sanguine fulget Iuli,
Non quæ ventoso conducta sub aere texit,
Vos humiles inquis, vulgi pars vltima nostri,
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis,
Ast ego cecropides, viuas, & originis huius
Gaudia longa feras, tamen ima plebe Quiritem
Facundum inuenies, solet hic defendere causas
Nobilis indocti. veniet de plebe togata
Qui iuris nodos, & legum ænigmata soluat.
Hic petit Euphraten iuuenis, domitiq; Bataui
Custodes aquilas armis industrius; at tu
Nil nisi cecropides, truncoq; simillimus hermæ,
Nullo quippe alio vincis discrimine, q̃ quod
Illi marmoreum caput est, tua viuit imago.
Dic mihi Teucrorum proles, animalia muta
Quis generosa putet nisi fortia? nempe volucrem
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Feruet, & exultat rauco victoria Circo.
Nobilis hic, quocunq; venit de gramine, cuius
Clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis.
Sed vænale pecus corithæ, posteritas &
Hirpini, si rara iugo victoria sedit.

Cecropidæ
Ericlida
Alcmæonij.

& irrisione uanæ nobilitatis. Imitatio est Persii: Dinomaches ego sum suffla, sum cãdidus esto. Tñ ima: ut ostẽdat nobilitatem pendere ex uirtute & bonis aĩ: nõ aũt ex bonis externis: qbus insulsi hoĩes infiant̃. Nobilis: ironicos q se nobilẽ putat. De plebe togata. i. uili. Toga. n. (ut diximus ex Asconij testimonio) erat uiliorũ. Nodos: difficultates. Soluat: explicet & enodet. Aenigmata. ænigma sermo est obscurus iterprætamento indigens. ab αἶνιττω quod est nuo. innuit. n. qddã quod postea est pluribus explicãdũ. uel ab αἰνιττομαι quod est obscure loquor, ut illud: Vidi mare con cretũ in creta ligneo in cãpo: ubi caro humana ossibus ludebat. signat. n. salinũ cũ sale i mensa ubi manus humana talos iactabat. itẽ: ut Mr me genuit: eadẽ mox gignit ex me. cũ signat ex aq̃ glaciẽ cõcrescere: & rursus i aq̃ resolui. ergo ęnigmata dubios & obscuros legũ sensus, q̃ græci dñt ænigmata. hoc genus qdã e nostris ueteribus scirpos appellãt. Gellius. Hic: alius, ut sit sensus: Alius iquit, iuuenis, quẽ tu ignobilẽ appellas, nulli ꝑrsus pro repu. parcẽs labori longinqs regiones petit, mille pericula adit. At tu nihil horũ facis: Cecropidẽ te tm̃ uocas: hoc est nobilẽ. cũq; desidię cõsulas una hac re tm̃ gloriaris, ꝙ nobilis sis. eũ aũt nõ appellat Cecropidẽ (ut diximus) ꝙ sit Atheniẽsis, cũ familiæ de nobilitate cõtẽderẽt: aliæ dicebãt se a Cecrope oriũdas: uñ Cecropidæ dicebãt̃. aliæ ab Alcmæonij, uñ Alcmæonij, aliæ ab Erictheo: uñ Erichthidæ. sed Cecropidę

Aenigma

nobiliores habebãtur a Cecrope:q ẽt ante Deucalionis tpa regnauit Athenis.quẽ oĩs antiqtas fabulata eſt fuiſſe biformẽ: qa primus marẽ fœminæ matrimonio iunxit. ¶Euphratẽ:partes oriẽtales. nã Euphrates fluuius eſt,quẽ fundit maior Armenia Babilonẽ interfluens.auctores Strabo lib.ii. & lib.xi.Solinus & Mela hũc Aſirij Regis flumen appellant.

Bataui ¶Bataui domiti:de Batauis meminit Tacitus in eo opuſculo,quẽ de Germanis cõpoſuit. Sunt.n.Germanię populi Rhenũ incolẽtes.hos Domitianus aduuc puer domuit ut ſcribit Tacitus & Silius: At puer auricomo iã formidate Batauo. ¶Custodes aqlas:uexilla.nã aqla romanorũ erat inſigne.Iuuena.in ſequẽtibus:Da nunc & uolucrem ſceptro,q̃ ſurgit eburneo: eo loco de aquila pluſcula dicemus. Vegetius:Primum ſignum totius legionis eſt aqla:quam aquilifer portat. ¶Aquilas custodes domiti Bataui.ideſt præſidia poſita ad tenẽdos Batauos nuper domitos a Domitiano. ¶Trũcoq͂ ſimillimus hermæ.i.ſtatuæ Mercurij.

Hermes Hermes.n.appellatus eſt Mercurius:ut auctor eſt Fulgẽtius:ab eo ꝙ ἑρμηνεύω idẽ eſt,quod iterpretor & diſſero illa uidelicet cã, uel ꝙ negociatori linguarũ ſit diſertio neceſſaria(utraq͂.n. regna permeare dr̃ ſupna,atq͂ inferna)quod mõ uẽtis in altũ nauigãs curſat mõ demerſus interna tẽpeſtatibus appetat.uel(ut auctor ẽ Diodorus lib.pri.)ꝙ ſermonis inuẽtor fuerit,Horat.Mercuri facũde nepos Atlãtis: Qui feros cultus hoĩum recẽtũ Voce formaſti catus. uel qa uerborũ interp̃tationẽ inuenerit uñ & ipſũ Hermem:hoc eſt interpretẽ appellarũt. Latini uero Mercuriũ dici uoluere q̃ſi mercĩũ curã negocijs.n.(ut ſcrib.Fulgẽtius) p̃fuiſſe dr̃:eũq͂ Deũ lucri putauerũt.Perſius: Mercuriũq͂ accerſi fibra,da fortunare penates, Horat.Mercarier unus.Cũ lubro norã nõ frequentia Mercuriale Impoſuere mihi cognomẽ cõpita. Hermæ lapidei Athenis ex domeſtica cõſuetudine opus q̃dratũ plurimi erãt tã in priuatarũ ędiũ ueſtibulis,q̃ i ſacrarum:q (ut ſcribit Thucydides lib.yi.hyſtoriarũ) una nocte,cũ Atheniẽſes expeditionẽ aduerſus Syracuſanos pararẽt,ex maxima parte circa ora circũciſi fuerũt incerto auctore:q̃ res infelicitatẽ portendit Atheniẽſibus.nã à Syracuſanis ſuperati, cæſiq͂ pene fuerũt oẽs De Mercurio ẽt ſic loqtur Macrob. primo Saturna.Pleraq͂ ẽt ſimulachra Mercurij quadrato ſtatu figurãtur, ſolo capite inſignita.Hoc idẽ teſtat̃ Plutar. i Nicia & Alcibiade ſic: Adijciebãt p̃terea Mercurij ſtatuas:q̃rũ Athenis magna copia erat ex oĩbus locis ciuitatis una nocte fuiſſe deiectas:capitibuſq͂ pfractis ad terrã proſtratas iacere meminit & Æmilius Pronus in Alcibiade.in.iiii.ẽt libr. epigrãmatũ Xenocratis qdã epigrãma edidit: ubi introducit Mercuriũ loquentẽ,interrogãtẽq͂ cur ipſum ſine pedibus,& manibus ſculpſiſſent:cum & palæſtrita ſit,& geſticulator: ἑρμῆς, ὦκυς ἐγὼ κικλήσκομαι παλαίστρη. μὴ κόλοβον χειρῶν ἵστατε μηδ' ἄποδα. ἢ πῶς ὦκυς ἐγὼ πῶς δ' ὀρθὰ χεροῖν ὀμήσω ἐς βάσιν ἀμφότερον ὀρφανὸς ἱστάμενος: hoc eſt Hermes ego celer uocor,ſed palæſtræ.Nõ mutilum manibus ſtatuite,neq͂ abſq͂ pedibus, uel qũo celer ego,qũo aũt recte manus mouebo? Ad greſſũ utrorũq͂ orphanus exiſtẽs.bene igit̃ cõparat poeta illũ,q ſe Cecropidem dixit:cũ patriæ inutilis ſit,ſtatuæ truncę Mercurij. ¶Nullo diſcrimine: nulla differẽtia. ¶Dic mihi Teucrorũ ples.i.o tu Rubelli,qui te iactas oriũdũ ex ſanguine Iuli & Troianorum.nã ex familia Iulia(ut dixi) ducebat originẽ. ¶Niſi fortia.i.alicuius uirtutis. ¶Sic laudamus equũ:qa ſæpe ſit uelox i certamine & uictor. ¶Feruet: celebratur. ¶Exultat:applaudit,& fauet. ¶Rauco:ſonoro pp clamorẽ fauentiũ & excitãtiũ currẽtes illic aurigas.Nã(ut diximus initio opis)Rauci Codri.Raucus uocabulũ eſt mediũ:ut mõ ſonorum,mõ obtuſę uocis raucũ appellemus. ¶Nobilis.ſ.eſt. ¶Nobilis hic:ille,ingt,nobilis habet̃ equus undecunq͂ ortus ſit:q̃ in certamine cæteros curſu ſuperat.ut inuat ita & illos nobiles uocãdos,q egregio aliquo facto cęteris p̃ſtãt.nõ q opibus,aut maiorum gloria nitant̃, cũ nobilitas tota ab aĩ ꝓbitatibus pẽdeat. ¶Hirpini:nomẽ eq optimi. Mart. Hirpini ueteres,q bene uouit auos. ¶Hirpini,& Corithæ: ait poeta eorum ſcobolẽ a dñis.qbus cari eſſe deberẽt reſpectu parentũ, uenditioni exponi,qa parum curſu ualeãt. ¶Si rara:ratio q̃re uendatur. ¶Iugo.i. ſi rarã cõſequuta fuerit uictoriã:dum currũ in circo trahit.

ASCen. ¶ TVNC te inuẽto libet exclamare illud genus exultationis: quod populus Ægyptius exclamat Oſtri.i.boue Oſirim repñtante inuẽto.poſtq̃ diu q̃ſitus fuerat.n.ꝓ qa.qs.q.d.nemo dixerit. hũc .i.cũ generoſum,q exiſtẽs ĩdignus gñe ſuo:qa a uirtute maiorum ſuorum degenerãs.eſt tm̃.i.ſolũmodo.iſignis.i.clarus & inſignitus. & ꝓ inſigni p̃ditus.p̃claro noĩe.i.cognomine maiorum ſuorũ:hoc eſt hñs nomẽ p̃clarorũ uirorũ,& nõ opatiões.Proxime ↄſequẽtia legi põt:ut p ſimilitudinẽ oñdat:ꝙ ſicut p ironiã nanũ uocamus Atlãta: ſiue Atlãtẽ(eſt.n.accuſatiui caſus ab Atlas)ita nõ niſi ironice optimorum uirorum noĩa pditiſſimis damus.Maior tñ uis & melior ↄtextus erit p iterrogationẽ figuratã:q̃ negatiuã rñſionẽ efflagitat.hoc mõ. Nunqd uocamus nanũ.i. puſillũ filiũ cuiuſdã noti nobis. Atlanta .i.pulcherrimũ & longiſſimũ uirũ.q̃lis & q̃tus dr̃ Atlas:q (ut Virgi.iiii.Æneid. dicit) Axem humero torquet ſtellis ardẽtibus aptũ? Nunqd uocamus Æthiopẽ.i.nigerrimũ.cygnũ.i.cãdidiſſimũ? Nunquid nos uocamus puellã paruã,& extorta.i.ſtrumoſam & gibboſam,& mẽbra extorta hñtẽ,Europen.i.ꝓcerã & pulchrã, q̃lis erat Europe? Nunqd tigris:aut pardus: aut leo: aut ſup. ſi qd eſt in terris:quod fremit adhuc uiolẽtius, q̃ aĩalia iã dicta. erit nomẽ canibus pigris:& leuibus.i.expilatis:hoc ẽ qbus atriti ſunt, uel exciderũt pili.uetuſta ſcabie.i.p uetuſtã ſcabiẽ.& lambẽtibus ora.i.extremitatẽ lucernæ ſiccæ.i.inutilibus ad uenationẽ.& uictũ fœde quæritãtibus.q.d.minime. uñ inferi: Ergo tu cauebis & metues ne ſis Creticus.i.appelleris Creticus:aut Camerinus.i.uir ſtrenuus & nobilis ſicut Metellus,q deuicta Creta Creticus dictus eſt & tñ ſis hõ neq̃ & pditus:ita hoc ultimũ Calderinus, & ex eo Mãcinellus gloriat̃ aperuiſſe.ego credo legi poſſe:ac Camerinus:nõ aut.& ſẽſum eſſe.Ergo cauebis ne ſis Creticus noĩe.ſ.ac Camerinus re.Nã creticũ nomẽ ſeueritatis ẽ & uiri iuridici ut Saty.ſcđa Cretice pelluces. ubi creticus nõ ponit̃ ꝓ noĩe uili:ſed ꝓ excellẽtiſſimo.uñ ægre fert ꝙ Creticus.i.q ſeuerus iudex eſſe debeas.pellucet.i.p molles habitus lucet:ut ibi dictũ eſt.Camerinus aũt ꝓ ſordido ponit̃,ut i p̃cedẽti Saty.Tu Camerinos,& Bareas, tu nobiliũ magna atria curas. Præterea Sulp.Camerinus uitioſus a Tacito notat̃.Qu a tam ẽ textus habẽt aut Camerinus:& certũ eſt Camerinos nobiles eſſe:exponi põt:ne ſis Creticus,aut Camerinus.ſup.noĩe tm̃.Neq͂ ordo eſt: Ergo tu quẽ ego his monui cauebis ne ſis Creticus &c. Sed ſicut Hora.in primo ſermone ad auditorẽ ſuũ ridentẽ.& libẽter rẽ fabuloſã audiẽtẽ dicit: Quid rides:mutuo noĩe de te Fabula narrat̃ &c. ita hoc loco p fantaſiam quãdã fingit poeta Rubelliũ Plancũ hæc libẽter audire:q̃ſi in aliũ dicãtur:uñ interrogat eũ dicẽs: Quẽ monui putas his uerbis meis o Rubelli Plãce.ſermo ẽ mihi tecũ.i. ad te loquor.tu.n.tumes.i.inflaris, & ſuperbus incedis alto ſanguine Druſorũ.i.illorũ nobiliũ.tanq̃.i.perinde.ac ſi ipſe.i.tu.feceris aliqd pp quod eſſes nobilis.& pp quod dignus ſup.eſſes:ut matrona aliq̃ nobiliſſima,q̃ fulget ſanguine Iuli:uñ Iulius Cęſar cognoiatus, cõciperet te.& nõ ea q̃ cõducta.i.mercenaria.texit.i.texturã exercet in uẽtoſo agere.i.Tarqnij Supbi.Tu.n.inqs ad populũ Romanũ.uos humiles.i.humili domo loco nati eſtis ſup. ultima.i.uiliſſima,& abiectiſſima pars noſtri uulgi:quorũ nemo queat mõſtrare patriã parẽtis ſui.i.nemo ſcit uñ originẽ duxerit, cũ tñ aduena ſit. Aſt.i. ſed.ego ſup.ſum Cecropides .i. nobilis a principe ciuitatis meæ originẽ trahẽs:ſicut Cecropidæ.i. Atheniẽſes nobiles a Cecrope rege ſuo.Rñdet poeta,aut forte aliqs ex plebe.q.d.bñ ſit tibi:uel ꝓſit tibi ꝙ Cecropides ſis.Viuas:ſicut a gratãtibus dr̃ uiuat rex.& feras.i.tollas:habeas lõga gaudia huius originis:tñ ne contemnas oĩno plebẽ:qa tu inuenies in ima.i.infima & humillima plebe.Quiritẽ.i.ciuẽ Romanũ.facundũ.i.diſertũ & bñ loquentẽ.hic.ſ. plebeius facũdus ſolet defendere cauſas nobilis.ſ.hoĩs & ĩdocti. ueniet ſup.aliqs de plebe togata.i.Romana.uel ſi uis de claſſe libertinorum: q togati ſalutabãt.& p̃texta nõ gaudebãt.q ſoluat.i. apiat. nodos .i.difficiles & intricatos ſenſus & iuris enigmata .i. obſcuriſſima ꝓblemata regũ.i.q ſit iuris legũq͂ pitus.hic.i.hmõi plebeius. petit Euphratẽ.i.Armenios & exteras regiones:aut miles,aut negociator miſſus.iuuenis.i.i iuuẽta ſua.& ipſe ĩduſtrius.i.ſolers, & gnauus,& ad multa reip.utilis.armis.i.parma.petit aqlas cuſtodes Bataui ſup.populi Germaniæ domiti a Domitiano.ſ. iuuene.i. ſigna aut uexilla Romana,qbus Bataui iã domiti cuſtodiunt̃ ne rebellẽt. at.i.ſed.tu q te iactas de nobilitate tua. nil ſup. es niſi Cecropides .i.nobilis & generoſus.i.nihil cõmodi ꝓ patria facis. ꝙ pro &. es ſup.ſimillimus trunco hermæ.i. Mercurij:cuius caput ſolũ effigiatũ erat:& q dabat̃ p̃clare agẽtibus.qppe:quia certe tu nõ uincis.i. excellis illũ truncũ ullo alio diſcrimine.i.ulla alia differẽtia,q̃ ꝙ caput eſt illi marmoreũ: & tua imago uiuit:ſed nihil boni operatur. Dic mihi Teucrorũ proles &c. Oſtẽdit i cæteris aĩantibus nihil generoſum dici,aut nobile pp nobilitatẽ gignẽtiũ:ſi idipſum fortitudine ac generoſitate aĩ careat. Ordo eſt:proles Teucrorũ.i.iactans te a Teucris.i. Troianis originẽ ducere. exiſtens tñ aĩalia muta:q.d. idola & nihil boni agentia:aut dicentia.dic mihi:qs putet.i.cẽſeat. aliq̃ ſup.aĩalia gñoſa.i.nobilia ex gñe niſi fortia.i.ea q̃ fortia ſunt: q.d.nemo. Nempe.i. quia, certe nos laudamus ſic.i.pp propriam

uirtutem,

uirtutem,ac dotē.equū uolucrem.i.uelocis curſus,cui facili ſupp. ad curſum.i.agili.feruet.i.multiplicatur cū feruore.plurima palma .i.uictoria i certamine curuli(aut ēt dū ſolus currit,ſicut nūc ī mul tis locis Italiæ eq uel ſoli,uel cū leui ſeſſore emittūtur ad curſum ſta tuto uictori præmio) & cui uictoria exultat.i.cū gaudio & exulta‑tione ſpectantiū acclamatur.in Circo.i.populo in Circo ſedēte.rau co.ſ. pp plauſum & frequētem clamorē.Hic.i.hmōi. equus ui‑ctorioſus eſt ſup.nobilis.de quo cunq₃ gramine.i.qbuſcunq₃ pa ſcuis.uenit.i.adducit(eſt.n.præ ſentis tpis: qa corripit primam) cuius ſup.eq fuga.i. curſus ue‑lox:q̄ſi aufugiētis.eſt clara.i.per ſpicua ante alios ſup.equos. & cuius puluis .i. abs quo puluis cōcitatus:& p aerē diffuſus. eſt .i.cōſpicit'.primus in æquore .i. campo ęquo & plano)nā ęquor ēt i terra eſt,ut in aqs. ſed qa liq da ſi nō uiolent' i æquore coeūt: ideo uulgo mar̄ uocam' ęquor) ſed decus.i.armētū equorū (pe‑cus.n.eſt quod humana caret ef figie) uenale.i. pductū ad uēdē dū.exiſtēs poſteritas.i. ples aut generatio poſterior.corithæ.i. il lius laudatiſſimæ eq: & hirpini il liūs optimi eq.ſi uictoria cedit.i. paret & cōcedit' illi rara iugo.i. p iugū.i. trahēdo iugum curuli certamine:uel forte cōſcēdendo iugū.i.editorē partē montis.

cōis dicimus.n.hoiem a cōmuni ſenſu remotū : q aliqd turpiter & citra rōnem facit:q̄ſi q minime quod ab oibus cōiter fieri ſolet,fa‑ciat. Imitatio eſt Horatij:cōi ſenſu plane caret,inquimus. Quintil. lib.pri.improbās uitā ſolitariā in futuro Oratore ſic ſcribit: Sēſum ipſum,q cōis dr̄,ubi diſcetr'cū ſe a congreſſu, q nō hoibus ſolum, ſed mutis quoq₃ animalibus naturalis eſt,ſegregarit. ¶Laude tuo‑rū:nolim te totū ex rebus geſtis maiorū penderet ſic,ut nihil ipſe facias uñ laudē merearis. ¶Ne tecta collapſa:metaphoricos co lumnas uocat laudes maiorum .i.ne ſi laudes maiorū ſubtrahā‑tur:qb' ſuſtētaris & tu corruas: cū te ppria uirtute nō fulcias. er go ne tecta .i. ne tu ipſe pereas ammotis laudibus maiorum. ¶Stratus humi palmes:alia tran ſlatione oſtēdit oportere hoīem propria uirtute niti:ut ſtet, & ut palmes ulmis ſuſtētandus eſt,ſi humi iaceat,ſic & homo eſt pro pria uirtute fulciēdus:exponitq₃ qbus uirtutibus ſit innitendum ad uerā nobilitatē cōſequēdam. ¶Eſto bonus miles:oſtēdit quē‑admodū uera nobilitas pareat.

Nil ibi maiorum reſpectus, gratia nulla
Vmbrarum, dominos pretiis mutare iubentur
Exiguis, tritoq₃ trahunt epiredia collo
Segnipedes, digniq₃ molam verſare Nepotis.
Ergo vt miremur te, non tua primum aliquid da,
Quod poſſim titulis incidere præter honores,
Quos illis damus, & dedimus, qbus omnia debes.
Hæc ſatis ad iuuenem, quē nobis fama ſuperbum
Tradit, & inflatum, plenumq₃ Nerone propinquo.
Rarus enim ferme ſenſus communis in illa
Fortuna. ſed te cenſeri laude tuorum
Pontice noluerim, ſic vt nihil ipſe futuræ
Laudis agas, miſerum eſt aliorū incumbere famæ,
Ne collapſa ruant ſubductis tecta columnis.
Stratus humi palmes viduas deſiderat vlmos.
Eſto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
Integer, ambiguæ ſiquando citabere teſtis,
Incertæq₃ rei, Phalaris licet imperet, vt ſis,
Falſus, & admoto dictet periuria tauro,
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere cauſas.
Dignus morte perit, cœnet licet oſtrea centum
Gaurana, & Coſmi toto mergatur aheno.
Expectata diu tandem prouincia cum te
Rectorem accipiet, pone iræ fræna, modumq₃,
Pone & auaritiæ, miſerere inopum ſociorum.
Oſſa vides regum vacuis exhauſta medullis,
Reſpice quid moneant leges, quid curia mandet.
Præmia quanta bonos maneant, q̄ fulmine iuſto
Et Capito, & tutor ruerint damnante ſenatu.
Piratæ Cilicum, ſed quid damnatio confert,
Cum Panſa eripiat, quicquid tibi Natta reliquit?
Præconem Chærippe tuis circunſpice pannis,
Iamq₃ tace, furor eſt poſt omnia perdere naulum.

[…]AN. [...]T. ¶NIL ibi maiorum.nullo.n. maiox reſpectu mouētur : quin illos ut inutiles uēdāt. Sicq₃ poe ta docet illos cōtemni:q a maio ribus ſuis degenerauere. ¶Nil ibi : ordo eſt : Nil reſpectus eſt. ¶Ibi.i.in quo optimis parētibus pgenito. ¶Vmbrarū: maiorum mortuorū. ¶Epiredia: Epirediū currū ſignāt. quod uocabulum Romani)auctor Fabio) ex duo bus peregrinis ſuū fecerunt.ἐπι' & rheda dictione gallica : quod uehiculū ſignāt. Gelli.auctor eſt quoſdā ſenſiſſe uocabulū totum eſſe barbarū: ¶Molam Nepotis: Nepos nomē eſt pprīū uiri:q Ro mæ habebat piſtrinum, de quo Mar. Bis uicine Nepos. ¶Segnipedes:pigri. facta eſt cōpoſitio ex ſe gnis & pes.cōtra ſonipedes acres appellamus. ¶Ergo ut miremur: ſenſus hic eſt:Quandoqdē is nobilis dūtaxat eſt, cuius uita pēdet ex uirtute,& nō ex maiorū gloria. Aliqd igit' primū effice, uñ te & nō tua.i maiorū tuox genus & facta miremur:qa (ut dictū eſt ex Ouidij ſentētia)Genus & pauos,& quę nō fecimus ipſi, Vix ea no ſtra puto:ſed quod p uirtutē fecimus,id totū noſtrū eſt,& facit nobi les. ¶Nō tua:genus & gloriā maiorū tuorū. ¶Aliqd da: aliqd p̄cla‑rū ede. ¶Quod poſſim incidere titulis.inſcriptionibus. ¶Præter ho nores p̄ter famā & gloriā tuorū maiox:quos tanq̄ uiros pbos lau dauimus. ¶Quibus oīa debes:ex qbus totus pēdes oīa.n. q̄ habes uidelicet gloriā & famā illis debes.i.eorū bñficio oīa habes ita ni‑ctū,ut illud:Criminibus debēt hortos .i. obligati ſunt criminibus: q hortos habeāt:qa eorū bñficio ſunt aſſequuti. ¶Hæc ſatis: abſo‑luta quā fecit digreſſione ad Rubelliū redit ad Pōticū. ¶Hæc ſatis .ſ.ſunt. ¶Fama:aut quē gloria maiox tradit.& reddit ſupbum: aut quē fama.i.rumor tradit eſſe ſupbū.i.dicit. ¶Nerone ppinquo:hic .n.inflat':q ex familia Iulia oriundū (ut diximus)ſe p̄dicabat:ex q̄ & Nero Cęſarū ultimus originē ducebat. ¶Rarus.n.nō eſt,inqt mi rū Rubelliū ita iflari gloria:qa raro ſit:ut ſenſus cōis i magnis opi bus inueniat':ſicq₃ taxat Rubelliū mœræ inſcitiæ: ut q inde ueram nobilitatē pendere exiſtimet. ¶Senſus cōis: intelligētia q̄dā omniū

[...]ediū

[...]da

[...]ſus

Tutor ¶Tutor:is eſt q uim & poteſtatē habet in capite libero ad tuēdū eū:q pp ætatē ſuā ſpōte ſe neqt defendere:itaq₃ tutor appellatur q̄ſi tuitor,atq₃ defenſor. uñ tute la ipſa uis & poteſtas. Vulpia‑nus. ¶Arbiter idē:is pprie arbi‑ter dicit',q uolūtarie aſſumit' cau ſæ cognitor ab utroq₃ litigāte, finēq₃ ſnīa ſua cōtrouerſiis im‑ponit. Cic.in orōne pro Roſcio: Cū ad iudicē cauſam labefacta‑ri animaduertūt:ad arbitriū con fugiunt. Tranqllus in Othone: Cuidā' ēt de parte finiū litiganti cū uicino adhibitus arbiter totū agrū redemit: uñ arbitrariū dr̄. cū adhuc res apud arbitrū geri‑tur:& adhuc eſt incerta. Arbitrū ēt appellamus teſtē ſiue p̄ſentē & iſpectū eſt.ut illud apud Sallu ſtiū in Cati. Atq₃ ibi oībus arbi tris pcul ammotis,orōnē huiu‑ſcemodi habuit. ¶Integer: q mi‑nime corrūpat'. ¶Ambiguæ:or‑do eſt & ſenſus:Crede eſſe ſummū nefas p̄ferre aiam pudori.i.plu ris facere uitā q̄ pudorē & honeſtatē:hoc dico ſiquādo citabere te‑ſtis rei ambiguæ.ut ſit ſenſus:Laudabilius eſſe mori,q̄ aliqd flagi‑tioſum pp uitā cōmittere. ¶Phalaris licet: Phalaris crudeliſſimus fuit tyrannus:q primus Agrigēti in Sicilia tyrānidē exercuit : ad oēm ſæuitiā natus:quā matri inauſpicatū ſomnū portēdit(Viſa.n. ē facē parere)nouorū tormētox repertoribus p̄mia pponebat: Ob quā rem Perillus ei taux æneū fabricauit: quo hoīes ſubiecto igne iclufi torquerētur.& mugitū bouis uox hoīs imitaret'. Cæterū Pha laris ipſū opificē eo iclufum ſupplicio mortis affecit. Ouidi' i Ibin: Paphio clauſus in ære gemas. ¶Dictet:oſtēdat qđo tibi iurādū ſit. Nā dictare eſt aliqd docere in oī genere doctrinæ:quod alius exci piat.& dictata,q̄ tradunt' in oī gñe diſciplinæ.Perſius: Centū dicta ta fuiſſe Pro nihilo pendas. ¶Perdere cauſas uiuēdi:dupliciter dici mus hoīem uiuere:uidelicet,cū aīa eſt cōiuncta corporis : Et cum poſt hāc,quā mortē dicimus,hoīs memoria bonorū operū meritis ad poſteriores extēditur. Qui igit' p cōſeruatione huius uitæ tur pia,& nefanda cōmittit,amittit cauſas uiuēdi.i.bonos mores, bo‑nū nomē,honeſtatē,q̄ oīa ſunt cauſa ut hoīs fama īmortalitatē con ſortiat':bene.n.agēdo ſit,quod ſcribit Salluſtius : Vt memoriā no‑ſtri q̄ maxime lōgā efficiamus. Ergo bona opa ſunt cauſa æterne memoriæ,& ut hominis nomen ſemper uiuat. Vnde illud Martia.

Arbiter

Arbitrarium

Phalaris

Dictare

Poſt te uicturæ,ꝓ te quoq; uiuere chartę incipiēt,cineri gloria ſera
uenit. ¶ Dignus morte perit:ſenſus eſt:Ille oīno perit.i.nomē & fa-
ma eius oīno extinguit,& in obſcuro eſt.dignus morte .i. de quo
nulla unꝗ̄ fiat mētio,tanꝗ̄ de ſcelerato,q relicta honeſtate uolupta
tibus ſe īmergit.Plini.Iunior:Nā qcunq; uoluptatibus deditī: q̄ſi ī
diē uiuūt:uiuēdi cauſas quotidie finiūt.Qui uero poſteros cogitāt,
& memoriā ſui operibus extēdunt, his nulla mors nō repētina eſt.
Merito igitur illos periſſe iudicamus, q uitam a uirtutibus alienā
duxere unde & Pli.exprobrās nimiū unguētorū luxū Romanis,ſic
inqt:Quis nō merito iudicet periſſe tales?¶ Licet cœnet: lauticiæ,
inqt,iſtæ diuitiarum,& luxus nō ea ſunt, q̄ hoīs memoriam ad poſte
ros propagēt.¶ Gaurana oſtra.i.q̄ in lacu Lucrino ſaginabantur.
Eſt.n.Gaurus mōs in Cāpania nō lōge a Bais:ꝓximus Lucrino la
Gaurus; cui.de quo Lucanus:Vel ſi ꝓuulſo uertice Gaurus Decidat in fun
dū penitus ſtagnātis auerni.Strabo lib. v.¶ Mergat:ꝑfundatur un-
gatur.hinc illud eſt Plinianum:Liniq; iā non ſolū,ſed & ꝑfundi un
guētis gaudēt.¶ Aheno Coſmi:unguēto Coſmiano.Martia.Paſtil-
los Coſmi luxurioſa uoras.Nā unguētis cognomina dedere , aliis
Ahenū patriæ,aliis ſucci,aliis arbores,aliis cauſæ,aliis cōfectores. ¶ Ahe-
Cacab⁹ no:uas eſt cognariū ex ære. Paulus iuriſcōſultus ſcribit inter caca-
bos & ahenū,quod ſupra focū pēdet,oīo multum intereſſe:ut hoc
aq̄ ad potandū calefiat,in illis pulmētaria coquantur. ¶ Expectata
diu: docet Ponticū in ꝓuinciæ adminiſtratione qd ſit agndū:notās
auaritiā ꝑfectorū:q ad oēs rapinas cōuerſi ſocios & ꝓuinciales ſpo-
liabant.¶ Expectata diu: quam diu & ſummo deſiderio expectaſti.
¶ Pone frena iræ:neqd ꝑ ira uiolentū cuiꝗ̄ facias . ¶ Pone & auari-
tiæ:ſis ab rebus alienis abſtinēs.¶ Oſſa uides regū.i. uides reges ip
ſos exhauſtos,& exinanitos uſq; ad ſanguinē & medullas . unde
Plutarchus in Antonio:Multi & reges ab eodē ſpoliati ſunt & for
tunis oībus exuti. Vnde Tiberius reꝑhendēs ꝑſides ſuadētes pro
uincias onerādas tributo ſcripſit ſic:Boni paſtoris eſſe tundere pe-
cus,nō deglubere.¶ Reſpice:legibus,inqt,fac pareas: q̄ monent ni
hil eſſe faciendū:quod ab honeſtate ſit ſolutū. ¶ Quid curia mādet:
Curiæ hoc eſt ſenatus:q magiſtratibus in ꝓuincias euntibus mādat ut iu
duæ ſte,recteq; oīa adminiſtrēt.¶ Curia: duorū aūt generū curiæ ī urbe
fuerūt:& ubi curarēt res diuinas ſacerdotes,ut curiæ ueteres:& ubi
ſenatus humanas,ut curia Hoſtilia: quā ꝑmus ædificauit Hoſtilius
rex. auctor Varro.De qua ſic& Titus Liu.lib.pri.ab urbe cōdita:
Tullus Hoſtilius principes albanorū in patres, ut ea quoq; pars
reipub.creſceret legit,templūq; ordini ab ſe aucto fecit curiam , q̄
Hoſtilia uſq; ad patrū noſtrorū ætatē appellata eſt.¶ Maneāt:expe-
ctēt.¶ Fulmine iuſto:ſeuera & graui ſenatus cōdemnatione.¶ Rue
rint:ceciderint cōdemnati.¶ Et Capito hic eſt ille Coſſucianus Ca-
pito:q̄(ut ſcribit Tacitus in Nerone)fuit Tigillini gener:cuius prę
cibus aſcitus in ordinē ſenatoriū,repetūdarum damnatus fuit:ꝙ Cili
ciam ꝓuinciā,cui ꝑfuerat ſpoliaſſet.¶ Numitor:poſſumus intellige-
re & Numitorē a ſenatu ut prouincię ſpoliatorē damnatū fuiſſe.pla
cet ut legat Numitor.nā & ante Numitorē poſuit ꝓ nobili & diui-
te:Nō habet īfelix Numitor,qd mittat amico, Quintillæ quod do-
net habet,nec defuit illi Vnde emeret multa paſcendū carne leonē.
Sūt ēt codices q legūt & Tutor.Nā fuit tēporibus . Vitellii Iulius
Tutor,quē ripæ Rheni ꝑfecit Vitellius.lege Cor.Tacitū . ¶ Piratæ
Cilicū: ac ſi dicat ſpoliatores ſpoliatorū. Nā & Cilices piraticā exer
cuerūt Thyphonis & regū , qui ſucceſſerūt(ut auctor eſt Strabo)
ignauia eos Pomp.Magnus intra quadraginta dies captis octin-
genta q̄draginta ſex nauibus ademit.auctor Plutar. & Pli.lib. vii.
¶ Sed qd damnatio cōfert:ſed qd,inqt.ꝓdeſt tibi illos eſt dānatos,
qn̄ ærariū id capiat:ꝙ ipſi ꝑfecti tibi relinquerunt.i.quod extorſiſti
ex ipſis dānatis.Nā per iudiciū coacti erāt bona illa rapta relinque
re ſociis & ꝓuincialibus.uerū auaritia principū ea in ærariū defere
bant.qd & pri.Saty.poeta eſt cōqueſtus illic:At tu uictrix ꝓuincia
ploras.¶ Cū Panſa eripiat,qcquid tibi Natta reliqt: ideſt cū publicū
ærariū tibi eripiat qcquid tibi reliqt ꝑfectus ſpoliator:ut ꝑ Panſam
intelligas publicū ærariū:per Nattam oēm præfectū ſpoliatorem ſo
ciorū.legendumq; eſt cōiunctim cū ſuperiore:ut ſic ſe habeāt uer-
ſus: Sed qd dānatio cōfert. Cū Panſa eripiat,qcquid tibi Natta reli
qt.¶ Præconē Chærippe:hoc legendū quadā cū miſeratione : ut ſit
ſenſus:O Chærippe, o Cilix circūſpice præconē uendentē pannos
tuos:hoc eſt pānos ꝑfecti dānati, q tui eſſe deberēt , ſed in ærariū
deferentur.¶ Et iā tace:noli ullo modo conqueri,neqd tibi ab im-
peratore grauius contingat.ut ſit: Aſpice ut iniuſte oīa Romæ agā
tur,& tace.ſupprimenda,inquit,tibi eſt iniuria. cū iam mortis etiā
immineat periculū,ſi loqui,& cōqueri uolueris. ¶ Furor eſt perde-
re naui: ſumma : inquit inſania eſt uelle perdere uitam poſt om-
nia fortunæ bona. Metaphora autem eſt a domino nauis ſum-
pta:qui poſt iacturam factam in mari,naulum tamen ab his , qui
in naui ſecum manſere ſtudet exigere,ne perdat . Naulum autem Naulu
proprie dicitur ipſum pretium: quod gubernatori nauis perſolui-
tur.ναῦλον græci uocant.Ergo perdere naulum.i.uitam.

¶ RESPECTus.i.conſideratio.maiorū.i.progenitorū nil ſup.facit ASC
aut prodeſt ibi.i.in eis.& nulla gratia umbrarū.i.ab umbris parē-
tum eſt ibi.ſed ipſi ſegnipedes .i . tardos pedes habentes iubentur
mutare dominos.i. uendi.exiguis.i.modicis pretiis. & trahunt epi
redia.i.humilia uehicula ſuper q̄ trabes,aut lapides, aut uaſa tra-
hūtur.collo attrito aſſiduo iugo. & digni ſup. ſunt uerſare molam
.i.lapidē molarē.Nepotis uiri auariſſimi, qui piſtrino die & nocte
equos uexabat. Scies grāmatice locutionē hāc ꝯgruā eſſe ī rebus
nō in uocibus,qua dr̄ uænale pecus iubentur &c. Vnde triplex eſt Cong
congruitas.rerū tantum. ut quando collectiua ſingularia dictioni tas
plurali maritantur:ut Pars in fruſtra ſecant: Turba ruūt &c. Item plex
uocū tantū:ut Turba ruit. & utraq;.ut Tullius orat. Quia ergo pe
cus collectiuū eſt:bene dixit iubētur.nec oportet intelligere eſt : ut
ſit pecus eſt ſup.uænale &c.quia melius cohæret textus:de eiſdem
.n.loqtur:ſed pergo.Ergo:o Rubelli,uel tu Cecropide : & ut mire-
mur te & nō tua.i.tuos maiores: & tibi ex iure hæreditario proue
niētia & nō ex ꝓpria uirtute. da primū aliqd qd poſſim icidere titu
lis ſup.tuis ꝑter honores maiorū.ſ.tuorū:quos damus & dedimus
ſup.ſemper illis.ſ.parentibus & maioribus tuis : qbus debes om-
nia q̄. ſ.laudabilia habes. Hæc ſatis ſupple dicta ſunt , inqt poeta,
ad iuuenem.ſ.Rubelliū,quē fama tradit nobis.i. atteſtatur eſſe ſu-
perbū & inflatū.ꝙ pro &.plenū.i.tumētem & turgidū.Nerone pro-
pinquo.i.propinqua conſanguinitate Tiberii Neronis. Enim pro
qa.ſenſus cōmunis.i.qualē cōmune.i.uulgus habet. uel quo ſen-
tiat ut uulgus.eſt ſupp. ferme.ideſt q̄ſi ſemper.rarus in illa.i.nobili
fortuna. Sed o Pōtice ego noluerim te cenſeri.i.iudicari: & æſtima
ri.i.ꝙ tu æſtimeris & honoreris laude.i. ꝑꝑ laudē tuorū ſup.maio-
rū.ſic dico:ut ipſe.i.tu nihil agas futuræ laudis.i. ꝑꝑ quod in futu-
ro tpe forte poſt mortē tuā merearis laudari. miſerū.i. res miſera ē
incūbere.i.inniti.famæ.i.bono nomini & bonę opinioni. aliorum
.i. quæ habeat tibi ꝑꝑ alios, & nō ꝑꝑ te.ne tecta.i. ſuper talē famā
extructa.collapſa.i.ſimul labentia.ruāt.i. decidant. & hoc colūnis
.i.fulcris & ſuſtentaculis.ſubductis.i.amotis & interruptis . & hoc
miſerū ē ꝑꝑ alios:utpote ꝑꝑ parētes,aut fratres,aut alios quo ſuis
ꝑciſe laudari:qa ſi eorū fama denigret,ēt tua denigrabit.quod pro
bat exēplo naturali dicens. Palmes.i.ramus ipſius uitis, q per pro-
prias uires neqt ſurgere.ſtratus.i.proſtratus.humi.i. ſup terrā de-
ſiderat.i.optat ut leuetur.ulmos.i.tales arbores:qbus ꝑꝑ raritatem
umbræ uites fere adhærent in pluribus locis Italiæ.uiduas.i.deſer
tas & derelictas ab eo.Ergo ſi uis ſecure laudari:eſto bonus miles:
ſi militiā geris.bonus tutor:ſi tutelā geris. & tu idē eſto integer.i.in
corruptus.arbiter.i.iudex ex arbitrio animi tui iudicans:partibus
ad te rem oēm referētibus.Et ſi tu citabere.i. citaberis hoc eſt ad-
uocaberis ꝑ iuſtitiæ adminiſtratores.teſtis rei ambiguæ.i.dubiæ.ꝙ
pro &.incertæ.quā.ſ.ſolus ſcias.licet.i.q̄uis Phalaris.i.ſæuiſſimus
quiſꝗ̄ tyrannus:q̄lis erat Phalaris Agrigenti.īperet tibi ut ſis fal-
ſus teſtis.& dicet.i.pronūciet tibi ꝑiuria.i.formā periurandi.& uer
ba q̄ uult ut peierando dicas. & hoc tauro.i. machina ærea figurā
tauri hn̄te:quā Perillus excogitauit,& primus īntrauit.admoto ſup.
tibi.i. ante te poſito:ut niſi peieres in ipſum proiiciaris.crede ſum-
mū nefas ſup.eſſe ꝑferre pudori.i.uerecūdiæ de male faciēdo.ani-
mā.i.uitā & ꝑdere ꝑꝑ uitā i. ut uiuas,cauſas uiuēdi.i.honeſtatem,
q̄ cōplectit iuſtitiā,& æqtatē,ac reipu. cōmoda,& ſup oīa Dei amo
rem. Dignus morte.ideſt. qui meruit mortem : uel dignus eſt pro-
pter ſcelera ſua ut moriatur. perit . ideſt: ad nihilum redigitur . ita
ut ne memoriā quidem ſui poſt obitum derelinquat.uel perit: ideſt
aſſidue moritur.uel derit.i.iam periſſe cenſendus eſt.licet cœnet cē
tū oſtrea gaurana.i.lucrina,q̄ laudatiſſima ſunt.& mergatur.i.im-
mergat.toto aheno i.uaſe æreo:in quo unguēta cōficiunt. Coſmi
.i.illius unguentarii hoc eſt licet delicatiſſime uiuat. Cū.i.qn̄.ꝓuin
cia.i.aliqua regio longe a Roma diſtās, & a romanis prius deui-
cta:ob quod ut ī fide maneat opus ſit romano gubernatore.expe-
ctata.i. deſiderata a te diu accipiet.i. libēter capiet tandē poſt lon-
gā.ſ.expectationē te rectorē.pone.i.conſtitue.iræ frena.i.modera
mina:ne modū excedat. bene dicit pone frena : qa nō pōt uir acer
oīno extinguere fomitē iræ.dicēte Hora.ī pri. Sermonū: Deniq; q̄
finus excidi penitus uitiū irę.Cętera itē nequeūt ſtultis hærētis &c.

Neq; omnis ira peccatū est. Psal. Irascimini, & nolite peccare &cæ. Et pone modum.i.moderamen. auaritiæ.i.auiditati habendi. non ei quæ uitiosa est, quia ea penitus excidi debet: sed qua & licite & illicite cupere possumus. Miserere sociorum.i.iam in societatem acceptorum. inopum.i.opibus egentium: propter bellum, in quo deuicti sunt: & quo libentius miserearis attende, quia nihil tecum feres. tu enī uides.i.uidere potes. ossa regum.i.ditissimorum. exhausta.i. exsiccata & arefacta. medullis uacuis.i.exsicatis: hoc est attende ꝙ ne medullam quidem suam retineāt. uel intellige ut Manci. de spoliatione sepulchrorum. Respice.i.diligēter cōsidera. quid leges moneant: quia ut iustitiam facias. quid curia.s. senatorum. mandet: quia ut fidē populo Romano & æquitatem prouincialibus tuis serues: quāta prēmia maneant.i.expectent bonos.i. iustos & fidos uiros. & q̄.i.quātum. iusto fulmine.i.fulminatione seueræ sententiæ. Capito, & Tutor.i.uiri illi Romani piratæ.i.spoliatores in mari. Cilicum.i.illorum populorum, qui & ipsi piratæ fere sunt. q.d. spoliatores spoliatorum. ruerit.i.ceciderint in interitum. & hoc senatu.i.senatorum collegio, seu curia damnante sup.eos. Quia uero per hoc commendasse uidetur senatum: ut qui iustitiam colat: & prouinciarum spoliatores seuere puniat: cum tamen in. 1. Satyr. dictum sit: Quod uictrix prouincia ploret. & ꝙ nihil prosit prouincialibus uicisse in iudicio. ideo facit hic cōsimilia obiectionem ostendens, ꝙ nunc dānatio nihil prosit: quia si nouus rector & gubernator constituatur prouinciæ: eis auferet quæcunq; prior, qui damnatus est, reliquerat. Et ideo consulit prouincialibus ut taceāt.i. ut tolerent quātum possint rectorem etiam iniustum: ne cum iactura mercis, etiā naulum amittant. Hæc autem potior: & sui similior est sententia, q̄ quę est a Mancinello proposita. Deinde ostendit cur senatum commendauerit: quia.s. olim talis erat: dicens Non ijdem gemitus &c. De quo statim uidebimus. Ordo hic est: Sed quid confert.i.utilitatis affert. damnatio rectorum.s. ipsis prouincialibus. q.d. nihil. Et ideo o Chærippe.i. quicunq; in prouincia habitas. circunspice.i. prouide. tuis pannis.i.rebus tuis mobilibus. præconem.i.uenditorem. priusquam.s. nouus rector mittatur. Cum.i.quandoquidem. Pansa.i.posterior gubernator. eripiat tibi quicquid Natta.i.prior gubernator reliquit tibi. ꝙ pro &. tace iam.i.noli amplins accusare rectores: quia si etiam Pansa damnatus fuerit, mittetur forte alius adhuc auarior: q nihil derelinquet, sed furor est.i.ad furorē incitare potest. ꝑdere naulū.i.p̄tiū uecturę post oīa sup.ꝑ iacturā amissa: aut post naufragiū ēt p̄tio uecturę fraudari. hoc ē nihil penit⁹ retinere.

Non idem gemitus olim, nec vulnus erat par
Damnorum sociis florentibus, & modo victis
Plena domus tum omnis, & ingens stabat aceruus
Numorum, spartana chlamys, conchylia coa,
Et cum Parrhasii tabulis, signisq; Myronis
Phidiacum viuebat ebur, necnon Polycleti
Multus vbiq; labor, raræ sine Mentore mensæ.
Inde Dolabella est, atq; hinc Antonius, inde
Sacrilegus Verres, referebant nauibus altis
Occulta spolia, & plures de pace triumphos.
Nūc sociis iuga pauca boum, & grex paruus equaꝝ
Et pater armenti capto eripietur agello,
Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum,
Si quis in ædicula Deus vnicus, hæc etenim sunt
Pro summis, nam sunt hæc maxima despicias tu
Forsitan imbelles Rhodios, vnctamq; Corinthum,
Despicias merito. quid resina iuuentus,
Cruraq; totius facient tibi leuia gentis?
Horrida vitanda est Hispania, gallicus axis,
Illyricumq; latus, parce & messoribus illis,
Qui saturant vrbem, circo, scænæq; vacantem.
Quanta autem inde feres tam diræ præmia culpæ,
Cum tenues nuper Marius discinxerit Afros?
Curandum in primis ne magna iniuria fiat
Fortibus, & miseris, tollas licet omne, quod vsq̄ est
Auri, atq; argenti, scutum; gladiumq; relinques,
Et iacula, & galeam. Spoliatis arma supersunt.

lia sunt ex genere purpurarum. auctore Plinius libro nono: ex cuius facibus habetur ros, siue loquor aptus ad tingendas uestes. ¶ Coa: absolute dictum.i.uestis coa tenuissima, quam bombicinam appellamus: tanta tenuitate, ut corpus pelluceret. Plin. li. 11. in mollium reprehensionem sic exclamat: Nec puduit has uestes etiam uiros leuitate usurpare propter onera æstiua: in tantum a lorica gerēda discessere mores: ut oneri sint etiā uestes: & Solinus: Hoc est illud sericum in usum publicum damno seueritatis admissum, & quo ostentare potius corpora q̄ uestire primo fœminis, nūc etiā uiris ꝑsuasit luxuriæ libido. Horatius: Altera nil obstat, Cois tibi pene uidere est Vt nudam. hę fiebāt in Co insula, quas prima texisse fertur Pamphile Platis filia. ut scribit Plini. & tradit Aristote. in. 5. Propertius: Quid iuuat ornato procedere uitta capillo: Aut tenues Coa ueste mouere sinus? ¶ Parrhasii: hic ē ille nobilissimus pictor, qui olim cum Zeuside contendit: eumq; lintei pictura elusit. natus est Ephesi. De eo multa memorabilia tradit Plin. libr. 35. cap. 9. de eo & Tranquillus in Tiberio. & Quītilianus li. 11. scribunt. ¶ Signis: statuis. ¶ Myronis: egregius hic fuit statuarius. quod indicat Pli. lib. 34. & lib. 36. cap. 5. sic scribens: Nam Myronis ille, qui ęre laudatur anus ebria est Smyrnæ in primis inclyta. & Propertius sic: Atq; aram circum steterant armenta Myronis Quattuor artificis uiuida signa boues. ¶ Phidiacum ebur.i.statuæ eburneæ sculptę a Phidia tanto successu uiuere uiderentur. Virgil. Credo etiam uiuos ducent de marmore uultus. In ebore effingendo (ut scribit Quinti.) longe citra æmulum uiguit. de hoc scribit Strabo lib. 8. & Plin. libr. 7. & 34. huius etiam Seneca & Plutar. meminerunt. Propertius: Phidiacus signo se Iuppitur ornat eburno. Poeta in carmine obscęno Non sum phidiaca manu politus. ¶ Nec non Polycleti: Sycionius statuarius fuit. de quo Plini. Qui diligentia supra cæteros fuit, formamq; humanam supra uerum expressit, sed Deorum auctoritatē non expleuit. ergo, inquit poeta, ubiq; extabant opera Polycleti statuarij egregia: quæ multo cum labore ab eo fuerant peracta. ordo autem est: Necnon multus labor Polycleti ubiq; uiuebat. ¶ Mentore: hic celeberrimus fuit poculorum cælator, ut scribit Plin. lib. 33. & Mart. Accipe Mentorea pocula facta manu. Idem alibi: Solus Mentoreos habes labores. Propertius: Lesbia Mētoreo uina bibas opere. ¶ Inde Dolabella est: ob eas, inquit, diuitias multi ad latrocinia conuertebantur. Quales fuerunt Dolabella, Antonius, & Verres, qui prouinciarum præfecti eas spoliauerunt. Duos Dolabellas fuisse eodem nomine, & tempore scribit Pædianus, quorum alterū Cæsar accusauit ex Sicilia reum, nec damnauit: quo absoluto Rhodum (ut scribit Tranquil.) secessit. Alterum Dolabellam, qui Asię præfuerat proconsul accusauit Scaurus repetundarū, damnauitq;. ¶ Atq; hinc Antonius: hic est ille C. Antonius. de quo Pędianus: Hunc Antonium censores sexennio q̄ hæc dicerentur senatu mouerunt, causasq; subscripserunt: ꝙ socios diripuerat: multos enim in Achaia spoliauerat. ¶ Sacrilegus Verres (ut in. 2. Saty. diximus) Verres per triennium Siciliam tenuit, atq; in ea libidinose, auare, crudeliterq; uersatus est. Succedente tandem Metello, repetundarum reus, a Siculis postulatus est. Sacrilegum autem ob id appellat, ꝙ non solum Deos Siculis sustulit, sed & Athenis Mineruam, Deli Apollinem, Iunonem Sami, Dianam Pergami, Deosq; tota Asia, Græciaq; uiolauit. Vnde illud est Cice. in ipsum oxymoron: Siculos iam ne Deos quidem in suis urbibus, ad quos confuge-

Coa Bombicina

Parrhasius

Myron

Phidia

Polycletus

Mentor

N. T. ¶ NON ijdem gemitus: non erat, inquit, tantus dolor olim spoliatis, quantus nunc. erant enim tunc locupletes. Illud sciendum gemitus numeri esse pluralis, ut stet uersus. ¶ Vulnus damnorum.i. dolor qui ex damnis proueniebat. ¶ Non erat par.i.similis: quia tāto dolore non afficiebantur: cum omnino pluribus ablatis, multa etiam superessent. ¶ Socijs florentibus.i.existentibus in maximo diuitiarum flore, & cumulo. ¶ Modo uictis: recenter superatis. nā tūc cum primo uicti fuerant, erant diuites. ¶ Plena domus tunc omnis ita ut quamuis spoliarentur, multa tamen etiā relinquerētur. ¶ Spartana chlamys: hoc est uestis purpura laconica infecta. Nam succus ille purpuræ non modo apud Tyrios inuenitur: sed & in Menynge Africæ & Getulo littore Oceani, & in Laconia Eutropæ. lege Plinium libro. 9. capite. 36. Chlamys autem uestis est militaris. ¶ Conchylia uestes conchiliatæ: hoc est purpura infectæ. Nam conchy-

ura

mis

rēt,habere:ꝙ eorum simulachra sanctissima C.Verres ex delubris sanctissimis sustulisset.Occulta spolia:in urbem,inquit, referebāt plura spolia prouincialium ueluti de rebus bellicis parta:cum omnino essent de pace sublata.Occulta.i.furtiua. nam ea palam nō referebant:ut conspicerentur:quo more solent imperatores in triūphis spolia hostium referre.Produxit autem a in fine contra regulā nisi sit factum ratione finalitatis.ut illud apud Virg.in.3. Dona de hinc auro grauia,sectoq; elephanto.aut ꝙ duæ subsint consonantes in dictione sequenti quod tamen raro accidit.aut(quod magis placet) est legendum Occulta &spolia &plures de pace triumphos sicq; & sententia,& uersus optime stabit. Et plures triumphos de pace.ex prouincijs,inquit,finitis magistratibus domum cum multis triumphis redibant: hoc est cum multis spolijs sumptis de pace: utfaciunt triumphantes ex hostibus.unde est etiam illa Sallustij cōquestio in Iugurthino Pars ex pacatis prædas agebant. Et alibi in eodem:Non peculatus ærarij factus est,neq; per uim socijs ereptæ pecuniæ,quæ ꝗꝗ grauia sint, tamen pro consuetudine iam pro nihilo habentur.Iuga pauca boum:subaudi ad inferioribus eripiētur. Indomitam enim sui temporis auaritiam notat cum etiam res uiles raperent.Capto eripietur agello:ex quo,inquit, prouincialibus agelli erepti sunt,nunc rapiunt pauca iuga boum.i.omnem reliquam uilem supellectilem:unde Sallust.in Catilinario sic conqueritur. At hi contra ignauissimi homines per summum scelus omnia ea socijs adimere, quæ fortissimi uiri uictores hostibus reliquerant.Ipsi deinde lares:ipsi Dij domestici,quos colunt.bene autem ipsi:quasi qui minime sint uiolandi.Si quod.s.est.Spectabile pulchrum,& spectatu dignum.Signum:statua.Vnicus:etiam unicus.Nam sunt hæc maxima:idest hæc quę eis sunt relicta:quamuis minima pro summis sunt.Despicias tu Forsitan: possis secure Rhodios imbelles, & Corinthios spoliare a quibus tibi nihil sit metuendum:quando effœminati,mollesq; sint:sed caue, inquit Hispaniæ iniuriam facias,quæ scelus multū nō sinet.Imbelles Rhodios:luxuria &delitijs affluentes.Nam ex Asia (ut docet Valerius) lauticia & immodici sumptus & omnia non necessaria uoluptatis genera fluxerunt. Sic & Liuius lib. 9. de bello macedonico: Luxurię peregrinæ origo ab exercitu asiaticæ in urbem inuecta est.Rhodos autem insula est maris Lycij cognominata (ut diximus in. 6. Satyr.) a Rhodo Neptuni filia ex sorore Telchinum. Lycia autem

Corithus pars est Asiæ.Vnctamq; Corinthum pinguem &locupletissimam ac proinde uoluptatibus & luxuriæ obsequentem. Nam pecunia (ut docet Thucydides lib. 1.)prępotens fuit.ut etiam ab antiquis poetis demonstratur locuples oppidum cognominantibus. Eam etiam scribit Strabo lib. 8.locupletissimam fuisse. ibiq; emporium fuisse:mercatoribus illuc undiq; mercimonia conuehentibus. Vnde uectigalia pendi ingentia contingebat. Veneris etiam templum adeo locupletatum extitit:ut supra mille Deę prostitutas puellas caperet:quas Veneri uiri, mulieresq; addixerunt. propter has igitur frequens in urbem multitudo,turba conueniebat.unde ciuitas mirum in modum ditabatur. Nautæ etiam leuiter sumptus factitantes absumebantur. Hinc uulgatum est ueteri sermone prouerbiū: Non omnium est uirorum Corinthum nauigatio. sita autem est i medio

Resina Isthmi.Resinata:expilata. arborum (ut scribit Plin.li. 14.) ex quibus manat succus: aliæ picem:aliæ resinam mittunt. Resina autem pilos e corpore hominum euellabant. Quod ut turpissimum notat Plin.eodem libro his uerbis: Pudetq; confiteri maximum iam honorem eius esse in euellendis e uirorum corporibus pilis. Ergo resinata,glabrata,cuius crura sunt depilia,&mollia.Illud autem obseruandum in hac dictione resina primam & secundam syllabam produci. Martia.in.3.lib. Resina, ueneto nec resecare luto. Idem in eodem:Resinata bibis, uina falerna fugis. Plaut.in mercatore: Resinā ex melle ægyptiam rorare,ex quo appet legendum esse: Quid resinata iuuentus.non quid enim resinata iuuentus.Leuia:expilata. nam leue appellamus priore producta sine pilis. Macrob. Leue autem est mulierum corpus,quasi naturali frigore densetur. Iuue. Et iam leue caput.Horrida uitanda est Hispania: nulla, inquit,iniuria lacessenda est Hispania. Nam Romanos impetus sæpe sustinuit. Numantini enim multos imperatores cum exercentibus profligarunt.primo Q.Pompeium.deinde M.Pompilium.postea Hostilium Mancinum.quod bellum uicesimum perdurauit annum. Et postremo cum ipsi a Scipione obsessi ad extremam necessitatem essent redacti:ne in Romanorum potestatem peruenirent,res omnes in forum collatas cum uxoribus & liberis incendio absumpserunt:seq; omnes igni superiecerunt.Horrida:inculta & delitiarum asperna

trix.Vitanda est:quia se ulciscitur.Gallicus axis.i.Gallia,quę in continuo armorum tumultu uersatur.& in qua subiugandam Cæsar decem consumpsit annos:& nunc imperij Romani frena recusat: nam temporibus Vitellij & Vespasiani tumultum excitauit armorum.Illyricumq; latus:Illyrij (auctore L. Floro) sub extremis Alpium radicibus agunt inter Arsiam gentem Liburnorum, Titiumq; flumen longissime per totum Adriani maris littus effusi. Plin.lib.3.ostendit Illyricum Macedonia,Pannonia,& Noricis terminari.Parce & messoribus illis: Afros intelligit:unde Romā frumenta multa mittebantur. Plin.lib. 5.scribit in Africa regionem esse.ccl.M.passuum fertilitatis eximiæ cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra.Circo:satyrice dictum.i.ludis circēsibus & scænicis: quibus tota ciuitas uacabat. unde & alibi indignatur poeta: Si potes auelli Circensibus. & alibi: Atq; duas tantum res anxius orat Pannum & Circenses. Quāta autem inde feres:q.d. modica.cum interrogatione legendum.i.minima erunt Afris:quę abstuleris:cum iam a Mario Prisco sint spoliati. Inde:ab Afris.nā præcessit Messoribus illis.sequitur deinde:Cum Marius discinxerit Afros. Tam diræ culpæ:tā nefandæ rapinæ & spoliationis. Marius.i.Priscus de quo Saty. 1. Exul ab octaua Marius bibit. Discinxerit:spoliauerit.tractum ab his, qui uestimenta alicui ablaturi zonam dissoluunt.Curandum in primis:curādum,inquit,est ne cuiquam magna fiat iniuria:sed pęcipue fortibus, &pauperibus, quia tales facile ad uindictam aceduntur.Fortibus & miseris:utrumque enim ad uindictam est ualidum. nam ubi fortis se ab alio sentit iniuste opprimi:iniuriam ęquo animo ferre nequit. Tollas licet omne.s.facere non poteris,quin arma relinquantur, quibus se uindicent:licet reliquis bouis fuerint spoliati.

NON ijdem gemitus. Ostendit maiorem fidem seruatam quōdam socijs Romani imperij,quam nunc seruetur: docetq; eandem cum magno periculo uiolari. Ordo est: Non idem: id est dissimiles gemitus damnorum: id est querelæ de damnis erant supple olim. nec par uulnus:idest æqualis læsio.erat olim socijs: idest in societate romani imperij acceptis. florentibus: id est dum florerent opibus & diuitijs.& modo ipsius uictis:idest postquam uicti sunt:hoc est non habebant tunc occasionem quæritandi sicut nunc. Omnis domus eorum supple erat tunc plena diuitiarum: scilicet & ingens aceruus: idest cumulus. nummorum: id est pecuniæ ad numerandum idoneæ.stabat: id est paratus uel plenus erat chlamys: idest uestis militaris ex purpura. spartana:idest laconica & conchylia: id est uestimenta purpurea. Coa:idest ex insula Co denominata:uel illic inuenta supple stabant. Et ebur phidiacum:idest signum eboreum: hoc est effigies, aut simulachrum a Phidia sculptum & simulatum.uiuebat.i.ad uiuum simulatum erat:aut in uigore erat. cum tabulis.i.pictoris.Parrhasij.i.illius optimi pictoris.&cū signis .i.imaginibus in æs aut marmore incisis.necnon.i.etiam. multus labor.i. multiplex opus Polycleti.i.illius statuarij sup. erat, aut stabat.ubiq; mensæ erant sup.raræ.sine Mentore.i. sine poculis, aut alijs uasculis a Mentore fact.s. Inde.i.ex illorū diuitijs est Dolabella: id est uir ille, quem Cicero multa scripsit. sacrilegus: id est sacrorum fur: uel qui sacram fidem uiolauit. Inde est Antonius: id est triumuir ille sacrilegus. Inde est Verres: in quem Verrinæ Ciceronis: sacrilegus: quia supple ipsi referebant: id est reuehebant. altis: id est profundis & capacibus nauibus. occulta spolia & plures triumphos: id est signa triumphorum: id est prædas, exuuias, & spolia de pace, quam supple de bello. Pauca iuga bouum sunt supple nunc socijs Romani imperij.& paruus grex equarum.nam equi ablati omnino sunt:supple est socijs. & aduerte gregem etiā de equis & equibus dici sicut armentum. Nam & Cice.gregem armētorum dixit. & pater armenti.i.taurus uel equus.admissarius.i. qui ad generandum admittitur armento.eripietur.i.abigetur: & abducetur agello capto. & ipsi lares,idest Dij domestici & familiares. eripientur sup.deinde.i.postea & si quod.i.aliquod.signū.i.simulachrum. spectabile.i.pulchrum aspectu.& si quis Deus unicus.i.singulus.imago alicuius Dei est supple in ædicula idest parua æde seu domo:eripietur sup. Etenim.i.quia.hæc.i.huiusmodi bona sunt ꝓ summis spoliatoribus:qles sunt iā dicti. nā hæc sunt maxima.q.d. maxima summos decent. Consequenter ostendit uindictam timendam esse dicēs. Tu spoliator:despicias.i.contemnas.et paruifacias forsitan Rhodios idest prouinciales Rhodi insulæ tunc molliter uiuentes.& ideo imbelles.i. sine bello uiuentes: uel ad bellum inutiles:bellare nesciētes.& Corinthum.i.gentē Corinthi. unctam.i.unguento perfusam, & molliter uiuentem. & tu despicias huiusmodi molles

ASC

Grex armi

Quod modo proposui non est sententia verum
Credite me vobis folium recitare Sibyllæ
Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendit acersecomes, si nullum in coniuge crimen,
Nec per conuentus, nec cuncta per oppida curuis
Vnguibus ire parat nummos raptura Celæno,
Tunc licet a Pico numeres genus, altaq; si te
Nomina delectant, omnem Titanida pugnam
Inter maiores, ipsumq; Promethea ponas,
De quocunq; voles proauum tibi sumito libro.
Quod si præcipitem rapit ambitus, atq; libido,
Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectant habetes lasso lictore secures,
Incipit ipsorum contra testare parentum
Nobilitas, claramq; facem præferre pudendis.
Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur.
Quo mihi te solitum falsas signare tabellas
In templis, quæ fecit auus: statuamq; parentis
Ante triumphalem: quo: si nocturnus adulter
Tempora santonico valeas adoperta cucullo:
Præter maiorum cineres, atq; ossa volucri
Carpento rapitur pinguis Damasippus, & ipse,
Ipse rotam stringit multo sufflamine consul,
Nocte quidem, sed Luna videt, sed sidera testes
Intendunt oculos, finitum tempus honoris
Cum fuerit, clara Damasippus luce flagellum
Sumet, & occursum nusquam trepidabit amici
Iam senis, ac virga prior innuet, atq; maniplos
Soluet, & infundet iumentis hordea lassis.
Interea dum lanatas, toruumq; iuuencum
More Numæ cædit Iouis ante altaria, iurat
Solam Hippo, & facies olida ad præsepia pictas,

molles merito. nam quid iuuentus.i.multitudo iuuenum. resinata .i.resina leuigata & depilata.i. quæ pilos extraxit radicitus p resinā quæ est succus ex arboribus distillans & quid crura leuia.i.depilata totius gentis. facient.i.facere poterunt contra spoliatorem.q.d. nihil. sed Hispania.i.gens Hispanorum. horrida.i.inculta: & minime in corpore curando morosa: uitanda est tibi: dum.s.spoliare uis & axis gallicus.i.populus habitantes sub climate gallico. & Illyricum latus sup.uitandus, & uitandum est tibi. parce etiam illis messorib⁹.i.agricolis.s.Afris qui saturant urbem.s. Romanā uacantem.i. ut cæteris curis uacuam. indulgentem Circo.i.ludis theatralibus.i.comœdijs, & mimis, ac tragœdijs spectandis. quo uerbo taxat luxuriā & otia Romanorum. Quanta autē &c. Videntur quibusdā hæc esse alicuius obijciētis Iuuenali: q Marium parua uindicta secuta est: qui tamen Afros spoliauerat: & ita prēmia posuit pro punitione quia prēmium culpæ: punitio & pœnitentia est. quanta ergo prēmia.i.quantam punitionē.q.d. minimam feres, cum Marius discinxerit Afros tenues: sed reuera sunt ipsius poetæ deterrentis a spoliatione Afrorum, cū iam spoliati a Mario tenues sint: sed non imbelles. dic ergo Quanta præmia.i. quantam mercedem: quanta spolia feres.i.reportare poteris. tam dirę culpæ.i.de tam dira culpa: qualis est socios spoliare. cum.i.quandoquidem.ita sit q Marius Priscus discinxerit .i.spoliauerit usq; ad cincturā. nuper.i. non multo ante Afros populos illos bellicosos. q. d. minima: & ideo curandum est in primis ne iniuria fiat fortibus & miseris: quia (ut dicit Ouid.) Miseris solertia rebus. & Maro: Labor omnia uincit Improbus & duris urgens in rebus egestas licet tu tollas omne quod.i. quicquid auri, atq; argēti est. usquā: .i.in quouis loco apud Afros: quod tamen difficillimum esset. tamen sup. tu relinques scutum, & gladium, & iacula, & galeam. arma supersunt.i.derelicta sunt semper spoliatis: & ita licet tenues: rebellare tamen poterunt: quapropter proprijs commodis per nefas consulens, reipublicæ grauem iacturam feceris.

¶ QVOD modo proposui: quod ego dixi de prouincialium uindicta. ¶ Non est sententia: non est q tantummodo ego ita sentiam: sed est Sibyllæ uaticinium: ut ab auctoritate sit suasio: ut dicat credendum esse ex illatis iniurijs prouincialibus, & socijs eos ab Romanorum imperio defecturos. Sententiam, inquit Quintil. uocauerunt, quod animo sensissent. Sententiam etiam dicimus orationem generalem pronunciationem continētem: quę uel hortatur, uel demonstrat. ut inscitia est contra stimulum calces. ¶ Folium Sibyllæ: Sibylla in folijs responsa dabat scripta: Virg. Folijs tantum ne carmina manda. Hoc etiam apud priscos (ut scribit Pli.) seruatum est ante usum chartarum: ut in folijs palmarum scriberent. ¶ Sibyllæ: nomen est non propriū mulieris: sed officij. σιὸυς enim Deos Eoles appellant & βουλὴ consilium: quasi Dei consilium: hoc est quę mentem & consilium Dei scire uidere uiderentur. futura enim prædicebant. fuere autem (auctore Varrone, ut scribit Lactantius) decem. ¶ Si tibi sancta cohors: ordo est: Tunc licet a Pico numeres genus tuum si tibi est sancta cohors. ut sit sensus: Patiar te ostentes generosum origine deducta uel a Pico. si nemo Acersecomes.i.nullus libertus tuus uendit tribunal.i.iudicia & sentētias. ¶ Acersecomes: capillatum significat. dictio est græca ab a: quod est sine: & κείρω tōdeo: cuius futurum secundum Eoles est κείρσω & κόμα coma: inde Acersecomes intonsus comam: quales pueros Romani (ut scribit Seneca) in delitijs habuere. Appellatus est etiam Apollo Acersecomes: q intōsus semper esset: estq; peculiare Apollinis epitheton: q nunq̄ radij possunt a fronte lucis auelli. ¶ Crimen in coniuge: subaudi est. nam sæpe præfecti uxoribus obsequentes iniquas sententias ferunt. ¶ Celęno.i.si auaritia tua tanquā altera Celæno Harpyia non parat ire per conuentus. Nam Harpyiæ finguntur a poetis rapaces & sordidæ fuisse & tres sorores κελαινὸς aūt apud nos significat obscurum, & tenebrosum. ¶ Conuētus: quatuor modis intelligitur: uno modo cum quēlibet hominē ab aliquo conuentum dicimus: ut illud Terentianum: Non hoc de nihilo est: q Laches me conuentam ex petit. Alio cum significatur multitudo ex compluribus hominum generibus in unū cōtracta locum. Tertio cū aliquē ī locum frequētia hominum supplicationis, aut gratulationis cā cōgregatur. Quarto cum a magistratib⁹ iudicij cā populus colligit. Hoc igit loco Iuue. uelocis ubi a magistraitib⁹ iudicij cā populi prouinciæ ꝯgregabātur. In Hispania autem erant conuentus quatuor statuti per rectores prouinciæ ad iudicia facienda. Gaditanus, Cordubensis, Astysitanus, & Hispalēsis. unde Suetonius in Cæsare: Quæstori ulterior Hispania obuenit: ubi cum mandato reipu. iure dicendo cōuentus circumiret. ¶ A Pico: qui primus Aboriginum fuit & Fauni pater, Saturni uero filius. Virgil. Isq; parētem Te Saturne refert, tu sanguinis ultimus auctor Ergo a Pico tanq̄ ab antiq̄ nobili ꝓgenie. De Pico Oui. li. 14. Met. & in Fast s. Item Dionysius lib. 1. antiquitatum Italiæ meminerunt. ¶ Alia nomina: sublimia & fortium uirorum. Sic Statius in Thebaide nomina ingētia dicit.i.nomina uirorum magnorum & fortium: Quorumq; ingentia tellus Aonis & Tyrię suspirant nomina matres. ¶ Omnem pugnam Titanida.i.ipsos Titanas, qui aduersus Deos pugnauerunt. lege Ouid. & Higinum. ¶ Ipsumq; Promethea: quasi qui antiquissimus fuerit. Deucalionis enim Thessalię regis fuit pater, quo regnante fuit diluuium illud cantatissimū. Hūc Prometheum antiquitas commenta est primum fuisse, qui ex limo hominem finxerit: quem infuso igne cælesti ex Solis rotis subrepto animaduertit. unde Fulgentius Prometheum dicit esse appellatū. προμηθέαν quasi prouidentem uirum. Huius meminit & Higinus. ¶ Proauum: maiores tuos. Ouid. Et genus & proauos, & regia nomina iactas. ¶ De quocunq; libro.i. de omnibus ijs de quibus scriptores tradiderunt. neq; eni nobis scire liceret, qui egregij, fortesq; fuissent, nisi scriptorum monumenta extarēt. ergo bene ait de quocunq; libro. ¶ Quod si præcipitem ordo est: Nobilitas ipsorum parentum incipit stare contra te, si ambitus rapit te præcipitē. Sensus est: Si male, inquit, uixeris nobilitas tuorum maiorum tibi obest: qa efficitur ut eorum splendore ab omnibus cognoscaris: q si humili loco natus esses, non ita omnibus esses notus. ¶ Ambitus: ambitū pro ambitione posuit. Est enim ambitio honoris cupiditas. Sallust. Sed a quo incepto studio me ambitio mala detinuerat. ¶ Atq; libido: usus Veneris: quo nihil turpius est homini: quo enim id uitium penetrauit, iniuria ibi dominatur, infamia flagrat. ¶ Frangis uirgas

Cōuētus

Ambitio

ſi crudelis es in ſocios quibus præs. Nam ſex lictores præcedẽtes
prætorem ſex uirgarum faſces cum ſecuribus colligatos geſtabãt.
Duodecim aũt conſules. Eę aũt erant ex Betulla, unde inq̃t Pli. Be⸗
tulla terribilis magiſtratuũ uirgis. ⁋ Incipit ipſorũ contra teſtare: no
bilitas, inq̃t, tuorũ tibi nocet. facit enim ut ſcelera tua omnibus no⸗
ta ſint, uidetur aũt hoc ſumptũ ex Salluſt. in Iugurthino, qui ſic ſcri
bit: Maiorũ gloria poſteris lumen eſt: neq; bona, neq; mala eorũ in
occulto patitur. quicunq; enim cauſam habet, celebritatis & nomi⸗
nis, in eũ oĩum oculi conijciuntur ita: ut nullũ obſcurũ poſſit nec di
ctum eius eſſe, nec factum. ⁋ Pręferre clarã facẽ pudẽdis: & ſcelera
tua omnibus uota facere. nã eorũ fama, & ſplẽdore tanq̃ face præ⸗
cedẽte facta tua illuſtrantur, & nota fiunt. ⁋ Omne animi uitiũ: ſen⸗
ſus eſt: Omne, inq̃t, hoĩs uitiũ tanto oĩbus notius eſt, quanto ipſe q̃
committit, eſt illuſtrior: ut ſit pręcedẽtis ſentẽtię confirmatio. Vnde
ita Sallu. in Catilinario: Qui demiſſi in obſcuro uitã agũt: ſiq̃d iracũ
dia deliquere, pauci ſciunt, fama, atq; fortuna pares ſunt. Qui ma⸗
gno imperio pręditi in excelſo ętatẽ agunt, eorũ facta cuncti mor⸗
tales nouere. ⁋ Tanto conſpectius: tanto euidentius, & qđ conſpici
poſſit. ⁋ Quo mihi te ſolitũ ſenſus eſt: Quid opus eſt te iactes, & no
bilẽ te prędices: ſi falſa teſtamenta ſolitus es ſignare qđ hoĩs eſt ſce
leratiſſimi: ut doceat nobilitatẽ ex bonis moribus cẽſeri: Subaudiẽ
dũ igitur eſt iactas: ut ſit: quo ad q̃d, te iactas. ita dictũ, ut illud Ho⸗
ratij: Quo tibi Tulli Sumere depoſitũ clauũ, fieriq; tribuno. & alibi
Quo mihi fortuna ſi nõ conceditur uti. bis aũt repetit quo, ad maio
rem indignationẽ exprimendã. ⁋ Signare: obſignare annulo. unde
alibi: Signator falſo, qui ſe lautum atq; beatum Exiguis tabulis, &
gemma fecerat uda. Tranquil. in Cęſare: Cũ quid per iocũ teſtandi
gratia ſignarẽt. ⁋ Falſas tabellas: falſa teſtamenta. Vulpi. de teſtamẽ
tis: Signatas tabulas accipi oportet. & ſi tabulę linteo quo inuolutę
ſunt, ſigna impreſſa fuerint. Trãquil. in Nerone: Tunc primum re⸗
pertum ne tabulę niſi pertuſę, ac ter lino per foramina traiecto, ob
ſignarentur. ⁋ In templis quæ fecit auus: ibi enim ſæpe ſignabant, ut
oſtenderent fidem religione maxime conſtringi. ⁋ Auus .i. maiores
tui. q. d. quę illi per uirtutem, nec ſine ingenti gloria fecerũt, tu tuis
flagitijs dedecoras. ⁋ Statuamq; parentis Ante triumphalem: ita di
ctum ſicut & ante: Ante Numantinos ſi dormire incipis ortu Luci
feri: quo ſigna duces, & caſtra mouebant. ⁋ Si nocturnus adulter: ſi
tempore nocturno ſcortaris cũ tecto capite cucullo Santonico. hoc
Cucullus autem fiebat ne ab occurrẽtibus cognoſcerentur. Eſt autem cucul
lus genus ueſtimenti gallici: qui etiam compoſito nomine a Bardis
gente Gallica dicitur bardocucullus: & bardiacus cucullus, de quo
plura dicemus in ulti. Saty. illic: Bardiacus datur iudex &c. De eo
Santo⸗ alibi poeta: Illa iubet ſumpto iuuenem properare cucullo. ⁋ Santo⸗
nes nico: gallico. Mar. Gallia Santonico ueſtit te bardocucullo. Santo⸗
nes enim populi ſunt Aquitaniæ ad Oceanum uerſi: quæ eſt tertia
pars Gallię. Stra. lib. 4. Tibullus: Et Oceani littora Santonici. ⁋ Pręter: iuxta. ⁋ Damaſippus: equorum domitor interpretatur. δαμάζω
enim domito. ἵππος equus. per Damaſippum autem quæcunq; no
bilem taxat. Nam tẽporibus Neronis multi a claris maioribus ortũ
di aurigare in gratiam principis didicerunt, qui (ut eſt apud Tran⸗
quillum) eodem ſtudio tenebatur. Hos igitur, ut turpi ſtudio fœda
tos, ſugillat: oſtendens tales haud quaq̃ eſſe nobiles. nam poeta nõ
modo ſui, ſed & ſuperiorum temporum uitia inſectatur: latenterq;
Neronem tangere uidetur. ⁋ Ipſe: habet emphaſim. ⁋ Stringit: cohi⸗
Suffla⸗ bet, ne recurrat. ⁋ Sufflamine: ſufflamen .i. quod rotæ in deſcẽſu: uel
men nimio procurſu opponitur, ne aut recurrat, aut nimium procurrat.
pro mora poſuit in ulti. Saty. Nec res atteritur longo ſufflamine li⸗
tis. a quo uidetur & uerbum ſufflamminare formari. Nam Augu⸗
ſtus Cæſar ſufflãminandus participio uſus eſt. ut docet Seneca ſic:
Acherius noſter ſufflamminandus eſt, adeo nõ currere, ſed decur⸗
rere uidetur. uoluit enim oſtendere miram illi fuiſſe eloquentię uelo
citatem. ⁋ Nocte quidem: uerba Damaſippum excuſantis: cui reſpõ
det poeta: Sed Luna uidet, & ſidera teſtes oculos intendunt. ⁋ Fini⸗
tum tempus honoris Cum fuerit: eo, inquit, Damaſippus impuden
tiæ deuenit: ut non dubitauerit finito conſulatus ſui tempore palã
& media luce aurigare. ⁋ Tempus honoris .i. conſulatus. ⁋ Flagel⸗
lum: ad agitandos equos. ⁋ Ac uirga prior innuet: prior amicum ſa
lutabit citra omnem pudorem. uel quod melius eſt: Innuet prior uir
ga ipſis iumentis, ut cũ ſequentibus coniungantur. ⁋ Maniplos ſol
uet: ſyncope pro manipulos .i. faſciculos fœni. ſic & Ouidi. libr. 2.
Faſt. Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos: Inde maniplaris
nomina miles habet. ⁋ Interea dum lanatas: dum ſacrificia inquit
peraguntur: in quibus oues & iuuenci mactantur ante aras Iouis
more Numæ: qui plurima (ut ſcribunt Liui. Plutar. Diony. & Plin.
de uiris illuſtribus) ſacra inſtituit. iurat interea ſolã Hippo tanq̃ ſta
bulariorum Deã: quæ equis præſit & agaſonibus. ⁋ Lanatas: oues.
.ſ. ⁋ Iurat Solam Hippo tanto, inquit, ſtudio tenetur aurigandi, agẽ
diq;, ut etiam per Hippo quaſi per numen peculiare agaſonum, ſi
biq; maxime colendũ iuret. erit igitur accuſatiuus græcus Hippo.
triplicem enim habet inflexionem in accuſatiuo: ut Hipponem: Hip
ponam: & Hippo dicamus. ut dicimus Didonem & Dido. Mantho
nem & Mantho Sapphonem & Sappho. Oui. Miſeramq; relinque
re Dido. nam uerſus aliter non ſtaret. aut reuera Hipponam tantũ
dicemus. nam ſic in multis legitur codicibus: Hipponam, & facies
olida ad pręſepia pictas. tolliturq; illud: Sola Hippo. Dea eſt, quam
Stabularij colebant. ut oſtendit Apule. lib. 3. Meta. his uerbis: Re⸗
ſpicio pilæ medio, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat, in ipſo meditullio
Hipponæ Deæ ſimulachrum reſidens ædiculæ, quod accurate co⸗ Hippo
rollis roſeis recentibus fuerat ornatum. Quin & florentiſſimus Ter na
tulianus in Apologetico de eadem ſic: Vos tamen non negabitis;
& iumẽta oĩa & cũctos cãterios cũ ſua Hippona coli a uobis. ⁋ Et fa
cies picta. ſ. ipſius Deę Hipponę. ut ĩtelligas plures imagines Deæ,
q̃ in ſtabulis pingebãtur tanq̃ Deæ iumẽtorũ agaſonũq; præſidis.
⁋ QVOD &c. Ordo eſt: Illud quod ego modo ꝓpoſui de rebel⸗ ASC
lione Afrorum. non eſt ſententia .i. uoluntas mea ut ita fiat. uerum
credito me recitare uobis folium Sibyllæ .i. rem tam ueram, ac ue⸗
re futuram, ac ſi Sibylla eam in folijs palmarum: in quibus uatici⸗
nia ſolita eſt ſcribere, deſcripſerit. Si tibi &c. Redit ad oſtendendũ q̃
ſit uera nobilitas: & q̃ æq̃tas ſit nobili ſeruãda. Ordo eſt. Si cohors
comitũ ſit ſup. ſancta .i. bona. & ſi nemo exiſtẽs acerſecomes .i. intõ
ſus & capillatus: hoc eſt diues & potẽs ſicut depilati paupes ſunt. uẽ
dit ſup. tibi tribunal .i. ſedem tribunalem. nam qui per ſimoniam ſe
dem iudicialem emunt, raro iuſtitiam colunt. Mancinellus confor⸗
mius ad ſequentia exponit ſic: Si nemo ſup. filiorum, aut domeſti⸗
corum tuorum acerſecomes .i. bene capillatus & formoſus puer. uẽ
dit te permittente tribunal .i. iudicium tuum. & ſi nullum crimen. ſ.
auaritię eſt in coniuge tua. nec pro & non. & ſi ipſa coniux tua nõ
parat .i. prætendit. ire .i. ingredi. per conuentus .i. conuenticula ho⸗
minum: in pagis & uicis. & per cuncta oppida .i. loca muris muni⸗
ta. Celęno .i. tanq̃ Celæno, quę eſt una harpyiarum. raptura .i. ut ra
piat. unguibus curuis nummos .i. ſi nemo in domo tua te corrum⸗
pit a recto iudicio diuertens. tunc licet .i. licitum eſt. ut ſup. nume⸗
res genus tuũ a Pico primo inter mortales Latini generis auctore.
Et ſi alte .i. generoſa & alte repetita nomina delectãt te. pones .i. po
nere poteris. omnem pugnam Titanida .i. Titanicam (poſuit enim
patronymicum pro poſſeſſiuo) hoc eſt omnes, qui in ea pugna fue
runt. & ipſum promethea .i. antiquiſſimũ uirum inter maiores tuos
& ſumito tibi proauũ .i. progenitorem quẽuis. de quocũq; libro .i.
quacunq; hiſtoria ſcripta uoles. ꝗ ſi ambitus .i. cupido honorũ, &
libido carnis. rapit ſup. te præcipitẽ .i. ſine reſipiſcentia in uitia cor⸗
ruentẽ. ſi frangis uirgas .i. flagella in ſanguine ſociorũ. & ſi ſecures
.i. gladij, quibus ceruices noxiorũ ſecantur. hebetes .i. hebefacti ex
frequẽti uſu & hoc lictore exiſtẽte laſſo. delectant te .i. ſi delectat te
ſumere pœnas cũ ſanguine de ſocijs inſontibus, tanq̃ de ſontibus
q̃a uirga puniuntur in quibus eſt emẽdationis ſpes, & leuius crimẽ
ſecuri autem amputantur in quibus nulla eſt. ipſa nobilitas parẽtũ
tuorũ incipit ſtare contra te .i. facere magis uituperabilẽ. & præfer⸗
re pudẽdis .i. turpibus factis tuis claram facẽ factorũ ſuorũ: qua fa⸗
cta tua magis pateãt. Nã oẽ uitiũ aĩ .i. oẽ peccatũ. habet ĩ ſe crimẽ .i.
peccatũ dignũ criminatione tãto cõſpectius .i. apertius & euidẽtius
quãto is ſup. qui peccat habetur maior. Quo .i. ad quid ſup. iactas
uel oſtentas mihi tanq̃ honorandũ & nobilẽ te ſolitum ſignare fal⸗
ſas tabellas .i. inſtrumenta contractuum, aut teſtamentorum in tẽ⸗
plis, quę auus ſup. tuus fecit .i. ædificauit. & ante ſtatuam triumpha
lem. ſ. aui tui: hoc eſt ĩ foro: quaſi dicat ad nihil. Quo .i. ad quid ſup.
te iactas & nobilem prædicas. ſi tu exiſtens adulter nocturnus .i.
tempore nocturno uagari ſolitus. uelas .i. obtegis. tempora .i. extre
mitates capitis tui. adoperta .i. tecta. cucullo .i. indumento capitis fa
ciem obtegente. ſantonico .i. quo Santones populi in Gallia Aqui
tanica frequẽter utũť. q. d. fruſtra id facis. Pręter maiorũ &c. Hic no
biles arguit, quos turpia miniſteria exercere nõ pudet: q̃le eſt aurigã
di. qđ Nero ĩſtituit. Ordo eſt: Damaſippus, uis quis nobilis (eſt aũt
nomẽ ſumptũ ab exercitio: nã domitor equorũ interpretať) pinguis
per quod oſtenditur nõ inuitus id facere. rapitur .i. uelociter fertur.
carpento .i. uehiculo. uolucri .i. quaſi uolanti præter cineres, atq; oſ
ſa maiorum: ideſt præteriens ſepulturam maiorum ſuorum in uia
Flaminia

Sed cum peruigiles placet instaurare popinas,
Obuius assiduo syrophœnix vdus amomo
Currit, Idumeæ syrophœnix incola portæ
Hospitis affectu dominum, regemq; salutat,
Et cum vænali Cyane succinta lagœna.
Defensor culpe dicet mihi, fecimus & nos
Hæc iuuenes, esto, desisti nempe, nec vltra
Fouisti errorem. breue sit quod turpiter audes.
Quædam cum prima resecentur crimina barba.
Indulge veniam pueris Damasippus ad illos
Thermarum calices, inscriptaq; lintea vadit
Maturus bello Armeniæ, Syriæq; tuendis
Amnibus, & Rheno, atq; Istro præstare Neronem
Securum valet hæc ætas. mitte hostia Cæsar,
Mitte, sed in magna legatum quære popina,
Inuenies aliquo cum percussore iacentem
Permixtum nautis, aut furibus, aut fugitiuis,
Inter carnifices, & fabros sandapilarum,
Et resupinati cessantia tympana Galli,
Æqua vbi libertas, communia pocula, lectus
Non alius cuiquam, nec mensa remotior vlli.
Quid facias talem sortitus Pontice seruum?
Nempe in Lucanos, aut thusca ergastula mittas.

Flaminia ut dictum est de cõsimili in. 1. Saty. & ipse inquam cõsul q.d. ꝓpria manu non ministroꝝ suoꝝ. stringit. i. retardat ne delabatur. rotam curuum suoꝝ. multo suffiamine. i. obstaculo sub rotis in descensu posito. stringit ꝗdem certe nocte: sed ꝗuis nocte: Luna uidet: sed sidera existẽtia testes (posuit autẽ, ac si esset substantiuũ Hieronymus adiectiue: Teste est tribunal &c.) intendunt in factũ eius oculos. i. uidẽt ipsum: hoc est si forte nemo mortaliũ uiderit: Dij tñ uident, sub quoꝝ cõspectu nihil turpe agendũ est. Cum. i. ubi tempus clari honoris. i. consulatus fuerit finitũ. Damasippus sumet flagellũ. i. scuticã, aut uirgã aurigæ clara luce. & nusquã trepidabit. i. formidabit occursum amicitiã senis: i quo seueritas & auctoritas esse debet: ac si ipse prior. i. prius ꝗ̃ uideatur ab amico sene. innuet uirga. i. dabit illi signũ ut uideatur. At pro &. soluet maniplos. i. manipulos. fœni sup. & infundet iumẽtis lassis hordea. i. tunc palã totũ ministeriũ aurigę exercebit. sed nũc dũ existens consul cædit. i. mactat: more Numę secũdi regis Romanorũ. lanatas. i. oues. & iuuencã. i. iuuenẽ bouẽ. toruum. i. cornupetentem & pinguẽ. ante altaria Iouis. i. ut flammã dialis. iurat. i. iurãs in testimoniũ capit. solam Hpponẽ. i. Deã equorũ & stabuloꝝ: quia per ea quisq; iurare solet numina: quæ maximi facit. Quia uero primã hic corripit, licet ab hippos deducatur: p simplici Hipona: non Hippona scribendum est. & iurat solas facies pictas: i dest per sola numina facierum pictarum. ad olida: idest fœtida: idest præsepia.

¶ SED cum peruigiles: aliud in nobilitate insectatur flagitium: ꝙ. s. sine ullo pudore intermissa aurigatione popinas frequentent. Est ergo sensus: Cum nobilis Damasippus in popinas descendit: statim adsunt unguentarij, qui eum uenientẽ blande excipiant, atq; salutent. ¶ Placet: ipsi nobili. ¶ Instaurare: repetere: ac per hoc ostẽdit frequenter ab eo fieri. ¶ Peruigiles. i. noctu, dieq; patẽtes, propter multitudinem confluentem. ¶ Popinas: loca sunt desid.æ, luxurię q; apparata: ibi enim comessabantur, cęteraq; faciebant, quę intemperãtię sunt: qui i ea uersabantur popinones sunt appellati. ¶ Syrophœnix: unguentarius. fictam est nomen ex Syria & Phœnicia. nam illinc unguenta pretiosa mittebantur, optimiq; unguentorum compositores. ¶ Vdus. i. profluẽs undiq; ex nimia unguentoꝝ attrectatione. ¶ Amomo. i. unguento ex amomo. Est enim amomũ genus fructicis ꝓuenientis in parte Armeniæ, quæ uocatur Ocene, & in Media, & in Ponto: ex quo unguentum optimum fit. unde Plin. de unguentis scribẽs sic tradit: Omnia aũt acutior fiũt costo, amomo, quę maxime nares feriunt. ¶ Incola portæ Idumeę: hoc est qui domi suę icolit portas Syras. Nã Idume pars est Syrię, ut scribit Iose. lib. 1. & Strabo lib. 16. Pli. li. 5. qui ita tradit: Qui subtilius Syriã diuidunt circum Euphratem Syriã Phœnicen uolunt: & esse orã maritimã Syrię, cuius pars sit Idumea & Iudęa. poeta igitur portã Idumeam intelligit portam Syrã. Nã in Syria oppidum Rhosos est, & a tergo portæ, quæ Syrę uocantur: interuallo Rhosioꝝ mõtium & Tauri. bene ergo ait icola portę Idumeę: cũ Idumea (ut dixi) pars sit Phęnices, unguẽtariusq; sit ex Syria Phœnice. ¶ Hospitis affectu. i. salutat & appellat dñm & regem blandiẽdo ex affectu ipsius hospitis: qui ita gaudet salutari. hoc aũt est ex uetere consuetudine: ut docet Seneca li. 1. epist. qui scribit priscos solitos fuisse quoties hoĩ ignoto occurrerent eum dñm & regem appellare: idq; genus blãdimenti quoddã erat & honorifica appellatio. Mart. li. 1. Cum te nõ nossem dñm, regemq; uocabã: Cum bene te noui iam mihi Priscus eris. Idem li. 2. Quod te noĩe iam tuo saluto: Quem regem & dñm prius uocabam: Ne me dixeris esse contumacẽ. Augustus (ut scribit Trãq. & Tertulianus meminit) se nec a liberis, nec a seruis uel serio uel ioco dñm passus est appellari: atq; eiusmodi blãditias etiã inter ipsos ꝓhibuit. ¶ Et cum uęnali: adest, inqt, non solum unguẽtarius: sed & mulier, quæ uinum uẽdit: quę ijsdem uenientẽ blanditijs nobilem excipit. Cyane aũt est nomen mulieris uersantis in popinis. eiusdem noĩs est mulier in nympham conuersa in Sicilia. & item alia Meandri fluuij filia mater Cauni & Biblidos auctor Oui. in Met. ¶ Succincta: ad ministrãdum. ¶ Vænali lagœna. i. uino uænali. nã lagœna (ut diximus supra) est uas tam uinarium, ꝗ̃ aquarium. ostendit igitur poeta hoĩes illic, & ungi & potarĩ. ¶ Defẽsor culpę: occurrit his quę possent obijci a criminis defensore & ipsos aliqñ in ijsdẽ erroribus uersatos: ut dicat ueꝝ ꝗdem esse ꝙ & ipsi in adolescẽtia sua peccauerit: sed erroribus suis nõ nimiũ imoratos: ut moneat si plerũq; per ętatis imbecillitatẽ, aut fragilitatem humanam in aliqđ ꝗs uitiũ ꝓlapsus fuerit ab eo celeriter recedendũ. ¶ Fouisti errorem. i. tenuisti. ¶ Breue sit: attẽde sententiã. Innuit poeta cuiusuis hoĩs esse ut erret. sed nullius nisi insipiẽtis ĩ errore ꝑseuerare. ¶ Indulge ueniã debes, inqt, pueris & adolescentibus talia ꝑ ætatẽ ꝑpetrãtibus ignoscere. Sed Damasippo ignoscẽdũ nequaꝗ̃ est: ꝗ iam est ætate ꝓuectior, & iam grauiorib9 negocijs aptus. ¶ Damasippus ad illos Thermaꝝ calices: Damasippus, inquit, ꝑ quẽ ĩtelligit (ut diximus) unũquẽq; nobilẽ, non erubescit se in popinas & Thermas ad potandũ demittere. ibi enim hoĩes tñ flagitiosi uilissimiq; uersabantur. unde cum emphasi est ꝓnunciandũ: Ad illos calices Thermaꝝ: q̃si ad illas potiones, ꝗbus fœdissimi hoĩes inebriãtur. ¶ Inscripta lintea. i. sudaria Thermaꝝ, ꝗbus detergebantur, cũ sudassent. ita enim a uarietate texturę appellabãtur: qua uidẽtur inscripta & picta. ¶ Maturus bello Armeniæ: ea ętate ut aptus sit ad tractanda bella. ¶ Armenię: bene autẽ Armeniam noĩat. Nã imperãte Nerone Armenia nouos excitauit tumultus. Illuc missus Corbulo Megistanas, qui primi defecerant, pepulit sedibus, Castella eoꝝ excidit, plana, edita, ualidos, inualidosq; pari metu complet. Tacitus: Armenia finitima est Cappadocię, dicta ab Armeno Iasonis comite. ¶ Syriæq; tuẽdis Amnibus: quales sunt Euphrates, Tigris, & Orõtes. sunt. n. amnes Syriæ. ¶ Et Rheno. s. tuendo, fluuius est Rheticaꝝ Alpium, qui inacesso & præcipiti uertice ortus, modico flexu in occidentẽ uersus, Germaniã a Gallia separat, septentrionaliq; Oceano miscetur. ¶ Istro: is est ꝗ & Danubius noĩatur. quẽ iccirco Papinius in Siluis uocat binoĩem: & uertice montis Arbonæ effusus plures adit populos: donec in Põticum mare sex erũpit meatibus. ¶ Mitte hostia Cæsar: locus hic duobus modis potest explicari. ut sit sensus: O Cęsar si Damasippũ ad bella gerenda es missurus, mitte hostia eius. i. noli quærere Damasippum in sua domo ꝗa illic non inuenies: sed quære illũ in popinis ubi quotidie uersat᷑. Item sic: O Cæsar Damasippum potes mittere ad hostia Istri & Rheni, ꝗa iam ætate est graui: sed si uis eũ inuenire, accede ad popinas. nã ibi est frequens. ut sit manifesta irrisio nobilitatis. ¶ Legatũ legatus ꝓ oratore ponit᷑. Legatus itẽ dicitur, ꝗ in exercitu secundã post imperatorẽ obtinet dignitatẽ: ut hoc loco. ¶ Sandapilarũ: feretrũ est Sandapila ad mortuos efferendos: in qua non nobilium, sed plebeiorũ tñ, atq; damnatoꝝ cadauera portabantur. auctor Fulgẽtius. unde Tranqllus sic de Domitiano interfecto Cadauer eius populari sandapila ꝑ Vespillones exportatũ. ¶ Tympana cessantia. i. inter gallos sacerdotes Cybeles, qui a suis per urbẽ bacchationibus, & discursibus cessant, & in popinis secedunt. ¶ Galli: sacerdotes Cybelei. De gallis illic diximus apud Persium: Tunc grãdes galli. Dicti sunt (auctoribus Plinio, & Festo, & Ouidio) a Gallo Phrygię fluuio: cuius aquam potãtes reddũtur insani. Marianus etiã tradit ab

Armenia unde
Rhenus
Ister
Sãdapila
Galli unde

hoc fluuio miniſtros matris Deū gallos dictos. Tradūt ſcriptores hos ſpiritibus affiatos, & i armoꝝ agitatione tumultuoſa: & cūſtre pitu & fragore, cymbaliſq; ac tympanis, & armis. item etiā tibijs uo ciferationibus inter ſacrificandū ſtupefaciētes: inq; miniſtroꝝ habi tu publica modo quodam ſacra factitātes. ¶ Reſupinati: ut otioſi & ebrij. ¶ Æqua ibi libertas: indifferenter oīa illic aguntur: ut alicuius nullus ſit reſpectus ſed oēs pari modo habeātur. ¶ Lectus diſcu bitorius. ſ. ¶ Remotior: ſepatior ī loco abſtruſo. ¶ Quid facias: ſi ta lem, inqt, nactus ſis ſeruū: hoc ē tam flagitioſum, ꝗ̄ eſt nobilis il le uitioſus. qđ facias de illo: ut ſit ſenſus: illū ſtatim a te reijcias, mittaſq;: ut ne quā hoiem in er gaſtula. Sed uos, inqt, nobiles uobis ignoſcitis, neq; quicꝗ̄ uo bis turpe putatis: qđ nō recte fa citis. q.d. deberetis in uitia aīad uertere: taliaq; delicta non pati. ¶ In Lucanos: nā frequētia erāt ergaſtula in Lucania, & Hetru ria. Mart. li. 8. Et ſonet innume ra cōpede thuſcus ager. ¶ Luca nos: populi ſunt Italię: qui littus Thuſcum attingunt, mediterra neāq; plagā tenētes ſupra Tarē tinū ſinū incolūt, Brutijs ɔtermi ni ſunt. Lege Strabonem in. 6. Lucani

¶ Ergaſtula: de ergaſtulis abunde diximus in ſexta Satyra.

ASCen. ¶ S E D cū puigiles &c. Arguit luxurię ac gulę & incontinentiæ eoſdē nobiles ſub noīe Damaſippi. Ordo eſt: Sed cū. i. qñ. placet. ſ. Damaſippo relicto miniſterio aurigādi. inſtaurare. i. inſtāter frequē tando reparare. popinas. i. cauponas ſordidas: in qbus gulæ & oī luxurie i operā dant. puigiles. i. per totā noctē uigiles. i. exeuntibus & intrātibus patētes, & ſemper uigiles illic ſcortātes & bibentes ſy rophęnix. i. unguētarius ille a Syro aut Phœnicia denoīatus. udus. i. perfuſus ꝑ attractionem. ſemper amomo. i. unguēto ex amomo. aſſiduo. i. qđ aſſidue tractat & uēdit. ſyrophœnix inꝗ̄ exiſtēs incola. i. inhabitator portę Idumeæ: ſic dictę Romæ, ꝙ per eā ex Idumea īgreſſi ſunt Veſpaſianus & Titus de Iudęis & uicinis Idumeis triū phātes. currit. i. uelociter accedit. q; pro &. ſalutat ipſum Damaſip pum & ſimilē dn̄m. & regē cōuiuij. ſ. & hoc affectu. i. affectione, & beneuolētia. hoſpitis. i. ac ſi eſſet hoſpes. Et Cyane. i. mulier ex ea re gione dicta. ſuccincta ſup. currit. cū ſup. lagęna. ſ. unguenti, aut po tius mulſi, aut alterius uini delicati. uænali. i. quam uænalem affert. Defenſor culpæ. i. is, qui uelit defendere & purgare culpā Damaſip pi, aut ſimilis eius. dicet fecimus &. i. etiā nos hæc. i. huiuſmodi fa cta. iuuenes. i. quando eramus iuuenes. Reſpōdet poeta. eſto. i. per mittatur tibi ita feciſſe in iuuenta. nempe. i. quia certe. deſiſti. i. deſii ſti, nec fouiſti errorem ultra iuuentam. ſ. id quod tu audes ſup. face re. turpiter. i. cum dedecore. ſit breue. i. paꝝ durās ſi uis ueniam cōſeq. & qa ꝗdā crimina reſecētur. i. poſſint aboleri & auelli cū prima barba. idulge. i. indulgēter cōcede pueris ueniā. q.d. poeta: permit tamus ut hoc facias. ſed ſup. Damaſippus uadit ad illos notos & in fames calices. i. ad illa pocula thermaꝝ. i. calidorum locorum. & ad illa lintea inſcripta. i. ab ebrijs diſrupta: ut inſcribam te ſcipionibus apud Plautum: uel inſcripta uarijs ſignis ad luxuriam pertinētibus uadit inquā exiſtens iam maturus bello Armeniæ. i. ut mittatur ad bellum Armeniæ. & amnibus Syriæ tuendis. i. ad tuenda nauigia quæ per amnes Syriæ deuehuntur. & Rheno & Iſtro. i. Gallis, Ger manis, & Pānonijs ſup. tuendis. i. defendendis: ne Romanum impe rium adoriantur. hęc enim ætas quā Damaſippus agit, poteſt præ ſtare: ideſt efficere preſtanter. Neronem: ideſt imperatorem. ſed Ne ronem dicit: quaſi de tempore eius loquatur. ſecurum. i. ut ſecure. i. ſine cura ueniat. O Cæſar mitte. i. aliquem protectorem tui, & de fenſorem hoſtium. hoſtia. i. ad hoſtia: hoc eſt exitus Tiberis in ma re Thyrrenum ſe recipientis. mitte inquam. ſed ſi mittere uis quæ re legatum. i. eum qui mittatur. eſt autem hic nomen quia alioqui diceret legandum: in magna popina: inuenias eum iam iacentem cum aliquo percuſſore. i. gladiatore. permixtum nautis aut furibus aut fugitiuis. ſ. ſeruis. inter carnifices. i. tortores. & frabros ſandapi larum. i. feretrorum: quibus uiles ad ſepulturam feruntur. & inter

At vos Troiugenæ vobis ignoſcitis, & quæ
Turpia cerdoni, Voleſos, Brutoſq; decebunt.
Quid, ſi nunquam adeo fœdis, adeoq; pudendis
Vtimur exemplis, vt non peiora ſuperſint?
Conſumptis opibus vocem Damaſippe locaſti
Sippario, clamoſum ageres ut phaſma Catulli.
Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Iudice me, dignus vera cruce, nec tamen ipſi
Ignoſcas populo. populi frons durior huius,
Qui ſedet, & ſpectat triſcurria patriciorum,
Planipedes audit Fabios, ridere poteſt, qui
Mamercorum alapas, quanti ſua funera vendant,
Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone,
Nec dubitant celſi prætoris vendere ludis.
Finge tamen gladios inde, atq; hinc pulpita pone,
Quid ſatius, mortem ſic quiſquam exhorruit, vt ſit
Zelotypus Thymeles, ſtupidi collega Corinthi?

tympana. i. inſtrumenta pulſatitia. galli. i. ſacerdotis Cybeles, reſu pinati. i. euerſi per ſomnum & obſtertentis ceſſantia a ſonitu. ſ. ubi. i. in qua popina libertas eſt ſupple æqua: id eſt æqualis magno & paruo: nobili & ignobili: ſacerdoti & profano. & pocula ſunt ſup ple communia: ideſt ad communem uſum: & lectus non eſt alius: id eſt diuerſus cuiquam. nec menſa eſt remotior ulli: ideſt ubi grega tim ſine ratione dignitatis, aut diſcrimine perſonarū uiuitur. O Pōtice quid facias ſortitus. i. ſi eſſes ſortitus. i. ſi haberes talē ſeruum. i. ita uiuentem, ut nobi les modo uiuūt: & tu forte inter eos. nēpe. i. certe. tu mittas ſup. eum ī Lucanos, ut illic glebam inuertat cathenatus, aut ergaſtu la. i. loca in quibus ſerui cathe nati ne aufugerēt, operātur. thu ſca. i. ꝗ̄lia plīma sūt ī Thuſcia.

¶ A T uos Troiugenæ: ſatyri ca irriſio. i. nobiles qui ex ſangui ne Troiano iactatis originē ue ſtram duci. ¶ Vobis ignoſcitis: ſiquid, inquit, turpiter facitis uo bis ignoſcitis, putatiſq; uobis id licere: quod ī cerdone, & pau pere damnaretis, ſi admitterent. IOAN BRIT

¶ Cerdoni: ignobili & humillimę conditionis. Nam cerdones di cuntur, qui artificio & lucro ui ctum quærunt. nam κέρδος ſignificat lucrum. Cerdo nes

¶ Voleſos, & Brutos per hos omnes nobiles intelligit. fuerunt enim Romani ciues anti quiſſimi. Voleſi originem ex Sabinis duxerunt temporibus Romu li in urbem recepti. Nam Tatius rex Sabinorum poſt pactiones fa ctas cum Romulo, ut æqua poteſtate, paribuſq; honoribus in ur be Roma maneret: ipſe & cum eo tres uiri ex illuſtribus familijs Ro mę permanſerunt. Valerius Voleſus, & Talus cognomine tyran nus, & ultimus Metius Curtius, is qui armatus lacum nando ſe trā ſmiſit: & cognati & clientes gentiles numero haud pauciores cen tum. ¶ Quid ſi nuſquam adeo: ſenſus eſt: Nobilitas romana adeo eſt flagitijs contaminata noſtris tēporibus: ut etſi fœda ſunt, quæ com memoraui. ſpurciora tamen etiam ſuperſint, quæ facit. Sicq; pro bat per exemplum eiuſdem Damaſippi, per que unumquemq; no bilem intelligit etiam turpiora fieri, ꝗ̄ quę ſupra etiā ſint cōmemo rata. ¶ Quid. ſ. dicas. ¶ Conſumptis opibus: in eos enim inuehitur nobiles, qui opibus per luxum conſumptis, ad artem ſcænicam de ſcenderunt: ut pro hiſtrionibus in ſcęna fabulas agerent: quod erat hominum uiliſſimorum & infamium. multi etiam ad gladiaturam, quod extremæ erat infamiæ, ſe conferebant: quod notat poeta in Satyra undecima illic: Nam dum ualida & iuuenilia membra Suf ficiunt galeæ. ¶ Suppario: arti ſcænicæ. Nam ſupparium (ut ſcribit Feſtus) mimici genus fuit ueli. De quo ſic & Donatus in Terent. Pro aulæis ſupparia poſterior ætas accepit. Eſt autem mimicū ue lum, quod populo obſiſtit: dum fabularum actus commutatur. De eo ſic meminit Apuleius primo Metamo. Oro te inquam aulæum tragicum dimoueto, & ſupparium ſcænicum complicato. & Item: Aulæo ſubducto & complicato, & complicitis ſupparijs ſcæna di ſponitur: ubi locum correximus. nam pro alueo ſcripſimus aulęo. Seneca ad Serenum de Tranquillitate uitæ: Publius tragicis, comi ciſq; uehementior ingenijs: quoties inimicitias, ineptias, & uer ba ad ſummam caueam ſpectantia reliquit. Inter multa alia co thurno non tantum ſuppario fortiora. Cicero. de prouincijs con ſularibus: Itaq; ille alter, ut ipſe eſt homo doctus, & a ſuis Græcis ſubtilius eruditus, quibus cum iam in exedra helluatur: antea poſt ſupparium ſolebat. ergo locaſti uocē Damaſippe ſuppario. i. ludis ſcęnicis uocem tuā mercede locauiſti. ¶ Phaſma: gręce, uiſio latine nomē fuit fabulę Catulli poetę forte tꝑibus Iuue. quēadmodum & Menandri. unde Terē. Idē Menandri Phaſma nūc nuper dedit. Illic nāq; adoleſcens (ut ſcribit Donatus) eſt introductus, qui a ſpectu pulchrę uirginis ueluti numinis uiſu ꝑculſus exhorruit. nomen igi tur fabula ſortita eſt ab euentu rei, ꝙ uiſa fuerit puella, ueluti Dea. φαντάζω enim idē eſt qđ appareo. Phaſma itē ponitur ꝓ portēto, ut ſępe apud Herodotū: Tale, inqt, Phaſma apparuit in Græcia. In ea igit̃ fabula aut uiſio alicuius rei, aut mōſtra rep̄ſentabātur. in qbus

Voleſi Suppa rium Phaſ

magno

magno esset opus clamore, unde clamosum dixit poeta. ¶ Laureolū
uelox: ēt inqt Lentulus uelox bene egit laureolū. estq; risu satyrico
adiuuādum: ut ostēdat nō modo unū nobilē: sed multos ludis scę-
nicis ꝯtaminari, optimeq; fabulas tāq̄ ꝑitos mimos agere uñ mira
urbanitate ait ēt Lētulus bñ egit. i. bñ se qdē i actione fabulę gessit.
¶ Lētulus nomē ꝓpriū nobilis, q & ipse fabulā Laureolū egit in scę
na. Nā Laureolus Tragœdia fuit: quā Neuius scripsit (auctore Gel
lio) in carcere. dicta Laureolo, qui in ea introducebatur, sublatus
ob scelus in crucē. hāc fabulā (ut alias multas) Domitianus repre
sentauit ita: ut q ageret, uera nō falsa cruce pēderet. Mart. li. 1. Nu-
da Calidonio sic pectora præbuit urso: Non falsa pēdens in cruce
Laureolus. Lentulus igitur nobilis Romanus eam egit ꝓ histrione
ita: ut nō uera tñ cruce pependerit: queādmodū debuit, ut ait Iuue.
qñ non erubuerit ꝓ histrione in scęnā descēdere. ¶ Velox: mira stre
nuitate. ¶ Dignus uera cruce: ex stomacho dixit poeta: dignus erat,
inqt, q uera cruce & non ficta penderet, qñquidē histrioniā faceret.
¶ Nec tñ ipsi Ignoscas populo: non solū inqt hæc in nobilibus non
sunt ferēda quæ faciūt: sed ne populo qdem ignoscendum, q hęc si
ne pudore spectat. ¶ Durior frons: qa nullo afficit pudore. in frōte
enim est sedes pudoris. uñ extat ꝓuerbiū: ut cū qs pudorē amiserit,
dicatur frōtē ꝑfricuisse. Quīti. Perfrica frontē, & dic te digniorē, q
prętor fieres, q̄ Catonē. ¶ Huius: populi: q̄si qui altiora curare dēret.
¶ Qui sedet & spectat: q sustinet sedere, & spectare. ¶ Triscurria: no
ua uocabuli cōpositio, ꝑ quā signat nimiā & maximā patriciorꝫ scur
rilitatē, a tris & scurra. Nam tris & ter ꝓ superlatiuo græci & latini
usi sunt. Plau. in Rudēte: Tū trifurcifer mihi audes inclementer di-
cere? Idem in Bacchidibus: Vt pergræcetur tecū triuenefice. i. ma-
xime uenenefice, & maxime furcifer. unde dicimus & Trimegiston
Mercurium: quasi ter maximum: μεγιστος enim maximum significat
Mart. lib. 6. Hermes omnia solus. Et ter unus. i. Trimegistus. ¶ Pa-
triciorū: nobilium. de uocabuli significatu diximus. 1. Saty. illic: Pa
tricios omnes opibus cum prouocet unus. ¶ Fabios planipedes. i.
nobiles quales fuerunt Fabij recitantes Comœdias Planipedias.
de Comœdijs diximus Satyr. 1. illic: Recitauerit ille togatas. ¶ Ma-
mercorꝫ alapas. i. q potest ridere & spectare Mamercos nobiles, qui
in scæna alapas & alia flagra patiebantur in agendis fabus, sicuti
& Latinus mimus, qui ut risum spectatoribus moueret, Panniculū
alium mimum ꝑcutiebat. Mart. Hesterna factū narratur Posthume
cœna: Os tibi præcisum quāto non ipse Latinus Vilia Pāniculi per
cutit ora sono. Idem li. 5. O quam dignus eras alapis Mariane La
tini, Te successurum credo ego Pāniculo. Mamercorꝫ autē alapas
possumus intelligere, aut quas ipsi alijs incuterēt, aut quas ipsi pa-
terentur. Mamercorū familia antiquissima fuit: quæ nobilitatis prin
cipium accepit ab eo Mamerco Æmilio, qui dictator Fidenas cū de
fecissent debellauit, cepitq; ¶ Quanti sua funera: nobilium impudē
tiam insectatur: ꝙ & non modo artibus scęnicis operam suam prę
stent: sed & in gladiaturam sponte sua descendant in arena. Nam
antea Nero quadringentos senatores, sexcentosq; equites Roma-
nos, & quosdā fortunę atq; existimationis integrę (ut Trāquillus
& Tacitus scribunt) ad ferrum exhibuit. Ait igitur Iuue. Nobiles
cogente Nerone ad ferrum se tūc exhibuisse. Nunc autem nullo iu
bente ad id muneris descēdere. Ordo ē: Quid refert quāti uendant
sua funera. est autem tacita responsio ad defensores. Non sunt, in-
quit, excusandi quia digladiando magna præmia consequantur.
Turpissimū enim est eis, quia sponte tali se offerūt muneri: ꝙ si coa
cti essent, inquit poeta, excusandi essent. ¶ Quid refert: qd ꝓdest etiā
si multum lucrētur tali arte fœdati. ¶ Vendūt nullo cogēte Nerone
hinc tota indignatio poetę est, ꝙ non coacti id faciant. ¶ Vendere
. s. sua funera. ¶ Ludis celsi prætoris: nā prętores ludis præerant. un
de alibi: Quid? si uidisset prætorem in curribus altis Extantē: & me-
dio sublimem in puluere Circi. ¶ Celsi: celsus nō est ꝓprium hoc lo
co, ut qdam putauerunt, sed celsum expone sublimem & sedentem
in curru, cum ludis habitu triumphali pręsit. ¶ Finge tñ gladios: du
plici modo exponi posse uidet̄. ut sit sensus: Esto, inqt, mortis sup-
plicium tibi paratum sit: nisi in theatrū descēdas ad artes scænicas:
nōne satius est mori, q̄ ludis scænicis fœdari? Hincq; maxime ostē
dit artem illam scænicam uilissimorꝫ tñ hoium fuisse & infamium.
unde & apud Iuriscō. lib. 3. digestorꝫ legimus eos, qui in scæna ob
pręmium uersarētur: & omnes, qui operas suas locarit arti ludicrę
infames esse. Quod & in. 2. Saty. docet illic: Vicit & hoc mōstrū tuni
cati fuscina Gracchi. nā ꝓfligatissimus qsq; ex iuuentute utriusq;
ordinis tenebatur senatuscō. in opa scæne, arenęq; edēda: multiq;
etiam spōte sua famosam illam iudicū notā subibant, auctor Tran
quillus in Tiberio. Alius sensus est: Finge gladios inde: atq; hinc
pone pulpita. i. ponamus tibi ludos gladiatorios, & scænicos ꝓpo
ni, qbus excercearis: utrum horū potius eligas. q. d. munus gladiato
riū magis eligendū, ut minus turpe. Sicq; ostendit cū uterq; ludus
sit i honestus, turpiorem tñ esse scęnicum. unde bene ait. ¶ An quis
quam sic mortē exhorruit ut sit Zelotypus Thymele. i. an qsquam
ita expauit lodos gladiatorios: ubi homines cæduntur: ut malit ar-
tibus scænicis contaminari: hocq; magis placet. Nam histrioniam
& gladiaturam cōparat. de utraq; etiam fecit mētionem, ut osten-
dam iam nobilitatem Romæ sine aliquo pudore in utroq; munere
uersari graui cum ignominia. ¶ Finge gladios: puta gladios esse,
qui te confodiāt, aut gladiaturam tibi ꝓponi. ¶ Hinc pulpita. i. scæ-
nam ipsam multis pulpitis extructā: in qua tibi ut histrioni sint agē
dę fabulę: ac per hoc ostēdit mortem esse potius appetendam, q̄ pu
dorem amittēdum: aut gladiaturam potius q̄ histrioniam eligēdā.
¶ Mortem sic qsquam: ita ne mortem qsquam timuit, ut omni pror-
sus pudore calcato malit in scęna uersari pro histrione? ac si dicat:
repetatq; quod dictū est, potius mortē eligēdam q̄ honestatem de-
serendam: aut (ut diximus) itane gladiaturam qsquā extimuit, ubi
mortis inest periculū. ut malit amplecti artem scænicam. ¶ Vt sit Ze
lotypus Thymeles: ut uelit i scæna uersari, ubi representet ꝓ histrio
ne Latinum mimum zelotypum Thymeles uxoris suę. Nā Latinus
mimus (de quo Saty. 1.) temporibus Domitiani tanq̄ Thymeles
uxoris zelotypus, Panniculū alterum mimum alapis cædebat: ut
risum spectatoribus moueret. ¶ Collega stupidi Corinthi. i. socius
Corinthi alterius mimi. ¶ Stupidi: hebetis & ignaui.

¶ A T uos Troiugenæ. Eosdem nobiles persequitur, qui ut a Ne ASCen.
rone erant instituti: adhuc turpissima exercuerunt, quæ uilissimos
homines dedecerent. Ordo est: At. i. sed. uos Troiugenæ. i. nobiles
qui e Troianis ortum habere gloriamini. uos ignoscitis. i. ueniam
datis. uobis, & uestro iudicio: ea quæ supp. sunt turpia. i. inhonesta.
Cerdoni. i. homini uili ad lucrum festinanti. decebunt. i. cum deco
ro & honestate in exercitio tenebunt. Volesos, & Brutos. i. nobilis-
simos, quales illi fuerunt: & ab illis ortos. Volesi enim & Bruti (au-
ctore Dionysio) Sabinorum nobilissimi fuerunt: qui cum Tatio in
urbe manserunt: Sabinis autem uetus est continentia. Quid sup. di
ces: si nos in reprobandis uitijs nunquā utimur adeo fœdis & adeo
pudendis exemplis, ut non supersint. i. quin semper plus q̄ satis sint
peiora. i. adhuc fœdiora? O Damasippe locasti. i. pretio accommo-
dasti. suppario. i. sumendo a parte totum. proscænio uel locum pro
locato: actoribus fabularum. uocem. i. mimicum officium cum ge
stu & molli pronunciatione uocis tuæ. ut ageres phasma. i. comœ-
diam sic dictam a phasmate. i. apparitione: qđ aliquid apparuisse in
ea dicatur. unde principaliter dependet. clamosum. i. clamoris ple-
num, quia est comœdia motoria. Catulli. i. illius poetæ Lentulus ue
lox. i. uir ille nobilis, egit etiam bene laureolum. i. laureatum mimū
dignus me iudice. i. s̄m iudiciū meum, uera cruce. i. in qua uere cru
cifigeretur: & non solū simularet per ludum se crucifigi. sicut iudex
simulabat crucifigi in fabula, quam Lentulus egit. Tñ ne sic nobi-
libus succenseas, ut ignoscas populo dico sup. ꝙ frōs populi huius
. i. hmōi spectantis. est durior. i. minus pudore & uerecūdia afficibi-
lis, q̄ Lentuli. uel dic est durior huius. s. Lentuli fronte: qđ dicerem,
nisi melior esset contextus huius populi: qui sedet & spectat triscur
ria. i. ualde scurrilia facta. patriciorum. i. eorum, quia patribus ortū
trahunt. & qui audit Fabios. i. nobilissimos uiros. planipedes. i. agē
tes mimos: quos propter humilitatē catacteris. planis. i. non eleua-
tis: aut cothurno aut socco pedibus agebāt. & qui potest ridere ala
pas Mamercorum. i. scurriles & iocosas uerberationes in maxillis,
quas mutuo exercent Mamerci. i. nobiles ut Mamerci. Quid refert
quanti. i. q̄ uili pretio: ipsi sup. nobiles uendant sua funera. i. mortis
periculo in gladiatura se exponant, q. d. nihil: quia uendunt nullo
Nerone. i. nullo imperatore crudeli Neroni simili cogente: sed spon
te. Nec dubitant. i. audent uendere. s. funera sua. ludis. i. in ludis.
celsi prætoris. i. hominis uilis ad prętoriam & consularem dignita-
tem sublimati. Tamen. i. licet sponte faciant. finge gladios sup. esse
fixos: uel fige gladios inde. i. ex una parte. & pone hic. i. ex alia par
te. pulpita. i. spectaculorū loca, q̄ plures petūt qd satius. i. utrū horū
sup. esset nobilibus eligibilius. an gladios. i. mortē obire. an munus
scænicum: & uidettur ꝙ potius mortem. Vnde per indignationem
quæritur poeta. Exhorruit quisquam sic mortem: ut potius q̄ mo-
riatur sit collega. i. coactor. zelotypus. i. se zelotypū simulans. Thy
meles. i. uxoris histrionicæ. Corinthi. i. illius mimi. stupidi. i. hebet
is & ignaui: uel eo ꝙ ob zelotypiam cæsus esset obstupentis.

Res haud mira tamen, citharœdo principe natus
Nobilis, hæc vltra, quid erit nisi ludus: & illic
Dedecus vrbis habes, nec mirmillonis in armis,
Nec clypeo Gracchum pugnantē, aut falce supina
Damnat enim tales habitus, & damnat, & odit,
Nec galea frontem abscondit. mouet ecce tridentē
Postquam vibrata pendentia retia dextra
Nequicq̃ effudit, nudum ab spectacula vultum
Erigit, & tota fugit agnoscendus arena.
Credamus tunicæ, de faucibus aurea cum se
Porrigat, & longo iactetur spira galero.
Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
Vulnere, cum Graccho iussus pugnare secutor,
Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus vt dubitet Senecam præferre Neroni,
Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus?
Par Agamemnonidæ crimen, sed causa facit rem
Dissimilem. quippe ille Deis auctoribus vltor
Patris erat cæsi medio inter pocula, sed nec
Electræ iugulo se polluit, aut spartani
Sanguine coniugii, nullis aconita propinquis
Miscuit, in scæna nunquam cantauit Orestes.
Troica non scripsit. quid enim Verginius armis
Debuit vlcisci magis, aut cum uindice Galba?
Quid Nero tam sæua, crudaq; tyrannide fecit?
Hæc opera, atq; hæ sunt generosi principis artes
Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita saltu
Prostitui, graiæq; apium meruisse coronæ.
Maiorum effigies habeant insignia vocis,
Ante pedes Domiti longum tu pone Thyestæ
Syrma, vel Antigones, seu personam Menalippes,
Et de marmoreo citharam suspende colosso.
Quis Catilina tuis natalibus, atq; Cethegi
Inueniet quicquam sublimius? arma tamen vos
Nocturna, & flammas domibus, templisq; parastis,
Vt Bracatorum pueri, Senumq; minores,

IOAN. BRIT. ¶ RES haud mira tamen. s. est. Et est sensus: Nō ē tamē mirū, nobilem Romanū hęc facere: quia sub Nerone principe natus est: q artibus scænicis multum delectatus est. nā (ut scribunt Tacitus, Trāquillus, & Eusebius) adeo citharœdicę arti deditus fuit: ut i Achaia īstituerit ciuitates, apud quas musici agones edi solent, oēs citharœdoꝝ coronas ad ipsum mittere. Eas adeo grate accipiebat: ut legatos, qui ꝑtulissent: non modo primos admitteret: sed etiā familiaribus epulis interponeret. Cātāte eo necessaria qdē causa excedere theatro licitum fuit. Itaq; enixæ quędā in spectaculis ferūtur. Nunc poeta demonstrat philosophice quantā pernici ē moribus hoīum, & ciuitatibus afferāt corrupti mores pricipū, eorūq;, quoꝝ uita oib⁹ tāq̃ speculū esse debet. unde illud ēt exit: Sed qd nō faciet, qđ principis uxor? ¶ Natus nobilis. s. est. ¶ Hæc ultra: posthac qd uidebimus in urbe nisi omnes nobiles scænicis artibus uacare? ¶ Vltra hæc. s. tēpora. ¶ Et illud dedecus: sensus est: Habes hoc ēt qđ in dedecus urbis maxime redundat Gracchū pugnantē nō armis mirmillonis: non clypeo: non galea tectū: sed habitu retiarij tunicati. eritq; expositio: Gracchum pugnantē. dedecus aūt appellat, tū ꝙ artē gladiatoriā exerceat, quę infamis habet: tum ꝙ mirmillo eē nō uult q tecta facie pugnat: sed retiarius, qui galerum tantū sumit uultu apto ut cognoscat. Totaq; est hinc poetæ indignatio: ꝙ gaudeat operā suā sponte arenę pręstare & cognosci: q̃si q oēm pudoris rationē amiserit. ꝑ Gracchū nobilissimū quēq; intelligit. Nam Gracchoꝝ familia nobilissima fuit & potēs. ¶ Mirmillonis: gladiatoꝝ alter sequutor & mirmillo, alter retiarius dicebatur. Mirmillo scutū & falcē sumebat & galeā: in cuius uertice erat effigies piscis, aduersus quē retiarius pugnās, cū eū insequeretur, hęc cātabat: Nō te peto, piscē peto, qd me fugis galle Retiarius autē fuscinā & rete gestabat tunicatus. ait igit poeta nobiles eo insolētiæ, & impudētię deuenisse, ut nō mō nō erubescāt tecti armis in arena decertare more mirmillonis, q tectus galea & scuto pugnat: sed ultro oīa facie apta peragāt habitu retiarij tunicati: q tunica tm̄ tectus dimicabat, fuscinā, & rete, gestās: ut cognoscātur. nā gaudēt cognosci. ¶ Aut falce supina. i. erecta, quæ a mirmillone sumebat. ¶ Dānat: qa nō pudet. imo gaudet cognosci. ¶ Tridētē. i. fuscinā, quā habet ut retiarius. ¶ Erigit uultū: ut cognoscatur. ¶ Ad spectacula. i. ad ipsos spectatores theatri. ¶ Nequicquā frustra, cū mirmillonē capere nō potuerit. ¶ Effudit: emisit. ¶ Dextra uibrata: dextra cōmota & ꝯcussa inijciēdo rete. ¶ Cedamus tunicæ: cedamus, inqt, tunicæ. i. retiario hoī tunicato: cū p̄sertim sit ciuis & nobilis Romanus. qđ facile agnoscas ex habitu diuite & magnifico. Nā funiculus ipse, quo sibi galeꝝ capiti alligauit, aureus est: qui ornatus nō est paupeꝝ gladiatorū: hocq; totū ironicos pronunciādū: ut sit sensus: Debemus, inqt, cedere & locū dare nobili Romano fugienti tota arena: ut euadat ne. s. a mirmillone insequēte feriat hocq; quasi quadā cū miseratione nobilitatis, habēdus est inqt aliquis respectus ipsi nobili, ut possit effugere manus mirmillonis, ne cędat in arena. Sic etiā cōstat (ut tradit Herodianus) Cōmodo imperatori, qui i amphiteatro cū gladiatoribus dimicauit, habitū fuisse respectū a cęteris gladiatoribus. Sic enim scribit: Facile aūt dimicans, suos cōpares superabat: neq; tum ultra uulnera procedebat, dante uno quoq; manus, atq; īpatorē potius q̃ gladiatorē agnoscēte. Sicq; legendū est: Cedamus & nō credamus. aliter sensus nō ꝓcedit. unde bene legtur. ¶ Ergo ignominia. q. d. ipsum mirmillonē ignominiā reportasse, q̃ laudē, ex uictoria aduersum nobilē poti⁹ aut gloriam. ut sit sensus: Ergo mirmillo cū nō passus sit retiarū uirū nobilē fugere: q̃si cuius misereri deberet: grauiorē adeptus ē ignominiā, q̃ si graue uulnus accepisset. nā a spectatoribus derisus ē: q̃si qui peritus imperitū superauerit. hocq; totū ironicos in cōtemptū ipsius nobilis, tanq̃ qui fœdā i arena operā nauauerit. ¶ Tunicæ: tunicato retiario. Nā retiarij tunicati erant. unđ j. 2. Saty. Tunicati fuscina Gracchi. Tranqllus in Caligula: Retiarij tunicati qnq; numero gregatim dimicantes sine certamine ullo totidem secutoribus succubuerant. ¶ Aurea spira. i. funiculus ipse aureus, qui circa galeꝝ discurrens ad ornatū porrigebat ad fauces: ut galerus sub mento uinciretur. Spira aūt ꝓprie appellatur inuolucrū funis in orbem collecti. Et serpentē dicimus collectā in spirā: hoc est ī gyrum & reuolutionē. Spirā itē dicimus circulū illū eminentē: q basi apponit. Victruui. Sin autē Ionicę columnę fient scapus p̄ter spirā, & capitulū in octo partes & dimidiam diuidatur. Plin. lib. 36. cap. 24. In ephesiæ Dianæ primū colūnis spiræ subditę & capitella addita. Victruuius loquēs de æde Dianæ sic scribit: Et fecerūt primo columnæ crassitudinē octaua parte: ut haberēt speciē excelsiorē, Basi spirā apposuerunt pro calceo, capitulo uolutas, uti capillamēto ꝯcrispatos cicinnos ꝑpendētes ornauerunt: trūcoq; toto strias: uti stolarū rugas matronali more demiserunt. Spiras etiā dicimus in ligno, cū uenę & nodi se ꝯuoluerunt. Plin. lib. 16. Publicū oium uitiū uocāt spiras: ubi sese conuoluere uenę, atq; nodi. ¶ Longo galero. i. ꝓcero & eminēti. ¶ Secutor: hoc est mirmillo, qui retiariū postq̃ ab eo captus nō est insegtur. ¶ Iussus: a p̄tore q pręest ludis, & cui operā suā uēdidit. ¶ Graccho bili uiro retiario. de quo etiā in. 2. Saty. meminit: Tunicati fuscinæ Gracchi. ¶ Libera si dentur: si posset, inqt, quod sentit populus libere dicere: indubitāter Senecā, quāuis humili loco natū propter eius uirtutes, Neroni p̄ferret: q nobilitatis suæ splendorē uitijs obscurauit: ut ostēdat in uirtute nō in maiorū gloria uerā nobilitatē cōsistere. Fuit aūt Seneca p̄ceptor Neronis, & Lucani poetæ patruus: qui incisione uenarum & ueneni haustu perijt. Trāquillus, Tacitus, & Eusebi. auctores. Sed cū dicit Libera si dētur populo suffragia: iniquā temporū suorū conditionē suspirat, quibus ab imperatoribus occupata libertate, omnia eorū nutu administrabātur, cū antea magistratus suffragijs populi crearētur: ut latius dicemus in Saty. 10. Verum poeta ad id respexisse uidetur, quod scribit Tacitus: Ait enim famam fuisse principes coniurationis Pisonianę destinasse: ut post occisum Neronem, Piso quoq; interficeret, tradereturq; imperium Senecę claritudine uirtutum ad summum fastigium delecto.

Mirmillo

Retiari⁹

Spira

¶ Quis

RONTE obducta: caperata, & in rugas cõtracta. ¶ Marſya uictus: de Marſya Phrygio intelligit, qui (ut Apuleius ſcribit in primo limine primi libri floridum) filius fuit illius Hiagnis, qui rudibus adhuc muſicæ ſæculis ſolus ante alios cautus canere inſtituit. Nam ante Hiagnin nihil aliud plerinq; callebãt, q̃ quod Virgilianus Opilio, ſeu bubſequa: Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmẽ. Primus Hiagnis in canendo manus diſcapedinauit: primus duas tibias uno ſpiritu animauit: primus læuis & dextris foraminibus, acuto tinnitu & graui bombo concentum muſicum miſcuit. a patre igitur Marſyas eruditus cum Apolline certauit: a quo ſuperatus uelut urſus bipes corio execto nudis & laceris uiſceribus relictus eſt. Ita Marſyas in pœnam cecinit, & cecidit. ¶ Quid tibi cum uultu: ſcilicet tali. i. quid ſibi uult talis uultus? ¶ Deprehenſus: in turpi opere. ¶ Rauola: p cunniligo ſui temporis accipit. ¶ Rhodoges: nomẽ mulieris infamis. ¶ Nos colaphum: legendum eſt quaſi p acclamationem poetæ: ex quo rei turpitudinẽ oſtẽdit: q. d. Tam turpia fiunt per totã urbẽ: & ſine ulla peccantis caſtigatione: uerũ ſi ſeruus cruſtula comedit: ſtatim eũ uerberam⁹, & acriter caſtigamus: ſicq; poeta docet miram eſſe mortalium cæcitatẽ, q leuiora crimina notẽt, & puniant: grauiora uero impunita relinquãt. ¶ Colaphũ: dictio eſt græca: latine alapa dicitur. Terent. Plus quingentos colaphos ifregit mihi. ¶ Cruſtula: Seruius differentiã facit inter cruſtã & cruſtũ: ut cruſta ſit eoꝝ q̃ nõ comedunt: ut cruſtã marmoris. Virgilius: Curraſiti i fluminæ cruſtæ. Cruſtum uero eorũ quæ comedũtur. Virgilius: Patulis nec parcere quadris Fatalis cruſti. Horatius per diminutionẽ in Satyris: Dant cruſtula blandi Doctores elemẽta uelint ut diſcere prima. uerum & cruſta genere fœminino etiã de ꝭjs, quæ comedũtur, dicitur. Plinius lib. xix. cap. vii. Hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergitur: adfuſo ouo inhærens: ubi inferiorẽ cruſtã apio, gitq; ceriali ſapore condiunt. ¶ Pollio Crepereius: Pollionem ut luxurioſum & nepotem ſugillat: qui abſumptis opibus mutuo, & in fœnus cogebatur pecuniã quærere: qđ non faciebat ſine magno pudore & frontis contractione ob priſtinã fortunã: a qua ob gulam deiectus erat. ¶ Hæc facie: tua. ſ. o Neuole. ¶ Nõ inuenit fatuos: hoc ẽ q re uera fatui fuiſſent: ſi dediſſent mutuo: quod ad ſe nõ eſſet rediturũ. Fatui aũt dñr, qui nullius ſunt prudẽtię, uñ uirgines illæ in ſacra ſcriptura fatuæ dñr, quæ oleũ ſecum non attulerũt. contra prudentes, quæ attulerãt, ita ut uocabula oppoſita ſint, & cõtraria. Fatui aũt facile decipiuntur. ¶ Vnde: ſubaudi ſunt. ¶ Tot rugę: tanta uultus triſtitia, q̃ per rugas oſtẽditur. ¶ Certe modico: occurrit tacitæ reſponſioni. poſſet. n. dicere: pauptas mihi moleſta eſt: & proinde triſtis ſum. ait ergo: Certe tu contentus modico uitã p ſummam hilaritatẽ agebas ita: ut Vernas prorſus hilaritate uitæ referres. Nam Vernę utpote in domibus potentiorũ nati & nutriti miræ dicacitatis erant. a Verna fit uernaliter. Hora. i ſermonibus. Cõtinuatq; dapes, nec nõ uernaliter ipſis Fungũtur officꝭjs p̃lambens oẽ quod affert. Differt aũt uerna a ſeruo: ꝙ ſeruus is ſit, q aut bello captus, aut ære paratus in poteſtatẽ noſtram uenit. Vernæ uero q ex ancillis naſcũtur domi. nam & ii in ſeruitute ſunt. ¶ Vernã eqtẽ: ita, ingt, hilare uiuebas: iiſq; iocis ut Verna eques uidereris. Sic. n. Romani Vernas eqtes p iocũ noĩauere. Mart. Quirinalis fuit ancillas, domũq;, & agros implet equitibus uernis. Idẽ alibi: Cuius non Syriæue, Parthiæue, nec de Cappadocis eques cathaſtis. ¶ Facetus ſcribit Quintilianus. facetum non tantum circa ridicula conſiſtere: ſed etiam eſſe appellationẽ excultæ cuiuſdam elegãtiæ. unde Hora. Molle atq; facetũ. ¶ Ioco mordẽte: iocũ accipimus (auctore Fabio) quod eſt contrariũ ſerio. Nã & fingere, & terrere, & pmittere iterim iocus eſt. ¶ Mordẽte: p iocũ mordentẽ itellexit dicacitatẽ: q ꝓprie ſignificat ſermonẽ cũ riſu aliquos inceſſentẽ: ideo Demoſthene urbanũ fuiſſe dñt, dicacem negant.


Seruus uerna

Facetus

Dicacitas

Sales

ASCen.



Cire uelim &c. In hac Satyra (ut Mancinellus recitat) carpunt auari turpia patientes. Quin adeo tria accuſat poeta: turpitudinẽ uidelicet draucorũ tam fœdã, ac infamẽ operã locãtiũ: & obſcænitatẽ paucorũ talẽ conducentiũ: & eorundẽ auaritia mercedem nõ ſoluentiũ. Alloquit aũt Neuolũ draucũ: q eũ in dialogi formã alloquitur hoc ordine. O Neuole ego uelim ſcire q̃re tu mihi occurras toties triſtis & facie obducta. i. laxo ſupercilio, & rugoſa pelle ſuperfuſa. ceu. i. ſicuti. Marſya. i. Satyrus ille ferino uultu uictus ab Apolline in arte muſica. Quid ſup. eſt tibi cũ uultu. i. quid ſibi uult uultus iſte tã triſtis: q̃lẽ ſup. uultũ habebat Rauola cunnulingus ille infamis. deprenſus. i. in ipſo facto repertus: dũ terit. i. atterit & expilat ſæpe lambẽdo inguina. i. prudẽda membra. barba ſua uda turpitudine. ſ. Rhodopes illus infamis mulieris. nos, inquit poeta, incutimus ſeruo lambẽti cruſtula. i. fragmẽta panis, aut placentæ, aut alterius rei comeſtibilis. colaphũ. i. baculum: quo ipſum cædimus.

Et ſalibus uehemens intra pomeria natis.
Omnia nunc contra, vultus grauis, horrida ſiccæ
Silua cumæ, nullus tota nitor in cute, qualem
Præſtabit calidi circumlita faſcia viſci,
Sed fruticante pilo neglecta, & ſqualida crura.
Quid macies ægri veteris, quem tempore longo
Torret quarta dies, olimq; domeſtica febris?
Deprendas animi tormenta latentis in ægro
Corpore, deprendas & gaudia, ſumit vtrunq;
Inde habitum facies. igitur flexiſſe videris
Propoſitum, & vitæ contrarius ire priori.
Nuper enim (vt repeto) fanū Iſidis, & Ganymedē
Pacis, & aduectæ ſecreta palatia matris,
Et Cererem (nam quo non proſtat fœmina tēplo?)
Notior Aufiduo mœchus celebrare ſolebas,
(Quod taceo) atq; ipſos etiam inclinare maritos.
Vtile & hoc multis vitæ genus, at mihi nullum
In operæpretium, pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ duri, craſſiq; coloris,
Et male percuſſa textoris pectine Galli
Accipimus, tenue argentum, venæq; ſecundæ.

cædimus. & tñ ſup. lambit cunnos, aut lingit: at nos talia patimur: & ita per tranſitum tangit more ſatyrico alios homines uitioſos. Non erat &c. Hic (ut dixi) ꝑ tranſitū primo tangit Pollionis Crepereii perditam uitā. Deinde ad Neuolū redit. Ordo eſt. Pollio Crepereius: ꝗ paratus eſt præſtare. i. perſoluere, ſi inueniret ꝗ dare uellent, triplicem uſuram. circuit. ideſt quærit, & nō inuenit fatuos, ꝗ quicꝗ̃ daret: hoc eſt ſortē cū uſura ꝑderent. uel paratus p̄ſtare. i. ad uſuram triplicē dare: ſi inueniret fatuos uolētes accipere. nō erat miſerabilior hac facie, quā ī te uideo. unī ſupple natæ uel ortæ ſunt: uel proceſſerūt repente tot rugæ. i. plicæ faciei tuæ. certe tu exiſtens cōtentus modico. agebas. i. exhibebas & repreſentabas Vernam equitē. i. eū, ꝗ cū Verna eſſet, equitis animū & læticiam præ ſe fert: eſt aūt Verna ſeruus domi noſtræ ut ex ancilla noſtra: q̄ſi ueris tēpore natus.

¶ VEHEMENS: ualde prōptus. ¶ Salibus: ridiculis. Cic. Oē quod ſalſum ſit, ait eſſe Atticoꝝ, qa ſunt maxime ad riſum cōpoſiti. Et Catullus cum dicit: Nulla ē Corpore mica ſalis: hoc dicit: Nihil in corpore eius eſſe ridiculū. Salſum igiť erit qđ nō erit inſulſum, uelut quoddā ſimples orationis cōdimentū quod ſentitur latente iudicio, & uelut palatū excitat, quod & a tædio defendit orationē. ¶ Intra pomeria teos ſales intelligit: ꝗ (auctore Fabio) urbanitas dicūtur: qua ait ſignificari ſermonē præferentē in uerbis, & ſono, & uſu ꝓpriū quēdam guſtū urbis, & ſumptā ex cōuerſatione doctorū tacitā eruditionē, deniq; cui contraria ſit ruſticitas. ¶ Pomeria dñr quaſi poſt mœnia. Nā (ut ſcribit Liuius) ſpaciū quod neq; habitari, neq; arari fas erat, nō magis quod poſt muꝝ eſſet, q̃ quod murus poſt id, pomeriū Romani appellauere. ¶ Oīa nūc cōtra. ſubaudi ſunt tibi. ¶ Silua horrida: cæſareis incōpta. ¶ Siccæ: nō unguētatæ. nā & capilli, totūq; caput unguento fouebantur. Mart: Si ſapis aſſyrio ſemper tibi crinis amomo Splēdeat: & cingāt florea ſerta caput. Plaut. in Caſina: Vnde hic amabo onguēta olent? Oh perij, ceſſo caput pallio detergere. ¶ Calidi uiſci: hoc dicit, qa) ut ſcribit Pli. li. xxiiii.) uiſcū cū reſina & cera pānos in cute mitigat oīs generis tali igitur remedio facies reddebatur nitidior. ¶ Sed fruticāte: notat mollicię, turpitudinem ſui temporis. Nam cinædi, ut molliores uiderentur, crura, & brachia ſibi depilabant. Eſt ergo ſenſus: Crura inq̄t nunc tibi ſunt neglecta, & ſqualida pilo fruticante. i. ſubnaſcente inſtar fruticis. ¶ Quid macies ægri ueteris? ſubaudi ſibi uult. ¶ Aegri ueteris: ualetudinarij hoīs, qui morbo diutino laborauerit. ¶ Deprendas animi tormēta. ſenſus eſt: Sentio profecto te graui cura uexari. Nā facile unuſquiſq; deprehendat animi ꝑturbationes ex habitu corporis. i. & curas, & gaudia. ¶ Deprendas: ſecūda ꝑſona ꝓ tertia. i. unuſquiſq; facile poſſit deprehēdere. ¶ Vtrūq; habitū: & mœroris & gaudij. ¶ Inde ex aīo. i. ex affectibus latentibus in animo, gaudio. ſ. & mœrore. ¶ Flexiſſe: in aliā partē uertiſſe, & mutaſſe. ¶ Vitæ priori: quā agebas multis iocis, & ſalibus. ¶ Nup. n. ut. repeto: dū oſtēdit Neuolū fuiſſe mœchū & prædiconē notiſſimū, notat adulteria, aliaq; flagitia ſui tēporis: quæ in tantū adoleuerāt: ut tota fere ciuitas corrupta, cōtaminataq; foret. Eſt ergo ordo & ſenſus: O Neuole tu nup mœchus notior Aufidio ſolebas celebrare fanū Iſidis, ut repeto. ſ. memoria. ¶ Fanū Iſidis: in tēplis, & in primis Iſidis frequētia cōmittebanť adulteria. de ꝗbus pluſcula diximus in. vi. Saty. illic: Iſiacæ ſacraria lenæ. Erat aūt tēplū Iſidis uicinū cāpo Martio. ¶ Ganymedē Pacis: tēplū Pacis Veſpaſianus extruxit iuxta forū: in quo aut pictā imaginē, aut ſtatuā Ganymedis fuiſſe oſtendit. Ganimedes aūt filius fuit Laomedōtis regis Troianoꝝ, quē dilectū Iupiter in aq̄lam cōuerſus rapuit in cælū: remotaq; Hebe filia, pocillatorē ſuū fecit. ¶ Palatia. ideſt templum extructum in palatio. de quo ita Liuius lib. xxxix. ab urbe cōdita: Et ædē magnæ matris in palatio faciendā locauerūt. ¶ Secreta: quæ tm̄ a ſacerdotibus curētur. ſunt. n. oīa Deoꝝ ſacra myſtica. ¶ Matris auectæ. i. Cybeles aduectæ ex Phrygia: de qua in. iii. Sat. plura diximus illic: Hoſpes numinis Idæi. Lege Liuiū eodē libro. ¶ Cererē: tēplum Cereris, quod erat ad Circum maximū: ut docet Plin. libr. xxxv. cap. xi. ¶ Nā quo nō proſtat? hæc leguntur per parentheſim & ſummā indignationē oñdit aūt pudicitiā nō modo in locis ꝓfanis, ſed ne ſacris quidē eſſe tutā: hocq; maxime dicit, quia Cererē noīauit, in cuius tēplo ſolebant eſſe tantum caſtæ matronæ, in quo nūc adulteria cōmittuntur. Oui. lib. iiii. Faſtorū: Sed ſi thura aberūt, udas accendite tedas. Parua bonæ Cæreri ſint mō caſta placent. ¶ Proſtat: proſtare eſt corpus (ut diximus in prim. Satyra) in uulgus dare, eſtq; uerbū neutrū. ¶ Aufidio: Aufidius taxatur ut nobilis adulterijs, & matronarū corruptor. ¶ Quod taceo: color occupatio. ¶ Vtile & hoc multis: ſubaudi eſt: uerba ſunt Neuoli reſpōdētis ſub cuius ꝑſona tota Satyra exurgit. ¶ Inclinare: i. curuare ad rē turpē: ut alibi: Quot diſcipulos īclinet Amillus. ¶ Inde: ex tali turpi opere. ¶ Operæprætiū: molomentū. ſermo ſumptus a mercēnarijs, ꝗbus iucundū eſt & utile poſt operā pretium accipere. ¶ Lacernas: ordo ē: Accipimus aliq̄ñ lacerna pingues. De lacerna dictū eſt in pri. Saty. ¶ Pingues: craſſiores lanæ. ¶ Munimenta: appoſitio eſt: hoc eſt q̄ ſuperinduunť togæ Mart. ī Diſtichis Amphiteatrales nos cōmendamur ad uſus, Cū tegit albentes noſtra lacerna togas. Toga autē (ut diximus ante) cōis fuit habitus Romanorū nulla inter eos diſcretione. unī Virg. eos appellauit: Gētemq; togatam: ſed poſtea remanſit in pauperibus & clientibus. ¶ Male percuſſas male calcatas ac ꝑ hoc rariore textura: minoreq; æſtimatione. ¶ Pectine: pecten inſtrumentū eſt quo ſtamē calcatur ī texendis pānis, & linteis. ¶ Textoris Galli: nā Galli uilliores, craſſioreſq; ueſtes conficiebant. Mart. Me pinguis Gallia ueſtit. ¶ Tenue argentum: ideſt tenuem laminam, aut. aliquid ex tenui, modicoq; argento, ut ligulam. ¶ Venæq; ſecundæ: ita dictum ſicut dicimus Panem ſecundarium, quem alio uocabulo cibarium appellamus: qui bonitate ſit inferior, q̃ qui fit ex prima farina. Proſto

¶ EXISTENS uehemens ſalibus. i. ſalſis & facetis, lepidiſq; ſermonibus nō ruſticis. ſed natis intra pomeria. i. intra muros ciuitatis: hoc eſt urbanis. unde urbanitas ſales. dñr. ꝙ ſicut ſine ſale inſipidus eſt cibus: ita ſine illis illepidus eſt ſermo. Omnia ſup. ſunt ī te nunc contra. i. cōtrario modo. i. uultus eſt grauis. i. ponderoſus & triſtis. Silua. i. inculta cōgeries aut criſpitudo comæ ſiccæ. i. non unctæ. uel cū tutabe cōſumaris, arentis. eſt horrida. i. inculta. nullus nitor eſt in tota cute: qualem nitorem faſcia calidi uiſci: quod cū cæra & reſina cutē leuigat & polit. circūlita. i. in circuitu linēdo ducta. præſtabat. i. exhibebat pauloante. ſed crura ſunt tibi nūc neglecta. i. inculta, & ſqualida, & immūda, & impolita. & hoc pilo. i. crine. fructicante. i. ꝑ modū fructicū dēſe pullulāte. Quid. i. ad ꝗd. ſupp. eſt tibi macies ueteris ęgri. ꝗ. i. difficulter ſanatur, & tardius ſuccū perditū inſtaurat. quē ęgrū quarta dies. i. febris quartana: q̄ quarto quoq; die redit. torret. i. exſiccat & q̄ſi tabe cōſumit, quem torret febris olim domeſtica. i. q̄ ex quotidiana q̄rtana effecta eſt. Tu deprēdas. i. deprehendere potes. tormēta animi latētis ī egro corpore. & deprendas gaudia ſup. latētia in corpore ſano. Nam facies ſumit inde. i. ex diſpoſitione animi utrūq; habitū. i. uultū & diſpoſitionē, aut læti, aut triſtis hoīs. Igitur qa olim lætus nūc triſtis appares, tu uideris flexiſſe. i. laxaſſe & mutaſſe ꝓpoſitū ſup. tuū. & ire cōtrarius uitæ priori. enim ꝓ qa. ut. i. ſecūdū. quod repeto. i. memoria recolligo. tu mœchus. i. adulter. & draucus. i. ſubagitator mulierū & uirorū. notior Aufidio: Chiro. ſ. famoſiſſimo adultero: a Mart. quoq; notato. ſolebas celebrare. i. frequētare. fanū. i. templū ASCen.

Fata regunt homines, fatum est & partibus illis,
Quas sinus abscondit, nam si tibi sidera cessant,
Nil faciet longi mensura incognita nerui,
Quamuis te nudum spumanti Virro labello
Viderit, & blande assiduæ, denseqꝫ tabellæ
Solicitent. ἤθους γὰρ γλυκέος ἄνδρα κιναίδιον.
Quod tamen vlterius monstrum, q̃ mollis auarus:
Hæc tribui. deinde illa dedi, mox plura tulisti,
Computat, & ceuet, ponatur calculus, adsint
Cum tabula pueri, numera sestertia quinqꝫ
Omnibus in rebus, numerentur deinde labores,
An facile, & pronum est agere intra viscera Penem
Legitimum, atqꝫ illic hesternæ occurrere cœne:
Seruus erit minus ille miser, qui foderit agrum,
Quam dominum, sed tu sane tener, & puerum te,
Et pulchrum, & dignum cyatho, cæloqꝫ putabas.
Vos humilis asseclæ, uos indulgebitis unquam
Cultori, iam nec morbo donare parati:

Isidis. & Ganymedē.i.statuā Ganymedis. Pacis.i. in templo Pacis constitutā. & sacrata palatia.i.porticū & adyta. matris sup. Deum hoc est Cybeles aduectæ a Troia. & Cererē.i. Cereris templū. qđ solis castris ad re licebat. quod cernens infert p parenthesim.q.d. bene dico ēt Cererē. Nam quo.i.in quo tēplo fœmina nō prodest .i.nō uænalem ad opus venereū se exhibet.q.d.in nullo non: hoc est in quolibet prostat. & tu solebas ēt quod taceo: idest præ turpitudine dicere: nolo īclinare ad stuprū.s.ipsos maritos. Vtile & hoc multis &c. Rñdet Neuolus: p cuius rñsionē taxat poeta impudentē turpitudinē draucorū nō uerentiū tam fœdum scelus pfiteri. Ordo est: Et.i.ēt. hoc genus uitę.s.inclinādo maritos fuit supp. & est utile multis. at.i. sed nullū operæpretiū.i. cōmodū & lucrū & pretiū operæ.i. operationis. est mihi inde ex eo genere uitę. Nos accipimus.i.ego accipio p mercede aliqñ pingues lacernas.i.uestimēta crassa & pigui lana cōfecta: uel ex usu immūdi uiri pinguia effecta: appositorie munimenta.i. quæ sunt munimēta togæ.i.quas ferrē sup togam. Lacernas dico duri & crassi coloris & male pcussas.i. nō bene cōpactas pectine galli textoris: & nos accipimus ēt tenue.i. modicū & exile argentū. & argentum secundæ uenæ.i.minus modum & purū, quale est quod primum depurādo effluit.

IOAN. BRIT. ¶ Fata regunt hoīes: hoc dictū a Neuolo cū suspirio & querela: ut dicat Deos, qui rerū oium moderatos sunt, sibi aduersos existere: nec quemq̃ in opere suo optatum exitum sortiturū, cui Dij propitij non fuerunt. ¶ Fatum est in partibus illis: necesse est & illū fata sibi propitia habere, qui in honestæ uoluptati inseruit. nam & res illas ex fato & sideribus pendet. ¶ Sinus: uestis. ¶ Si tibi sidera cessant.i.ortu tuo benignum tibi non affulserit sidus. ¶ Spumāti labello: qui.n. appetunt, labra mouent titillatu pruriginis. ¶ Virro: nomen diuitis adamantis sibi draucos. Alibi pro diuite tm̄ ponitur: Virroni murena datur. ¶ Te nudum: ac per hoc etiā bene mētulatū. Nam in balneis dabatur occasio inspiciundi qualis quisqꝫ esset. ¶ Tabellæ: quæ mittebant a cinædis. ¶ Ἤθους γὰρ γλυκέος ἄνδρα κιναίδιον.i.moris.n.dulcis uirū esse cinædū: subaudi est. ¶ Vlterius mōstrū.i.peius: sīc dicimus ultima uitia.i.extrema & pessima: q̃si ultra quæ nō possis progredi. uerba sunt adhuc Neuoli cōquerētis de auaritia cinædi. ¶ Hæc tribui: uerba Virronis recitata a Neuolo ponētis calculū rationibus suis cū Neuolo. ¶ Cauet: aliqui legunt Et ceuet ut sit: Cinædus in draucum auaritia utitur: & tñ in re turpi pseuerat. Nam ceuere est in obscænis. de quo ante: Ego te ceuentē Sexte uerebor. ꝙ si legas: atqꝫ cauet: erit sensus: Computat,

Calculus atqꝫ cauet.s.sibi ne in cōputatione decipiatur. ¶ Ponatur calculus .i.subducatur ratio expensi & accepti. calculus aūt breuis est lapillus: quo raciocinatores utuntur in rationū cōputatione. possunt esse uerba Neuoli idignātis munera quæqꝫ sibi numerari, & pinde prorūpentis: ponatur calculus &c. De calculo dicemus uberius ī Satyra.xi. ¶ Oibus in rebus: ex oibus, ingt, quæ mihi tribuisti non plusq̃ qnqꝫ sestertia fuerūt: sed numerētur labores mei, quos inuenies longe maiores q̃ munera tua. ¶ Legitimū: cōuenietū magnitudine. ¶ Sed tu sane: ironicos hoc dicit, ut ostēdat nullā sibi fuisse uoluptatem: cum esset iā grādi ætate, & totus hirsutus. ¶ Dignū cyatho: alterū Ganymedē, q Iouis fuit formosissimus pocillator. ¶ Vos: o diuites cinædi. Est.n. interrogatio ad diuites cinædos, & argumentū a minori ad maius.i.si draucis nihil datis: q uoluptati uestræ cū maximo suo labore inseruiūt: nihil est, quod pauperes clien-

Asseclæ tes a uobis spirare possint. ¶ Asseclæ: datiuus est casus. a sequendo sunt dicti asseclæ, ij.n. sunt q spe alicuius emolumēti diuites sequūtur. ¶ Cultori: cliēti. ¶ Morbo: hoc est prurigini uræ.i.ipsis draucis, q ī morbo uestre libidinis succurrūt: utrū sin uerba Drauci an poete.

ASCen. ¶ ET si quæras cur ego miser sim & alij diuites nesciā aliud dicere, q̃ ꝙ Fata regūt hoīes, fatū est ēt illis partibus: quas sinus abscōdit.i. pudēdis. Nam si sidera: idest beneuolentia & prospera influētia siderū cessant ibi, mensura incognita longi nerui.i.membri neruosi: hoc est utilis uirgæ: nil facit tibi supp. utilitatis. quamuis Virro uir diues & paticus existens labello spumanti præ libidine. uiderit te nudum in balneis: scilicet quamuis blande assiduæ & densæ tabellæ.i.mensæ ad quas te accipit. solicitent te ad diligēter illi obsequendū: hoc est licet uisus ab eo fueris & appetitus: & ad mēsam inuitatus: uel licet ostenderit tibi in gentes tabellas testamenti sui: in quibus hæres inscribaris: nihil profuerit si fata negent. Posset forte per tabellas fœdius aliqd intelligi: q̃ ut latius explicē. Verisimile tamen est ipsum de tabellis mensarū loqui: ad quas te assiduo accipit. unde dicit assiduæ. & quia opiparam cœnam det: dicit densæ. & quia ipse blandus tibi est: dicit blāde. Docet aūt cur blandū eū esse inuenerit: utens græco sermone, ac dicens. gar.i.enim: hoc est quia sup. decet. andra.i. uirū uel hominem. cinædū i.paticum: hoc est muliebria patientem esse supple ethus.i. moris. glyceos dulcis. Qui scire uellet quomodo græce leger, & quomodo latinis caracteribus scribet, sciet quoddā elementum quod græci ita uocant ab eis proferri ut i: ai diphthongon ut e: oi ut i: oy ut u. Nos autē ita mutamus in e longum: & oi in oe diphtōgon: k in c. itaqꝫ scribitur græce: ithois gar glichaeos andra kinaidon: profertur autem ithus gar glychæos andra knædon. Nostro more scriberetur ethus: nam ethica nō ithica dicimus: & glycæos & cinædon: mutando k in c. Interpretatur aūt: moris.n. dulcis hoiem cinædum: hæc latius dixi pp imperitos: qui hæsitarent ubi diuersimode scriptū inuenirent. Tñ.i.q̃uis ita sit: ꝙ mihi fata obstent, qđ monstrū est ulterius.i. excellētius & uerius. q̃ mollis.i. paticus auarus. q.d. nullū. Dicit autem auarus ille ad draucū munuscula petētem: hæc tribui sup. tibi: deinde illa: & mox tulisti plura sup. q̃ meruisti: hoc modo ingt Neuolus cōputat esse Virro ac ceuet. & tñ inquit iter cōputandū impatiēs libidinis more canū ceuet.i. clunes motat. Alij textus habēt atqꝫ cauet: ne.s. plura petā. & dicit ponat calculus.i. fiat p calculos cōputatio laboris tui & acceptæ mercedis. assint pueri.i. ministri notarij cū tabula in q̃.s. scribāt. numera ingt Virro in oibus rebus.i. pro oibus uilibus indumentis, & eiusmodi, q̃ dedi tibi: quinqꝫ sestertia.q.d. meliora fuerūt. sed cōputemus solūmodo quinqꝫ sestertia pro oibus datis: deinde numerentur labores tui.i. quoties me subegisti.q.d. uidebis ꝙ satisfecerim. Ad quod Neuolus innuens mercedē constitutā esse nimis modicā pro labore sumpto, dicit: An putas sup. ꝙ facile & pronū est agere penem legitimū.i. uirgā aut caudā uirilē iustę mensuræ intra uiscera atqꝫ occurrere illic cœnæ.i. comestioni hesternæ.i. prioris diei. Nimis satyricus est hic poeta: in hoc tamen cōmendandus, ꝙ turpia damnat: uituperandus aūt ꝙ nimis aperte carnalia uitia explicat: sed legamus casti ac sobrii, nec ímoremur: uerba nō officient. Ille seruus erit minus miser, qui foderit agrū, q̃ qui foderit dominū agri scilicet. sed tu o Virro putabas te sane.i. ualde. tenerum & puerum.i. imberbē adhuc, & pulchrum.i. formosum. & dignū cyatho .i. officio cyathissandi aut propinandi. & cælo.i. ut rapiaris ab aquila in cælum, & fias pincerna Iouis: ut ab eo stupreris ꝓpter pulchritudinē tuam: sicut Ganymedes raptus dicitur: hoc est tu putabas forte ꝙ ego facerem tibi talia gratis oblectatus teneritudine & pulchritudine tua. & ita nihil confers. unde subdit per impatientiam in omne exclamans quod sequitur. Vos humili &c. Ordo est: O uos cinædi auari. indulgebitis.i. cum indulgētia cōferetis. unq̃.i. saltē aliqñ. asseclæ.i. seruitori obsequēti. humili.i. paupi & infimæ cōditionis. indulgebitis inquā uos unq̃ cultori.i. ei. qui uos colit. uos inquā parati donare nec morbo.i. ne morbo quidē uestro.i. libidini uestræ. q.d. non: quia si suo morbo nō obsequuntur: qđ gratis faciēt? Vñ rediēs ad Virronē arguit eū ingratitudinis dicens.

¶ EN

En cui tu viridem vmbellam, cui succina mittas
Grandia, natalis quoties redit, aut madidum ver
Incipit, & strata positus, longaq; cathedra
Munera fœmineis tractas secreta Calendis.
Dic passer, cui tot montes, tot prædia seruas
Appula, tot miluos intra tua pascua lassos?
Te Trifolinus ager fœcundis vitibus implet,
Suspectumq; iugum Cumis, & Gaurus inanis.
Nam quis plura linit victuro dolia musto?
Quantum erat exhausti lumbos donare clientis
Iugeribus paucis? melius ne hic rusticus infans
Cum matre, & casulis, & cum lusore catello
Cymbala pulsantis legatus fiet amici?
Improbus es, cum poscis ait, sed pensio clamat
Posce, sed appellat puer vnicus, vt Polyphemi
Lata acies, per quam solers euasit Vlysses.
Alter emendus erit, nanq; hic non sufficit, ambo
Pascendi, quid agam bruma spirante? quid oro?
Quid dicam scaphulis seruorum mense Decembri,
Et pedibus? durate, atq; expectate cicadas,

¶ EN cui tu uiridem umbellam: uerba possunt esse tam drauci, q̃ poetæ subsannantis per irrisionem ipsum cinædum: cui tanquam mulierculæ mittebantur munera a Draucis: cum contra ipsa nimia ingratitudine nihil referret. Vt sit sensus: Et dissuasio nihil cinædo tam ingrato esse donandum. ¶ Vmbellam: uelum erat quo præsertim mulieres utebantur ad arcendum Solem. Martia. Accipe quæ nimios uincant umbracula Soles: Sit licet & uentus, te tua tela teget. ¶ Succina: electra dicuntur a succo arborum unde desudāt. Nam uanitas prodidit Grę corum Phaetontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos lachrymis electrũ omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem: quem Padum uocamus. Et electrum appellatum quoniam Sol uocitatus sit Electros: quam opinionem, ut multi alij poetę secutus Martia. sic cecinit: Cum Phaetontea formica uagatur in umbria: Implicuit tenuem succina gutta ferā. Diodorus hoc ut falsum improbans tradit Basileā insulam esse Scythię oppositam in Oceano: in quam tempestas electrũ plurimum eijcit nulla alia in parte orbis repertum: illudq; ab incolis ad loca usq; nostra transmitti. Succinis autem mulieres delectabantur. unde Plin. lib. 37. sic scribit: Proximum locum in delitijs fœminarum tamen adhuc tantum succina obtinent: eandemq; omnia hæc q̃ gemmæ auctoritatem. Natalis quoties: nam amicis mittebantur munera celebranti diem suum natalem: unde multi lucri causa non solum semel, sed sępius in anno natalem celebrabāt. unde Mart. sic taxat Clytũ: Vt poscas Clyto minus, exigasq;, Vno nasceris octies in anno. ¶ Madidum uer incipit. i. quoties uenere Calendæ Martiæ: quo tempore incipit uer & frequentes sunt pluuię Calendis igitur Martijs munera mulieribus mittebantur ab amicis sicuti mense Decembri quinq; diebus uiris: quo tempore Saturnalia celebrabātur. Et quemadmodum mulieres Calendis Martijs seruos cœna excipiebant tanquam exhortātes eos ad insequentis anni operam: sic & uiri in Saturnalibus seruos in cœnam admittebāt tanquā eis gratias agentes operæ toto anno nauatæ. unde Tibul. in primo limine tertij libri ad Neæram: Martis Romani festæ uenere Calendæ, Exoriens nostris hic fuit annus auis. Et uaga nūc certa discurrunt undiq; pompa: Perq; uias urbis munera, perq; domos, Et Martia. lib. 5. ad Gallam: Scis certe puto uestra iam uenire Saturnalia Martias Calendas. Mulieres autem Calendas Martias colebant in memoriam belli cum Sabinis compositi. nam tali die Sabinæ mulieres bella sedarunt. Horat. Martijs cælebs quid agam Calendis. ¶ Et tractas: legendum est tractat & non tractas. ut sit ordo & sensus: En cui tu mittas umbellam quoties natalis redit: & ipse potius in cathedra strata tractat munera secreta fœmineis Calēdis. Tractat ergo. i. manibus pertractat tanquā fœmella. ¶ Secreta: quæ non uult ab alijs uideri ut pudenda, muliebriaq;. Nam & ipse cinædus tanq̃ fœmina sedet expectans dona ab amatoribus. ¶ Positus: sedens. ¶ Cathedra strata. i. sella tapetibus ornata: quali sede mulieres sedentes munera expectabāt ab amicis & amatoribus. ¶ Fœmineis Calendis. i. Martijs, quæ (ut dictum est) a mulieribus tantũ colebantur. ¶ Dic passer: insultat eius mollicięi pariter & auaritiæ. ¶ Passer: tu mollis & salax ut passer, qui in Venerem putris est. ¶ Tot miluos. i. tot tua pascua, in quibus ambiendis milui uolando defatigantur. Imitatio est Persij: Diues aras Curibus quantum non miluus oberret. ¶ Trifolinus: in Campania est ager Trifolinus. Pli lib. 14. cap. 6. uina trebellica appellarunt ad quartum a Neapoli lapidem: & iuxta Capuam caulina: mox trifolina. ¶ Suspectum: quod iminet Cumis: & quod a Cumis suspicitur. De Misseno uidetur intelligere. nam uicinũ est Cumis. Strabo proximum est Cumis Misenum promontorium. ¶ Gaurus: mons Campaniæ non longe a Baijs prope lacum Auernum, de quo Lucanus: Vel si cōuulso uertice Gaurus Decidat in fundum. Plin. lib. 14. cap. 6. Certant massica ęque ex monte Gaurano Puteolos, Baiasq; prospectantia. ¶ Inanis: cōcauus. ut est natura montium. ¶ Plura linit: plura recondit in cælla uinaria. Linit autem. i. gypsat. Nam uasa uino repleta consuęuere pice, aut gypso obturari ne uina exhalarēt. Vnde est illud Persii: Seriolæ ueteris metuens deradere limum. i. gypsum, aut picem. Columel. lib. 13. Nam oportebit post hunc numerum dierum cōfestim uinum emundare: & si qd fecis aut labris uasorum, aut lateribus hæsit eradi, ac suffricari, & protinus operculis impositis oblini. Horati. Vile potabis modicis sabinum Cāntharis græca quod ego ipse testa Conditũ leui: hoc est gypsaui. Huic contrarium est Terentianum illud: Releui dolia omnia, atq; omnes ferias: quod significat aperui, & quasi regypsaui. nam præteritũ est a relino: non (ut quidam falso putauerunt) a releuo per syncopen. ¶ Victuro: quod diu seruabitur. ¶ Quantum erat: q̃ magna res erat. Ironicos: ac si dicat res minima erat. ¶ Melius ne hic rusticus ifans: sensus est: Maius profecto erit lucrũ, quod faciet puerulus, qui deferat nūcios sacerdoti cybeleio, quam ego fascio, estq; legendum cum interrogatione. Et erit ordo: Infans rusticus cum matre & casulis & cum catello lusore. i. qui pauperrimus est: & aliud nihil habet, q̃ matrem & casulam & catellum. ne fiet. i. nonne fiet. hic. i. Romæ. melius. i. cum maiori emolumento. legatus. i. internuncius, & ueluti leno amici pulsantis cymbala. i. sacerdotis cybelei, qui sacerdotes rebus spurcis & uenereis dediti erant. nam patiebantur muliebria, ut molles & eunuchi. Ergo melius ne. i. nonne, ut alibi in sequētibus. Iā ne igitur laudas. i. nonne laudas. posset ēt pronunciatiue legi: Et ne pro certe & ualde. ut est sæpe apud Terē. Persius: Ne mihi Polydamas & Troiades Labeonem Prætulerit. ¶ Pulsantis cymbala: de gallis gestātibus cymbala diximus anteriore Satyra: Et resupinati cessantia tympana galli. ¶ Improbus es: uerba cinædi. i. insatiabilis es. Virg. Improbũ anserē appellat isatiabilē. Improbũ itē dicimus sicuti manifestissimũ ē minime probũ. Vt illud apud Senecā: Improbus homo, est, q beneficiũ scit sumere, & reddere nescit. Improbũ sæuũ significat. Virg. Lauit improba teter Ora cruor. ¶ Sed pensio clamat uerba sunt Neuoli. Pēsio, inqt. i. æs alienũ, quod mihi p domicilio meritorio pendendum est, clamat & urget, ut poscam a te. pensio a pendendo dicitur. nam apud antiquos omnis pecunia pēdebatur. appellat autem pensionem, quę pro locis conductis soluitur. Mart. lib. 3. ad Gargilianum: Vnde tibi toga est, & fuscæ pensio cællæ? Capitur ēt pro ipsa in omni re solutione. ut illud apud Liuiũ lib. 39. ab urbe condita: Decreuerunt consules ut tribus pēsionibus ea pecunia solueretur: hoc est tribus enumerationibus, siue solutionibus. ¶ Sed appellat puer unicus: puer, inquit ita unicus est: ut fuit acies unica Polyphemi: quasi dicat qui solus mihi satis non est: sicuti acies unica non satis fuit Polyphemo. nam si duas habuisset, Vlysses non euasisset. appellat me, & urget ut alterum reperiam seruum: quia solus non possit mihi dare operam. ¶ Acies lata: latus oculus. acies autem proprie (ut docet Cic. in lib. de natura Deorum) dicitur ipsa pupilla. ¶ Euasit Vlysses: nam Vlysses (ut scribit Home. 9.) tempestatē per nouem dies iactatus, cum in patriam cum socijs esset rediturus, ad Lotophagos prius in Africam delatus est: unde socij loto gustata, uix abstrahi poterant. deinde illinc discedens in Siciliam uenit ad Cyclopas: apud quos omnia sponte sine cultura proueniunt, oues pascũt. Vlysses acceptis duodecim socijs e nauibus in littus descendit indagaturus, quæ loca quis teneret, tulitq; secum utrum plenũ uini suauissimi: quod dederat Maro Ismari accola sacerdos Apollinis, & Euanthis filius. unde dictũ est uinum maroneum: cuius tanta erat uis: ut uni mensuræ uini uiginti aquarum adderentur. Hæc prodidit Homer, quorum & Plin.

Lino Relino

Improbus

Pensio

Vinum Maronum

meminit lib. 14.ca.4. Speluncam Polyphemi intrauerunt, qui tūc per pascua agebat oues. Illic copia casei, agnorum, & hędorū. orauere socij Vlyssem, ut his rebus onusti ad naues remearent, Vlysses renuit cupidus uidendi & experiendi an Polyphemus iure hospitij aliquid donaturus esset. Caseo igitur confidentes uesci cœperunt. Superuenit custos cum ouibus: ingens saxum hostio opposuit: qui sint iterrogat superbe: respondēt se achiuos esse ex Agamēnonis exercitu, fluctib⁹ illuc pulsos, supplices aliquid petere hospites.n.& supplices in tutela esse Iouis. Tum Dij, inquit, non sunt curæ Cyclopibus, & cū dicto duos ex ijs arreptos more montani leonis depastus est. unde Ouid. Quo uidi bina meorum Ter quater affligi sociorū corpora terræ Desuper ipse iacens mōtani more leonis. Virgi.i.3. Æneid. Vidi egomet duo de numero cū corpora nostro Prensa manu magna medio resupinus in antro Frangeret: multo hausto lacte obdormiuit. Sequenti die gregem in pascua eduxit, & fores eadem mole clausit, uespa rediit, duas in cœna capras deuorauit, Vlysses blandis uerbis suauissimi uini, qd secum attulerant poculum obtulit, quo gustato ter iussit ad se deferri, exhilaratus uino petijt de noie eius, tanq̄ ei gratias acturus. Nemo mihi nomē est, inqt Vlysses. At ille: Neminem ultimum comedā & somno se dedit ꝓfundissimo uino repletus. Vlysses cum socijs accepto ligno oblōgo & acuto, igniq̄ʒ obusto, oculū, qui unus illi erat in media fronte, eruerunt, palum in uulnere relinquentes. Cyclops dolore percitus, grauiter mugijt. Ad tam horrēdam uocē concurrere alij Cyclopes querētes cur ipsos a somno excitaret. Tū ille: Nemo, inqt, dolo me & uiribus interficit. Illi respōderūt: si nemo uim īfert, certe Iouis mala euitare neqs. Cyclops amoto saxo oues emisit singulas manibus pertētatas, Vlysses mira astutia socios primū, mox se sub uentre arietū alligauit, & ita periculū euasit, ad sociosq̄ʒ redijt. Polyphemus autē (ut tradit Homerus) filius fuit Neptuni & Theosseæ: qui obcæcatus descendit ad littora, & patrem Neptunum contra Vlyssem precatus est: ex quo putatur illum passum naufragium. ¶ Scapulis: Terent. Dum studeo esse fidelis amisi scapulas. sunt autem ossa humeris annexa: a qbus dependent brachia. ¶ Mēse Decēbri: illud obseruandum est dici mense Decembri & mēse Ianuario, & nō mense Decēbris & Ianuarij. & sic de reliqs. Itē urbem Patauiū, & lacū Benacū, & fluuiū Adduā, & montē Parnasum, & arborē ficū. Licet plerūq̄ʒ contra peruulgatā, & merā latinitatem in contrariū dici reperiatur. ¶ Durante: uerba sunt Neuoli, & non auari, ut q dicat: Quid dicam scapulis & pedibus tempore hyemis ut durent & toleranter ferant frigoris iniuriam.

Polyphemi tabula

Scapulæ

ASCen. ¶ EN sup. uirum: cui tu mittas.i. mittere debeas. umbellam.i. ramum uiridem. uel potius uelum an faciendam umbram. & cui tu mittas grandia succina. gallice ambres. quoties natalis eius redit: aut madidum uer incipit. & tu positus in cathedra longa, & strata.s. tapetibus aut floribus. tractas secreta munera.i. muliebria: quę quia uir es: secrete tractas. Calēdis fœmineis.i. qbus fœminis mos gerundus est: hoc est Martijs. de quibus Horat. Martijs cęlebs quid agā Calēdis. O tu passer.i. uir mollis ut passer: cui seruas tu tot prędia Appula.i. in Appulia, ubi opima & fertilia sunt? & cui seruas tot miluos lassos inter tua pascua.i. cui seruas tot & tam ampla pascua: ut milui ea peruolando priusq̄ euolarent, lassarētur. Ager Trifolinus.i. in Campania italica sic appellatus. implet.i. locupletem facit te fœcundis uiribus. & iugum suspectum Cumis.i. quod Cumani uerentur: ne in ipsis præceps ruat propter altitudinem. aut suspectum.i. sursum aspectum a Cumis: hoc est quod iuxta Cumas est, sed altius, & Gaurus.i. mons ille. inanis.i. concauus & cauernosus.

Verum vt dissimules, vt mittas cætera, quanto
Metiris pretio, quod ni tibi deditus essem,
Deuotusq̄ʒ cliens, vxor tua virgo maneret?
Scis certe quibus ista modis, q̄ sæpe rogaris,
Et quæ pollicitus, fugientem sæpe puellam
Amplexu rapui, tabulas quoq̄ʒ ruperat, & iam
Signabat, tota vix hæc ego nocte redemi
Te plorante foris, testis mihi lectulus, & tu,
Ad quem peruenit lecti sonus, & dominæ vox.
Instabile, ac dirimi cœptum, & iam pene solutum
Coniugium, in multis domibus seruauit adulter.
Quo te circumagas? quæ prima, aut vltima ponas?
Nullum ergo meritum est ingrate, ac perfide nullū,
Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes
Argumenta viri, foribus suspende coronas,
Iam pater es, dedimus quod famæ opponere possis.
Iura parentis habes, propter me scriberis hæres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.
Commoda præterea iunguntur multa caducis,
Si numerum, si tres impleuero, iusta doloris
Neuole causa tui. contra tamen ille quid affert?
Negligit, atq̄ʒ alium bipedem sibi quærit asellum.

Nam quis linit.i. obturat. plura dolia musto.i. recenti & nouo uino uicturo.i. diu in uigore suo mansuro. q.d. nemo. Et ideo infert: q̄tū erat sup. tibi. q.d. modicū. donare.i. numerare paucis iugeribus, cū tot habeas.s. lumbos. s. meos. clientis sup. tui exhausti per actum uenereū tibi impensum sanguine euacuati. Sequentia subobscura sunt quia aliqui textus non habent hoc loco hic quod habere debent: si ne accipiatur pro an: sed legēdo sine hic: ne idem esset qd' certe. omnes autem exponunt ꝙ infans fiat legatus.i. internuncius hoc est lenunculus.i. paruus leno: sed hoc infanti nō conuenit Potes lector sequi Manci. ego autē sic intelligo: ut Neuolus ex desperatione dicat: hoc est referat dicta corā Virrone. Ne.i. certe. uiso ꝙ nihil mihi des: & uxor & filius moriūtur fame. infans.i. filius meus. rusticus.i. ruri educatus & residēs. fiet melius.i. cōmodius: aut melius est ꝙ fiet cū matre sua cōiuge mea. & cū casulis.i. ædicula & reculis meis. & cum catello lusore.i. qui cum infantulis ludit: qa alia non habet. fiet inquam legatus.i. quasi texamētale donū amici pulsantis cymbala.i. galli sacerdotis: q si ipsi causa opam pręstare ueli, quā tibi ꝓsto: cōiugē & liberos mecū alet. & hoc minaciter i Virronē dicit: cui q̄drant sequentia q̄ propter huic sententię adhæreo. Improbus &c. Cū hęc, inqt, dico Virroni: ipse ait.i. dicit mihi o Neuole, tu es improbus. cum.i. qñ. poscis ab amicis. Ego fateor: innuit Neuolus: sed pēsio quam de domo mea: aut agello ꝓsoluere debeo. clamat.i. per clamorē monet me dicēs, posce. sed puer.i. seruus unicus.i. qui mihi unicus tantū est, ut lata acies.i. ingens oculus Polyphemi illius pastoris siculi: q unus ex Cyclopibus erat: & unū oculū habebat: sed tantum quantus globus Solis nobis uidetur. Vnde dicit Virg. in.3. Æneid. Cui lumen ademptum Ingens, ꝙ torua solum sub fronte latebat: Argolici clypei, aut plebeę lampadis instar: quia tamen non nisi unum oculum habebat: ideo ausus est illum stipite ficulno terebrare Vlysses. non ausurus ꝓfecto si geminos habuisset: quia difficile fuisset ambos simul perfecte extinguere: & tamen si uel modicum uidisset: uindictam sumpsisset. Non bene ergo erat Polyphemo unum oculum habēti: sicut nec Neuolo unum seruum habenti. & in hoc similitudo est: non ꝙ seruus unicus sit, alioqui similis oculo Polyphemi. per quam.s. aciem: hoc est unicū oculū: quia unicus erat Vlysses solers euasit. Alter sup. puer emēdus sup. est mihi. Nāq̄ʒ hic unicus.s. nō sufficit. & qñ duo mihi erūt: ambo sup. erūt pascēdi. qd agāt bruma.i. uēto brumali spirāte oro.i. q̄so, iterrogo. qd dicā scapulis.i. humeris seruoꝝ nudis.s. & qd dicā pedibus discalceatis.s. in mēse Decēbri. Nūqd dicā eis: durate & expectate cicadas.i. æstatē, q̄ cicadę canūt. q.d. id frustra fecero.

¶ VERVM ut dissimules: esto, inqt, ut fingas te ignorare reliqua quę in te ꝯtuli beneficia: q̄to ꝓtio metiris.i. q̄ti facis ꝙ ego feci tibi grauidā uxorē. ¶ Virgo maneret? sed eā tibi impleui. ¶ Tabulas: qbus inter se cōuenerant in cōiunctione matrimonij. ¶ Signabat.i. alias tabulas iā erat signatura cū alio uiro. ¶ Quo te circūagas? quo fugias? qd respōdeas? ¶ Quę prima, aut ultima ponas.i. q̄ ꝓmia poteris tu dicere esse aut prima, aut ultima. q.d. tā multa in te ꝯtuli beneficia, ut nō possis dicere: ego uolo hoc esse ultimū pręmiū laboribus Neuoli, cū nunq̄ possis satisfacere. Sermo aūt est prouerbialis, quo græci utūtur τί πρῶτον ἢ τί ὕστατον. Quid primum, aut ultimū ¶ Nullū ergo meritū: occurrit tacitę obiectioni. posset.n. dicere auarus merita eius nulla esse. An non, inquit, hoc est meritum maximum: quod cum ipse non posses ex uxore suscipere liberos, ego uicem tuam suppleuerim: & inde tibi nati sint liberi. ¶ Tollis: educas tanquam tuos. Terentius: Quicquid peperisset, decreuerunt tollere. ¶ Argumenta uiri: argumentum (auctor Fabio) plura significat.

Nam

Nam & fabulæ ad actus ſcænarum compoſitæ argumenta dicuntur. & orationem Ciceronis uelut thema argumētum appellamus. unde Pædianus, inquit, argumentum tale eſt. Ex quo apparet argumentum omnem eſſe materiam ad ſcribendum deſtinatam. Et pro materia accepit Cicero inquiens: Quoniam nullum ſcribendi argumentum mihi relictum eſt. Argumētum etiam dicimus: quod probationem, indicium, fidem facit. Ergo argumenta uiri.i.filios, qui fidem faciunt, & indicium te eſſe uirum. dicimus etiam ſic: Silētium tuum fuit mihi argumento te uirum bonum eſſe.i.indicio. Plinius loquens de urſis: Cibi nulla argumenta: ideſt nulla indicia. deductumq; eſt uocabulum ab arguo: quod idem eſt: quod fidem facio & indico: ut uerba tua arguunt te improbum eſſe.i.indicant & fidem faciunt. ¶ Libris actorum: diximus in.2. Satyra illic: Cupient & in acta referri: acta non eſſe libros, ſed negocia ipſa tam priuata, q̃ publica: quæ in libris deſcribebantur. unde bene poeta ait: Et libris actorum. Vnde Cicero in ſecunda Philippica: In publicis actis nihil eſt lege grauius. In priuatis firmiſſimum eſt teſtamētum. Trāquillus in Tiberio: Interim cum in actis ſenatus legiſſet dimiſſos, ac ne auditos quidem quoſdam reos. Idem in Cæſare. Fuerat animus coniuratis corpus occiſi in Tyberim trahere, bona publicare acta reſcindere.i.libros quibus acta, ſiue geſta Cęſaris continerentur. Vnde & ętate noſtra dicimus in actis tabellionum hoc inuenitur.i.in libris, quibus deſcribuntur acta & geſta hominum: abſolute etiam dicimus facta & geſta imperatorū acta. ut illud apud Trāquillum in Auguſto: Nihil conuenientius ducens q̃ necem auunculi uindicare: tueriq; acta.i.quæ egiſſet. Ergo libris actorum.i.libris continētibus publica ciuitati negocias. nā & nomina liberorū in publicis ciuitatis monumentis deſcribebant. Vnde Apule.in.2. Apologia ita ſcribit: Pater eius natam ſibi filiā more cæteroꝝ ꝓfeſſus eſt: tabulę eius partim tabulario publico: partim domo aſſeruabantur. Quam conſuetudinē ſeruant adhuc & Veneti. Poſſumus etiam intelligere priuatos libros, in qbus parentes acta ſua deſcriberēt. inter quæ & noīa liberorū unde Seruius in.2. Georgi. exponens illud: Populi tabularia uidit: ſcribit in templo Saturni ubi erat ærarium ſolita fuiſſe reponi acta, quæ ſuſceptis liberis faciebant parentes. Ab actis dicūtur Actuarij: hoc ē qui ſcribēdo negocia tā publica, q̃ priuata in libros cōtinentes acta referūt: quaſi notarij. Vnde Tranquillus in Cæſare: Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quædam feruntur pro Q. Metello: quā non immerito Auguſtus exiſtimabat, magis ab actuarijs exceptā male ſubſequentibus uerba dicētis, q̃ ab ipſo editā. ¶ Suſpēde coronas: in ſignū lęticię ornabātur enim fores domus coronamētis, frōdibuſq;. Alibi: Pone domi lauros. ¶ Iam pater es: iam filios habes. ¶ Dedimus qđ famæ.i.dedimus tibi filios: qbus potes oſtendere te eſſe & uirum & maritum: ac per hoc detractorū famam extinguere: qui te mulierem, & cinædū dicebant. ¶ Scriberis hæres: nam lege cautum fuiſſe uidetur, ut qui liberos non ſuſciperet, hęreditates adire non poſſet. ¶ Legatū omne capis: beneficio, inqt, meo factum eſt ut poſſis ſcribi hæres oīum legatoꝝ: cū antea obſtātibus legibus tibi nō liceret: quas tū leges in corpore iuris ciuilis non habemus, ſublatas ab impatoribus. Legatum appellatur (ut diffinit Modeſtus) quędā donatio teſtamēto relicta. deducto uocabulo a lego legas: qđ eſt idē, qđ mādo, & decerno teſtamento. Inde eſt legator, qui teſtamento legat & reliquit bona ſua alicui. Legatarius uero is appellatur, qui legatū capit. A lego cōpoſitum eſt allego: qđ capitur ꝓ mitto. Plau. Quin ea ipſa me allegauit, qui iſtam accerſerem. Allego etiā pro adduco Pli. Tū multa allegauit: quę ad rem ꝓpoſitam ꝑtinere non uidebātur. ¶ Et dulce caducū (ut legitur apud iuriſconſultos codice de teſtamentis) dicitur qđ ſub conditione ſit a cadendo: ꝙ ea deficiente uel uiuo uel mortuo teſtatore id cadat, ꝑueniatq;, uel ad teſtatorem uel ad ſubſtitutū eo mortuo: uel ꝙ ab uno cadit in alteꝝ per hęreditatem. Capis, inqt, & caducum legatum: id qđ ſine liberis capę non poteras, id enim in te cadit: qđ non expectabas. nam a cadendo (ut diximus) deducitur uocabulū, cum ab uno in alteꝝ ꝑ hæreditatē cadit. Dulce aūt appellat: qđ & inſpirato ꝯtingit. ¶ Si numeꝝ, ſi tres īpleuero: ſi tres ex uxore tua ſuſcepo filios. Nāq; in urbe tres filios quinq; in Italia, ſeptē in ꝓuincijs habuiſſet imunitate donabatur: quā pleriq; ēt ſine uxore & liberis ab impatoribus impetrauerūt. Quod & Marti. cum eſſet ſine liberis petijt, impetrauitq; a Domitiano, ut docet carmine ſuo: Quod fortuna uetat fieri, ꝑmitti uideri, Natorū genitor dicat ut eſſe trium. Et alibi ad uxorē. Natoꝝ mihi ius trium roganti Muſaꝝ pretiū dedit mearū Solus q poterat, ualebis uxor. Non debet dñi ꝑire munus. Idē alibi: Præmia laudato, tribuit mihi Cæſar uterq;: Natorūq; dedit iura paterna triū. Qui ergo ius triū liberoꝝ habuiſſent, multa cōſequebātur pręter cęteros cōmoda. unde Appianus & Tranquil. ſcribunt in diuiſione agri Cāpani Iuliū Cæſarē iuſſiſſe agros, q circa Capuā cæteris fuiſſent cultiores, & feraciores patribus diuidendos eſſe: qbus triū liberoꝝ ius adeſſet: quo facto cōcurriſſe ad uiginti hoīum millia: q triū liberoꝝ alimēta depoſcerēt. Idē tradit teſſerā frumenti triplicē ſolitos accipe Et in petitione magiſtratuum nō habētibus filios eo numero ante ponebantur. ¶ Iuſta doloris cauſa tui: poſſunt eſſe uerba poetæ: q̃ſi dolentis caſum Neuoli. poſſunt etiā referri ad ipſum Neuolum ſui ipſius miſereſcentem. Dolor eſt motus aſper in corpore a ſenſibus alienus, Cicero in ſecundo Tuſculanarum. ¶ Ille quid affert: diues auarus negligit: ſcilicet te Neuole. nihil tibi dat. Dolor

¶ VERVM ut diſſimules. Exprobrat Neuolus alia beneficia Vir roni impenſa. per quæ poeta amare taxat molles uiros. Ordo eſt: Veꝝ.i. ſed. ut ſup. demus ꝙ diſſimules & mittas.i.prætermittas: & non computes cętera ſup. obſequia tibi impenſa: quāto pretio metiris.i.quanta mercede dignū putas. ꝙ ni.i.niſi. ego eſſem cliens tibi. deuotus.i.omnino addictus, & deditus. uxor tua maneret uirgo.i.nondū peperiſſet: quia eam non cognouiſti. Certe tu ſcis quibus modis. & q̃.i.quantum ſępe rogaris, i.rogaueris ſup. me. iſta:.i.ut iſta officia tua facerem: ut. ſ. tibi coniugem tuā ſubagitarem, & prolem ſub tuo nomine generarē. & tu ſcis quæ pollicitus ſup. es mihi. ego rapui ſæpe amplexu meo puellam. ſ. uxorem tuam adhuc iuuenculam. & ipſa ruperat quoq;. etiam. tabulas.i. inſtrumentū contractus matrimonialis tecum; & ſignabat.i. ſignare uolebat iam alteri ſup. marito. Ego uix redemi.i. ſedaui. hæc.i.huiuſmodi iram, uel potius redemi.i.reſtitui ī priſtinum ſtatum ac uigorē. hæc.i.huiuſmodi tabulas matrimoniales. aut (ut Mancinellus dicit) teſtamentales. uix.i.cum ſumma difficultate. tota nocte.i. labore & ſubagitatione totius noctis. & hoc te plorante foris: cum te nō amplius admitteret: cum nihil poſſis. Lectulus in quo Venerem cum uxore tua peregi eſt mihi teſtis: & tu etiam mihi teſtis es: ad quem ſonus lecti.i.crepitus ſpondæ ꝑuenit, & ad quē mox dominę. ſ. tuę.i.coniugis tuę: quæ impatiēs libidinis gāniebat: ſicut dictū eſt in ſexta: Appula gānit Sicut in amplexu. Et ne forte iſtud miꝝ uideatur cuiquam: addit quod ſequitur. Adulter ſeruauit in multis domibus coniugium inſtabile. acceptū.i.inceptum. dirimi.i. diſſolui per diſſidium & iam ſolutū pene.i.quaſi. Quo circumagas.i.uoluas te ſubterfugia quæres. quæ ponas prima aut ultima.i.quid primum, aut ultimum in excuſationem adducas.i.adducere poſſis. uel quo circumagas te: niſi ego tibi uxorem recōciliaſſem. quæ donas prima aut ultima.i. quid agas excluſus & exploſus ab omnibus. Ergo o ingrate pro tot beneficijs acceptis: & perfide pro tot pollicitationibus cum iuramento confirmatis, nullū eſt meritum ꝙ filiolus.i.paruus filius: aut filia naſcitur tibi ex me.i.quem, uel quā ego generaui q.d. iuſte plurimū eſſet. enim ꝓ quia. tu tollis.i.educas tanq̃ tuus. Et gaudes ſpargere.i. immiſcere libris actoꝝ.i. in quibus publice ſcripturæ negocioꝝ actoꝝ in iudicio, & etiam ſuſceptoꝝ liberoꝝ cōtinentur. argumenta.i.media probatiua. uiri.i. ꝙ uir ſis, cum credant te genuiſſe. ſuſpēde foribus.i.ī ualuis domus tuę coronas: in ſignū puerperij recētis. tu es pater.i.iam reputaris pater. nos dedimus tibi qđ poſſis opponere famæ.i. diffamationi dicentiū, te ut cinædū ſolūmodo pati. & nihil agere. tu habes iura parētis.i.quæ parētibus ſolūmodo aduenire poſſunt: & qbus orbi ac infœcundi carent. tu ſcriberis propter me hæres ab uxore. ſ. ſecundum Mācinellum. uel potius a quocūq; potes nūc ſcribi hæres: eo ꝙ pater es, qđ ante nō licebat. tu capis.i. capere potes omne legatum in teſtamento. ſ. nec non: ideſt etiam caducum: ideſt conditionatum teſtamentum. quod dulce eſt quando obueniente conditione ſuſcipitur. Præterea multa commoda iunguntur caduco. lex Papi. appellat caducum legatum relictum ſub conditione: qua deficiente uel uiuo uel mortuo teſtatore: id cadat & perueniat uel ad teſtatorem uiuum: uel ad ſubſtitutum eo mortuo. Poteſt autem huiuſmodi caducū per filios ſic parentibus obuenire ſi filijs imbecillibus ſubſtituantur. Si ergo impleuero numerum ſup. legitimum: hoc eſt ſi ego tres ſup. genuero. tūc.n.haberes ius triū liberoꝝ. Hactenus locutus eſt Neuolus recitādo uerba potiſſimū quę eſt Virrone ſe dicit habuiſſe: ad quæ poeta ſcōmate quodā: & amara irriſione reſpōdet. Neuole cauſa tui doloris eſt iuſta: tū dic ſup. quid ille. ſ. Virro affert cōtra.i. in excuſationē: uel qd beneficij refert: Reſpondet Neuolus: Negligit ſup. me. & quęrit ſibi aliū aſellū bipedē: qui. ſ. ſubagitet, & laboret ſine mercede. Aſinū bipedē intelligit hominem ſimplicem & facile credentē. ASCen.

Hæc ſoli commiſſa tibi cælare memento,
Et tacitus noſtras intra te fige querelas.
Nam res mortifera eſt inimicus pumice leuis,
Qui modo ſecretum commiſerat,ardet,& odit
Tanquam prodiderim quicquid ſcio, ſumere ferrũ,
Fuſte aperire caput,candelam apponere valuis
Non dubitat,nec contemnas,aut deſpicias,q̄
His opibus nunquam cara eſt annona veneni.
Ergo occulta teges,vt curia Martis Athenis.
O Corydon Corydon,ſecretum diuitis vllum
Eſſe putas?ſerui vt taceant,iumenta loquetur,
Et canis,& poſtes,& marmora,claude feneſtras,
Vela tegant rimas,iunge hoſtia,tollito lumen
E medio,clament omnes,prope nemo recumbat,
Quod tamen ad cantum galli facit ille ſecundi,
Proximus ante diem caupo ſciet,audiet & quæ
Finxerunt pariter librarius, archimagiri
Carptores.quod enim dubitant componere crimen
In dominos,quoties rumoribus vlciſcuntur
Baltea?nec deerit qui te per compita quærat
Nolentem,& miſeram vinoſus inebriat aurem.
Illos ergo roges quicquid pauloante petebas
A nobis,taceant illi,ſed prodere malunt
Arcanum,q̃ ſubrepti potare falerni,
Pro populo faciens quantum Laufella bibebat.
Viuendum eſt recte cum propter plurima, tum his
Præcipue cauſis, vt linguas mancipiorum
Contemnas,nam lingua mali pars peſſima ſerui.
Deterior tamen hic,qui liber non erit,illis,
Quorum animas & farre ſuo cuſtodit,& ære.
Iccirco vt poſſim linguam contemnere ſerui,
Vtile conſilium modo,ſed commune dediſti,
Nunc mihi quid ſuades poſt dãnum tẽporis, & ſpes
Deceptas?Feſtinat enim decurrere velox
Floſculus anguſtæ;miſeraq; breuisſima vitæ
Portio,dum bibimus, dum ſerta,vnguenta,puellas
Poſcimus,obrepit non intellecta ſenectus.

IOAN. BRIT. ¶ HÆC ſoli:uerba Neuoli ad poetam ut taceat. ¶ Leuis:mollis, & effœminatus:qui pumice cutem ſibi polit. ¶ Qui modo ſecretum cinędus,inquit,qui ſecreto opera mea uſus eſt, timens ne publicetur,odio me proſequitur,& cędem mihi omnibus modis machinatur. ¶ Ardet:indignatione,& ira accenditur. ¶ Candelam apponere ualuis.i.domum accendere adhibita candela.hoc magis placet, q̃ ut intelligas candelam per inferiora immiſſam.illud enim minime letale eſſet ſupplicium. Valuæ autem dicuntur ipſæ fores a uoluendo. Plin.libr.16. Valuas ex cupreſſo etiam quadringentis prope annis durare. ¶ Sumere ferrum:ad occidendũ. ¶ Aperire caput.i.ſcindere.Petronius: Iam non potui ſupplicio caput aperire. ¶ Nec contemnas:quod dico. ¶ Quod:q.a. ¶ Annona ueneni.i.ipſa ueneni merx, & copia nunquam eſt cara huiuſmodi diuitibus & cinædis: quia impenſæ non parcunt.appellatione autem annonæ intelligimus non modo rem omnem frumentariam , ſed alia quoq; cibaria. unde Cicero ſcribit in ſecundo de diuinatione: Annonam futuram cariorem in macello. Sic & Tranquillus in Tiberio: Annonam macelli ſenatus arbitratu quotannis temperantiam cenſuit Varro in tertio de re ruſtica Cœnę innumerabiles excandeſcũt annonã macelli. uideturq; uocabulum deductum ab anno tanquam ſit anni alimonia. Et cum Romę ſæpe fame laboraretur, magiſtratus conſtituti ſunt,qui annonæ præeſſent:qui præfecti annonæ dicebantur. Vſurpatur etiam annona i alijs, quam in edulijs. Horati.in epiſtolis: Vilis amicorum eſt annona,bonis ubi quid Deeſt. Et locum ſic intelligas: Amici uiri boni & ſapientes nihil deſiderant, neq; petũt, quod magni ſit pretij:ubi aliquid eis deeſt:quaſi dicat uili re contenti ſunt, & modica: quia boni ſunt & ſapientes. ¶ Vt curia Martis Athenis: ſcilicet tegit,fac inquit,non minore ſilentio hęc tegas,q̃ conſilia ſua tegit ſenat' atticus. ¶ Curia Martis.i. Areopagus:ubi (teſte Polluce) iudicia cædis,uulnerum, & ueneficiorum per populum exerceri ſolita ſunt. Plin.lib.7.ſcribit ſic: Iudicium capitis in Areopago primum actum eſt. ibi enim Mars (ut docet Diuus Auguſtinus libr.18.cap 10) cum homicidij crimine reus fieret,iudicantibus duodecim Dijs in eo pago ſex ſententijs abſolutus eſt. Iudicabant autem noctu, & in tenebris ne ad dicentes,ſed ad ea quæ dicerentur,reſpicerent. quod Lucianus aperte ſcribit in Dialogo : qui inſcribitur Hermotinus , hortans ipſum Hermotinum philoſophum: ut in iudicijs & rerum exanimatione imitet' Areopagitas: οἱ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ δικάζουσιν ὡς μὴ ἐς τοὺς λέγοντας ἀλλ᾽ ἐς τὰ λεγόμενα ἀποβλέπειν : hoc eſt qui in nocte & tenebris iudicant:ut non ad dicentes, ſed ea,quæ dicerentur, reſpicerent. Cuius conſuetudinis meminit & Macrobius libro ultimo Saturnalium his uerbis : Quæramus ſilentium:ne conuiuijs an & opportunus ſermo conueniat. Nam ſicut apud Athenas Areopagitæ tacentes iudicant:ita inter epulas oportet ſemper ſileri. Areopagus autem interpretatus cliuus Martis. ἄρης,uel ἄρεος, uel ἄρεος Martem ſignificat πάγος uel locum eminentem. De Areopago ita Valerius libro ſecundo : Eiuſdem urbis & ſanctiſſimum conſilium Areopagus quid quiſq; Athenienſium ageret : aut quonam quæſtu ſuſtentaretur , diligentiſſime inquirere ſolebant. ¶ O Corydon Corydon:uerba poetæ reſpondentis Neuolo quid petierat ut taceret. Hemiſtichiõ eſt Virg. O Corydõ Corydõ,q̃ te demẽtia cœpit: q.d.o ſtulte cred.ſne quicq̃ eſſe turpe,qđ poſſit latere? ¶ Serui ut taceãt.i.q̃uis taceãt ſerui. ¶ Ad cantũ ſecundi galli.i.ad ſecundũ cantum galli. ¶ Iunge hoſtia: claude. ¶ Caupo: is eſt qui cauponã exercet, quem ſtabularium etiã nominamus a ſtabulo: quod ꝓ caupona & taberna meritoria accipitur. de quo ante dictum eſt.per Cauponem autem intelligit unum quemque uulgarem hominẽ. ¶ Librarius: qui libros exſcribit. Tranquillus in Domitiano: Librarijs etiam, qui eam deſcripſerat,crucifixis. ¶ Archimagiri: Archimagirus magiſter & princeps coquorũ: & coquus inter ſeruos erat. ἀρχὸς enim pricipem:& μάγειρος coquũ ſignificat. ¶ Carptores: carpere multa ſignificat,ut mordere & taxare. ut poeta carpit auaritiam. Carpere frui.Perſius: Carpamus dulcia.Carpere eligere. Terentius: Vnumquodq; quod erit belliſſimum,carpam. Carpere lædere. Virgilius:Carpit enim uites paulatim, uritq; uidendo. Carpere rapere. Tibullus: Carpite nunc tauri de ſeptem montibus herbas.i. rapite ad comedendum. In qua ſignificatione poteſt uideri dictum hoc loco Archimagiri carptores.i.raptores, q ſemper aliquid ad comedẽdũ rapiũt & auferũt ex epulis dñi. ¶ Quid .n.dubitãt:nõ eſt,inquit. mirũ ſi dominos ſuos accuſant,cũ uelint ulciſci uerbera,q̃ acceperũt ab eis falſis criminationibus & rumoribus: quos ubiq; diſſerũt ¶ Baltea:uerbera balteorũ,q̃bus ſępe cęſi fuerũt. ſunt aũt cigula militaria bullata ex corio:a q̃bus gladij depẽdebãt. pro cigulo tñ muliebri accipit' ab Apul. ¶ Inebriet:repleat. ¶ Illos.ſ.ſeruos:librariũ.ſ.& Archimagiros. ¶ Petebas A nobis: ꝓp illud: Hęc ſoli cõmiſſa tibi cęlare memento. ¶ Quã potar:ſubaudi tãtũ. ¶ Laufella bibebat:Laufellã ſui tpis mulierẽ uinolẽtã notat. ¶ Faciẽs:ſacrificãs,& rẽ diuinã pagẽs.Virg.Cũ faciã uitula ꝓ frugibus. ¶ Pro populo:ꝓ ſalute po.Ro.Sacra aũt itelligit Bonę Deę,q̃ ꝓ ſalute pop.Ro.celebrabãt' a mulieribus quotãnis i domo ſũmi põtifi.de q̃bus Plutar.multa i uita Cic. Sene.ad Luci.Credat aliqs pecuniã eẽ uerſatã i eo iudicio:i quo reus erat Clo.ob id adulteriũ,qđ cũ Cæſaris uxore i apto cõmiſerat,uiolatis regionibus eius ſacrificij: qđ ꝓ populo fieri dr, ſic ſũmotis extra ꝯſpectũ oib' uiris,ut picturę quoq; maſculoꝝ aĩaliũ ꝯtegãt'. uñ ẽ illud añ:Iubet' picta uelari. De hoc ẽt añ illic:Atq; bonã tenerę placãt abdñe porcę. ¶ Viuẽdũ recte ſalubre ꝯſiliũ. ¶ Cõtẽnas:ꝯtẽner q̃as. ¶ Tũ his:legẽdũ ẽ iſtis. aliter uerſus nõ ſtaret. ¶ Nã ligua:ſenſus ẽ: In ſeruo iprobo ligua ẽ ps maxia totius corporis.q. d. ligua iter cætera mẽbra multũ ualet i ſeruo.q.d. prõptus ẽ ad loquẽdũ.uñ ſeruus ille corrigit' apud Plau.i Milite ſic Plus oportet ſcire ſeruũ,q̃ loq.niſi potius legat':Pars Peſſima.ut ſit ſenſus: Liguã i ſeruo uitioſo eſſe peſſimã totius corporis ptẽ. ¶ Deterior tñ hic:ſenſus eſt: Deterior autẽ erit cõditio domini,qui aliqđ fecerit unde ſi ſeruus,i.ſubiectus ſeruo ſuo, & non liber. Nam dominus,qui aliquod ſcelus commiſerit, ſemper timet ſeruum ſuum, ne ab

Valuæ

Annona

Præfecti annonę

Areopagus

Caupo

Archimagiri

Carpere

Baltea

Ne trepida;nunquam paticus tibi deerit amicus
Stantibus,& ſaluis his collibus.vndiq; ad illos
Conueniunt & carpentis,& nauibus omnes,
Qui digito ſcalpunt vno caput,altera maior
Spes ſupereſt,tu tantum erucis imprime dentem.
Hæc exempla para felicibus,ad mea Clotho,
Et Lacheſis gaudent,ſi paſcitur inguine venter
O parui,noſtriq; lares,quos thure minuto
Aut farre,& tenui ſoleo exornare corona,
Quando ego figã aliquid,quo ſit mihi tuta ſenectus
A tegete,& baculo? viginti millia fœnus
Pignoribus poſitis,argenti vaſcula puri,
Sed quæ Fabricius cenſor notet,& duo fortes
De grege Mœſorum,qui me ceruice locata
Securum iubeant clamoſo inſiſtere Circo.
Sit mihi præterea curuus cælator,& alter,
Qui multas facies pingat cito.ſufficient hæc.
Quando ego pauper ero, votũ miſerabile, nec ſpes
His ſaltem,nam cum pro me fortuna rogatur,
Affigit ceras illa de naue petitas,
Quæ ſiculos cantus effugit remige ſurdo.

ne ab eo accuſetur. & ita ſemper eſt ſeruus ſeruo,& nũquam liber. Illis.ſ.ſeruis. Quorum animas.i.quos alit. Suo farre.i.pane. farre autem ait:quia Romani trecentis annis uixerunt farre.ut Plinius tradit ex ſententia Verrij. Iccirco:uerba Neuoli. Commune:quod ad omnes æque pertinet.

Cen. HÆC ſoli &c.Verba ſunt Neuoli ad poetam:ad quę poſtea reſpondens poeta docet nullũ turpe factũ diu occultari poſſe: per hoc ab eo dehortans, atq; deterrens. Ordo eſt: O Iuuenalis memento hæc quæ dixi. commiſſa ideſt communicata tibi ſoli,cælare.& fige tacitus.i.tacens noſtras querelas intra te. nam inimicus leuis.i. leuigatus in locis piloſis & pudendis. pumice.i.lapide cauernoſo & ſcabro:eſt res mortifera. is qui modo.i.pauloante,commiſerat ſecretum ſuũ: rogans.ſ.ut ſe & coniugem ſuã ſubagitarem: ardet inuidia ſcilicet:& malo zelo ĩ me.& odit me tanquam prodiderim: ideſt porro dederim:hoc eſt reuelauerim, & omnibus dixerim quicquid ſcio.non dubitat ſumere ferrum contra me aperire caput meum fuſte:ideſt baculo. apponere ualuis:ideſt podici meo cãdelas:uel forte ædicule meæ: eam comburere minans.Nec contemnas.i. non debes modicum timere tãquam rem contemnendam, & minimi periculi. aut deſpicias: ideſt nõ debes deſpicere:hoc eſt nihil facere.ꝙ:ideſt(ut dicunt)prouiſio:& penus ueneni nunquam eſt cara his opibus: ideſt habentibus huiuſmodi opes:hoc eſt diuites ſemper habent uenena parata ergo ne aut ferro:aut igni:aut ueneno peream.tegas occulta: ideſt hæc ſecreta. ut:ideſt quemadmodum. curia Martis: ideſt Areopagus ſup.tacuit Athenis: tibi iudicia capitalia tractabãtur tacite quibuſdam caracteribus. Vnde Perſius: Nigrum ſis figere thita.unde ubi capitale erat ſecreta patrum reuelare: reſpondet Iuuenalis more ſuo adducens hemiſtichion:ideſt dimidiatum uerſum Virgilij ex Bucolicis:quo ſe Corydon dementem fatetur: quo dementem etiã ſignificat, & dicit. O Corydon Corydon : id eſt o Neuole Neuole Corydoni,qui ſe dementem dixit perſimilis:putas ullum eſſe ſecretum diuitis,qui ſcilicet multos ſeruos & familiares habet: quaſi dicat id fieri non poteſt.ut enim ſerui taceant: id eſt ſi demus ut ſerui taceant.iumenta,& canes, & poſtes, & marmora loquentur:id eſt prodent ſcelus eius.Claude feneſtras. & uela ſcilicet aulæa.tegant rimas:ideſt fiſſuras per quas rimari aut ſcrutari quis poſſet. & iunge hoſtia.tolle lumin e medio ne quiſquam poſſit uidere.omnes clament ideſt ſtrepitum & clamorem ingentem faciant : ne quiſquam poſſit audire:nemo recumbat prope:etiam ſi cæcus & ſurdus ſit:ne forte poſſit ſentire.tamen caupo proximus:ideſt qui uinum & obſonia in proximo uendit.ſciet ante diem:ideſt priuſquã ſit dies. quid diues:ideſt mollis facit. ad:ideſt circiter cãtum ſecundi galli:uel potius circiter ſecundum cantum galli. & audiet ſup. carmina famoſa quæ librarius: id eſt libræ & penſis partiendis præfectus. & Archimagiri:ideſt principes coquorum: & carptores carnium, aut lanarum finxerunt ideſt compoſuerũt. quid enim:ideſt nam ad quid dubitent componere: ideſt fingere carmen: ideſt cantilenam diffamatoriam (ſunt qui crimen minus emendate legant) in: ideſt contra.dominos quoties ulciſcuntur. baltea:ideſt uerbera, aut ſcuticas ex balteis:ideſt ultionem faciunt de uerberibus balteorum. rumoribus:ideſt diffamationibus & infamia.Nec deerit:immo aderit ſeruus,aut familiaris, qui quærat te nolens audire : ut audias tamen. per cõpita.i. loca communia.quæ competuntur: ideſt conueniuntur. & qui uinoſus:ideſt ebrius.inebriet:ideſt frequẽti halitu repleat: & quaſi ebriam faciat.aurem tuam: ideſt cuiuſq; illic comparentis miſeram:ꝙ tam uilia audire cogatur. ergo : O Neuole ſi uis ut facta Virronis ſint ſecreta.roges:ideſt preceris illos quicquid petebas pauloante a nobis.ut ſcilicet ſecreta ipſis commiſſa cęlare meminerint.fac ſupple ut illi taceant.ſed ipſi malunt prodere:id eſt reuelare.arcanum:ideſt ſecretum domini ſui, quam potare tantum ſupple falerni:ideſt optimi uini. ſubrepti: ideſt furtiui (quod tamen longe dulcius eſſe debet,quam per abundantiam oblatum.unde Prouerbiorum nono: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt : & panis abſconditus ſuauior) quantum Lauſella.i.mulier bibax bibebat.faciens ſupp. ſacrum.i.ſacrificans Bonæ Deę pro populo: ideſt pro ſalute populi. Viuendum eſt, inquit poeta,recte.cum ſup.ita ſit quod ꝑpter plurima.tum ſup.præcipue de his cauſis .i. propter has cauſas.quidam textus habent tunc ue his : tum malus eſſet uerſus. alij habent tum de his ut nos legimus.alij neutrum habẽt: hoc eſt nec tunc,nec tum de:ſed tum his. & tunc.h.habet uim conſonantis : ſicut Æneidos. 1. Poſthabita coluiſſe Samo : hic illius arma &cę. cauſæ autem ſunt ut contemnas:ideſt nihili pendere, & non uereri poſſis.linguas mãcipiorum:ideſt ſeruorum manu captorum. nam lingua eſt maxima pars mali ſerui:ideſt quæ ſeruum malũ facit : uel qua ſeruus malus utitur,deterior.ſenſus eſt Malus quidem eſt ſeruus reuelans ſecreta domini ſui : ſed deterior eſt dominus ſic uiuens,ut ſeruos ſuos ob id formidet. Ordo eſt: Tamen: ideſt tam etſi malus ſit ſeruus:tamen hic : ſcilicet dominus : qui non erit liber illis : ideſt in illos : uel ab illis.quorum animas:ideſt uitam cuſtodit ſuo farre & ſuo ære.i. qui ſeruos ſuos ob delicta ſua timere cogitur. & ob id eorum ſeruus eſſe. eſt deterior:ideſt minus ualens. Reſpondet Neuolus:Idcirco, quia uiuendum eſt recte &c. tu dediſti modo conſilium utile: ſed commune:id eſt quod non mihi in his calamitatibus utile eſſe poterit: ſed omnibus ſeruos habentibus.ut ſcilicet: ideſt qualiter poſſim contemnere linguam ſerui:quia recte uiuendo. Sed quid ſuades: ideſt conſulis nunc mihi poſt damnum:ideſt perditionem tẽporis, & poſt ſpes deceptas?Enim pro quia.quia uelox floſculus, & breuiſſima portio anguſtæ & miſeræ uitæ.feſtinat decurrere: ideſt in interitum labi.Interea enim dum bibimus:dum poſcimus ſerta ex floribus ſcilicet:dum poſcimus unguenta & puellas: ideſt dum maxime oblectamur:ſenectus non intellecta obrepit:ideſt clam apud nos ſerpit & inuadit nos oſcitantes,& non animaduertentes. Eſt hæc quidẽ optima & grauiſſima ſententia, quæ tunc ſolent eſſe iucundiſſima quando ridiculis perſonis, aut de ridiculis rebus datur.ut hic & in militibus glorioſis apud Plautum & Terentium : & in Naſidieno apud Horatium:& in ſexcentis alijs

NE trepida:uerba Iuuenalis. Paticus: cinædus a patiendo muliebria.quod ſi a latino deducis cum t exili ſcribetur. ſi uero a græco πάθος aſpirationem addes. His collibus.i.durãte hac urbe: ubi ſeptem ſunt colles. Tibullus: Carpite nunc tauri de ſeptem montibus herbas. Carpentis & nauibus:terra & mari. Qui digito:hoc eſt molles & effœminati, qui uno dumtaxat digito ſibi caput ſcalpant, ſoliciti ne comam ſtudioſe concinnatam perturbent.quod in Cæſare notatum eſt: qui caput ſibi uno digito ſcalperet unde Cicero conijciebat nihil ſuſpicandum eſſe de eo tanquam molli. Seneca ad Lucilium:Impudicum & inceſſus oſtendit,& manus mota,& unum interdum reſponſum & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Nam & Pompeius ſic a Clodio eſt notatus.ut ſcribit Plutarchus in uita Pompeij.Et Amianus Marcellinus hiſtoriæ lib. 17. Pompeij obtrectatores ait hoc etiam in eo ludibrioſum & irritum obſeruaſſe:quod genuino quodam more caput digito uno ſcalpebat.Sicq; poeta oſtendit Romam confluere omnes molles,qui uirum ſibi appetant. Altera maior ſpes:non eſt, inquit, tibi dehinc deſperandum,immo altera tibi maior ſpes ſupereſt:ſcilicet cinędos tibi non defuturos. Tu tantum crucis : per erucam omne aliud Veneris excitamentum intelligit.Eruca autem eſt herba, quæ ma- IOAN. BRITA Eruca

xime uires in Venerem præſtat. Virgilius in Moreto: Intybaq́ & Venerem reuocans eruca morantem. Plinius in.x.cap.63. Auiditas coitus putatur ex cibis fieri: ſicut uiro eruca, pecori cæpe. Ouidius in.2.de remedio: Nec minus erucas aptum eſt uitare ſalaces. Columella: Et quę frugifero ſeritur uicina Priapo, Excitet ut Veneri tardos eruca maritos. ¶ Hęc exempla: uerba Neuoli: Para, inquit, hæc exempla & documenta excitandæ libidinis felicibus: quaſi dicat ſe in tali re minime eſſe fortunatum. ¶ At mea Clotho: ſed licet, inqt, in tali uitę inſtituto infelix ſim: Clotho tñ mea & Lacheſis.i.tota uita mea ſemp tali uitæ genere delectata ē: maximeq́ delectat. p Clothon aũt, & Lacheſin: quę duæ ſunt ex Parcis, quæq́ uitã hominum diſponere dicuntur, uitam intelligit. ¶ O parui: uotum eſt Neuoli cum ſuſpirio: quo diuitias more inſipientis ſibi optat: ſicq́ poeta per irriſionem oſtendit eum neſcire uiuere contentum (quod facit ſapiens) paruo: atq́ ideo turpes exercere artes: quaſi innuat ui tioſum hominem a ſapiente in hoc differre: q̈ hic multa cõcupiſcat ille paucis contentus ſit. ¶ O parui: ex affectu dictum. nam parui ei

Lares

uidebantur. ¶ Lares: Dij familiares. de quibus pluſcula diximus illic apud Perſium: Bullaq́ ſuccinctis Laribus donata pependit. Nam eos ut domus præſides colebant: quibus canis aſiſtebat. & ipſi caninis pellibus ueſtiebantur. De ijs multa Plutarchus in proble

Lemures

matis, & Feſtus Pomp. Apuleius putat ex Lemuribus eum, qui poſteriorum ſuorum curam ſortitus pacato, & quieto numine domũ poſſidet Larem dici. Eum uero qui ꝓpter aduerſa uitæ merita nullis bonis ſed bus in terra uagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus: cæterum noxium malis

Laruæ

laruam dici. Lemurem autem uolebant eſſe animum, cum ex corpore noſtro migraſſet. Hinc autem ortam eſſe originem colendi Lares in domo oſtendit Seruius qa homines apud maiores in ſuis domibus ſepeliebantur: quos pro Dijs colere, & uenerari cœperũt. ¶ Aut farre: molla quæ ex ſale & farre cocto conſtabat. ¶ Tenui corona: nam Laribus publicis, & priuatis dabatur corona. unde Pli. lib.21. Et iam tunc coronæ Deorum honos erant, & Larium publicorum, priuatorumq́. ¶ Figam aliquid: reponam. ¶ A tegete & baculo: a mendicatione. ¶ Viginti millia: ſubaudi ſint mihi. Optat enim habere hæc. ¶ Fœnus: appoſitio eſt. ¶ Sed quæ Fabricius: hoc eſt, quæ inuidioſa etiam ſint: ut mereantur etiam a Fabricio notari. Hocq́ dicit: quia Fabricius Licinius cenſor Cornelium Rufinum duobus conſulatibus, & dictatura ſpecioſiſſime functum: quod decem pondo uaſa argentea comparaſſet: perinde ac malo exemplo luxurioſum, in ordine ſenatorio retinendum non cenſuit, lege Valerium in ſecundo de cenſoria nota. & Gellium lib.4. ¶ Et duo fortes: ſubaudi ſint ſerui. ¶ De grege Mœſorum.i.de grege ſeruorum,

Mœſia

quales habeantur eſt Mœſia. Eſt autem Mœſia (ut Pli. docet li.3.) Prouincia Pannoniæ finitima: ad Pontum uſq́ cum Danubio decurrens. Ex qua uenerunt, qui in Aſia (ut tradit Artemidorus) habitant iuxta Bithyniam ſupraq́ fontes Caici. De quibus multa Strabo libro.12. ¶ Loca: ſuppoſita ad ferendam lecticam. aut reuera qui eum in Circo ſuccolantes ferrẽt: neq́ enim lectica a duobus tantum ſeruis geſtari potuiſſet: ſed a ſex uel octo. unde hexaphorũ & octophorum appellata eſt lectica. ¶ Circo clamoſo: propter populi clamorem, & plauſum fauentis aurigis. unde alibi: Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem Percutit, euentũ uiridis quo colligo panni. ¶ Cælare enim eſt inculpere: unde & cælum ferrum,

Ancæſa

quo uaſa cælantur, quæ ueteres Ancæſa uocabant, quod circumcædendo fiant. ¶ Sufficienti hæc: pronunciatiue legendum eſt: ideſt ſatis erunt hæc mihi ſi habeam. ¶ Quando ego pauper ero: ſi hæc habuero. ¶ Votum miſerabile: uerba Neuoli uotum ſuum damnãtis: eſt ueluti acclamatio: quaſi, qui errorem ſuum iam cognoſcat.

Sirenes

¶ Affigit cæras: Sirenes tres fuiſſe filiæ Acheloi ex Calliope muſa finguntur a poetis: quæ in littore Campano habitantes, nautas pręter ea loca nauegantes, ſuauitate cantus in ſomnum & ſcopulos inducebant, cogebantq́ facere naufragium. unde Vlyſſes (ut ſcribit Homerus lib.12. Odiſſeæ) cum iuxta ea littora eſſet nauigaturus, a Circe admonitus, aures ſocijs ſuis cera obturauit ſe autẽ malo manibus, & pedibus alligari iuſſit apertis auribus: imperãs etiã ſi innueret ne ſolueretur. Nauigantibus igitur Sirenes ſtatim cantare ſuauiſſime cœperunt: O decus argolicum quin puppim flectis Vlyſſes: Auribus ut noſtros poſſis agnoſcere cantus: Nam nemo hæc unquam eſt tranſuectus cærula curſu. Quin prius aſtiterit uocũ dulcedine captus: Poſt uarijs auido ſacratus pectore muſis Doctior ad patrias lapſus peruenerit oras. Nunc graue certamen belli, clademq́ canemus, Græcia quam Troiæ diuino numine uexit: Omniaq́ elatis regum ueſtigia terris. Iis ergo cantus illecebris captus Vlyſſes, cum ſocijs annuens ſupercilijs iuberet ſe ſolui, non id prius impetrauit, q̈ periculum euaſerit. Ferunt tũc illas dolore percitas in mare ſe præcipitaſſe, & a nomine unius Parthenopes, quæ Neapoli ſepulta fuit, appellatam eſſe urbem Parthenopen. Vnde Silius Italicus: Sirenum dedit una ſuum memorabile nomen Parthenope moriens acheloias æquore, cuius Regnauere diu cantus, cũ dulce per undas Exitium miſeris caneret non proſpera nautis. Earum nomina fuere Parthenope, Leucoſia, Ligia. Plinius tum libro decimo non ſentit Sirenes fuiſſe, ſic inquiens: Nec Sirenes impetrauerunt fidem. licet affirmet Dino Clytarchi celebrati auctoris pater i India eſſe, mulcerìq́ eaꝝ cãtu, quos grauatos ſomno lacerãt.

Parthe nope unde

Sire ui nomin

ASCE

¶ NEC trepida &c. Reſpondet poeta: ſed ut in re turpi, & ad turpis rei occaſionem Neuolo ſententiam honeſtam dedit: ita ſatyrico riſu nunc ipſe homini perdito, non ut talia faciat, ſed quia talia facil uile dat conſilium: ut ſpem non deponat. quandoquidem de futuri non ſint patici. in quo conſilio non tam conſilium dare intendit, q̈ ipſum ſequentes: & eo more uiuentes reprehendere: quod dico propter imperitos, qui non attendentes ad quod propoſitum, uel in qua perſona poetæ loquuntur: ipſos ſæpe male citant, ſiue (ut uulgarius dicam) allegant. Ordo eſt: O Neuole ne trepida.i. noli præ timore præceps ruere. amicus paticus: ideſt qui muliebria a te patiatur, nunquam deerit tibi his collibus: ſcilicet Romanis ſtantibus. & ſaluis: ideſt quãdiu Roma ſtabit incolumis. Quia omnes qui ſcalpunt caput uno digito: ideſt lubrici, deſidioſi, & luxurioſi: inter quos ſunt (de quibus hic loquitur) patici conueniunt undiq́ ad illos. & ideſt pariter. carpentis: ideſt uehiculis: hoc eſt per terram. & nauibus per aquas. non dicit pedibus, quod raro pedeſtres inuenias paticos. unde non ſine cauſa in ſexta dictæ ſunt diuitiæ molles, quod tales efficiant. Altera ſpes maior quam ea, quæ te feſellit. ſupereſt: ideſt reliqua eſt hoc loco. tu imprime tantum erucis: ideſt herbis illis ſalacibus. dentem: ideſt comedendo erucas & cæ. Venerem prouocantia: exhibit te ſolummodo paratum & potentẽ ad opus draucorum. & præſto erit paticus. Reſpondet Neuolus: Para o Iuuenalis hæc exempla felicibus: ideſt eufortunatis. at Clotho & Lacheſis mea: ideſt Parcæ & Deæ fati: & uitæ meæ. gaudent ſi uenter meus paſcitur inguine: ideſt ex labore & exercitio inguinis mei: hoc eſt ſatis eſt fatis meis dummodo miſellum uictum ex hoc exercitio cõquirere poſſum. Non placet illud obſcænum: quod Mancinel. dicit de uentre patici: potius dicerem ſicut ſcriptum inueni. Si paſcitur unguine: ideſt re uncta: hoc eſt caulibus unctis & nõ macris, ſicut ſolitus ſum. Optat autem meliora: quia ſicut pollicitis ita optatis diues quilibet eſſe poteſt. O parui. q̈ pro quia. quia noſtri lares: ideſt familiares: quos ego ſoleo exornare minuto thure, aut farre, & tenui corona: quando ego uobis: ſcilicet adiutoribus figam: ideſt fixum reponam aliquid. quo: id eſt per quod. ſenectus mea ſit tuta: ideſt protecta. a tegete & baculo: ideſt ne accepto baculo cogar i tegete mẽdicare. Quãdo figã uigiti millia exiſtẽtia fœnus .i. ad fœnus data: & hoc pignoribus poſitis ut ſecurus ſim. & quãdo figam: uel quando erunt mihi uaſcula puri: ideſt meri & non commixti argenti: ſed ea uaſcula quę propter magnitudinem ponderis Fabricius cenſor notet: ideſt notare poſſit: hoc eſt notam luxus nimij ob ea mihi imponere. Et quando ſup. erunt mihi duo fortes. ſ. ſerui. de grege Mœſorum: qui robuſti ſunt, qui ceruice locata: ideſt poſita ſub me. iubeant me inſiſtere Circo clamoſo propter plauſus ſecurum: ideſt ſine cura. Sit præterea mihi ſeruus cęlator: ideſt qui ſcit cælare & ſculpere pocula: & ſit alter ſeruus qui pingat cito multas facies. Voluit plura optare, ſed reprehendit ſe dicens. Hæc ſufficient. quando: ideſt quandoquidem. ego ero pauper. uotum: ideſt hoc deſiderium eſt miſerabile. nec ſpes eſt ſaltem his: ideſt de his habendis: uel in his quos colo. In multis ergo eſt uotum & deſiderium in quibus non eſt ſpes. nam ſpes non eſt ſine merito: nec medio ad ipſum quod ſperatur perueniendi. non eſt ergo ſpes Neuolo: quia dicit. Nam cum: ideſt quando. fortuna rogatur pro me: ipſa affigit ſup. auribus ſuis cæras petitas de illa naue: ſcilicet Vlyſſis, quæ effugit remige exiſtente ſurdo: ideſt ſocijs remigantibus propter cæram affixam auribus nihil audientibus cantus ſiculos: ideſt Sirenum iuxta Siciliam habitantium: quarum. cantus argumentũ recitat ex Homero Mancinellus. Cuius item principium ex Cicerone ſic ponit Calderinus: O decus argolicum quin puppim flectis Vlyſſes.

Satyra decima. Omnibus in terris.

IVNII IVVENALIS AQVINATIS

SATYRA DECIMA.



IN DECIMAM SATYRAM IVNII IVVENALIS ARGVMENTVM.

Omnibus in terris. Hac Satyra Iuuenalis insectatur stulta hominũ vota, qui mentis affectibus inseruientes a Diis multa petunt tanquam bona quę eis maxime sunt pernitiosa. Ait ergo poeta homines adeo ignorantię profundo immersos: vt pauci existant, qui vera bona, malaq́; cognoscant. & proinde fieri: vt pro bonis mala sibi optent: Colligitq́; a Diis aut nihil omnino petendum, cum ipsi multo melius, quam nos sciant quid nobis expediat: aut id tantum petendum, vt Mens sana sit in corpore sano.



MNIBVS in terris,
q̃ sunt a Gadibus usq;
Aurorã, & Gangẽ, pauci
dignoscere possunt
Vera bona, atq; illis mul
tum diuersa, remota
Erroris nebula. qd enim
ratione timemus,
Aut cupimus? qd tã dex
tro pede cõcipis, vt te
Conatus non pœniteat, votiq; peracti?
Euertere domos totas optantibus ipsis
Di faciles, nocitura toga, nocitura petuntur
Militia, & torrens dicendi copia, multis
Et sua mortifera est facundia. viribus ille
Confisus periit, admirandisq; lacertis.



A Gadibus: id est ab occidente. Nam Gades insula est extra columnas Herculeas ad hostium Betis irrumpentis in Oceanum Britannicum. ¶ Gangem: id est orientem. nam Ganges Indiæ fluuius est, quem alij in certis Fontibus ut Nilum, rigantemque uicina eodem modo, alij in Scythicis montibus nasci dixerunt. in eum nouem & decem amnes influunt. Plinius libro sexto. ¶ Pauci dignoscere possunt: pauci, inquit, sunt ab occidente usq; in orientem, qui uere sciant dignoscere uerum bonũ. multũ enim interest inter uerum & opinatũ bonum, seu malum. ¶ Vera bona: quia multa sunt: quę bona uidentur, cum tamen non sint: ea igitur bona sunt opinabilia nõ uera. ¶ Diuersa: contraria. i. mala. ¶ Illis. s. bonis. ¶ Remota nebula erroris. i. remota animi nostri cęcitate: qui mala deuinctus cupiditate trãsuersus fertur. Vnde Valerius: Et. n. densissimis inuoluta tenebris mortalium mẽs, in quam late patentem errorem cęca præcationes tuas spargis? ¶ Timemus: ut malum. ¶ Cupimus ut bonum. ¶ Dextro pede: secũdo, & prospero conatu. Nã pede dextro id dicimur facere, quod nobis prospere cedit. contra sinistro. unde Apule. in Asino aureo: Sinistro pede profectũ me spes compendij frustrata est. ¶ Concipis: uerbum est uotis cõueniens. dicimus enim uota cõcepta, quæ mẽte concipimus & agitamus: quid concipis. i. animo tuo optas. ¶ Euertere domos ordo est: Dij faciles ipsis optantibus euertere domos. ¶ Nocitura toga, nocitura petuntur Militia: toga & militia ablatiui sunt casus. & est sensus: Adeo, inquit, homines longe sunt a cognitione ueri boni, ut plerunq; petant, quę omnino eis sunt nocitura & domi & militiæ. alij. n. reip. administrationẽ, alij rei militaris imperia expetunt, & multa id genus, quę ipsis exitium afferunt. ¶ Toga: nam per togam, quæ (ut scri. Pędianus, & iam sępe diximus) communis fuit habitus marium & fœminarum, intelligimus res urbanas. unde Cic. Cedant arma togæ. & Iuuenalis Tantum igitur muros intra toga contulit illi Nominis & tituli. Valeri. lib. 8. Toga Scipionem ducem aduersus Pœnos creauit, arma poposcerunt. ¶ Et torrens dicendi copia: scilicet petitur. ¶ Multis: cum sequentibus connectitur, ut sit sensus: Multi eloquentiam optant, sed multis mortifera est. & perniciosa: ut fuit Demostheni & Ciceroni. de quibus inferius. ¶ Torrens: ingens & abundans. unde inferius de Demosthene: Torrentem & pleni moderantẽ frena theatri & alibi: Isæo torrentior. sumpta translatione a torrente: hoc est fluuio, qui magno rapitur impetu. ¶ Viribus ille. i. alius. Ostẽdit enim & uires homini quandoq; esse perniciosas. respexit autem ad Milonem Crotoniensem, quem ferunt egisse omnia supra, quam homo ualet. de quo & hoc proditur: quod ictu nudæ manu taurum fecit uictimam, eum solidum ea, qua mactauerat die humeris solus gestauit non grauatim. Exitum autem habuit uitæ misarandũ: cum enim iam natu grandis artem athleticam desisset: iterq; solus per loca faceret siluestria: quercum uidit rimis in media parte hiantem: tunc uolens experiri an uires sibi adhuc superessent: Immissis i arboris scissuram digitis: quercum diducere, ac rescindere conatus est: dimidiaque diducta parte, moxque uiribus cessantibus, & in naturam suam arbore redeunte, retentus & captus se feris præbuit lacerandũ. plura de hoc Gellius, Valerius, Solinus, Plinius, & Strabo disserunt. Ouidius in Ibin sic: Vtque Milo robur diducere fissile tentes: Nec possis captas inde referre manus.



ASCen. MNIBVS in terris. In hac Satyra damnatis ultorum uotis, qui nocitura petunt: docet tandem quid petendum, quidue optandum sit. Ordo est: Pauci supple homines existentes in omnibus terris quæ sunt a gadibus: id est ab occidente. usq; ad Auroram & Gangem: idest usq; ad orientem. possunt dignoscere. i. internoscere uera bona: quæ nocere: scilicet non possunt. atq; bona diuersa. i. differẽtia multum illis. i. ab illis ueris bonis: hoc est bona apparentia: quę tamen quia mala multis sunt, nocent. Valla dicit diuersa illis. i. summa mala. & ita non esset subaudiendum bona: sed diuersa: id est res diuersas ab illis uerbis bonis: idest summa mala: sed nõ placet: quia melior est cõtextus (ut dixi) & multo uberior: immo uerior sententia: quia nõ pauci internoscũt uera bona & summa mala: sed uera bona & apparentia, & ita decipiuntur. Pauci ergo possunt dignoscere uera bona. & bona illis multum diuersa: & hoc nebula erroris remota. nebula autem erroris est mala affectatio: qa (ut dicit Horatius) male uerum examinat omnis corruptus iudex. quid enim timemus, aut cupimus ratione: quasi dicat nihil. Quid cõcipis: id est inceptas, aut animo capessis, aut concipis. pede: idest auspicio, aut inceptu tã dextro: .i. prospero ut te non pœniteat conatus & uoti peracti. i. obtenti & completi. quasi dicat nihil. Dij faciles. i. ad faciendum quod petis parati. euertere: id est funditus destruxerunt totas domos ipsis optatibus: idest propter optatus: seu optationes eorum: uel ipsis domibus optantibus supple id propter quod euersæ sunt. nocitura: idest res nocituræ petuntur. toga: id est in pace. & nocitura petuntur militia: id est in militia, aut per bellum. & copia dicendi torrens: id est in morem torrentis fluens. & multis sua: id est propria facundia est mortifera, ut Ciceroni. Ille: id est alius, ut Milo. perijt confisus uiribus suis. & lacertis: id est brachijs admirandis. Neq; ergo facundia: neq; uires corporis quæ bona naturæ sunt: uera sunt bona.

Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat,& cuncta exuperans patrimonia cenſus
Quando delphinis balęna britannica maior.
Temporibus diris igitur, iuſſuq; Neronis
Longinum,& magnos Senecæ prædiuitis hortos
Clauſit,& egregias Lateranorum obſidet ædes
Tota cohors. rarus venit in cœnacula miles.
Pauca licet portes argenti vaſcula puri,
Nocte iter ingreſſus gladium,contumq; timebis,
Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis vmbram.
Cantabit vacuus coram latrone viator.
Prima fere vota,& cunctis notisſima templis,
Diuitiæ vt creſcant,vt opes,vt maxima toto
Noſtra ſit arca foro,ſed nulla aconita bibuntur
Fictilibus,tunc illa time,cum pocula ſumes
Gemmata,& lato ſetinum ardebit in auro.
Iam ne igitur laudas,quod de ſapientibus alter
Ridebat,quoties a limine mouerat vnum,
Protuleratq; pedem, flebat contrarius alter?
Sed facilis cuiuis rigidi cenſura cachinni,
Mirandum eſt vnde ille oculis ſuffecerit humor.
Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat
Democritus,quanq̃ non eſſent vrbibus illis
Prætexta,& trabeæ, faſces,lectica,tribunal.

IO AN. B RIT. ¶ SED plures nimia: multa, inquit, exitioſa petuntur: ſed diuitiæ maxime, quæ inter alia petuntur, plures occidunt, & quanto quis plura poſſidet, tanto magis exitio eſt obnoxius. ¶ Cenſus. ſ. ſtrangulat tm̃ exuperans cuncta patrimonia: quanto maior eſt balæna delphino, i. qui ſit ualde extra communem diuitiarũ menſuram. ¶ Balęna Britannica: bene aũt Britannicã noiauit, quia in Oceano Britannico (ut in. 9 teſtatur Plin.) tales belluæ maiores ſpectantur. Balæna Græci phalænam appellant. Feſtus aũt Pompeius eandẽ piſtricem & cetũ putat. ¶ Tẽporibus diris: oſtendit poeta exẽplo Caſſii Longini, & Senecæ, diuitias homini ſępe pernicioſas eſſe. nã quo tẽpore Nero imperabat Caſſium Longinum iuſſit interfici, hac una ex cauſa, ꝙ i uetere gẽtili ſtemmate Caſſii, Cæſaris percuſſoris imaginẽ retinuiſſet. Sed Iuuena. innuit Longinum interfectum, ꝙ eius opibus Nero inhiaret. eadẽ ẽt cauſa Seneca coactus eſt mori. ¶ Senecę p̃diuitis: Seneca diues nam Seneca opes uel inuidioſas poſſedit, de quibus ſic Cornelius Tacitus: Feſtus Rufus, & Tigillinus uariis criminationibus Senecam adoriuntur tanq̃, qui ingentes & ſupra priuatum modum euectas opes adhuc augeret: quodq; ſtudia ciuium in ſe uerteret, hortorum quoq; amęnitate, & uillarum magnificentia, quaſi principem ſupergrederetur. Seneca quoq; apud eundem Tacitum alloquens Neronem ſe diuitem teſtatur iis uerbis: At tu gratiam immenſam, innumeram pecuniam dediſti adeo, ut plerunq; intra me ipſe uoluam, ego ne equeſtri & prouinciali loco ortus proceribus ciuitatis an numeror? Vbi eſt animus ille modicis contentus? talis hortos extruit, & per hęc ſuburbana incedit? & tantis agrorũ ſpatiis tam lato fœnore exuberat? Demum finis uitæ eius fuit: Cũ enim ex Campania remeans in agro ſuburbano apud quartum lapidem ſubtiſſet, illo iuſſu Neronis propinqua ueſpera Siluanus tribunus prætoriæ cohortis uenit, & uillam globis militum ſepſit, intromiſitq; unum ex Centurionibus, qui neceſſitatẽ ultimam denunciaret: quo accepto brachia primũ ferro ꝑcuſſit, mox crurum & poplitum uenas abrupit, illatuſq; balneo, & uapore eius exanimatus ſine ullo funeris ſolemni crematur. ¶ Ædes Lateranorum: nam & Plautum Lateranum conſulem deſignatum Nero adeo propere interfici iuſſit, ut non complecti liberos, non illud breue mortis arbitrium permitteret. manu autem Turrii tribuni trucidatus eſt. ¶ In cœnacula: raro, inquit, fit ut pauperibus, & inquilinis, qui conductis cœnaculis habitare conſueuerunt, cædes paretur. Vnde eſt illud Senecæ in Hippolyto: Non caput unquam magnos motus Humilis tectæ plebeia domus. Cœnacula Cœnacula autem antiqui & cœnationes loca appellauerunt, ubi cœnabant. ſed poſtquam (ut ſcribit Varro in lingua latiali) in ſuperiori parte cœnitare cœperunt, ſuperioris domus uniuerſa ædificia cœnacula dicta ſunt. Vetus enim uocabulum (licet uetus conſuetudo cęnandi in ſuperiore parte domus abolita ſit) remanſit. Piſtrinũ Lorica Nec mirum. Nam & piſtrinum ueteri uocabulo adhuc nominamus, in quo grana molis uerſatilibus teruntur: cum antea tãtum ante uſum molarum in pilis pinſerentur. unde & nomen. ſimili modo dicimus ueteri nomine loricam, quæ ferro modo conſtat, cum antea loris conficeretur. a quibus & nomen. unde Feſtus ſcribit cœnacula dici ad quæ ſcalis aſcenditur. cui aſtipulatur Apule. in nono Metamorpho. Meq; per ſcalas complicitis pedibus in ſuperius cœnaculum attracto. Plautus in Amphitryone: In ſuperiore qui habito cœnaculo. Tranquillus in Auguſto: Ipſe circenſes ex amicorum fere, libertorumq; cœnaculis ſpectabat. Liuius. 9. de bello Macedonico: Cœnaculum ſuper ædes datũ eſt ſcalis ferentibus in publicum obſeratis, Ea autem cœnacula utpote diuitibus incommoda, inquilinis locabantur. de quibus alibi ante ſenſit: Vltimus ardebit quem tegula ſola tuetur A pluuia, molles ubi reddunt oua columbæ. ¶ Pauca licet portes argenti uaſcula puri: oſtendit diuitem magis de uita ſolicitũ eſſe, q̃ pauperẽ, minuſq; ſecurũ. nã eũ ſemp metus comitat, ne aut occidat, aut bonis ſuis ſpolietur, aut aliis afficiatur incommodis, qualia multa ſolẽt ſtrui diuitibus. ¶ Cõtum: lignũ cuſpidatũ: quo Contum nautę utuntur ad explorandam fluminum altitudinem. Iuuena. ſupra: Et contum, & ſtygio ranas i gurgite nigras. ¶ Cantabit uacuus: Seneca ad Lucilium: Nudum latro tranſmittit, etiam in obſeſſa uia pauperi pax eſt. ¶ Latrone: Latrones latrones antiqui (auctore Feſto) eos dicebant, qui conducti militabant. qua ſignificatione ita accipit Plaut. in. i. limine militis glorioſi, ubi ait: Vt in tabellas quas cõſignaui hic heri, latrocinibus ego dinumerẽ ſtipẽdium. Nam rex Seleucus me opere orauit maximo, ut ſibi latrones cogerem & conſcriberẽ. & dicti ſunt latrones, quaſi λατρεύοντες. i. ſeruientes. nam λατρεία ſeruitus eſt. at nunc uiarũ obſeſſores dicuntur: ꝙ a latere adoriuntur. uel ꝙ inſidiantur latenter. ¶ Prima fere uota: ſubaudi ſunt. ¶ Sed nulla aconita: attẽde periculũ: quod diuitibus imminet. ſępenumero enim uenenis tolluntur. unde eſt illud Senecæ in Thyeſte: Venenũ in auro bibit, exptus loquor. ¶ Aconita: Aconitum aconitum (ut ſcribi Plin. lib. 27.) in nudis naſcitur cautibus: quas græci aconas uocant. unde nomen aconitũ aliqui dixere. Alii quoniam uis eadem in more eſſet, quæ cotibus ad ferri aciẽ deterendam, ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur. ¶ Fictilibus. i. a pauperibus, qui fictilibus utũtur. ¶ Gemmata: cum in maximis eris diuitiis ita, ut poculis gemmatis utaris. aureis. n. calicibus gemmas & præcipue ſmaragdos inſerebant. Mart. Gemmatum ſcythicis ut luceat ignibus aurum: Aſpice quot digitos exuit iſte calix. & Iuue. ante. Nam Virro ut multi gemmas ad pocula transfert A digitis. ¶ Setinum: uinum eſt campanum a Setia denominatum. Setia Mart. Pendula pontinos quæ ſpectat Setia campos, Exigua uetulos miſit ab urbe cados. ¶ Iam ne igitur laudas: ſenſus eſt: Cum homines ferantur tam præcipites, & tam multis agitentur incommodis propter ſtulta uota & cupiditates: nõ ne igitur exiſtimabis Heraclyti & Democriti ſanum fuiſſe iudicium: qui contrariis animi affectibus eorũ Heraclitus Democritus cæcitatem & uitia damnauere. de quibus ſic Seneca de tranquillitate uitæ: Et Democritum potius imitemur, q̃ Heraclytũ. Hic. n. quoties in publicum proceſſerat, flebat, & ille ridebat. Huic omnia quæ agimus miſeriæ, illi ineptię uidebantur. Horat. in epiſto. de Democrito: Si foret in terris rideret Democritus. hic ẽt (ut tradit Suidas) inditũ fuit nomẽ Gelaſini. Nã Gelaſinus græce, latine ridiculus in- Gelaſinus terpretatur. unde & Plau. in Sticho: Gelaſino mihi paruo nomẽ pater indidit propter paupertatẽ: hoc adeo nomen repperi, quia inde iam a pauxillo puero ridiculus fui, eo q̃a paupertas fecit ridiculus forẽ. Gelaſini ẽt anteriores dentes uocantur: ut docet Polydeuces de rerũ uocabulis: quos ridẽdo oſtendimus. Gelaſinus ẽt (auctore Suida) ruga illa, ſiue linea dicit: quæ dũ ridemus in facie efficitur. Vnde in. 7. Mart. Nec grata eſt facies: cui gelaſinus abeſt. ¶ Ridebat: hominũ negocia tanq̃ ineptias. ¶ Flebat. ſ. Heraclytus tanq̃ miſerias. Hic aũt eſt ille Heraclytus Epheſius phyſicus, qui Scotinos cognominatus eſt: quaſi tenebricoſus. de induſtria enim ſtilum obſcurabat: ideoq; eius uolumina philoſophi ſudãtes uix intelligunt. ¶ Cenſura: taxatio, q̃a cẽſores moribus urbis p̃eſſent. ¶ Quanq̃ nõ eſſet: ac ſi dicat multo magis riſiſſet, ſi tantæ tunc uanitates extitiſſent. ¶ Prætexta & trabeæ. i. talia magiſtratuũ inſignia q̃lia hñt Romani. p̃textã eni & ſellã curulẽ, lictoreſq; & togã pictã, q̃ inſignia

Hetruſcorũ magiſtratuũ erãt, Tullus Hoſtilius Romanorũ rex tertius debellatis Hetruſcis primus ut Romæ haberent, inſtituit: ſed poſtea Targn. Priſcus cũ filius bello Sabino annos .xiiii. natus hoſtẽ manu pcuſſiſſet: eũ & pro concione laudauit: & bulla aurea. prętextaq; donauit inſigniẽs puerũ ultra annos fortẽ pmijs uirilitatis & honoris. auctores ſunt Macrob. Liuius, Dionyſius, & Plinius.

Quid ſi vidiſſet prætorem in curribus altis
Extantem, & medio ſublimen in puluere Circi
In tunica Iouis, & pictæ ſarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnæq; coronæ,
Tantum orbem quanto ceruix non ſufficit vlla?
Quippe tenet ſudans hanc publicus, & ſibi conſul
Ne placeat curru ſeruus portatur eodem.
Da nunc & volucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno,
Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis officia, & niueos ad frena Quirites,
Defoſſa in loculis, quos ſportula fecit amicos
Tunc quoq; materiam riſus inuenit ad omnes
Occurſus hominum, cuius prudentia monſtrat
Summos poſſe viros, & magna exempla daturos
Veruecum in patria, craſſoq; ſub aere naſci
Ridebat curas, nec non & gaudia uulgi,
Interdum & lachrymas, cum fortunæ ipſe minaci
Mandaret laqueum, mediumq; oſtẽderet unguem.
Ergo ſuperuacua, aut pernicioſa petuntur,
Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.
Quoſdam præcipitat ſubiecta potentia magnæ

[Tra]bea

Dicebatur autem ptexta quod purpura ptexeretur. Trabeæ: trabeam geſtamẽ fuiſſe conſulũ & ducũ Dionyſius ſcribit in .v. loquens de triũphante ſic: Nõ ornatur trabea, q peculiaris eſt cõſulũ. ducũq; amictus: quod ſenſit etiã Papinius in ſiluis i carmine Euchariſtico: Hic cũ romuleos pceres, trabeataq; Cæſar Agmina mille ſimul iuſſit diſcũbere mẽſis. ea & reges uſi ſunt. auctore Plinio in .viii. unde Ouidius: Trabeati cura Quirini. Sueton. in libro de genere ueſtium dicit (auctore Seruio) tria eſſe genera trabearũ: unũ Dijs cõſecratũ: quod eſt tantum de purpura aliud regũ: quod eſt purpureũ & habet tñ albũ aliqd. tertiũ augurale d purpura, & cocco mixtũ. Faſces .i. lictores pcedẽtes cũ faſcibus uirgarũ: i quibus ſecures erãt alligatæ. Lectica: q geſtabant: a ſeruis. Tribunal: in ſellis curulibus & tribunalibus cõſidebãt: q maiora iudicia exercebãt. Subſellia erãt tribunorum, triumuirorũ, quæſtorũ, & huiuſmodi minora officia exercentium. Aſconius auctor eſt. Subſelliũ .n. eſt ſedile (ut ſcri. Varro) dictũ q nõ plane ſit ſella: ſicut ſubſipere, quod nõ plane ſapit.

[Sub]ſellia

[Sub]ſiper[e]

[Sen]ec.

SED plures. Oſtendit diuitias quæ bona fortunæ dñr nõ eſſe uera bona. Ordo eſt: Sed pecunia cõgeſta .i. accumulata nimia cura. ſtrangulat .i. ſuffocat. plures .i. ualde multos: uel plures q facũdia, aut robur ingẽs. & cẽſus .i. theſaurus & diuitiarũ cumulus. exuperãs .i. excedẽs tãtũ ſup. in magnitudine cuncta patrimonia ueterũ .ſ. qto balena Britãnica eſt ſup. maior delphinis: a ntõ delphinus, ut prius dixi. Igitur cõtinuatiuũ hic eſt. uel ordo eſt: Toto cohors militũ .ſ. clauſit diris: tpibus & iuſſu ſup. diro. Neronis igit .i. ob igẽtes diuitias: Longinũ Caſſiũ .ſ. & clauſit excludẽdo .ſ. dominũ. magnos hortos pdiuitis .i. pter cæteros diuitis Senecæ. & obſidet egregias ædes Lateranorũ .ſ. Plantij Laterani. miles uenit rarus in cœnacula .i. in domicilia pauperũ, q ſub tecto ſunt. licet portes uaſcala puri argenti .i. neq; lapillis, neq; auro ornati. (Hic .n. purũ dicit ad extenuandũ: non ut pbet: qa purũ .i. nõ uiliori metallo deprauatũ) ingreſſus iter nocte tñ ſup. timebis .i. timere debebis. gladiũ .i. ſiccã. & contũ .i. fuſtẽ pdonũ. & trepidabis .i. præ timore tremes ad umbrã arũdinis motæ .i. moueri uiſæ ad Lunã. credes .n. latronẽ aut raptorẽ adeſſe. Viator uacuus .i. nihil portans. cantabit corã latrone. Vota fere .ſ. quaſi ubiq; prima & notiſſima cunctis tẽplis ſunt ſup. diuitiæ: ut opes creſcant: ut noſtra arca, in q cambiũ tenemus: ſit maxima in toto foro. ſed nulla aconita bibuntur fictilibus .i. ex uaſis terreis. time tũc illa .ſ. aconita. cũ .i. quãdo ſumes pocula gẽmata. & cũ ſetinũ .i. illud optimũ uinũ. lucebit .i. reſplẽdebit. in lato auro .i. lato poculo aureo. Iam ne igitur: qa oẽs fere mortales diuitias, ul plurimũ nocituras petũt. uidẽtur, inqt, laudãdi duo philoſophi: quorũ alter immenſam hoĩum ſtultitiã ſemper riſit, alter ſemp fleuit. Ordo eſt igitur: Cũ tantus ſit diuitiarũ, quibus uix quiſquam bene utitur, appetitus. laudas ne iam q alter de ſæpientibus .i. philoſophis duobus: uidelicet Democritus ridebat quoties mouerat: aut ptulerat a limine domus ſuæ unũ pedẽ .i. quoties aliquid fieri extra domũ ſuã uidebat. alter .ſ. Heraclytus cõtrarius .i. contrariæ naturæ aut opinionis. flebat quoties mouerat, aut ptulerat pedem a limine. ſed cẽſura .i. iudiciũ. cachini .i. riſus .i. cur ridebat: aut qũo ridere poterat, eſt facilis. poſſet .n. dici quod riſit: qa fuit petulanti ſplene cachino. ſed mirandũ eſt unde humor ſuffecerit .i. uñ ſumptus ſit, qui ſuffecit oculis ſemper .ſ. plorantibus. Democritus ſolebat agitare .i. frequẽter cõmouere pulmonem ppetuo riſu. quamq ptexta .i. ueſtis nobilium, quã Romæ turpiſſime uiuentes portabãt. quod Democritus riſiſſet potius q ueſtẽ. Nõ .n. ueſtis erat talis: aut cætera inſignia magiſtratuũ Romanorũ non erant talia, quæ derideri mereantur: ſed deridendi erãt talibus inſigniti & obſcæniſſime uiuẽtes. quãq igitur ptexta nõ eſſet illis urbibus .i. quamq illæ urbes in quibus uerſabatur Democritus non habebãt prætextas. & ſic eſſet datiui caſus. uel intellige ut ſit in urbibus. & quã quã trabeæ ueſtes augurum & põtificũ. & faſces, & lectica, & tribunal: ideſt inſignia Romanorum non: eſſent illis urbibus.

QVID ſi uidiſſet: deſcribit prætorem præſidentẽ ludis Circenſibus habitu triũphali, derídetq;. Nam inſignia triũphalia ptori in Circẽſibus ludis concedebantur. Id ẽt aliquãdo priuatis, unde L. Aemilio, q Perſen regẽ Macedonũ deuicit, cõceſſum fuit a populo, & a ſenatu: ut ludis Circẽſibus triumphali ueſte uteretur. Plin. de uiris illuſtribus. In curribus altis .i. in curru triũphali: q auratus erat. & a quatuor equis albis trahebãtur. In tunica Iouis .i. habitu triumphali. de quo ita meminit Liuius lib. x. ab urbe cõdita: Qui Iouis optimi maximi ornatu decoratus: curru aurato p urbẽ uectus in Capitoliũ aſcenderit. Nam q triũphabant tunicã ſibi induebãt ſumptã ex templo Iouis. unde eſt. Illud apud Pli. lib. vii. cap xliiii. loquentẽ de Metello Macedonico: Et tracto in Capitoliũ illo, in quod triũphans Deorũ exuuijs, ne captiuos quidẽ ſic traxerat. ubi plane p Deorũ exuuias intelligimus: quod & Liuius (ut dictũ eſt) ſenſit: Iouis optimi ornatũ. de quo ornatu, & tunica ſic ẽt meminit Lampridius i Alexandro Seuero. Prætextã, & pictam togã nunq niſi conſul accepit: & eã quidem, quã de Iouis templo ſumptã alij quoq; accipiebant, aut ptores, aut cõſules. quod ẽt uidetur innuere Iulius Capitolinus in geſtis Gordianorũ his uerbis: Palmatã tunicam, & togam pictam primos Romanorũ priuatus ſuã propriã habuit: cum ante imperatores ẽt de Capitolio acciperent, uel de palatio. item Flauius Vopiſcus in uita Probi imperatoris: Te manet pro uirtutibus tuis capitolina palmata. Ea purpurea erat, & auro intexta. ut ſcribit Pli. lib. ix. & palmata ſiue palmaris dicta: q ea (ut ſenſit Seruius) utebantur, qui palmã meruiſſent. Martialis. Palmatæq; ducem te cito redde togæ. Alij dicunt palmatam dictã eſſe, q in ea pars palmæ. hoc eſt uictoriæ itexeretur: ut ab Helena pictis ueſtibus apud Homerũ acu certamina inſeruntur. quod & Plin. lib. viii. cap. lvi. indicare uidetur: cum ait: Pictas ueſtes iam apud Homerũ fuiſſe, unde triumphales natæ. Aulæa ſarrana pictæ togæ .i. togam pictam & purpura diſtinctã. ut ſit periphraſis ipſius togæ triumphalis: quã (ut diximus) palmatam appellarũt. de qua ſic Seruius: Palmatã togam merebãtur. qui de hoſtibus palmã reportaſſent. Mart. Palmatæq; ducem te cito redde togæ. de qua & Apuleius in prima magiæ Apologia ſic: Deniq; triũphantibus qdrigas albas, & togã palmatã exprobrares? Palmatam aũt togam purpureã fuiſſe indicat Sidonius his uerbis: Et illam ſarranis ebriam ſuccis inter crepitantia ſegmenta palmatã conuenuſtauit. Aulæa: latitudinem ueſtis expreſſit. nam: aulæa proprie dicuntur uela & ornamẽta, quibus parietes & aulæ teguntur: q græce periſtromata & peripeſmata appellantur. inter quæ dñr & ipſa tapetia de qbus ſic Plautus in Pſeudulo: Vt ne periſtromata qdem æq; picta ſunt cãpanica, neq; alexandrina, belluata, cõſuta tapetia. ad ornamentũ ẽt theatrorum adhibebãtur. ut ante: Aſt aliæ quoties aulæa recõdita ceſſant. Sarrana .i. tyria. purpurea. Nã (ut ſcribit Gellius) Tyros ante dicta fuit Sarra: ſicut & Thracia Sytuon: & Corinthus Ephyre. Iuxta aũt Tyrũ purpura piſcis capiebatur: ex cuius faucibus (ut alibi diximus) liquor efficiebatur aptus ad tingendas ueſtes: quæ modo purpu-

IOAN. BRIT.

Tunica Iouis

Toga palmata

Segmẽta

Aulæa

Sarrana

Sarra

Sython

Ephyre

reæ ab ipſo piſce:modo ſidoniæ a Sidone ciuitate Tyri:modo ſar-
ranæ ab ipſa inſula dicebantur. Virg. Sarrano dormiat oſtro. ⁋Ex
humeris.ſ.dependētia. ⁋Tantū orbē coronæ.i.coronā aureā tan
ti ponderis. ⁋Quippe tenet ſudans .i. adiuuat eū ad coronā ſuſti-
nendam. Nam a tergo triūphātis ſeruus erat: q coronā ſuſtinebat.
Pli.lib.xxxiii.cap.pri. Et cū corona ex auro Hetruſco ſuſtineret a
tergo:annulus tn̄ i digito ferreus erat,æq̄ fortuna triūphātis & ſerui
coronā ſuſtinētis. ⁋Hanc publicus:ordo eſt: Seruus publicus ſudās
Seruus publicus tenet hāc.ne mirꝫ a poeta dictū ſeruū publicū.Nā nō ſolū ſerui erāt
pūati,q dn̄is ꝓprijs ſeruirēt:ſed & publici, q ad publica ciuitatis mi
niſteria adhibebant. Vn̄ Ci.in.viii.Philip.Cottulā hoiem ædilitium
oſſu Antonij in cōuiuio ſerui publici loris cæciderunt. Valer.in.ii.
de maieſtate loquēs de Mario. Miſſus.n. ad eū occidendū priuata
domo Minturnis clauſum ſeruus publicus natione Cimber. Idem
in.iii. capite de fortitudine loquens de Teramene Athenienſi: Ri-
denſq; ſeruo publico,qui potionem tradiderat, Critiæ inqt propi-
no. ⁋Ne ſibi placeat:ne nimis inſoleſcat.nā placere ſibi, eſt ſe effer-
re Mart.in.v.Cū uoco te dn̄m:nolo tibi Cinna placere.Maiores.n.
inſtituerūt ut a tergo triumphantis adſiſteret ſeruus, qui pari fortu
na triumphare,moneretq; triumphantē, ut ſeipſum cognoſceret,
ne tanta gloria nimium ſuperbiret. unde Tertullianus ſic ſcribit
Hominē ſe eſſe.ēt triūphās in illo ſublimiſſimo curru admonetur.
Suggeritur.n.a tergo:Reſpice poſt te,hoiem memēto te etiā utiq;:
hoc magis gaudet tanta ſe gloria corruſcare,ut illi admonitio con
ditionis ſuæ ſit neceſſaria. ⁋Da nūc & uolucrē:adde ēt & aliud triū
Aquila phātis inſigne.i.aquilā.Nam aquila Romanorū inſigne erat mili-
tare. Et (ut ſcribit Ioſephus lib.iiii.de bello iudaico) reliqua ſigna
pcedebat:quod & uniuerſarū auiū regnū habeat,& ſit ualidiſſima.
Itaq; illam & principatus inſigne putant, omenq; uictoriæ quod-
cunq; bello petierint.erat & antea prima cū quatuor alijs,lupis,mi
notauris,eqs,apris,quæ ſingulos ordines anteibat,paucis ante an
nis ſola in aciem portari cœperat, reliqua in caſtris relinquebant.
Marius in totū ea abdicauit. Ex eo notatū nō fere apud legiones
unq̄ hybernatū eſſe in caſtris, ubi aquilarū nō ſit iugū. auctor eſt
Aqlifer Plin.lib.x.Qui in acie aqlam ferebat Aquilifer appellabat, unde
Tranquil.in Auguſto Conſtat aquilifero legionis ſuæ grauiter ſau
cio aquilam humeris ſubiſſe, diuq; portaſſe. ⁋Sceptro quæ ſurgit
eburno:nā inter alia triūphantis inſignia, erat & Scipio eburneus
habens:aquilā in ſummitate:quod manibus triumphans geſtabat.
Dionyſius lib.iii. ⁋Illinc cornicines:nā cornicines ſequebātur ca-
ſtra:pcedebātq; triūphantis currū canētes,iiq; erant & buccinato
res ornamentū totius legionis in ingreſſu cōflictus, & eius reditu,
quoties pugnabat.cornicines & tubicines canebāt. unde eſt illud
in.xiiii.Saty. Aut lōgos caſtrorꝫ ferre labores, Si piget & trepido
ſoluunt tibi cornua uentrē Cum lituis audita.De ijs lege Vegetium.
⁋Agminis officia:hoc eſt clientes & amicos triūphantē pcedentes
& miniſtrātes.nā cliētes ex inſtituto Romuli (ut tradit Diony.) te-
nebant patronis ſuis i magiſtratibus & deductionibus,& alijs in
reip.ſumptibus ſpendiorū participes,tanq̄ genere ꝓximos adeſſe.
tāta erat inter eos beneuolentia,ut cliētes dignū cenſerent oīa pa
tronis ꝓ uiribus ſubminiſtrare. ⁋Niueos Quirites:nam miniſtri &
clientes ad habenas triūphantis aderāt uecibus induti cāditis ſcri-
bit Plutar.Paulo Æmilio eunti cū ptura ad Iberos cōceſſos licto-
res a ſenatu,& equo uectū albo,albaq; indutū trabea,& miniſtros
oēs albis ueſtibus ſuſtbus īdutos.Domitianus(auctore Trangl.)
generū fratris indigne ferrens albatos & ipſum miniſtros habere
proclamauit. ⁋Defoſſa:poſita. ⁋Sportula:q̄ dabat (ut diximus in
prima Sat.)clientibus. ⁋In loculis:in prima Sat. diximus de locu-
lis illic:Loculis comitātibus itur Ad caſum tabulæ. ⁋Tunc quoq;:
ſuis tpibus icultis & agreſtibus. ⁋Cuius prudētia: Democritus,in-
quit,exēplo eſt uiros prudētes ubiq; naſci poſſe: hocq; eſt ex ſto-
macho in ſupbiam eorū,q orti ſanguine Romano cæteros contē-
nebāt:ſicq; docet poeta iuxta illud Apulei in pri. Apologia:Nō ut
prognatus:ſed ut moratus quiſq; ſit ſpectandū: ne q̄ regione: ſed
q̄ ratione uitā uiuere inierit cōſiderandū qn̄ in oībus gētibus ua-
ria ingenia ꝓueniāt:quanq̄ uideant quidā ſtultitia.uel ſolertia inſi-
gniores. Apud ſecordiſſimos inqt ſcythas Anacharſis ſapiēs na-
tus eſt, Apud Athenięſes catos Melecides fatuus. Nō ergo, inqt,
mirū eſt ſi & in Thracia ubi aer craſſiſſimus eſt Democritus tantæ
uir prudētiæ natus eſt. ⁋Prudetia:in bonorū & malorū delectu cō-
Abdera ſiſtit. ⁋In patria Veruecū:in Thracia ubi patriā Abderam habuit:
ut ſcri. Laertius Diogenes: quā cōditor ſoror Diomedis: & a nomi
ne ſuo ſic uocauit. ⁋Craſſoq; ſub aere naſci:hoc dictum eſſe uſ ex
Heracleti ſentētia:q(ut ſcri.Cic.in lib.de fato)affirmat animā ibi eſ
ſe prudēriorē ubi aer ſit ſiccior. unde Thebani pingues,hebeteſq;
ſunt exiſtimati: qa Thebis aer ſit craſſiſſimus:cōtra Athenis ſit ſic
cus: & ideo Athenięſes prudētiores hn̄tur. traxit aūt colorē Iuue-
nalis ab illo Horatij in epiſtolis: Bœotū in craſſo iurares aere natū.
Illud nō eſt omittēdū. quod ſcribit Probus Æmilius in Alcibiade
Bœotios.ſ.magis corporis firmitati,q̄ ingenij acumini inſeruire.
Idē ēt in Epaminūda affirmat Thebanis plus uiriū eſſe, q̄ ingenij.
⁋Ridebat curas:negocia hoīum (ut diximus) & diuerſos aī affe-
ctus. ⁋Cū fortunæ ipſe minaci:oñdebat Democritus has res huma
nas pro qbus mortales tantopere anxij ſunt nauci faciendas:cum
illæ nō ſint q̄ hoīum mētibus tranqllitatē largiri queāt:fortunāq;
qua cæteri mortales colūt,tanq̄ Deā cūctis rebus dominātē ita cō
temnebat,ut ei mādaret laqueū a q̄ ſuſpēderet.itelligas eā hominis
uirtutibus ſtipato,nullo mō nocere poſſe. nā ſapiētes colūt aīum,
quē fortuna ferire, uincere aūt nullo mō pōt.Dictū aūt eſt ꝓuerbia
le: quod uituperat in eos,quos ita penitus contemnimus:ut & ſi ſe
ſuſpendāt paruifaciamus, & quaſi id fieri uelimus. ⁋Mediū unguē: Digitus
mediū digitū.quē Perſius (ut diximus in eius cōmentarijs) infamā. medius
appellat infami digito luſtralibus ante ſaliuis Expiat: nā eū digitū
cæteris cōtractis in aliquē oſtēdere cōtumelioſum eſt. eſt aūt inter
digitos tertius.un̄ Martia. Rideto multū,q te Sextile cinædū Dixe-
rit: & dignū porrigito mediū. ⁋Ergo cū pauci cognoſcāt: uerū bo-
nū,& uerū malū. ⁋Fas licet apud Deos.nā fas dr̄ quod cū ſit, Deus Fas
nō iraſcitur.Ius aūt ad hoīes pertinet. Vnde illud apud Virg. Sępe Ius
ēt feſtis qdā exercere diebus.Fas & iura ſinūt:hoc eſt Dij, & hoīes
pmittunt.ergo inqt Dij pmittūt ſe rogari, & cōcedunt, q̄ nocitura
ſunt. ⁋Incęrare genua:utpote eas partes corporis:q̄s adorantes at
tingunt. Genua.n.(ut ſcri.Pli.lib.xi.)ſupplices tangunt,ad ea ma-
nus tendunt,ea ut aras adorāt.ea.n. antiqui Miſericordiæ cōſecra-
runt,ſicut dextra Fidei,aūt Memoriæ Deæ. quāobrē antiqui ſole-
bant aurē tāgere illi,quē uolebāt meminiſſe. Virg. Cū canerem re-
ges,& plia, Cynthius aurē Vellit & admonuit Horat. Licet ante-
ſtari:Ego uero oppono auriculā. ⁋Quoſdā præcipitat: exemplo
Seiani oſtēdit nimios honores:quos putamus uerum bonū qñq; Seianus
perdere hoīes. Seianus.n. regnāte Tiberio, eo potētiæ & auctori-
tatis peruenerat:ut natalis eius publice celebraret, imagines au-
reæ paſſim ponerent.in qnto cōſulatu eū ſumpſerit collegā ipera-
tor. Verſi cū is poſtea in oē genus crudelitatis erupiſſet, Seianū tāq̄
furē aduerſus Germanici liberos filij ſui,quorū ipſe alterū ſuſpecto
iā, alterū,oppſſo demū Seiano,iteremit,datis ex Capreis literis ad
ſenatū iterfici iuſſit.un̄ Sene.de tranqllitate uitæ ſic inqt. Quo die il
lū ſenatus deduxerat, pplus in fruſta diuiſit,i quē qcqd ꝯgeri pote
rat, Dij,hoieſq; cōtulerāt.& ex eo nihil ſupfuit qd' carnifex trahe-
ret,nā i ſcalas Gemonias unco a carnifice qcqd ſupfuit, tractū eſt.
⁋QVID ſi uidiſſet.Eādē rē ꝯtinuat.Ordo eſt. Quid ſup. feciſſet ASCe
Democritus ſi uidiſſet ptorē extātē.i.eminētē i altis curribus:.i qb⁹
triūpharat.& ſi uidiſſet poſtea eūdē ſublimē i puluere medij Circi:&
hoc i tunica Iouis:q̄ ēt Iupiter Induebat.& ferētē ex humeris aulęa
ſarrana.i.purpurea togæ pictę.i. figuris itextis, uel uictæ acu & ſi
uidiſſet tm̄ orbē magnæ coronæ:q̄to orbi ulla ceruix nō ſufficit:ad
ferendū.ſ.Quippe qa certe publicus ſeruus ſudās ex pōderis illius
oppſſione:tenet hāc ſup.coronā.& ne cōſul triūphās ſup. placeat
ſibi.i.ſupbiat:ſeruus publicus portat eodē curru da.i.adde,uel dic
nūc uolucrē.ſ.aqlā.q̄ ſurgit.i.i ſublimi ſculpta eſt.i ſceptro eburno
.i.ex ebore facto.& de illic.i.ex illa pte cornicines.& hic.i.ex hac
pte.officia lōgi agminis.i.officiarios lōgo agmie pcedētes.& da q
rites.i.cliētes Romāos niueos.i.cādidatos eūtes ſup.ad frēa. quos
ſportula.i.pecunia data ꝓ ſportula defoſſa.i.abſcōdita.i loculis.i.
crumēa.fecit triūphāti.ſ.amico ipſe Democr.iuenit. quoq;.i.ēt tūc
materiā riſus i oēs occurſus hoīum.cui⁹.ſ.Democriti prudētia oñ-
dit ſūmos uiros: & daturos magna exēpla:poſſe naſci i patria Ver
uecū.i. ubi ſoliti ſūt hoīes rudes:ut ſūt Verueces naſci. q; ꝓ.i. ſub
aere craſſo:q̄lis ē i Thracia Democrit⁹ ridebat curas.necnō &.i.ēt
gaudia uulgi.& iterdū lachrymas.ſ.pp res amiſſas.cū ipe mādaret
.i.trāſmitteret.fortunæ minaci.i.ſibi minitāti, laqueū quo ſe ipſa ſu
ſpēdat.& cū oñderet fortunæ mediū unguē.i.digitū mediū:quē ifa
mē Perſi⁹ appellat ergo ſupuacua.ſ.diuitię & honores.i. ultra quā
opus ſit,aut pnicioſa.i.necē afferētia.petūtur a multis. pp q̄ petita
fas eſt icærare.i.cerçis cādelis oblinire genua Deorū in quibus.ſ.
miſericordiæ ſedes eſſe putat. Quoſdā præcipitat. Oſtēdit potentiā
magiſtratus nō eſſe uera bona. Ordo eſt:Potētia ſubiecta magnæ
inuidiæ,præcipitat,i.ad præcipitium impellit quoſdam.

⁋LONGA,

Inuidiæ, mergit longa, atq; insignis honorum
Pagina, descendunt statuæ, restemq; sequuntur,
Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis
Cædit, & immeritis franguntur crura caballis.
Iam strident ignes, iam follibus, atq; caminis
Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens
Seianus, deinde ex facie toto orbe secunda
Fiunt urceoli, pelues, sartago, patellæ,
Pone domi Lauros, duc in Capitolia magnum,
Cretatumq; bouem, Seianus ducitur unco
Spectandus. gaudent omnes. quæ labra? quis illi
Vultus erat? nunquam, si quid mihi credis, amaui
Hunc hominem. sed quo cecidit sub crimine? quisnam
Delator? quibus indiciis? quo teste probauit?
Nil horum, uerbosa, & grandis epistola uenit
A Capreis. bene habet, nil plus interrogo, sed quid
Turba tremens? sequitur fortuna, ut semper, & odit
Damnatos. idem populus, si Nortia Thusco
Fauisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hac ipsa Seianum diceret hora

AN. IT. ¶ LONGA, atq; insignis honorū Pagina. i. inuidia quā cōtraxerat ex summis honoribus, q in libris & actis publicis describūtur. ¶ Descendūt statuæ. i. diiiciūtur p totā urbē. Nā i gratiā Seiani statuæ passim p urbē positæ erāt a multis: q nūc in eius cōtemptū, gratiamq; īperatoris deiiciūtur. sic. n. fieri cōsueuit ad odiū dānati testandū. Quod & Cic. in C. Pisonē ōndit factū his uerbis: Dyrrachini aūt statuā istius p similē, quā stare celeberrimo i loco uoluerat, ne suauissimi hois memoria moraret, deturbāt, affligunt, cōminuūt, dissipant. ¶ Restemq; sequuntur: utrū dum ex sublimi auellūtur: an dū p urbē in eius dedecus raptātur humi. ¶ Rotas bigarū: biga appellatur currus cū a duobus eqs iunctis trahit. Sic quadriga & triga, q a quatuor & tribus. adri Licet tn̄ & p iumētis ipsorū curruū iueniri. uñ Columel. lib. iiii. Sacrorū certaminū studiosi pnicissimaꝝ quadrigarū femina diligēti obseruatione custodiūt. ubi per femina q̄drigarū itelligit equas olympionicas uelocissimas. Nec audiēdi sunt, q in plurali tantū numero inflecti cōtendūt: quorum falsam opinionē auctoritas optimorū auctorū redarguit & in primis Plinii lib. vii. Myrmecides qdā in eodem genere inclaruit: a quo q̄driga ex eadē materia, quā musica alis itegeret, fabricata est. Tranql. in Tiberio: Natalē suū plebeis intercurrentem Circensibus, uix unius bigæ adiectione honorari passus est. ¶ Rotas bigarū: nā statuæ (ut docet Plin. uolumine: xxxiiii.) non modo equestres ponebant, orto sine dubio a Græcis exēplo, q uictores cælatas tātū dicabāt i sacris, sed & i curribus ijs q triūphassent: sed serū hoc fuit, nec ante Diuū Augustū, nec uetus fuit bigarū celebratio i ijs, qui ptura functi, curru uecti essent p Circū. ¶ Iā stridūt ignes: qbus statuæ fundant. ¶ Atq; caminis. i. fornacibus κάμινος ina . n. fornacem significat: a quo ēt formamus caminatus. Pli. lib. xvii. Caminata fossura ore cōpressiore sint. loquit. n. de scrobibus. ¶ Ardet adoratū populo caput: Seianus ingt, quē i tāto honore tota ciuitas habuit, ut pro Deo ēt coleret igni absumit. ¶ Crepat: subiecto igne. ¶ Facie secunda. i. ex Seiani facie: quē totus orbis secūdū post principē Tiberiū agnoscebat. Nam interdū p eius fortunā, interdū p Tiberij simul, atq; Seiani fortunā oēs iurabāt, qppe significātes ipsum simul cū Tiberio īperare. ita dixit secundam faciem, sicut & Papinius Rutil. ū gallicū appellauit proximā ceruicē Domitiano: Stat proxima ceruix Pōderis immēsi. ¶ Sartago uas est coquinariū ad res frigendas cōparatū. Persius metaphorice sic: Vnde hæc sarthago loquēdi Venerit in linguas. ¶ Pone domi Lauros: uerba sunt populi insultātis Seiano i gratiā principis. Letitiā, ingt, ōnde, captus est Seianus hostis nostri iperatoris, & iā unco ducit i scalas Gemonias. nā in signū lætitiæ frondibus & sertis fores ornabātur. uñ & Iupius. Per limina tēde corymbos. ¶ In Capitolia. ut Ioui Capitolino mactetur. ¶ Cretatū cādidū. Persius: Cretata ambitio .i. cādidati cōpetitores magistratuū. Martia. Cretatā ptor cū uellet mittere mappā. ¶ Ducit unco: nā dānati unco trahebant in scalas Gemonias, iterdū & i Tyberim. Vñ Lāpridi' i uita Cōmodi sic scribit: Corpus eius ut unco traheret, atq; i Tyberim mitteret senatus & pplus postulauit. ¶ Quæ labra: uerba ppli Seianū mortuū isectātis. ¶ Delator. occultus (ut diximus) accusator. Deferre. n. est clandestino accusare. Martialis: Ecce reū carus te detulit, adsit agellus. x ¶ Indicijs: & indicibus legitur. Nā index significat eū, q cōiurationē, adulteriū, aut aliā terrā secretā detegit. Vnde & indicium. i. ipsa detectio. Ouid lib. vii. Criminis exēplo ficti temerarius index. Index ēt pro indicio ut illud apud Valeriū: Tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata. Index ēt capit p secūdo digito manus per quē alqd indicamus. Celsus: Per plagā digitus index erit dimittēdus. capitur & p operis titulo. Plin. lib. xxx. ca. primo. Vities centū millia uersuū a Zoroastre condita, indicibus quoq; uoluminū eius positis explanauit. Index itē pro eo lapide, quo auri & argēti tētatur bonitas. ¶ Nil horū: respōdētiū uerba. ¶ A Capreis: Capreæ insula est Cāpaniæ, ubi frequēs erat Tiberius ad uacationē urbanarū rerū. Olim a cōtinēti auulsæ fuerunt. Strabo in. vi. sic scribit: Prochyta & Pithecusæ auulsæ de terra partes sunt: eodē modo & Capreæ, ergo a Capreis, a Tiberio. ¶ Epistola uenit: ad senatum. n. scripsit p Neuiū Sertoriū Macronē opportere Seianū i custodia haberi. aperte aūt interfici non īperabat: nō qa id nollet, sed qa timebat, ne ex hoc tumult' oriretur. ¶ Bene habet. inualuit praua cōsuetudo: ut dicat bene se habet. Sed profecto ita dicēdū est bene habet: quo genere locutionis ueteres usi sunt. Terent. Bene habet. Propertius: Et bene habet nunq̄ mater lugubria sumpsit Horatius: Magnū narras uix credibile, atq; Sic habet. Sic & græci locuti sunt καλῶς ἔχει. ¶ Sed quid: uerba poetæ. Quid, ingt, turba facit. ¶ Seqtur fortunā: nā uulgares homines i amicitijs colēdis fortunā maxime sequūtur: ur quo se illa: eodē quoq; se inclinēt. unde est illud Horatij: Diffugiūt cadis cū fece siccatis amici. Sic ēt Ouid. scribēs ex Pōto ad Maximum. Affuit ille mihi, cū me pars magna reliquit Maxime, fortunæ nec fuit ille comes. Idē i eodem: Et cū fortuna statq;, caditq; fides. Idē: Diligit nemo nisi cui fortuna secūda est: Quæ simul intonuit, proxima quæq; fugat. Poeta igitur ōndit turpe esse amicū in aduersis deseri. unde & Oui. in Pōto: Turpe sequi casum, & fortunæ cedere amicū: Et nisi sit felix, esse negare suū. ¶ Vt semp. s. fecit in alijs. nā quo se fortuna eodē & fauor hoium iclinat: mō. n. eū sūmo honore i senatū: deduxerūt mō lecta Tiberij epistola oēs uno ore cōuiciati sunt ei, ī carcereq; traxerūt. ¶ Idē populus: uulgi leuitatē ostēdit & taxat. Si. n. ingt, accidisset ut ei Nortia ppitia fuisset, & Tiberius naturæ p senectā cōcessisset, certe Seianus iperator creatus fuisset. ¶ Si Nortia: hoc est Dea Hetruscorū. Nortia Nam (ut ex Tertulliano didicimus) Volsiniēsiū Dea peculiaris fuit Nortia & Sutrinoꝝ. Sic. n. scribit: Vnicuiq; ēt prouinciæ, & ciuitati suus Deus est. & paulo infra: Crustuminēsiū Deluētinus, Narniensiū Viridianus, Asculanorū Ancharia, Volsiniēsiū Nortia, Oriculanorū Valētia, Sutrinorū Nortia &c. de Nortia itē Liui. lib. vii. sic scribit: Volsinij quoq; clauos indicet numeri annorū fixos in tēplo Nortiæ Hetruscæ Deæ cōparere diligēs taliū monimentorū, auctor Cinthius affirmat, sub eius noīe sortē, fortunāq; significari. scribit Martianus Capella in lib. de nuptijs philologiæ. ¶ Thusco. i. Seiano, q ex Getruria erat oriūdus. ¶ Si senectus secura principis foret oppressa. i. si Tiber. in senecta qeta morte assumptus esset, & nō solicita: ac si dicat: si in tranqllo reip. statu & ciuitatis beneuolētia mortuus esset: hoc aūt dicit, qa non sine magno ai cruciatu oppetijt. de eo. n. sic Trāqllus recitās initium epl'æ eius: Quid scribā patres. C. aut qūo scribā, aut qd oīno nō scribā. hoc tēpore Dii me, Deæq; pdant, quē quotidie perire sentio, scio. Veneno (ut aliq tradiderunt) lento & tabifico sublatus fuit. ¶ Oppressa: a morte: non autem a Seiano, ut quidam inepte scripserunt. ¶ Hac ipsa hora: qua. scilicet damnatus est, & ductus unco.

¶ LONGA atq; isignis pagina. i. cōpacta iscriptio bonoꝝ. mergit. i. detrudit quosdā statuæ prius erectæ i glorlā. ASCen. descendūt. i. deiiciunt. & sequūtur restē p quā i terrā trahunt. deinde ipsa securis ipacta. i. ipulsa. cædit ipsas rotas bigarū i qbus. s. stabāt statuæ. & crura frangūtur caballis. i. equorū statuis emeritis. i. q nihil cōmeruerūt pp quod frāgi debeant. Iam. i. paulopost. stridūt ignes, quibus fundūtur statuæ. & iā caput adoratū populo. i. prius a multis honoratū: inclinatione capitis: aut alio gestu corporis. follibus, atq; caminis. i. fornacibus. & ingēs Seianus. i. magna statua Aelij Seiani. crepat. i. cū crepitu resoluitur in fornace. deinde. i. post effusionē urceoli: pelues: sartago: & patellæ. i. parua & uilia uascula fiunt ex

Auguſtum,iampridem, ex quo ſuffragia nulli
Vendimus,effugit curas,nam qui dabat olim
Imperium,faſces,legiones,omnia,nunc ſe
Continet,atq; duas tantum res anxius optat
Pannum,& Circenſes.perituros audio multos.
Nil dubium,magna eſt fornacula,pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram,
Quam timeo uictus ne pœnas exigat Aiax,
Vt male defenſus,curramus præcipites,&
Dum iacet in ripa,calcemus Cæſaris hoſtem,
Sed uideant ſerui,ne quis neget, & pauidum in ius
Ceruice aſtricta dominum trahat hi ſermones
Tunc de Seiano,ſecreta hæc murmura uulgi.
Vis ne ſalutari ſicut Seianus? habere
Tantundem? atq; illi ſellas donare curules?
Illum exercitibus præponere? tutor haberi
Principis anguſta Caprearum in rupe ſedentis
Cum grege Chaldæo? uis certe pila,cohortes,
Egregios equites,& caſtra domeſtica,quid ni
Hæc cupias,& qui uolunt occidere quenquam,
Poſſe uolunt.ſed quæ præclara,& proſpera tanti,
Vt rebus lætis par ſit menſura malorum?
Huius,qui trahitur,prætextam ſumere mauis?
An Fidenarum,Gabiorumq; eſſe poteſtas?
Et de menſura ius dicere? uaſa minora
Frangere pannoſus uacuis ædilis Vlubris?
Ergo quid optandum foret, ignoraſſe fateris
Seianum.nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poſcebat opes,numeroſa parabat
Excelſæ turris tabulata,unde altior eſſet
Caſus,& impulſæ præceps immane ruinæ.
Quid Craſſos? quid Pompeios euertit,& illum,
Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites?
Summus nempe locus nulla non arte petitus,
Magnaq; numinibus uota exaudita malignis.
Ad generum Cereris ſine cæde,& uulnere pauci
Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni
Eloquium,ac famam Demoſthenis,aut Ciceronis
Incipit optare, & totis quinquatribus optat,
Quiſquis adhuc uno partham colit aſſe Mineruam,
Quem ſequitur cuſtos anguſtæ uernula capſæ

facie ſecūda:in dignitate.Ctoto orbe.i. inter oēs exiſtētes in orbe. Pone domi Lauros:Verba ſunt poetæ p̄cipiētis q̄ factū opportere negat tacite.Sicut Aegloga pri. Inſere nūc Melibœe piros, pone ordine uites, Si eſſent populi uerba ut Manc.uult:diceret: Gaudemus oēs:nō gaudēt.Sēſus ergo & ordo eſt: Tu qſqs es, q triūphū tantope affectas,pone domi tuæ Lauros,qbus coronatū te ſignifices. Duc bouē magnū & cretatū.i.albū.in Capitolia ut ſacrifices Ioui capitolino: ut triūphantes ſolēt. q.d. non deberes hoc tātope deſiderare:qa in triūpho nō uerū. ac ſtabile bonū: quod pbat.Nā Seianus,q triūpharat. ducit.i. trahit ad ſuppliciū unco gutturi infixo.ſpectandus.i. oibus ſpectabilis:q uti triūphātē uiderint:nunc ad ſupplicium ignominioſiſſimū trahi uideāt. Oēs triūphāti cōgratulati erāt, atq; applauſerat.gaudēt.i. nūc in interitu eius ridēt.dicētes qn a ſpectaculo tā crudeli reuerſi ſunt.q̄.i.q̄lia labra ſup.erāt illi: hoc ē quo detorſit labra ſupp. qs.i.q̄lis.uultus erat illi? Si qd .i.ſi aliqd,uel i aliquo credis mihi.ego nūq̄ amaui hūc hoiem. qd dnt,q prius ſummi illius amici uiſi ſunt. Sed ingt poeta, aut quis taliter increpātes audiens. ſed ſub quo crimine.i. ſub quo titulo criminis. cæcidit.i. occiſus eſt. qſnā fuit ſup.delator.i. occultus accuſator. qbus indicijs.i.cōplicibus rē indicātibus. quo teſte pbauit ſupp. delator? Reſpondet quis de populo. N.l hoꝝ ſup.i ꝯdēnatione eius fuit: ſed ſup.epiſtola uerboſa.i.multoꝝ uerboꝝ.& grādis.i. mādatū Tiberij uenit a Capreis, ubi tūc erat. Reſpōdet poeta ironicos. Bene habet ſupp. res hæc ſe.N.l plus interrogo:qa.ſ.ſatis eſt principē ſic uoluiſſe. Sed qd ſup.fecit turba tremens: eo qd ſibi ſimile accidere poſſet. Per qd innuit populū non debuiſſe pati:ut indēnatus & inſons pateret. Rñdet is ad quē loquitur poeta populus ſup. qd faceret. ſeqtur fortunā:ut ſemp ſup. ſolet.& odit damnatos. Idē populus Romanus, q ſic gauiſus eſt i morte Seiani.ſi Nortia .i. Dea Hetruſcorū q̄ Hetruſcū Seianū ptegere debebat: fauiſſet Thuſco.ſ.Seiano. & ſi ſecura ſenectus principis.ſ. Tiberii,q in ſenecta ſecur⁹ uiuebat.fuiſſet opp̄ſſa a Seiano diceret hac ipſa hora.

IOAN. BRIT. C AVGVSTVM:hoc eſt imperatorē.oēs.n.imperatores Auguſti nomē ſibi uſurparūt.Iampridē,ex quo:hic ſenſus eſt: Non fuiſſet ingt mirū ſi forte populus Romanus mortuo Tiberio imperatorē Seianū creaſſet.Et non potius ipſe ſumeret curiā reip. adminiſtrādæ p libertatē.Is.n.ex quo fuit ſub iugo & iperio Cæſarū priſtinæ libertatis iā eſt oblitus:nec nūc aliud in p̄tio habet, q̄ ludos Circēſes.erit aūt ordo:Populus iampridē effugit curas,ex quo ſuffragia nulli uendimus.Suffragia nulli uēdimus populo ius & arbitriū ſolebat eſſe triū rerū, magiſtratuū.Ccreādorū,legū ſanciēdarū,bellorū inferendorū auctor eſt Dionyſius in. vi. libro. nūc igt oſtēdit in creandis magiſtratibus, quos ad arbitriū ſuū p ſuffragia creare ſolebat,nūc nullā ei eſſe creādorū poteſtatē, ſed oīa tantum iperatoris nutu geri:quod ab Sylla primū factū conſtat:cū ſe dictatorē dixiſſet.Nā ei ſenatuſconſulto data fuit poteſtas necis, confiſcationis,ſortitionū poſſeſſionis,populationis, auferēdi regni, conferēdi cuicunq; collibuiſſet,publicatarū uēditiones ædiū.oīa.n.arbitrio ſuo adminiſtrabat. Quod poſtea factitarūt iperatores, q ſecuti ſunt oppreſſa libertate. Vnde Trangl.in Caligula ſic:Tentauit & comitiorū more reuocato ſuffragia populo reddere. Vēdimus ſuffragia:cōſueuerāt.n.competitores magiſtratuū in comitijs tribuum ſuffragia ſibi coemere muneribus, & largitionibus. Quod & Plutar.elegāter in uita Coriolani his uerbis oſtendit ſic. Diu ſiqdem poſt emptio & uenditio fera prupit. & iter cōcionis ſuffragia ſeſe argentum miſcuit.Seneca ad Lucil ū: Quā putas iucundū eſſe tribubus uocatis,cū cādidati i tēplis ſuis pēdeāt, & alius nūmos pnunciet, alius p ſequeſtrē agat,alius eoꝝ manus oſculis cōterat? Petronius:Nec minor i cāpo furor ē, emptiq; Quirites:Ad p̄dā,ſtrepitumq; lucri ſuffragia uertūt, Venalis populus, uenalis curia patrū.Effugit curas: populus, ingt,iam omiſit curas priſtinas gubernandæ reipublicæ, & eas ipſis reliqt iperatoribus:qui omnū iā reꝝ habenas ad nutū moderant.Imperiū: aut merū eſt, aut miſtū. Merū eſt imperiū habere gladij poteſtatē ad animaduertendū in facinoroſos hoies: qd ēt poteſtas dicit. Miſtū imperiū eſt,cū ēt iuriſdictio ineſt, qd i dāda poſſeſſione cōſiſtit.Iuriſdictio eſt ēt iuriſdādi licentia. hæc Vulpianus de ui ciuium iudiciū. Imperiū ergo poſſumus accipere,aut dictaturā nam (ut ſcribit Pōpeius de iuris origine) pditi ſunt dictatores:a qbus nec prouocādi ius fuit: & quibus etiā capitis aiaduerſio data eſt: aut ſimpliciter quācunq; dignitatē. Faſces:couſulatus & p̄turas. Nam ſex lictores cū totidē faſcibus uirgarū,& ſecuribus colligatis p̄torē duodecim uero cōſulē p̄cedebāt.Legiones: exercitus, præfecturas ſtratioticas. Cōtinet nūc ſe:& hæc oīa permittit ab imperatoribus,q populi libertatē oppreſſere, diſponi. Pannū,& Circēſes:uidetur potius legēdū eſſe Pana, q̄ pannū. duas.n.res dicit populū curare. ut ſit ſenſis: Lupercales ludos in honorē Panos,& Circēſes curat.ſi.n.dicas Pannum,&Circenſes: una tm̄ res erit.de lupercis ſupra diximus in ſcda Satyra: Palmas præbere luperco.De Circēſibus autem illic in tertia: Si potes auelli Circēſibus:aut (quod magis placet) legendum Panem, & Circenſes:ut dicat populū duo tm̄ ſummo ſtudio optare, tum ut annona frumētaria uilis ſit,cuius anguſtia & penuria eum ſæpe habuit anxiū:uñ illud eſt Cor. Taciti lib.xv.de Nerone:Hæc atq; talia plebi ualētia fuere uoluptatū cupidine.Et q̄ p̄cipua cura eſt rei frumētariæ anguſtias,ſi abeſſet,metuenti:tū ut ludi Circēſes,qbus ualde (ut ante dictū eſt) delectatur,celebrent.Sicq; oſtēdit populū duo curare:quorum alterum ad corporis neceſſitatē ſit:alterū ad animi uoluptatē explendā.Perituros:uerba ſunt populi. Magna eſt fornacula:magnū eſt incendiū:hoc eſt res maximi excidij & furoris mouent.ex cōtrarietate q̄ſitus eſt ornatus:ait.n.magna a contrario

Imper merū miſtu

Iuriſdi

Luper les lud

trario

trario fornacula. ❡ Mi: ꝓ mihi. Virg. Et mi genus ab Ioue fummo. ❡ Brutidius: nomē fictum. ❡ Quam timeo: q̄ timeo ne multi imitati Aiacem manu fua fibi mortē cōfcifcant.utpote q male defenfi rue rint: quod multi fecerunt Tiberi tēporibus.unde Tranql. Citati ad caufam dicēdā partim fe domi uulnerauerūt, certi dānationis . fed ad uexationē, ignominiamq; uitandā, partim in media curia uene nū haufer ūt. ❡ Aiax.i. ciuis citatus. Nā Aiax, cū in iudicio armoꝝ Achillis ab Vlyffe effet fupatus: dolore in infaniā uerfus eft: q mor tē Vlyffi minatus: cū ad eius pafcua ueniffet: ratus eius cōmilito nes interficere: oues & alia pecorá trucidauit. In caprū quendam, quē Vlyffem effe crediderat crudeliter fæuiuit, q fimulac cognouit q̄ ꝑ infaniā ppetraffet, gladio fibi pectus trāfuerberauit. Aiax Te
es lamonis fuit filius ex Hefione Laomedontis filia fuit & alius Aiax Oilei filius in currendo perniciffimus , ut fcribit Homer. in Iliade. ❡ Calcemus Cæfaris hoftē: pedibus, inquiunt , Seianū hoftē Cæfa ris ꝓteramus. Et uideant nos ferui ne nos accufent, qḋ eū ut ami ci nō calcauerimus. Illudq; refpexit poeta, ꝙ nulli delatoꝝ (aucto re Trangl.) fides eft apud Tiberiū abrogata . ❡ Ceruice abftricta:
orto obtorto collo. q.n. ut in iudiciū, aut ad aliquod fuppliciū ducebā tur, aut obtorto collo, aut iniecto laqueo trahebātur. Plaut. in Pe nulo: Sed qd ego dubito fugere hinc in malā crucē, priufq̄ obtor to collo. Ad prætorē trahor. Idē ī Curculione loquēs de trapezita q in ius trahebatur: Collū obftringe, abduce iftū in malā crucem Cicero. in oratione ꝓ Aulo Cluētio: Nec qcq̄ propius eft factum. q̄ ut illum pfequeretur, & collo obtorto ad fubfcellia reduceretur, ut reliq̄ poffet perorare. Diuus Hierony. in epiftola ad matrem, & filiā in Gallia cōmorātes fic fcribit: Obtorto collo me in ius trahis: ut aut probē quod nolo: aut multorū inuidiā fubeam. Tranquil. in Vitellio. Religatis poft terga manibus iniecto ceruicibus laqueo, uefte difciffa, feminudus in forū tractus eft. Apulei⁹ lib. viii. Meta. Collo cōftrictū reducūt eū paftores molefti. Idē in nono : Colloq; cōftricto & facrilegos, impurofq; cōpellentes interdū pugnis ob uerberāt. ❡ Hi fermones: fubaudi erant, q fequūtur. ❡ Vis ne faluta ri: uis ne effe ea potētia, & auctoritate, q̄ Seianus extitit apud prin
cu cipē. ❡ Habere tātundē. f. diuitiarū poffidere. ❡ Sellas donare curu les. i. creare tuo arbitrio magiftratus. nā fella curulis magiftratuū erat, & triūphantiū. Aliq, dictā putant, quod in curru ponebatur. quo in curiā foliti erāt uehi honoris gratia: q magiftratuum geffif
or fent. auctor Gel. lib. iii. cap. xviii. ❡ Tutor principis: tutor is dicit ut dictū eft ante) q poteftatē habet in capite libero ad eū tuendum: qui pp ætatem fuā fpōte fe defendere negt, q̄fi tuitor & defenfor, ficut editimi, q ædes tuentur. Seianus aūt principe Capreis cōmo rante, oia gubernabat, tanq̄ tutor principis & defenfor. ❡ Caprearū in rupe fedentes : Capreæ infula eft in littore Cāpaniæ, peculiaris Tiberij Cæfaris fecefſus. ꝑ i q; uocalem non ꝑ e penultima fylla ba legitur: ut argumento fūt codices græci ita fcripti. ❡ Chaldæo:
fyl hoc dicit pp Thrafyllū mathematicum Chaldæū: quē de futuris maxime cōfulebat. Chaldæi aūt (Diodoro auctore) Babyloniorū
dæi antiquiffimi fuerūt: qui eum locum in fua repub. quē in Aegypto facerdotes obtinuere. Ad cultū enim Deorū deftinati, ꝑ oēm uitā philofophabātur, peritiffimi aftrologiæ habiti , multi diuinatione quadam futura prædicebant, ac tum augurijs, tum facris , tū alijs quibufdam incāntationibus , & mala auertere ab hominibus, & bona afferre, auguria infuper , fomniaq; & prodigia interpretari confueuere. de his etiam ante: diximus in fefta Satyra illic : Chal dæis, fed maior erit fiducia. ❡ Vis certe pila: non interrogantis eft: fed affirmantis . Scio inquit te uelle imperia militaria: ut .f. præfis cohortis prætorianis, quibus Seianus præfuit. ❡ Pila tela funt Ro
æ manorū. Lucanus: Et pila minantia pilis. Sicut fariffæ Macedonū, & gefta Gallorū. ❡ Egregios equites : intelligit autem eqtes domefti
os cos: quos Romani ftratiotas appellarūt. & fic docet q̄ fint caftra do
s meftica: ut ftet & particula pro .i. caftra enim domeftica erant ipfi equites, qui ad imperatoris cuftodiam excubabāt: ēt prætoriani di cebantur. Eques autem duplici modo accipitur , ut eques ille ap pelletur, q mercede aliena cōductus equo meret. Et qui cenfu fuo equeftrē obtinet dignitatē. is a Mar. dicitur eques nō alienus. Quis largitur opes ueteri fidoq; fodali: Aut quem profequitur nō alie nus eques. Idē in Difstichis : Felix cui comes eft nō alienus eques: hac eft q aliena mercede nō facit ftipendium: fed diuitijs proprijs eft eques. item equitem pro equo pofuit Ennius: Deniq; ui magna q̄drupes, eques, atq; elephanti Proiiciuntur fefe quem locum fecu tus Virg. fic fcripfit: Frena Peletroni Lapithæ, gyrofq; dedere Im pofiti dorfo: atq; equitē docuere fub armis Infultare folo, & gref

fus glomerare fuperbos. ❡ Cohortes: cohors ps decima eft legiōis. Cohors
Nam ī legione decē erāt cohortes, cōftabatq; peditibus & eqtibus, fed maiore femp peditū numero. ❡ Quid ni hæc cupias : non eft, ingt, mirū fi tales honores cupias. nā & qui nolūt occidere quēq;, uelint tū poffe occidere, ac proinde effe potētes & principes. ❡ Sed quæ præclara: fententia eft catholica, quæ tamē Seiano accōmo datur, q̄ id cōtinet: quod his uerbis fcribit Apuleius : Nihil quicq̄ hoī tam pfperū diuinitus datū, qn & tū admixtū fit aliqd difficulta tis: ut ēt in ampliffima quaq; letitia, fubfit quæpiā uel parua queri monia cōiugatiōe quadā mellis & fellis. Sed & Pli. li. vii. fic: Quid bona malis patri non funt etiam pari numero, nec lætitia ullo mi nimo dolore penfanda. Plaut. in Amphitryone: Ita Dijs placitum, uoluptati ut mœror comes cōfequatur, qn incōmodi plus, maliq; ilico adfit, boni fi obtigit quid. Vnde & Salomon in puerbijs : Ri fus dolore mifcebit, & extrema gaudij luctus occupat. Oui. lib. vi. Meta. Vfq; adeo nulla eft fyncera uoluptas. Solicitūq; aliquid læ tis interuenit. ❡ Prætextā: prætexta triumphātiū fuit & magiftratuū: Prętexta
ut ex Macrobij lectione fupius docuimus. Prætextā etiam folitos geftare fenatores conftat. Vnde Afconius ait: Prætextā nobiliorū effe, togam uero uiliorū, dicta prætexta ꝙ purpura prætexeretur. Vnde Plin. lib. ix. de purpura loquēs fic ingt: Hinc fafces, fecurefq; Romanæ uiam faciūt. Idēq; pro maieftate in pueritia, diftinguitq; ab eqte curiā. Prætextam ergo hoc loco accipere poffumus uefte fenatoriam, quā eo die induerat, quo uenit in fenatū cum occifus fuit. ❡ Sumere mauis: hæc interrogatio eo tendit, ut oftēdat lōge tu tius effe in mediocri, humiliq; fortuna uerfari, q̄ in fumma opulen tia. ❡ An Fidenarū. Gabiorū: oppida (ut diximus ante) Latij deferta de qbus Hora. fic: Gabijs defertior, atq; Fidenis uicus . ❡ Poteftas: Poteftas
nomen eft officij. nam (ut paulo fuperius diximus ex Vulpiani te ftimonio) poteftas appellabatur merum imperium: qūqs potefta tē gladij haberat ad aiaduertendū in ciues delinquentes. Tranql. in Claudio: Atq; etiam per prouincias poteftatibus demādauit: er go poteftas Gabiorū. i. effe magiftratus & habere imperiū Gabijs ad animaduertendum in ciues facinorofos. ❡ Vafa minora: Fran gere: ideft effe ædilis, q ponderibus & menfuris præerat. Perfi. Sefe liquid credens italo quod honore fupinus Fregerit heminas Ar reti ædilis iniquas. Erant aūt ædiles minimi magiftratus adolefcen Aediles
tefq; prima cōmendatione creabantur. Cic. legum fecundo : Sun toq; ædiles curatores urbis, annonæ ludorumq; folēnium, olliſq; ad honoris amplioris gradū prim⁹ acceffus efto. ❡ Vlubris: oppidū Latij defertū. unā ait uacuis: hoc eft parū habitatis. Nam oppida etiam præter urbē ipfam (ut oftēdimus. in. iiii. Satyra.) ædiles ha bebāt ab Vlubris fit poffeffiuū Vlubranus & Vlubrēfis. ❡ Panno Pānofus
fus: ueftibus craffioribus. nā pannos & pannucij dicuntur, qui ue Pannucius
ftibus incedūt craffioribus: hoc aūt dicit contra prætextam , quæ purpura erat & pretiofa. ❡ Ergo quid optandum: peroratio eft, qua oftendit Seianū ignorauiffe uerum bonum: cum illud in dignita tibus & honoribus reponeret: cū Seianus, ingt, tanta mala propter nimios honores fit paffus. Ergo ignorauit, quid uerū bonū effet, & proinde quid optandū. ❡ Numerofa parabat: Seianus, inquit , qui fummos fibi honores quærebat, procerā turrem ftruebat, unde ca deret. Nam quanto qs altiore loco cadit: tāto grauiorē ruinam fen tit: hocq; totū metaphoricos. Claudia. in Ruffinū: Tolluntur in al tū Vt lapfu maiore ruant. Hora. Et celfæ grauiore cafu Decidunt turres. ❡ Præceps immane: pofuit præceps fubftantiuū: q̄fi ꝑ præ Præceps
cipitio. fic & Papi. in Suterijs Rutilij Gallici: Et fubiti pces iuuenile pericli. ❡ Quid Craffos: patrem & filium , quos a Parthis cæfos oftendunt hiftorici. Nam cum populus Rom. a Parthis graue bellū motum ad orientē accepiffet, aduerfus eos mifit L. Craffum cum infinitis regum auxilijs. nam Bithyniæ rex Nicomedes Romanos iuuit, & Mithridates Ponticus cum quo bellū poftea grauiffimum fuit, & Ariarates Cappadox , & Ptolemæus Paphlagon , uictus tū eft Craffus, & ab hoftibus captus, caput ei recifum cum manu de xtra Ariftonico regi oblatū ludibrio fuit. & quia parthico auro in hians talem fufceperat expeditionē, aurū liquidum in os eius infu fum fuit, ut cuius aius arferat auri cupiditate, eius etiam mortuum & exangue corpus ureretur. eius filius a Parthis cum eos infeque retur, cum exercitus parte infidijs interceptus obtruncatur, eius ca put abfciffum & lancea præfixum Parthi ante Craffi caftra oftenta bant. ❡ Quid Pompeios: Magnum Pompeium cum duobus filijs: quorum Magnus dum primū fibi in repu. locū quærit: a Cæfare in cāpis Philippis profligatus, a Ptolemæo rege Ægypti interficitur. Filij uero Cn. & Sextus cum ingens bellum in Hifpania pararent:

demum apud Mundam ciuitatem a Cæſare ſunt ſuperati. Cneum eo prælio profugium crure ſaucio deſerta, & auia petentem Cenonius apud Lauronem oppidum conſecutus pugnantem, nec dum deſperantem interficit. Sextum fortuna in Celtiberia interim abſcondit, aliiſq; poſt Cæſarem bellis reſeruauit. is enim cōtractis infelicis belli reliquiis in Sicilia ingens commouit bellū, confugientibus ad eū, q ſuperfuerant ex partibus Bruti & Caſſii. uerum prælio nauali ab Agrippa & Auguſto ſuperatus, amiſſa claſſe. ccc. & quingenta nauium cum ſex nauibus in Aſiam profugit: ubi a Titio, quem olim captum ſeruauerat Mileti, interficitur. lege Apianū. ⁋ Et illum: ſcilicet Iulium Cæſarem, qui poſtea in ſenatu tribus & uiginti uulneribus confoſſus fuit, Bruto & Caſſio coniurationis ꝑncipibus, ꝑmoq; eius pcuſſore Caſca, q eū iuxta collum enſe percuſſit. ⁋ Ad ſua flagra: ad ſuum imperium, ut ſibi parerent. ⁋ Nulla non arte petitus. i. omni arte quæſitus. ⁋ Numinibus malignis: nō propitiis, non amicis. ⁋ Ad generum Cereris: non eſt, inqt, mirum hos omnes tam crudeliter cæſos, pauci. n. ſunt tyranni, qui ferro non pereat. Tiranni autem (auctore Probo) dicuntur & habentur, qui poteſtate ſunt perpetua in ea ciuitate, q̃ libertate uſa eſt. ⁋ Ad generum Cereris. ideſt Plutonē, qui rapiendo Proſerpinam tactus eſt Cereris gener. nota eſt fabula. ⁋ Eloquium: confutat & uotum eorum, qui ſibi optant eloquentiam: oſtendens & illic uitæ periculum imminere. Id autem exemplo Cicer. & Demoſthenis probat, quorū uterq; periit ob eloquentiam. ⁋ Demoſthenis & Ciceronis: bene autem hos nominauit: alter uero apud Latinos eloquentiæ principatum obtinuit. Ciceronem appellat Plinius libro decimoſeptimo, lucem doctrinarum alteram. Quintilia. libro primo utrunq; tāquam optimum oratorem miris laudibus celebrat.

Quinq̃tria ⁋ Et totis quinquatribus: pueri, inquit, qui adhuc primis inſiſtunt rudimenta gloriæ cupidi cum uenere quinquatria multis optant ſibi uotis eloquentiam: idq; maxime faciunt, q; putant ſeiis diebus magis exaudiri. Nam Minerua īgeniis puerorum pariter & puellarum fauet. Oui. in. iii. Faſt. Pallada tunc pueri, tenereq; ornate puellæ: Qui bene placarit Pallada doctus erit. Quinquatria autem dicta ſunt a numero quinario, de quibus ſic Ouid. eodem lib. Vna dies media eſt, & fiunt ſacra Mineruæ: Nomina quæ iunctis qnq; diebus habēt. Sanguine prima uacat: nec fas cōcurrere ferro: Cauſa, q; eſt illa nata Mineruā die. Altera treſq; ſuper ſtrata celebratꝰ arena: Enſibus exptis bellica lęta Dea eſt. Ego hūc locū ita accipiēdum eſſe cenſeo, aperto ita ut eſt ſenſu, nō ut alii alioquin litterati qui de Mineruale neſcio quid intelligunt. Eſt enim ordo. Quiſquis colit Mineruam partam uno aſſe, incipit optare totis quinquatribus eloquentiā: ideſt quoties ueniunt quinquatria: qui dies ad ferias Mineruæ pertinent: pueri ita gloria incenduntur: ut optent eſſe eloquentia & fama Demoſtheni, & Ciceroni pares. ⁋ Colit Mineruam: ideſt qui in his ſtudiis adhuc puer uerſatur: ita dictum, quemadmodum ille colit muſas: ideſt carmine ſe exercet. ⁋ Adhuc colit: qui adhuc primis rudimentis inhæret. ⁋ Partam: ideſt quæ rudimenta ſibi acquiſiuit. ⁋ Vno aſſe: exigua mercede: hocq; ex affectu poetæ ſubſannantis auaritiam ſuo temporum: quibus exigua præceptoribus præmia exhibebantur: quemadmodum & temporibus noſtris re in deterius ſemper labente. ⁋ Quem ſequitur cuſtos capſæ: puerum ingenuum ad pręceptorem euntem non ſolum

Capſari. proſequebatur pædagogus: ſed & capſarius, quem Vulpianus titulo de manumiſſis uindicta ſcribit, eum eſſe qui pueri portet libros. Sueto. tradit Neronem damnatorum liberos quoſdam cum pædagogis, & capſariis uno prandio pariter iuſſiſſe necari. capſariū etiam appellat Vulpianus titulo de officiis præfecti uigilum, qui mercede ſeruanda in balneis ueſtimenta ſuſcipit.

ASCen. ⁋ QVA tiberius occiſus eſſet. ipſum Seianum Auguſtum: ideſt ſummū imperatorem & patrē patriæ rempub. augentē. Populus Rom. ſup. effugit iāpridē. i. a pluſculo tpe. curas. i. ſolicitudines eligēdi magiſtratus (hoc iterū ſatyrico morſu dicit irridens ignauiā Romanorū) ex quo ſup. tpe. i. poſtq̃ nulli uēdimus ſuffragia. i. pūcta aut uoces noſtras. Nā Pop. Ro. i. q dabat olim ipiū: faſces: legiones: & oīa ſup. alia. cōtinet nūc ſe. i. cōtētus mō uiuit: & optat anxius tm̄ duas res. ſ. pānū: q uictoribus ꝑ p̄mio ꝓpoſitus eſt. & Circēſes. ſ. ludos: hoc ē ppłus ſe nō amplius ītromittit de gubernatione reipub. & ideo princeps. i. impator ꝑ libito: quē uult, īterficit. unū ſeqtur. Ego audio multos perituros ſup. eſſe. reſpōdet alter nil dubiū ſup. Eſt: qa fornacula. i. ira impatoris: q̃ſi q̄dā parua fornax feruēs eſt magna. uel fornacula quā impator ad noxios, aut quos uolet puniēdos cōſtituit, eſt magna. Brutidius meus ſup. amicus fuit mi. i. mihi. obuius exn̄s pallidulus ꝑ timore. ad. i. iuxta. arā Martis ultoris. ſ. quā. i. q̃tū timeo. q. d. multū: ne ipſe uictus in iudicio exigat pœnas a ſe. ſ. ſeipſum īterimēdo. ut. i. quēadmodū ſup. fecit. Aiax male defēſus ī certamine cōtra Vlyſsē ꝓ armis Achillis. Innuit aūt q; Brutidius tractus erat ad iudiciū tanq̃ fautor & amicus Seiani: unde dicit poeta noīe alicuius e populo tūc uiuētis. Curramus pręcipites. i. uelociter: & calcemus hoſtē Cęſaris. ſ. Seianū. dū. i. q̃diu. iacet in ripa. i. ſub ſcalis Gemoniis ī ſepultus: ſicut iacuit Pōpeius hoſtis Iulii Cęſaris in littore. Sed ſerui. ſ. noſtri uideāt. i. circūſpiciāt, & attēdant. neq; eoꝝ neget. i. recuſet calcare Seianū. & trahat (ꝓpterea q; ex ſeruis capiatꝰ ſuſpitio de dn̄o) dn̄m pauidū in ius: & hoc ceruice eius aſtricta ad cathenā, aut funē. uel ſic: Si petatꝰ ab impatore ad ſuppliciū dn̄s aliquoꝝ ſeruoꝝ: uideāt ipſi ſerui: ne quis eoꝝ neget dn̄m: ſicut olim fideles ſerui dn̄os ſuos occultauerūt: ſed ut trahat dn̄m pauidū in ius. pōt ēt intelligi de ſeruis Seiani. Sed uideāt ſerui Seiani: ne qs eoꝝ neget dn̄m ad ſuppliciū trahere: ſed trahat &c. Hi. i. hmōi ſermones: & hęc ſecreta murmura uulgi erant ſup. tūc de Seiano. Vis ne ſalutari ſicut Seianꝰ: q collega & ſumus amicus Tiberii ſalutatus eſt. uis ne habere tātūdē, q̃tū Seianꝰ: atq; donari ut illi ſellis curulibꝰ ꝑponi ut illū exercitibꝰ. & uis ne haberi tutor. i. ꝓtector ꝑncipis. i. Tiberii. ſedētis. i. otia ducētis in anguſta rupe Capreaꝝ. cū gregi. i. collegio. Chaldeoꝝ. i. mathematicoꝝ & aſtrologoꝝ. uis pila certę. i. ſpālis cuiuſdā cohortis. uis egregios equites. & caſtra domeſtica. i. p̄torianas cohortes, qbus ut Seianus, p̄ficiaris. Quid ni. i. cur nō. cupias hęc. & . i. ēt. ii ſup. q nolūt occidere q̄nq̃: uolūt tn̄ poſſe. i. hēre potētiā. Sed (licet oēs uelint potētiā & diuitias) ſūt ſup. tm̄. i. intātū. pręclara & ꝓſpera. i. quę res ſunt intantū pręclarę & proſperę: ut mēſura maloꝝ, quę ſequuntur. ſit par. i. non maior: ſed ęq̄lis rebus lętis. q. d. nulla. An ſup. mauis. i. magis uis ſumere prętextā. i. imperatoria ornamenta huius. ſ. Seiani: qui trahitur unco. ſ. ad ſuppliciū. an uis eſſe poteſtas. i. gubernator Fidenaꝝ & Gabiorum. i. paruorum illorū oppidorū. & tu effectus ędilis. i. ędiū, & edēdorū prouiſor & cenſor. pannoſus. i. pauper & male ueſtitus. Vlubris. i. in illo uico, & pago Latii (Galli uillagio dicerent) uacuis. i. deſertis: & non populoſis dicere ſup. ius de menſura an ęqua an iniqua ſit. & frangere uaſa minora q̃ iuſtū ſit. q. d. potius deberes eligere minimum magiſtratum, ubi ſecure uiuas: q̃ ſummum Romę, ubi, ut Seianus periculo ſubiiciaris. unde infert, Ergo cum ita ſit q; minimus magiſtratus in oppidulis, aut pagis ſit potius eligendus, q̃ ſummus Romæ. tu fateris Seianum ignoraſſe quid foret optandum. nam. i. utpote qui. uel nam ſup. is erat: qui optabat nimios honores: & qui poſcebat nimias opes: & parabat numeroſa. i. multiplicia. tabulata. i. ſola in domibus ex tabulis confecta: quę ſolaria quidam appellant. ceſſę turris. i. in domo eleuata: quaſi ſit celſa turris. unde. i. de quibus tabulatis. caſus. i. ruina eſſet altior. & pręceps. i. pręcipitium. ruinę impulſę. ſ. uiolenter illatę. eſſet īmane. i. terribile: ut res īmanis prę magnitudine timenda: ſicut immania cete Virg. in. v. Aenei. dixit. uel minime bona; nam manum etiam bonum dixerunt. Quid euertit Craſſos & Pompeios potentiſſimos Romę. & quid euertit illum. ſ. Iuliū Cęſarem dictatorē perpetuum. qui deduxit. i. impulit per tyrānidē. Quirites. i. Romanos. domitos. i. ſubactos: & quaſi in ſeruitutē redactos. ad ſua flagra. i. magna flagella, quibus quos uoluit, cędebat. Rn̄det poeta. Nēpe. i. certe. ſummus locus nulla non. i. q̄libet. arte. i. aſtutia petitus. & magna uota exaudita numinibus. i. a numinibus. malignis. i. maleuolentibus. pauci reges deſcēdunt ad geneꝝ Cereris. i. ad Plutone Deum inferoꝝ: qui Proſerpinam filiam Cereris a ſe raptam ut coniugem tenet: hoc eſt pauci reges moriuntur ſine cęde. i. occiſione, & uulnere. & pauci tyranni deſcendunt ad generum Cereris. morte ſicca. i. ſine effuſione ſanguinis. Eloquium ac famā. Hinc oſtendit eloquium non eſſe uerum bonum, q̄nquidem multis nocuerit. Ordo eſt: Quiſquis. i. quicūq;. colit adhuc Mineruam. i. Deam ſapientię, & eloquentię: hoc eſt ipſam ſapientiam. & eloquentiam partam. i. parabilem & acquiſibilem. uno aſſe. i. minimo pretio. i. qſquis adhuc ſub rhetore prima elemēta eloquētię diſcit (tales enim cum plures ſint minoris docentur, q̃ doctiores) & quē uernula. i. paruus ſeruus cuſtos anguſtę capſę: in qua pauci libri cōtinētur, ſequitur. qſquis inquam talis eſt incipit optare, & optat totis Quinquatribus. i. feſtis qnq; dieꝝ ad honorē Mineruę a Domitiano celebrari ſolitis. in qbus cū uideret & poetas, quoꝝ carmina illic erāt, honorari ſi boni eſſent: incipit optare eloqum ac famā Demoſthenis. i. q̄lē habuit Demoſthenes orator ſūmus apud Gręcos. & Ciceronis. i. q̄lē habuit Cicero ꝑnceps eloq̄ntię apdꝰ latinos.

⁋ ELOQVIO

Eloquio ſed uterqꝫ perit orator, utrunqꝫ
Largus, & exundans leto dedit ingenii fons.
Ingenio manus eſt, & ceruix cæſa, nec vnquam
Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.
O fortunatam natam me conſule Romam.
Antoni gladios potuit contemnere, ſi ſic
Omnia dixiſſet, ridenda poemata malo,
Quam te conſpicuæ diuina Philippica famæ,
Volueris a prima quæ proxima. ſæuus & illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem frena theatri.
Diis ille aduerſis genitus, fatoqꝫ ſiniſtro
Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus
A carbone, & forcipibus, gladioſqꝫ parante
Incude & luteo Vulcano ad rhetora miſit.
Bellorum exuuiæ, truncis affixa trophæis

¶ELOQVIO ſed uterqꝫ ꝑit: ſed ꝑ eloquentiā ſuam uterqꝫ ad necem cōpulſus eſt. Cice. n. ꝑſequente eum M. Antonio, interfectus eſt a Popilio Lenate, quem parricidii olim accuſatum defenderat, caputqꝫ cū manu dextera relatū eſt Antonio, quę cū diu ſumma aſpexiſſet lętitia, exultans ubi oculi ſatiati ſunt illo ſpectaculo, iuſſit in roſtris ꝑ contumeliā deponi: quaſi uero illū iā mortuū cōtumelia afficeret, ac non potius ſeipſum ac fortunā ſuā indignā oſtenderet, quę ad tātam potentiam nefarium hoīem prouexiſſet. ¶Ingenio. i. ipſi Ciceroni: q magni erat ingenii. ¶Nec unq̃ Sanguine cauſidici: oſtēdit poeta grauius magno, q̃ mediocri periculū imminere oratori, neqꝫ enim, inq̄t, roſtra, in q̄bus cōcionantes cōſidunt, reſꝑſa ſunt ſanguine mediocris cauſidici. ¶Roſtra maduerunt: hoc aūt dicit, & q̄a Cice. ſępe ꝓ roſtris cōcionatus eſt, & q̄a Antonius manum & caput Ciceronis iuſſit in roſtris infigi: q̄ſi illū iā mortuū cōtumelia afficeret. Roſtra aūt ędificiū, ſiue tēplū erat ante curiam Hoſtiliā in foro adornatū antea roſtris nauium Antiatiū unde et nomē ſortitū auctor eſt Liui. lib. viii. ab urbe condita. & Pli. lib. xxxiii. cap. v. Roſtra qui erant concionaturi conſcendebant. Cęſar quęſtor Iuliā amitā, uxoréqꝫ Corneliā defunctas oratione laudauit e more ꝓ roſtris. auctor Plutar. ¶O fortunatā: Cice. Catilinę cōiuratione oppreſſa hoc carmen in ſuā laudē cecinit: quod carmen ꝙ ineptū eſſet deriſum eſt. ¶Ridenda poemata: hinc oſtendit illud uehemens Antonii odiū in Ciceronem emerſiſſe: quod in eum Philippicas ſcripſiſſet: in quibus miris Antonius afficitur cōtumeliis. Licet illinc odii initiū traxiſſe uideatur: quod cum poſt mortem patris Iulia mater Antonii nupta eſſet P. Lētulo: quē cū Lucio Catilina cōſpirātē Cicero conſul ſupplicio affecit, diceret corpus uitrici ſui nō prius ad ſepulturam datū, q̃ id mater ſupplex īpetraſſet a Ciceronis uxore. In q̃ q̄dē re (ut ſcribit Plutar.) mentit̄: qđ nullus ex his, q tūc ſupplicio fuerūt affecti, ſepultura ꝓhibitus eſt. ¶Quā te conſpicuę diuina Philippica famæ, Volueris a prima q̃ ꝓxima: mallē, inq̄t, Cicer. talia carmina ridicula ſcripſiſſe, q̃ ſecūdā Philippicā. nā etſi oībus orationibus ſuis grauiter Antoniū accuſat: ſecūda tñ illū acerrime inſectat̄. Philippicas aūt orationes ſuas in Antoniū appellauit ut ipſe ad Atticū ſcribit. ꝙ libertate dicēdi & eloquētia maxime imitatus ſit Demoſthenem, q in Philippū multas ſcribēs actiones, eas Philippicas appellauit. ¶Seuus exitus eripuit illū. ſ. Demoſthenē. nā Demoſthenes, cū nūciatū eēt Antipatrū & Crateꝝ Macedones aduētare, ex urbe ꝓfugit in Calabriā ad tēplū Neptuni: quo cognito Antipater Archiam Tyriū illuc cū ſatellitibus miſit: q tēplū īgreſſus ſuadere cœpit Demoſtheni: ut una ſecū ad Antipatꝝ ꝑgeret: nihil oīno moleſtū ab illo ꝑpeſſurus. Cui rñdēs dixit, parūꝑ expecta, dū nonnulla domeſticis ſcribo. Hęc fatus in interiorē tēpli ꝑtē cōceſſit captoqꝫ libro q̄ſi ſcribere uellet: calamū ori admouit: ex quo incluſū uenenū ſumpſit. Pli. lib. xxxiii. docet Demoſthenē ueneno ſūpto ex annulo interiſſe his uerbis: Alii ſub gēmis uenena cludūt, ſicut Demoſthenes ſummus oratoꝝ Gręcię, annuloſqꝫ mortis gr̄a hn̄t. Eratoſthenes autē ait in circulo quodā cōcauo, quē circa brachiū ferebat, uenenū ſeruaſſe. Fuit itē alius Demoſthenes Atheniēſis miſſus cū Nicia aduerſus Syracuſanos. de quo meminerūt Plutar. in Nicia, Thucydides lib. vii. hiſtoriaꝝ, & Iuſtin. lib. iiii. quē tradūt alii gladio & uolūtaria morte ſe uīdicaſſe, alii īterfectū iuito Gylippo duce Lacedęmonioꝝ. ¶Diis aduerſis genitus: quia multis agitatus eſt aduerſitatibus. ¶Quē pr̄ ardētis maſſę: nō iā ad rhethora a pr̄e ē miſſus. nā annorū ſeptē tm̄ fuit, cum patrē amiſit, ſed ad Iſeū ſe cōtulit: q̄q̄ tūc tꝑis floreret Iſocrates. pr̄ aut Demoſthenis fuit (ut Theopōpus, & Plutar. tradūt) in p̄mis honeſtus, ac ꝓbus uir Macheropius ab officina gladioꝝ eſt cognominatus: quā Athenis egregiā, multiſqꝫ artificibus ſeruis inſtructā hēbat, matre barbara muliere natū ſcribit Aeſchines. De eo ſic Sidonius Apollinaris: Fabro ꝓgenit⁹ ſpreto cui pr̄e polita Eloquiis plus lingua fuit. De eo ſic & Valeri. Quā matrē Eurypides, aut quē patrē Demoſthenes habuerit: ipſorū quoqꝫ ſęculo igno tū fuit. Alteri⁹ aūt matrē olera, alterius pr̄em cultellos uendicaſſe pene oīum doctorū lr̄ę loquuntur. ¶Lippus: is appellat̄, cui oculi iugiter ſtillāt. Vñ lippitudo morbus, quo oculi īfeſtant̄. Hora. Oculis collyria lippis. ¶Et luto Vulcano: luto Vulcano ꝓ luteo legēdū eſt ꝑ ſynereſin: ut docuimus in. vi. Sat. illic: Et terrā luto ferit īteſtino. nā p̄ma lōga eſt, Perſ. Surgit tibi lutea pellis. Oui. Lutea mane uidet pulſis Aurora tenebris. Vir. Mollia luteola pingit uaccinia caltha. & alibi: Et croceo mutauit uellera luto: pro luteo croco. ut ſit hypallage. Nā dictio q̃ duas extremas hēt longas, & mediā breuē, ſtare nō p̄t ī uerſu hexametro. hac aūt rōne dicimus īduꝑator ꝓ imꝑator: q̄a media ſit breuis & extreme longæ. Quando autem eſt a luto deriuatum primam habet breuem. Hora. in ſermonibus. Defingit Rheni luteum caput. ¶Belloꝝ exuuię: Oſtēdit & uotū eoꝝ dānādū eſſe, q ad res bellicas optauerūt deſcēdere: tāq̄ reportauri (q̄d fere ab oībus expeti ſolet) famā & gloriā. docēs & id multis pariter imꝑatoribus, & patrię fuiſſe exitioſum. ut patebit Alexādri & Hānibalis exēplo. Ordo aūt hic eſt Lorica affixa trūcis tropæis: & buccula pendēs de caſſide fracta: & iugū curtū de temone: & reliq̄ expoſitiue exuuiæ bellorū: credunt̄ eē bona maiora bonis humanis. ¶Tropęis: tropęum dictio eſt gręca. trope. n. græce ſine aſpiratione conuerſionem latine ſignificat. erat aūt monimētū hoſtiū deuictorū: a Gręcis conſuetudo manauit: qui ubi hoſtes in fugā conuertiſſent: arborē truncatis ramis erigebant: q̄bus hoſtiū ſuſpēdebāt exuuias. Vnde Nonius: Spolia, inquit, hoſtiū ſtipitibus affixa tropęa uocātur. Trāq̄l. in Caligula: Truncatiſqꝫ arboribus, & in modū tropęorū adornatis. eam conſuetudinē & Romani uſurparūt: unde Marii tropęa a Scylla diſiecta ſunt: quę a Cęſare (ut Tranq̄llus, & Plutarchus ſcribunt) fuerūt repoſita. Scribit Seruius tropęa in locis eminentioribus collocati ſolita. & ideo Romę ī arcubus incidebātur ad id ex ędificatis. Sed ea poſtea nō ſolū in marmore, ſed & in ęs incidi cœpere. unde Plutar. cōquerit̄ imprudēter ſimul & aſpere nimis egiſſe primos ex Gręcis, qui tropęa, aut marmore inciſa, aut ære ſculpta facientes, odiū ſimul & bellū a cōſeruata uicti ignominia ꝑpetuum reddidiſſent. De tropęis mētionē ſępiſſimę fieri apud Thucididem inuenies. Illud deniqꝫ tenebris tropęū fuiſſe aut ſaxū, aut arborem deciſis ramis, aut colūnam erectā aut arcus cū inſcriptione hmōi: Atheniēſes hic uicerūt Lacedęmonios. ¶Truncis: q̄a (ut diximus) ramis truncatis ſpolia arbori ſuſpēdebātur. unde eſt illud Virgilianū: Vota Deū ꝓ uictore ſoluebat eoo: Ingētē quercū deciſis undiqꝫ ramis Cōſtituit tumulo, fulgētiaqꝫ induit arma, Mezētii ducis exuuias tibi magne tropęū Bellipotēs aptat rorantes ſanguine criſtas: Telaqꝫ trunca uiri, & bis ſex thoraca petitum, Perfoſſumqꝫ locis. ¶Sed uterqꝫ orator tā Demoſthenes, q̃ Cicero ꝑit. i. periit. elogo. i. ꝑpter eloqum. & lętus exundās. i. ſuꝑabundās fons ingenii dedit utrūqꝫ leto. i. morti. manus Ciceronis, & ceruix eſt cęſa ingenio. i. ꝑpter ingeniū. & roſtra. i. loca in foro iudiciali unde publica mādata edicūtur: munita roſtris nauiū. ꝑ q̄bus. i. ante quę Cicero orare ſolebat. maduerunt raro ſanguine puſilli. i. modici & parū docti cauſidici. Si Cicero dixiſſet oīa ſic. i. ſicut dixit: O fortunatā natam me cōſulæ Romā: q uerſus ꝑpter coincidētes ſyllabas uitioſus eſt. potuit. i. potuiſſet cōtēnere gladios Antoni. i. M. Antonii triumuiri. Ego malo, inq̄t poeta, poemata ridēda. i. inepta q̄lia Cice. cōpoſuit: nō. n. habuit uenā ad carmen: niſi ubi aliorū inuēta trāſtulit: q̃ te o Philippica: ſcilicet oratio. ad imitationem euim Demoſthenis Philippicas inſcripſit orationes pulcherrimas contra Antonium factas: cum potius Antonianas appellare debuiſſet: in q̄ꝝ ſecūda p̄cipue Antoniū carpit. uñ dicit: Ego malo ridēda poemata, q̃ te o Philippica ſup. orō diuina. i. diuino artificio cōfecta, q̃ uolueris. i. dū uolueris: aut dū libri aut chartę uoluūtur. hēris ꝓxima a p̄ma. i. ſecunda: hoc eſt mallem ſemper ridenda poemata feciſſet: q̃ ſecun

Luto pro luteo

Tropæū

ASCen.

Lorica,& fracta de casside buccula pendens,
Et curtum temone iugum,uictæq; triremis
Aplustre,& summo tristis captiuus in arcu,
Humanis maiora bonis creduntur,ad hæc se
Romanus,graiusq;,ac barbarus induperator
Erexit,causas discriminis,atq; laboris
Inde habuit. tanto maior famæ sitis est,q̃
Virtutis. quis enim uirtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas?patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum,& ludis,tituliq; cupido
Hæsuri saxis cinerum custodibus,ad quæ
Discutienda ualent sterilis mala robora ficus,
Quandoquidē data sunt ipsis quoq; fata sepulchris.
Expende Hannibalem,quot libras in duce summo
Inuenies?hic est,quem non capit Africa Mauro
Perfusa Oceano, Niloq; admota repenti.
Rursus ad Aethiopum populos,aliosq; Elephantos,
Additur imperiis Hispania,Pyrenæum
Transilit,opposuit natura alpemq;, niuemq;,
Diduxit scopulos,& montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam,tamen ultra pergere tendit
Actum inquit,nihil est,nisi Pœno milite portas
Frangimus,& media uexillum pono Suburra.
O qualis facies,& quali digna tabella,
Cum getula ducem portaret bellua luscum
Exitus ergo quis est?o gloria,uincitur idem
Nempe,& in exilium præceps abit,atq; ibi magnus,
Mirandusq; cliens sedet ad prætoria regis,
Donec Bithyno libeat uigilare tyranno,
Finem animæ,quæ res humanas miscuit olim
Non gladii,non saxa dabunt,non tela,sed ille
Cannarum uindex,ac tanti sanguinis ultor

dã Philippicã:quam artificiosissime quidẽ composuit:sed p eã summã inuidiã incurrit. Sęuus exitus.i.crudelis mors.eripuit &.i.ẽt.illum.s. Demosthenem:quem Athenæ mirabantur. torrentem.i.in morem torrentis fluentem eloquio. & moderantem frena pleni theatri.i.gubernantem totum theatrum:ille.s. Demosthenes filius fabri ferrarii,& potissimum macheropi .i.factoris gladiorum. genit⁹ sup.fuit Diis aduersis. & fato sinistro.i.infausto.quem pater lippus.i.lippos:hoc est fluentes oculos habens. fuligine.i. ꝓpter fuliginem massę.s.ferreę.ardentis:hoc est candentis.misit a carbone & forcipibus.i.tenellis.foruum.i.calidum capientibus . & incude.i.ferro duriore super qḋ cuditur:parante gladios. & Vulcão.i.fabro ferrario:qualis erat Vulcanus.luteo.i.cœnoso & deformi. Non credo deductum esse a colore luteo.i.rufo: quia sic lutum primam ꝓducit, ut in Buco. Murice iam croceo mutabit uellera luto. Et iterum, Mollia luteola pingit uaccinia calta. Et sępe alibi. Luteũ autem uocat fabrum propter fuliginem:quod si pro igne posuit, qui in carbonibus est:adhuc luteum dicere potuit ad differentiam elemẽtaris: cui Minerua pręest. ⁋Bellorum exuuię &c. Ostendit in uictoria: gloria: & pręda bellica non esse uera bona,licet a multis appetãtur. Appetuntur autem intantũ ut multis persuasum sit esse maiora bona , q̃ quę a mortalibus cõferri possint, quandoquidem triumphans summo Deo in eiusdẽ uestibus sacrificabat, eiusdẽq; personam gerebat. Quapropter dictum est:ꝙ ne sibi triumphans placeat curru seruus portatur eodem. Quinetiam contumelias & irrisorias cantilenas in triumphãtẽ dicere licebat. Ordo igitur talis est:Exuuię bellorum .i. ea ꝗbus uicti i bello exuũtur.

IOAN. BRIT. ¶LORICA: ex corio fieri consueuit.quę q̃uis nunc ex ferro conficiatur,nomen tñ obtinuit a loris. (Lorica) ⁋Buccula:ea est pars galeę,quę buccas tegit. eius sic meminit Iulius Capitolinus in maximinis:Fecit & galeas gemmatas, fecit & bucculas. (Buccula) ⁋Curtum:aut mutilatũ.ut Marti. Et curtus Chiones Anth opesue calix. & Propertius lib.iiii. Læsit & obiectum tegula curta caput. aut curtum temone.i.a temone curtatũ & auulsum. Temo.n.a tenendo est dictus,ꝙ plaustrum teneat, & gubernet. (Temo unde) ⁋Aplustre:auctor est Festus aplustria esse nauium ornamenta: quę quia plus erant q̃ essent necessaria, etiam aplustria appellabantur. (Aplustria) Cice.in Arato:Nauibus assumptis fluitantia quęrere aplustra. Silius lib.x.sic:iamq; per undas:Et transtra, & mali,laceroq; aplustria uelo: Ac miseri fluitant remouentes ęquora nautę. ⁋Et captiuus tristis in summo arcu:nam in arcubus lapideis incidebatur totus ordo uictorię. Domitianus per summam ambitionem, arcus cum quadrigis & insignibus triumphorum per regiones urbis tantos,aut tot extruxit, ut cuidam gręce inscriptum arcui sit: consulatus.xvii.cepit.auctor Tranquil. ⁋Maiora bonis humanis: hoc est nihil esse in bonis humanis excellentius hac gloria bellica. ⁋Ad hęc se.i.ad hanc gloriam & famam comparandam ex spoliis,& uictoriis hostium. ⁋Induperator:pro imperator: propter rationem de luteo superius dictam:quia inter duas syllabas longas non potest media breuis stare in hexametro carmine. Sic & Mãcedas pro Macedonas dicunt poetæ. Vt illud apud Valerium Flaccum in primo: At Iuno argolicas pariter, Macedumq; per urbes. ⁋Romanus:sensus est.Romani,inquit, imperatores Gręci & Barbari erexerunt sese ad hęc,& animum suum intenderunt: uidelicet ad famam & gloriam, quam dum omni studio sequuntur, & sibi & patrię peperere exitium. Atq; hoc modo dignitates petentium dãnat stultum uotum. per Romanum autem possumus intelligere non modo Iulium Cęsarem,sed & M. Antonium,multosq; alios, qui dum gloriam bellicam sequuntur,& sibi exitium, & patrię calamitates multas attulerũt. Graius:ut Themistocles & Milciades duces Atheniẽsium: q dum famam et gloriam reb⁹ bellicis aucupantur,miserabili exitu uitam finiuere. Nam Milciades,q Athenas, totãq; Gręciam liberauerat supato Dario duce Persarum , ob eãq; rem multis affectus publice honorib⁹, demum proditionis accusatus,causa cognita capitis absolutus,pecunia mulctatus est:quam quia soluere non poterat,in carcerem coniectus est:ubi diẽ obiit supremũ. (Milciades) Themistocles uero rebus licet feliciter aduersus Xersem gestis inuidia tñ ciuium suspectus , & ipse proditionis ciuitate eiectus Argos gabitatum concessit:ubi cũ tutũ se non uideret: Corcyrã demigrauit:deinde ad ametum Molossorũ regem confugit:demum cum a Lacedęmoniis & Atheniensibus ad suppliciũ deposceretur,ad Artaxerxem confugit:a quo magnis muneribus donatus in Asiam rediit,domiciliũq; sibi Magnesię constituit, ubi(auctore Thucydide)morbo assumptus est. Alii uero tradunt eũ epoto tauri sanguine infuso ueneno uitã finiuisse. (Themistocles) ⁋Barbarus:ut Hãnibal, q dũ Romanos bellis assiduis uexat, in causa fuit , ut patria a Romanis sit euersa,ipse aũt ad uenenũ sit cõpulsus.de cuius nece mox dicemus. ⁋Erexit se.i.animũ ad hęc intendit. ⁋Inde ex hac glorię cupiditate. ⁋Habuit causas discriminis:cupiditas,inqt,illa glorię fuit causa ut adiuerint tot pericula, & tot labores . ⁋Tanto maior famę sitis est:non sunt,inqt,ad hęc pericula & labores tã moti uirtutis, q̃ glorię cupiditate. Neq; n.hęc,qa per sepulchra essent,fecerũt:& qḋ sola contenti esse uellent rei bene actę cõscientia : sed ut immortalem gloriam consequerentur: qḋ omnes fere mortales faciũt.qs enim aliqd cũ uirtute faciat:nisi sibi magnam prouenturam inde sciat gloriam:quę boni operis est tanq̃ merces & pręmiũ.unde illud est Cice.in officiis: Vix inuenitur,qui laboribus susceptis, periculisq; aditis non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.unde hoc loco poeta horum imperatorum exemplo eos damnat,qui uirtutem non amplectantur,nisi famam inde consequuturam arbitrentur.qḋ est contra Ciceronis philosophiam:qui ait sufficere debere ad gloriam benefacti cõscientiã.Nã(eo auctore)sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimũ uirtutis est pręmium.Magnanimus enim & generosus omnia facit causa uirtutis,non famę,aut glorię. Non enim debemus honesta facere propter hoc, ut laudemur,sed quia honestum est ita facere. Laus enim & gloria sequuntur,etiam si non appetantur. ⁋Pręmia si tollas:idest ipsam gloriam,quam operis bene nauati habent pro pręmio. ⁋Si tollas:si auferas:quasi dicat isti imperatores hęc tã egregia non fecissent,nisi se ęternam gloriam adepturos sperassent. ⁋Patriam tamen:sensus est: Dum nonnulli glorię & laudis cupidi bella gerunt:in causa fuere ut patria subuerteretur sicut Carthago euersa est:dum Hannibal gloria incensus cum Romanis gerit bellũ. Sensusq; ita a superioribus pendebit:ut dicas:Sũmo quidem

dē ſtudio multi gloriā tāq̄ ſummū bonū appetiuerūt:ſed tñ ipſa glo ria obruit patriā eoꝝ. Hoc aūt uidet poeta ſumpſiſſe ex.3. Tuſc. Cicero. ita ſcribentis de gloria: Qua cæcitate hoīes cū quędā pclara etiam cuperent, eaq̄ neſcirent, nec ubi, nec qualia eſſent: funditus alij euerterunt ſuas ciuitates alij ipſi occiderunt. ¶ Tituliq̄ cupido: inſcriptionis, qualis ſolet fieri in ſaxis tumulorum. ¶ Ad quæ: ad quam gloriam & titulum. ¶ Diſcutienda: delenda. per quod monet poeta rebus humanis minime confidendum: cum omnia ſint caduca & uana. iuxta illud Salomonis: Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. ¶ Mala: ab effectu, q̄ diſcutiant titulos. ¶ Robora fici: ideſt caprifici. ea enim ex muris erumpit, ſcinditq̄ ſepulchra. Martia. Marmora Meſſalę findit caprificus. ¶ Quandoquidem: ſtulti, inquit, ſunt mortales, qui ſempiternam ſe putant adepturos gloriam ex titulis ſepulchrorum: ac per hoc uarijs ſe, patriamq̄ laboribus, ac periculis obijciunt: ut in ſepulchris rerum geſtarum titulos relinquant: non intelligentes ipſos etiam titulos cum ſepulchris erumpente caprifico poſſe deleri. quod & Plinius in procemio ſeptimi libri comꝑplorat his uerbis: Vni homini ſepulturæ cura, atq̄ etiam poſt ſe de futuræ. ubi locum emendauimus. Nam ubi ſcriptum erat mendoſe defutura: & Hermolaus Barbarus corrigeret defuturo: nos correximus defuturæ. ut ſit ſenſus: Cura ſepulturæ eſt homini, atq̄ etiam defuturæ poſt ſe. i. homo curam habet ſepulturæ, & eius rei, quæ etiam poſt ſe defutura ex: hoc eſt quæ cito delebitur, nec diu durabit: quandoquidem etiam fata data ſunt ipſis ſepulchris, ut aut uetuſtate, aut alia calamitate intercidant. Sicq̄ uanam, ſtultamq̄ hominum ambitionem, & gloriam ſugillat. Sic & Marti. Accipe nūc phario nutantia pondera ſaxo: Quę cineri uanus dat ruitura labor Auſonius: Mors etiam ſaxis, nominibuſq̄ uenit. hæcq̄ cum ſuperioribus coniunctim legenda ſunt. ¶ Expende Hannibalem: exemplo Hannibalis monet poeta opibus humanis neutiquam confidēdum, cæcamq̄ iſtam gloriæ cupiditatem omnino fugiendudam, quandoquidē per mortem omnia prorſus deſtruantur. nam ſi Hannibalis, inquit, cineres uolueris expendere: docebit te mors hominem, cuius animus immenſus erat, nihil omnino eſſe: proindeq̄ tam multa non fuiſſe quærenda, quæ cito interuentu mortis eſſent perdenda. ¶ Quod libras. q. d. minimi pōderis inuenies eum, cuius animus tantus erat, ut regnum Africæ ei ſatis non eſſet. Nam Africa non contentus, exercitum in Hiſpaniam, Italiamq̄ traiecit: ubi Romanos per ſexdecim annos aſſiduis, crebriſq̄ uictorijs defatigauit. ¶ Quem non capit: quaſi Africa eius capax non eſſet: cū eſſet tanta animi magnitudine, poſteaq̄ minimo ſepulchro contentus fuerit. ¶ Africa perfuſa Mauro Oceano: deſcriptio eſt ſitus Africæ, quæ cum ſit tertia pars orbis, ab Aſia ſeparatur Nilo: ab occidente alluitur Oceano Atlantico, ubi Æthiopes ſunt in Libya, ab Europa noſtro mari. ¶ Oceano Mauro. i. Atlantico ad occidentem. ibi enim ſita eſt Mauritania. ¶ Nilo tepenti: hoc dicit propter intemperiem æſtus, ob quem ad eius fontes nullus unq̄ fuit aditus. eſt enim Zonæ torridę ſubiectus. de cuius ortu uaria referuntur ab auctoribus. De quo ſic Plin. Nilus incertis ortus fontibus, ut per deſerta & ardentia & immenſo longitudinis ſpatio ambulans &c. ¶ Rurſus ad Æthiopū populos: Africa, inquit, itē admota eſt ad alios Æthiopes: ut per hoc intelligas non ſolum Africam ad Æthiopes Atlanticos ad occidentem, ſed etiam ad Æthiopes Troglodytas ad oriētem in Arabia extendi. eſt enim duplex Æthiopia: ut diximus alibi. altera in occidente ad Atlanticum Oceanum, altera uero in Arabia orientem uerſus. de qua ſic Apule. lib. 11. Meta. Et qui naſcentis diei Solis inchoantibus illuſtrātur radijs Æthiopes, Arijq̄. Statius in. x. Thebaidos: Æthiopeſq̄ alios &c. ¶ Alioſq̄ elephantos: hoc eſt arabicos. In Arabia enim & India elephanti gignuntur. unde Plin. inquit: Indicis minores arabici, quos appellāt nothos. ¶ Additur imperijs Hiſpania: nam in Hiſpaniam contra fœdus trāſiuit. Saguntum ciuitatem Romanorum octauo menſe cepit, & euertit. De quibus iniurijs miſſos a Romanis ad Hannibalem legatos, qui quererēt, noluit audire, ſed armoꝝ ſtrepitu & tubaꝝ clāgore nauimne ad littus appellerent, prohibuit: qui ut mandatū erat, iter ad Carthaginem uertentes bellum de more indixerunt. Hannibal deinde ſuperato Pyrenæo ſaltu, per Gallias fuſis, q̄ ei obſiſtere conati erant ad alpes uenit & laborioſo per eas tranſitu, cum montanos quoq̄ Gallos obuios aliquot prælijs reduliſſet, in Italiam deſcendit, & ad Ticinum amnem Romanos equeſtri prælio fudit, iterumq̄ exercitu Romano ad flumen Trebiam fuſo, Apœninum per maximam militum uexationem propter uim tempeſtatum tranſit, Campaniā uaſtauit, exercitum Romanum apud Cannas Appulię uicum ſuperauit: quo prælio quadraginta quinq̄ millia cæſa fuerunt cum Paulo conſule, & ſenatoribus nonaginta, conſularibus, atq̄ prætorijs aut ædelitijs triginta. potitus Capua, quæ ad eum defecerat, ad tertium ab urbe Roma lapidem ſuper Anienem caſtra poſuit: ipſe uero cum duobus millibus equitum uſq̄ ad portam Capenam, ut urbis ſitum exploraret, ob equitauit: & cum per triduum utrinq̄ in armis exercitus omnis deſcendiſſet, certamen tempeſtas diremit. Nā cum in caſtra rediſſent, ſtatim ſerenitas erat. Hęc oīa poeta percurrit. ¶ Pyrenęum. ſ. montē, qui Galliam ab Hiſpania diuidit. ¶ Et mōtem rupit: nam (ut ſcribūt Liui. & Plutar.) mōtē facto incendio, in fuſoq̄ inſuper aceto diſrupit, effecitq̄ ut ea elephantus oneratus ire poſſet, qua antea unus homo inermis uix poterat repere. hac copias traduxit, in Italiāq̄ peruenit. ¶ Oppoſuit natura: nam Alpes (ut ſcribit Pli.) Italię pro muris aduerſus impetū barbarorū dedit & (ut idem ſcribit) prodigij loco habitum eſt, cū Hānibal eas ſuperauit. Nam nemo unquā cum exercitu ante eum præter Herculem Graiū tranſierat: quo facto is hodie ſaltus graius appellatur: eæ Italiam a Gallia ſeiungunt. ¶ Tamen ultra pgere tendit: non contētus in Italiam deſcēdiſſe, quā per annos. xvi. (ut diximus) uaſtauit, uoluit & Romā ipſam capere. ¶ Actum inqt nihil eſt. i. nihil adhuc feſcimus, niſi Romā capimus, & uexilla noſtra in media Suburra figimus. ¶ Media Suburra: fuit enim (ut ante diximus) regio Romæ celebratiſſima. ¶ O qualis facies: deformitatem Hānibalis notat per acclamationē. Illud aūt ſciendū O (auctore Priſciano) uarias habere ſignificationes. Eſt enim aduerbium uocādi. ut illud Virg. O regina nouam, cui condere Iuppiter urbem. Eſt admirādi. ut hoc loco apud Iuue. Eſt indignandi. ut Cice. O tpa, o mores Eſt optandi. ut Vig. in. 12. Adſis o tantū, & propius tua numina firmes. ¶ Et quali digna tabella: nam deformes ſępe in deriſum a pictoribus i tabellis pingebātur. ¶ Cum bellua getula. i. elephantus Maurus. Nam Getuli populi ſunt Libyæ cōtermini Mauritaniæ: ubi elephātes inueniūtur, ſed maiores in India. hoc aūt dicit ex hiſtoria. Nam Hannibale in Hetruriam deſcendente, Arnus uehementer excreuerat. Quare tantū exercitū ſecum trahens, uitare nō potuit, quin ingentē hominum, ac iumentorū iacturam faciens, ipſe quoq̄, & ſi elephanto, q̄ unus ex multis ſupfuerat, eminēs ueheretur, pluriū dierū ac noctiū intēperie uigilijs ꝯfectus, alterū oculorū amitteret. auctores Plutar. & Liui. ¶ Exitus ergo quis eſt: hoc totum eſt in deriſum Hānibalis, qui dum inanē ſequitur gloriā, ſupatus eſt a Romanis. Quis, inqt, fuit finis Hānibalis: ſupatur inqt, & in exiliū abijt. Nam ex Italia in Africā reuocatus a Scipione poſteriore ſupatus eſt: q̄ fugiēs ad Antiochū regē Syrię conceſſit, quē Romanis hoſtē fecit. quo uicto ad Pruſiā Bithynię regē trāſiuit. unde a Romanis p Flaminiū legatū repet. tus: hauſto, qd̄ ſub annuli gēma habebat, ueneno abſūptus eſt. ¶ O gloria: acclamatio eſt in uanā glorię cupiditatē. oſtēdit enim Hānibalē dū gloriā quęrit, & ſupatū a Romanis, & ex patria fugatū in exilio uitā finiuiſſe. Gloriā aūt ſcimus eſſe duplicē: ut altera dicatur gloria adūbrata, q̄ uerā gloriā imitetur. multi. n. famā popularē tanq̄ uerā gloriā ſequentes, ſeq̄ & ciuitates ſuas pdidere. Altera uero quędā ſolida res ſit & expreſſa nō adūbrata. Ea eſt (ut ſcribit Cic. i. 3. Tuſc.) ꝯſentiēs laus bonorū, incorrupta uox bene iudicātiū de excellēte uirtute. Quint. Laudē bonoꝝ gloriā appellat. Sene. ait: Gloria uanū & uolatile qddā eſſe, auraq̄ mobilius Nec mirū eſt Hānibalē, aliſq̄ impatores tantope gloriæ cupidos fuiſſe. nemo. n. ē, q̄ aliq̄ dulcedine glorię nō tāgat. uñ ē illud Valeri. Flac. Tu ſola aios, mēteq̄ puris Gloria. ¶ Vincit ioē: idē, inqt, q̄ Romanoꝝ uires toties cōquaſſauit, ſupatur tādē. ¶ Nēpe, & in exiliū abijt. ſ. ad Antiochū, mox ad Pruſiā. ¶ Sedet ad ptoria: miſeriā oſidit Hāniba. q̄ tā q̄ cliēs ptorio aſſidēs Pruſiā regē expectaret. ¶ Prętoria: de ptorio diximus in. 1. Saty. illic: Criminibus debēt hortos, ptoria, mēſas. ¶ Libeat uigilare: melius eſt legere uigilare, q̄ iugulare. ut ſit ſenſus: Ad ptoria Pruſię regis Bithyniæ aſſidebat tāq̄ cliēs, donec rex e lecto mane ſurgeret ut uel eū Roma. ritu ſalutaret, aut ut pſto eēt, ſiqd iꝑparet. ¶ Tyrāno Bithyno. i. Pruſię regi Bithynię. Illud aūt obſeruādū ē pmā ſyllabā Bithyni poni ad placitū. uñ alibi: Egteſq̄ Bithyni Hor. Ne Cybitatica, ne Bithyna negocia pdas. ¶ Finē aīę: ordo ē & ſenſus: Nō gladij, nō ſaxa dabūt finē aīę. i. ipſi Hāniba. q̄ res humanas pturbauit: ſed uenenū: q̄ ſūpſit ex annulo. Nā ubi ſēſit ſe p Flaminiū repoſci a Ro. hauſto (ut diximus) q̄ ſub annuli gēma hēbat ueneno, abſūptus ē. Sub gēma. n. aliq̄ uenena claudebat. uñ ē illud Pli. Alij ſub gēmis uenena cludūt. ſicut Demoſthe. ſummus orator Gręcię: annuloſq̄ mortis gratia hñt. ¶ Miſcuit: ꝯturbauit & tremefecit. Virg. Et omnē Miſcet agens telis, nemora inter frōdea turbā.

Equitare

Pyrenęus

Getuli

Hānibalis mors

Gloria

ASCen. ℭ V T lorica.i.tegmen ex loris factum: quale nunc ex hamis & annulis faciunt, affixa truncis.i.truncatis arboribus, trophæis.i.ad trophæum constitutis. & buccula.i.buccarum tegmen.pendens ex caſſide.i. galea fracta, omnia enim dirupta & fracta ſuſpendebantur: ut ui & a fortiter reſiſtentibus abſtracta uideantur: non ab imbellibus & timidis, qui arma abijciunt in fugā uerſi. & iugum curtū .i.imminutum. temone.i.cuius temo deerat: uel iugū quod trahebāt equi: qua tempore in curribus pugnabant. curtū.i.abruptum & curuatum cum ſup. temone.i.ligno oblōgo. ad quod iugum annectitur. & deinde rotæ: totuſq; currus. & ampluſtre .i.ornamētum amplius q̃ ad nauigandum opus ſit. dicitur etiā apluſtre & i plurali apluſtria, uel apluſtra: quaſi ſine nauigatione quia ſine ampluſtri uel apluſtri nauigari poteſt. ē ergo ornamētum ad pompā magis, q̃ ad neceſſitatem adhibitum. triremis. .ſ.nauis tribus ordinibus remorum utētis. uictę ab eo qui apluſtra ſuſpēdis. & captiuus. ſ. ſummus dux hoſtilis exercitus: hoc eſt ſtatua eius triſtis.i.propterea q̧ in triumpho ductus ſit uultū triſtem habens. in ſummo arcu .ſ.triumphali conſtituebant .n. arcus ex lapidibus. cuiuſmodi ſunt arcus in pontibus: in quorum ſummitate tenebat uictor uictum. hoc omnia autem credūtur ſup. eſſe bona maiora bonis humanis.i.q̃ quæ ab homine conferri poſſunt. Induperator pro imperator.i.princeps exercitus, qui omnibus imperare poteſt. Romanus ut Pompeius & Cęſar & Graius.i.græcus ut Alexāder Magnus. ac barbarus.i.quis alius ut Hannibal. & erexit ſe ad hæc.i.ad huiuſmodi bona. & habuit inde.i.ab ijs bonis impetrandis. cauſas diſcriminis.i.periculi, atq; laboris. tāto maior ſitis.i.appetitus eſt famæ q̃ uirtutis. Si enim tollas præmia uirtutis.i.honorem & gloriam: quis amplectitur ipſam uirtutem. q.d. nemo. Tamen.i.q̃uis tantopere appetatur gloria.i. appetitus gloriæ & ambitio paucorum. ſ. Syllæ & Marij, Cęſaris, & Pompeij, Auguſti & collegarum, aliorumq;, qui ciuilia bella geſſerunt. & cupido laudis & tituli.i.clari nominis inſcriptionis. hæſuri .i.inhæſuri. ſaxis.i. ſaxeis ſepulchris, aut urnis exiſtentibus cuſtodibus cinerum: ad quæ tamen ſaxa diſcutienda.i.findenda & diſſoluenda ualent. robora.i.trunci aut uires. mala.i.inutilia & nociua. ſterilis ficus.i.eius quæ caprificus dicitur. Quandoquidem.i.cū ita ſit. q̧ fata.i.fatales interitus ſint data. quoq;.i.etiam. ipſis ſepulchris. de qua re ſic dicit Auſonius: Miremur perijſſe homines: monumenta fatiſcunt: Mors etiam ſaxis, nominibuſq; uenit &c. Hæc in quam gloria & cupido tituli q̃tumuis parum duraturi. obruit.i. ſanguine & igni: quaſi diluuio quodam inoleuit. patriam dictorum ambitioſorum. ſ. Romam. Expende.i.pōdera Hannibalem ducem Carthaginenſium: quot libras inuenias in ſummo duce. q.d. pauciſſimas: & tamen hic eſt quem Africa perfuſa ab occidēte. ſ. Oceano Mauro.i.mari Atlantico. q; pro &. admota ab oriente. ſ. Nilo tepenti propter calorem regionis. & admota rurſus utpote ab meridie uſq; ad populos Ætiopum: quia clauditur mari Æthiopico: & ad alios elephantos indicos. ſ. aut libycos: hoc eſt quantumuis lata regio. tamen non capit.i.continere nō poteſt: eo q̧ animus eius maior eſt: & maiora deſiderat: unde ſubdit. Hiſpania additur imperijs eius. tranſilit.i.celeriter quaſi non eſſet obſtaculum trāſit. Pyrenæū .i.montem diuidentem Hiſpaniam a Gallia: & tamen natura oppoſuit Hannibali. ſ. alpem & niuem.i.montem altum & niuoſum Italiam a Gallia & Germania ſeparantem. & ipſe Hannibal diduxit.i. in diuerſas partes duxit: hoc eſt diuiſit ſcopulos: hoc eſt ſaxa eminentia inter niues ſicut ſcopuli in mari eminenti. & rupit montem .i.partem mōtis aceto, quo liquefecit & peredit ſaxeam materiam. Iam.i.poſtq̃ talia peregit, tenet Italiam. & tamen tendit pergere ultra: & inquit nihil actum eſt: niſi frangimus portas ciuitatis Romæ milite pœno.i.punico: hoc eſt Carthaginenſi exercitu. & niſi pono uexillum meū in media Suburra.i.regione populoſiſſima Romę. O qualis ſup. erat facies. ſ. Hannibalis: & quali tabella ſup. erat digna ut depingeret ad ſpectaculū. cū.i.qñ. bellua Getula.i.ex Getulia parte Africæ: hoc eſt elephas, qui unus ſuperuixerat, portaret ducem. ſ. Hannibalem. luſcum.i.altero oculo captum: aut ſi mauis monoculum: quia alterum oculum frigore perdiderat. Ergo o gloria quæ horum cauſa es. q̧s eſt exitus.i.finis geſtorum eius. Nempe.i.certe. ſ. uictor multorum uincitur. & abit præceps.i.præcipitanter in exilium. ſ. ad Antiochum regem Syriæ. atq; ſedet ibi.i.i illo exilio. ad.i. iuxta. prætoria.i. iuxta ſedem iudicialem regis. magnus & admirandus cliens.i. miniſter ipſum colens. donec libeat uigilare .i.uigilias exhibere & ſalutatoris munus. tyrāno.i.regi. Bithyno.i.Bithynię. ſ. Pruſię. Gladij non dabunt ſaxa non dabunt. tela non dabunt.i.nihil magnum, aut uiolentum dabit animæ. ſ. Hannibalis. quę miſcuit.i.perturbauit & confudit olim res humanas: finem & exitum.

Annulus, i demens, & ſæuas curre per alpes,
Vt pueris placeas, & declamatio fias.
Vnus Pelæo iuueni non ſufficit orbis,
Æſtuat infelix anguſto limite mundi,
Vt Gyaræ clauſus ſcopulis, paruaq; Seripho,
Cum tamen a figulis munitam intrauerit vrbem,
Sarcophago contentus erit. mors ſola fatetur,
Quantula ſint hominum corpuſcula. creditur olim
Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax
Audet in hiſtoria, conſtratum claſſibus iiſdem,
Suppoſitumq; rotis ſolidum mare, credimus altos,
Defeciſſe amnes, epotaq; flumina Medo
Prandente, & madidis cantat quæ Soſtratus alis.
Ille tamen qualis rediit Salamine relicta,
In Corum, atq; Eurum ſolitus ſæuire flagellis
Barbarus Æolio nunquam hæc in carcere paſſos,
Ipſum compedibus, qui vinxerat Ennoſigæum:
Mitius id ſane, quod non & ſtigmate dignum
Credidit, huic quiſquam vellet ſeruire Deorum:
Sed qualis rediit: nempe vna naue cruentis
Fluctibus, ac tarda per denſa cadauera prora.
Has toties optata exegit gloria pœnas.

ℭ ANNVLVS uindex Cānarum.i. qui ſumpſit uindictam de Romanis trucidatis ad Cannas uicum Appuliæ. de quibus paulo ante diximus. ⁋ Demens: inſultat per ironiā Hanibali: qui dum gloriam ex rebus bellicis quærit, demum per uarias agitatus labores ueneno mortem ſibi attulit: ut eum dementem appellet quaſi qui maiorem gloriæ, q̃ ſalutis ſuæ rationem habuerit. ⁋ Vt pueris placeas: ut pueri habeant materiam ad declamandum, quæ ſumebatur (ut diximus) ex hiſtorijs: ⁋ Declamatio: eſt (ut ante docuimus illic: Declamare doces) forenſium actionum meditatio. Ita enim pueri exercebantur: ut ad ueras cauſas agēdas in foro eſſent inſtructi. ⁋ Vnus orbis: ſenſus eſt: Alexander Magnus, qui gloriæ ſtudio animum adeo inſatiabilem geſſit, ut uno orbe contentus non eſſet, cognoſcet in fine uitæ cupiditates ſuas inanes, uanaſq; fuiſſe, contentuſq; erit ſolo tumulo, cum aliud ſecum ferre non licebit. per quod poeta docet homines per mortem moneri rebus humanis: ut momentaneis & caducis minime inhiandum: inanemque gloriam omnino fugiendam. Quod autem poeta dicat unum orbem non ſufficere Alexandro: hoc eſt ex hiſtoria. Nam (ut ſcribunt Plutarchus, & Curtius, & Cicero in Academicis) cū ab Anaxarcho ex perſuaſione Democriti præceptoris audiuiſſet plures eſſe mundos, fleuiſſe: amiciſq; percunctantibus quidnam fleret, reſpondiſſe: at non, inquit, dignum eſt flere ſi cum infiniti ſunt mundi: domini unius uix facti fuerimus. Anguſta homini poſſeſſio fuit, quæ Deorum omnium domicilio ſuffecit. ⁋ Pelæo iuueni: Alexandro Macedoni. Nam Pela (auctore Plinio, & Strabone) colonia fuit in Macedonia: ubi milites recenſebantur, & alebantur equi unde & Philippum Pelæum appellauit Lucanus: Pelæi proles ueſana Philippi. ⁋ Æſtuat: exudat, ueluti æſtuant, qui loco anguſto incluſi ſunt, unde nulla dentur ſpiracula. ⁋ Aeſtuat infelix: infelicem eum appellat, qui in toto terrarum orbe, non minus ſe arctum putat, quam ſi clauſus ſit parua inſula. unde & Seneca ad Lucilium: ſic infelicem dicit: Alexander Macedonum rex diſcere geometriam infelix cœperat, ſciturus quam puſilla terra eſſet, ex qua minimum occupauerat. ita infelix dico ob hoc quod intelligere debebat falſum ſe cognomen gerere. Quis enim eſſe tam magnus in puſillo poteſt? ⁋ Limite anguſto: ſpatio mundi. nam totum mundum putabat ſibi modicum & puſillum, ac ſi modica clauderetur inſula. ⁋ Vt Gyari: Gyarus & Seryphus inſulæ ſunt exiguæ, in quas relegabantur ſontes: quarum Seryphus una eſt ex Cycladibus. de qua ſic Ouidius: Te tamen o paruæ rector

IOA[N] BRI[T]

Decla[-] matio

Pela

uæ rector Polydecte Seryphi. Gyarus autem una ex Sporadibus.
Latine autem nomen declinatum est: sicut apud Virgilius. Aby-
dus, Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi. ¶ Vrbem munitam
a figulis: Babylonem intelligit, quam Semiramis uxor Nini con-
didit in Assyria muris coctilibus : tantæ latitudinis: ut duo currus
contrarij exciperentur. De qua multa Diod. Trogus, Strab. Plin.
Solinus, & alij. Illic Alexander sublatus fertur ueneno: quod dedit
Antipater per Iolam ministrum, conscio (ut nonnulli tradiderunt)
Aristo. Venenum fuit aqua frigidissima: quę manat ex Nonacria ru
pe Arcadiæ: nec contineri potest alio uase: q̃ muli ungula. auctor.
Pli. in fine li. 30. Plutar. & Victruuius. ¶ Sarcophago cõtentus erit
sarcophagũ pro sepulchro posuit. Nam sarcophagus lapis est (ut
scribit Pli. lib. 2.) qui circa Asson Troadis nascitur: in quo mortuo
rum corpora recondita constat consumi præter dentes : omniaqꝫ,
quæ illata sunt una cum cadauere fieri lapidea. ἀπὸ τῆς σαρκὸς:
quod significat carnem humananam: & φάγω comedo. De eo lapi
de sic scribit Celsus: Lapis etiam, qui carnem exedit: quem Sarco-
phagon Græci uocant. scribit Strabo cadauer Alexandri ereptum
fuisse Perdicæ a Ptolemęo, Alexandriamqꝫ delatum, atqꝫ condito
rium illic extructum fuisse. quod (ut scribit Tranquil.) iussit aperi
ri Augustus, cum Alexãdriam uenisset, superatis Antonio, & Cleo
patra. Sed quando de sarcophago facta est mentio: subijt mihi mo
nere locum illum apud Plau. in Amphit. esse corrigendum: ubi le-
gitur: Hæc sola sarcam gestat: tu scribe sic: quod nos recte emenda
uimus : Hæc sola sana restat meorum familiarium: sequitur enim:
immo omnes sani sunt profecto. dicit enim Amphitryo omnes fa
miliarium esse insanos: quum ab eis non cognoscatur pręterquam
ab Bromia: quam solam dicit restare sanam. Facile enim fuit sarcã
pro sanam scribere. Sic etiam locus ille in Asinaria est castigandus:
ubi scriptum est: Vides meam ante mergere. Nos sic correximus.
Vides ne amantem egere. s. uiginti minis, de quibus ante. ¶ Mors
sola fatetur: sola, inquit, mors docet hominem, qui tantopere intu-
mescit, inanemqꝫ hanc mortalem gloriam quærit esse quiddam mi
nimum quando mortuus uel paruula urna reconcatur: hocqꝫ ma-
xime dictum est ob Alexandrum: cuius animus tantus erat: ut uix
eum totus orbis caperet: qui mox exiguo captus est tumulo. ¶ Cre
ditur olim: damnat & Xerxem stultitię: qui cupitate glorię incensus
inenarrabili belli apparatu Græciam aggressus est: ubi tandem su-
peratus est, summo cum dedecore in Asiam refugit. Cuius rei hi-
storia (ut luculenter docent Iustinus lib. 2. Herodo. lib. 7. Plutar. in
uita Themistoclis, & Probus Æmilius) ita se habet : Xerxes cum
Græcis bellum illaturus esset, comparatis septingentis millibus ho
minum de regno, & trecentis de auxilijs: & decies centom millibus
nauium numero, fabricato ponte super Hellespontum traiecit in
Europam: ubi inito prælio: cum Persæ a Græcis duce Themistocle
bello nauali superati, in fugamqꝫ conuersi essent: ipse tali clade per
cussus & dubius consilij, hortante Mardonio milites ducibus per-
ducendos tradit: ipse cum paucis Abydon contendit: ubi cum solu
tum pontem hybernis tempestatibus offendisset piscatoria scapha
traiecit in Asiam trepidus: quæ omnia hoc in loco poeta prosequi
tur. ¶ Velificatus Athos: Athos mõs est altissimus Macedoniæ: qui
ad mare Ægeum usqꝫ porrigitur, & in æstate umbram extendit ad
Lemnon insulam maris Ægæi, quem (ut scribit Herodotus lib. 7.
& Iustinus) Xerxes, cum in Græciã uenisset, classemqꝫ haberet ad
Eleuntem Cheronesi stationem, iussit abscidi a continentj: fossa au-
tem facta est longitudine mille & quingentorum passuum. ea lati-
tudine, ut duas naues contrarias exciperet. quod quidem factum
est cum ad ostentandam potentiam, tum ad relinquendam memo
riam magis, q̃ ad ullam expeditionem necessariam. Ergo uelifica-
tus. i. per quem naues suis uelis nauigauere. Catullus: Per medium
classis barbara uenit Athon. ¶ Athos: in nominatiuo Athon inue-
nitur & Athos: cuius genitiuus & datiuus est Atho more attico: ac
cusatiuus Athon a nominatiuo Athos. Virg. Aut Athon aut Rho
dopem: aut alta Ceraunia telo Deiecit. Atho autem a nominatiuo
Athon: ablatiuus Atho. Ouid. lib. 2. de arte amandi: Quot lepores
in Atho, quot apes pascuntur in Hybla. ¶ Et quicquid Gręcia men
dax: innuit Iuue. ea quæ de Xerse dicuntur esse fabulosa. Nam Grę
ci historici fabulas plerunqꝫ historijs inferciunt, mendacijsqꝫ gau-
dent. unde Plin. lib. 5. cap. 1. loquens de nemore Hesperidum sic in
quit: Nec p̃ter oleastros aliud extat ex narrato illo nemore. Minus
profecto mirentur portentosa Græciæ mendacia de ijs prodita. Idẽ
in. 8. Mirum est q̃ procedat Gręcia credulis: nullum tam impudens
mendacium est: ut teste careat. Sic etiam a Valerio in capite de ami
citia taxantur ut mendaces: Illa gentis ad fingendum paratæ mon
stro similia mẽdacia. unde & Cic. in. 1. limine de legibus ait: Apud
Hero. patrẽ historię, & apud Theopõ. inumerabiles esse fabulas.
¶ Cõstratũ classibus nã nauiũ decies centũ millia habuisse dicitur.
¶ Suppositũqꝫ rotis: nã ut ex Asia in Europã traijceret copias, pontẽ
fecit, quo Abydũ Sesto ꝯiunxit: inter quas urbes Hellespontus non
maiore est spatio, q̃ septem stadiorum. Sed cum pons tempesta-
te, & fluctibus esset quassatus, iussit trecenta uerbera ponto infligi,
& compedes iaci, & colaphos incuti. Herodotus auctor est libr. 7.
cum his quoqꝫ misisse, qui stigmata ponto inurerent, hac barbara
& uesana execratione, q̃si disiecti pontis pœnas infligeret. O ama
ra aqua, rex compedes has inijcit, quod illũ iniuste læseris, abs quo
nihil mali passus fuisti. Etenim rex Xerxes uolueris, nolueris ue trã
mittit, meritoqꝫ tibi nemo amplius sacrificabit, ut amaro, dolosoqꝫ
fluuio: sed pontem occisis prioribus architectis refici iussit. Virg. in
Culice sic: Non perfossus Athos, nec magno uincula ponto Iacta,
meo quærent iam sera uolumine famam, Non Hellespontus pedi-
bus pulsatus equorum, Græcia cum timuit uenientes undiqꝫ Per-
sas. ¶ Rotis: hoc est curribus: qui per pontem fabricatum in Europã
traducti sunt. Quod tamẽ minus admirabile facit, ꝙ Caligula (au-
ctore Tranquillo) contabulauit medium interuallum Baiarũ usqꝫ
Puteolos trium millium & sexcentorum fere passuum. ¶ Credimus
altos Defecisse amnes: tanta enim fuit (ut diximus) hominum mul
titudo: ut non immerito proditum sit flumina ab exercitu fuisse sic-
cata: Græciamqꝫ omnem uix capere exercitum eius potuisse. ¶ Me-
do: Medi populi sunt orientales Asiæ maioris contermini Persis: qđ Medi
Apule. in. 1. Apologia ostendit: cum dicit Cyrum maiorem ob lo-
corum uicinitatem fuisse Semimedum, & Semipersam. ¶ Et madi-
dis: i. credimus & ea, quæ Sostratus madidis alis cantat. fuit Sostra Sostra-
tus quidam Augusti temporibus homo (ut scribit Plutar. in Mar- tus
co Antonio) omnium ætatis suæ ad dicendum ex tempore prom-
ptissimus: sed tamen academię nõ decenter se inferens. de hoc poe
ta non intellexit: sed de alio, quem poeta innuit de expeditione Xer
xis in Græciam multa conscripsisse. Verum cum de eo alibi nos le-
gisse non meminerimus: rem ut adhuc indagandam relinquimus:
eosqꝫ miramur, qui falso tradiderunt Sostratum ex testimonio He-
rodoti uatem fuisse, qui de aduentu Xersis prædixerit: cum ab He-
rodoto, non Sostratus, sed Onomacritus quidam sortilegus nomi
netur in septimo: cuius suasu Xerxes ad inferendum Græciæ bellũ
est inductus. fuit & alius Sostratus Gnydius, qui ob nauigantium
salutem turrim Pharon fabricatus est, Ptolemęo permittente nomẽ
eius in ea inscribi. auctor Plin. lib. 36. ¶ Alis madidis: hoc est furo-
re poetico plenis & ebrijs. Nam madidus ponitur pro ebrio. Plaut.
in Amphit. Faciam ut sit madidus sobrius. ¶ Ille tamen qualis re-
dijt: irridet poeta fatuum regem: cuius introitus in Græciam q̃ ter-
ribilis, tam turpis, ac fœdus discessus fuit. Nãqꝫ non solum terrestri
pręlio superatus est, sed demum & nauali apud Salamina profliga Salamis
tus a Themistocle, in Asiam fugere coactus est. Salamis autem, si-
ue Salamin insula est ex aduerso Atticæ iuxta Aeginam. Eiusdem
nominis est etiam ciuitas in Cypro, quam Teucer fugiẽs Telamo-
nem patrem condidit. ¶ In Corum, atqꝫ Eurum: speciem pro gene-
re posuit. ¶ Barbarus: ignominiose barbarum appellat: hocqꝫ ex hi
storia. nam Græci uolentes Xerxem significare, Barbarum dicunt,
quasi uesanum hominem. ¶ Carcere Æolio: in antro Æoli, qui Iouis
ex Acesta filia Hippotæ Troiani filius temporibus Iliacis, Æolijs
insulis imperauit. & cum incolis uentorum flatus prædiceret, existi-
matus est in potestate sua uentos habere. unde Virg. Imperio pre-
mit, ac uinclis & carcere frenat. & Ouid. lib. 14. Metamor. Hippo-
taden cohibentem carcere uentos. ¶ Ennosigæum. i. Neptunum.
est enim compositum ab ἐννόω quod est cõcutio: & γαῖα terra: eo ꝙ
mare fluctibus terrã concutiat. unde Gelli. causas terræmotus sub
dubio explicans inquit: Ventorum ne ui accidat specus, hiatusqꝫ
terræ subeuntium, an aquarum subter in terrarum cauis undantiũ
fluctibus, pulsibus ue: ita ut uidentur existimasse antiquissimi gręco
rum, qui Neptunum Ennosigæum appellauerunt, an cuius aliæ rei
causa nondum etiam pro certo habitum. ¶ Mitius id sane: ironicos
subaudi fuit: tantummodo iniecisse uincula: & quod nõ credidit di-
gnum stigmate: quasi dicat adeo fatuus & uesanus fuit: ut etiam di-
gnum stigmate existimauerit. nam (ut diximus) Neptunum iussit Stigma
notis in uri. Est enim stigma nota, & punctum, quo quis signatur.
a στίζω: quod est puncto. per translationem autem capitur pro sug-
gillatione & nota i famiæ. Tranql. in Cæsare: Perpetua stigmata im
posita nõ dissimulauerat. Mar. li. 12. Frõs hæc stigmate nõ meo no

tanda eſt. Huic: iam fatuo & ueſano. Quiſquã uellet ſeruire Deorum? q.d. ne Dij quidem ab iniurijs eius tuti eſſent, ſi eis contingeretur ei miniſtrare: ſicq; eius perſequitur fatuitatem. Sed qualis redijt: hic qui tam terribili apparatu Græciam inuaſit. Eſtq; facta repetitio in irriſionem tam fatui conatus. Nempe una naue: nam una (ut diximus) tñ ſcapha piſcatoria aufugit in Aſiam. Erat res ſpectaculo digna, & ad æſtimationem rerum humanæ ſortis uarietate miranda, in exiguo latẽtem uidere nauigio, quem paulo ãte uix æquor omne capiebat carẽtem etiam omni ſeruorum miniſterio. Has. i. tales. Exegit gloria: gloria inquit & honorũ cupiditas in cauſa fuit, ut multi in tales prolaberentur pœnas: per quod colligit gloriam multis pernicioſam ſolere eſſe. unde Oui. in. 11. An obeſt quoq; gloria multis? Exegit: ſumpſit has pœnas, & hæc ſupplicia. Exigere autẽ uarijs ſignificationibus accipitur: ſed hoc loco pro ſumere ut illud apud Valeriũ Papyrius in pœna exigenda perſeuerauit

Exigere Exigere inquirere. Virg. Quærere cõſtituitq;, ſocijſq; exacta referre. Exigere eijcere, excludere. Terent. Spectandæ an exigendæ ſint uobis prius. Apule. li. 4. Floridorum: Eas omnes peſtes montibus exegit. Exigere, debitum repetere. Cic. in epiſtola ad Caſſium: Sed nõ urgeo: longiores enim expectabo, uel potius exigam. Exigere cogere. Virgi. Quos improba uẽtris Exegit cæcos rabies. Exigere agere. Vir. Omneis ut tecum meritis pro talibus annos exigat. Exigere diffinire, conſtituere. Virg. Decreuitq; mori tẽpus ſecum ipſa, modũq; Exigit. Exigere finire. Ouidius: Iamq; opus exegi.

Da ſpatium vitæ, multos da Iuppiter annos,
Hoc recto vultu, ſolum hoc & pallidus optas
Sed q̃ continuis, & quantis longa ſenectus
Plena malis, deformem, & tetrũ ante omnia vultũ
Diſſimilemq; ſui, deformem pro cute pellem,
Pendenteſq; genas, & taleis aſpice rugas,
Qualeis, vmbriferos vbi pandit Tabraca ſaltus,
In vetula ſcalpit iam mater Simia bucca.
Plurima ſunt iuuenum diſcrimina, pulchrior ille
Hoc, atq; ille alio, multum hic robuſtior illo,
Vna ſenum facies, cum voce trementia membra.
Et iam leue caput, madidiq; infantia naſi.
Frangendus miſero gingiua panis inermi,
Vſq; adeo grauis vxori, natiſq;, ſibiq;,
Vt captatori moueat faſtidia Coſſo.
Non eadem vini, atq; cibi torpente palato
Gaudia, nam coitus iam longa obliuio, vel ſi
Coneris, iacet exiguus cum ramice neruus,
Et quamuis tota palpetur nocte, iacebit.
An ne aliquid ſperare poteſt hæc inguinis ægri
Canicies? quid, quod merito ſuſpecta libido eſt,
Quæ Venerem affectat ſine viribus? aſpice partis
Nunc damnum alterius, nam quæ cantãte voluptas
Sit licet eximius citharœdus? ſitue Seleucus,
Et quibus aurata mos eſt fulgere lacerna.
Quid refert magni ſedeat qua parte theatri,
Qui vix cornicines exaudiat, atq; tubarum
Concentus? clamore opus eſt, vt ſentiat auris,
Quem dicat veniſſe puer, quot nuntiet horas.

ASCen. SED ille. q.d. nobilis annulus in quo uenenum occultauerit. exiſtẽs uindex. i. uindicator. Cannarum. i. ſtragis Romanorum ab Hannibale apud Cannas factæ. & ultor tanti ſanguinis. O Hannibal demens. i. & cu re. per ſæuas alpes ut placeas pueris in ſcholis. ſ. rhetorum. & fias declamatio. i. prebeas thema & materiam declamandi. Addit aliud exemplum dicens. Vnus orbis. i. mundus non ſufficit iuueni Pelæo. i. Macedonico: hoc eſt Alexandro Magno in Pela urbe Macedoniæ nato. ipſe infelix: quia non cõtẽtus eo quod habuit. æſtuat. i. ardet cupiditate. ſ. clauſus anguſto limite mundi. i. quem anguſtum cenſuit. ut. i. ac ſi clauſus eſſet ſcopulis Gyaræ. i. inſulæ illius breuis, quæ Sporadum una eſt. & Seripho. i. inſula illa Cycladum una. parua. i. modica. tamen cum. i. poſt q̃. Alexãder. ſ. intrauerit urbem munitam a figulis. i. lapidibus coctilibus. ſ. Babyloniam, ubi ueneno necatus eſt. ipſe erit contentus ſarcophago. i. ſepulchro carnẽ exedente. ſola mors fatetur. i. aperte demonſtrat quantula. i. q̃ parua ſint corpuſcula hominum. Addit exemplum Xerſis regis Perſarum dicentis. Athos. i. mons Macedoniæ quem Xerxes continenti abſcidit. creditur uelificatus. i. uelo textus. olim. i. tempore Xerſis. & quicquid Græcia mendax audet in hiſtoria. creditur. i. credi poteſt. nos credimus mare ſolidum. i. integrum. & ex omni parte conſtratum. i. coopertum iiſdem claſſibus: quibus. ſ. Athos uelificatus. & credimus mare ſolidum ſuppoſitum rotis uehiculorum. ſ. conſtructo ſuper ipſum ponte. nos credimus altos. i. profundos. amnes. i. fluuios defeciſſe aquis. ſ. & credimus flumina eſſe epota. i. potando exhauſta. & hoc Medo. i. exercitu Medorum & Perſarum prandente. & credimus quæ Soſtratus poeta græcus cantat alis madidis: quibus in altum uolat. i. potus, aut furore poetico irrigatus. Tamẽ. i. quamuis. talia egiſſe credatur: qualis redijt relicta Salamine? ille barbarus. ſ. Xerxes ſolitus ſæuire flagellis. i. remis ſæuitiam ſuam oſtendere. in. i. contra. Corum, & Eurum uentos illos nunq̃ paſſos hæc. i. huiuſmodi flagella in carcere Æolio. i. Æoli regis uentorum. & qui uinxerat. i. ligauerat. compedibus. i. uinculis pedum ipſum Ennoſigæum. i. Neptunum: & pœ fuit pro mari maris Deũ. id ſup. fecit ſane mitius, q̃ non credidit. i. exiſtimauit ipſum mare. dignum ſtigmate. i. punctura: a ſtigo quod eſt ſigna facio, uel uerbero: aut a ſtizo, quod eſt pũgo. uerberauit quidem flagellis mare: ſed non dereliquit ſtigmata: quia mare percuſſum ſine cicatricibus & ſtigmatis conſolidatum eſt. Id ergo ſatyrice dicit in demẽtiam Xerxis: qui (ut ſcribit Herodotus) cum oborta in mari tempeſtas pontem, quem ſuperinſtruxerat, diruiſſet: furiatus Helleſpontum plagis trecentis affecit: compedeſq; grauiſſimas in ipſum deijci uoluit: barbara porro & inſulſa adijciens uerba &c. Nõ ſup. quis q̃ Deorũ uelit ſeruire. i. īſeruire morẽ gerere & fauere. huic. i. huiuſmodi homini tam fero, & tam barbaro. q.d. minime. Sed q̃lis redijt Xerxes poſt q̃ inumero exercitui talia peregit? Nempe. i. certe. redijt ſup. una naue. fluctibus cruentis. i. per fluctus cruentos: & ſanguine ſuorũ. & hoc prora. i. priore parte nauis: a pro ruendo dicta. tarda. i. retardata per denſa cadauera. has. i. huiuſmodi pœnas: quas Hannibal: Alexander & Xerxes paſſi ſunt. exigit. i. poſtulauit gloria toties optata ab eis. ſ. qui ſic per eam perierunt.

IOANNES BRI. DA ſpatium uitæ: confutat & uota illorum. qui longam ſibi ex optãt uitam: oſtendens multis argumentis nihil homini poſſe melius cõtingere breuitate uitæ. iuxta illud Plinij: Natura nihil hominibus breuitate uitæ p̃ſtitit melius. Hebeſcunt ſenſus, membra torquentur, pręmoritur uiſus, auditus, inceſſus, dentes etiam, ac ciborum inſtrumenta, nulla demum genitis quies unq̃ eſt, quæ omnia incommoda a poeta cõmemorantur. Deformem: proponit incõmoda longæ uitæ. Pro cute pellem: diſtinguit poeta pellem a cute. ut pellis dicatur in ſene cutis in iuuene. licet apud auctores hæc confundantur. Cutem & pellem dicimus indifferenter in brutis, & hominibus. cutem etiam in arboribus, & pomis corticẽ ipſum. Pendẽteſq; genas: genæ dicuntur proprie tegumẽta ſupiora pariter & inferiora oculi. q̄ ẽt palpebræ appellãtur. Pli. li. xi. ca. 37. Quę ſeneſcẽtibus ſolẽt flacceſcere. priſci tñ genas (auctore Pli.) appellauere īfra oculos malas. iuxta quod poſſemus intelligere pelliculas pẽdentes ex maxillis. Quales umbriferos: ordo eſt: Quales rugas ſimia iam mater ſcalpit in uetula bucca, ubi Tabraca pãdit ſaltus umbriferos. Tabraca: oppidã eſt Africę, Mela, & Ptolemæo, & Pli. li. 5. ca. 3. Solino, Claudiano, Silio Italico, auctoribus. Ibi magna eſt copia ſimiarũ. unde Strabo lib. ſic tradit: Refert Poſſidonius ſe cũ ex Gadibus in Italiã nauigaret, in Libyæ oram delatũ eſſe: ac ſiluã quãdã ſecus mare uidiſſe ſimijs plenã quarũ aliæ ſup arboribus, alię in terra ſederẽt, nullę catulos haberẽt, & ubera depẽdẽtia, riſiſſe itaq; cũ eas uberibus graues cerneret, nõnullas ẽt caluas, nõnullas hernioſas. a Tabraca fit poſſeſſiuũ Tabracenus. Vna ſenum facies: una qualitas, una paritas, una ſimilitudo. Vir. in Geor. Nec pingues unã in faciẽ naſcũtur oliuę. Infantia. i. more infantis ſemp nares ſtillãt. legit & inſtãtia & melius. Gingiua: a gignẽdis dentibus dicta. Grauis: moleſtus. Coſſo captatori: Coſſi (ut ſcri. Feſtus) dicuntur natura rugoſi a ſimitudine uermiũ lignũ edẽtiũ. hic ꝓpriũ eſt nomẽ captatoris auariſſimi de quo añ. Torpẽte: hebeſcẽte. Cũ ramice: ramex morbus eſt: q̃ itegris teſticulorũ tunicis innaſcit: cyrſocelen Græci appellãt, uenæ

Gena

Tabraca

Coſſi

Ramex

uenæ intumescūt, hę quoq; intortæ, glomerataq; ad superiorē ptē uel ipsum scrotum implent, uel mediam tunicam, uel imam: interdū etiam sub ima tunica circa ipsum testiculum: neruumq; eius incre scunt. ¶ Suspecta libido: quid, inquit, dices ꝙ ij, qui in coitu operā præstare non possunt, suspecti sunt ne sint irrumatores: ita enim facilius arriguntur. unde Mart. Summa petas. i. os, illic mentula uiuet anus. Tiberius ad hoc irrumationis uitium natura (ut scri. Suet.) & ætate pronior erat. nā qui senex est, facilius hanc detestandam libidinem, quę uiribus non indiget, exercere potest ꝗ coitum. ¶ Aspice partis: alio incommodo senex afficitur, ꝙ auditu priuatur. nulla enim ei potest esse uoluptas aliquo canente. ¶ Situe Seleucus, i. optimus citharędus, qualis fuit Seleucus ut sit sensus: Nulla suauitate modulationis demulcetur, licet optimus citharœdus canat, & ipse Seleucus, quem pro optimo sui temporis citharędo intelligit: & licet sint illi quibus est mos decurrere palla aurata: hoc est tibicines, quorum cantus est multo clarior. Tibicines enim induti ueste longa uagabantur per scęnam canendo. Hora. in poetica Sic priscæ, motumq; & luxuriā addidit arti Tibicē, traxitq; uagus per pulpita uestem. ¶ Quid refert: refellit eos, qui possent dicere senem nō audire, quia a canentibus longe sedeat. ut sit sensus: Sedeat ꝗ parte uelit theatri non tamen audiet citharœdos, qui uix exaudiat cornicines & tibicines, quorum sonitus sunt acerrimi. ¶ Quot nunciet horas: nam pueri nunciabāt horas dominis. Mar. in. 8. Horas quinq; puer nondum tibi nunciat, & tū iam conuiua mihi Ceciliane uenis. Plin. li. 7. Cn. Bebius Pamphilius prefectura & ipse functus obijt cū a puero quæsisset horas.

Præterea minimus gelido iam corpore sanguis
Febre calet sola. circumsilit agmine facto
Morborum omne genus, quorum si nomina quęras
Promptius expediā, quot amauerit Hippia mœchos
Quot themison ægros autumno occiderit vno,
Quot Basilus socios, quot circumscripserit Hirrus
Pupillos, quot longa viros exorbeat vno
Maura die, quot discipulos inclinet Amillus,
Percurram citius quot villas possideat nunc,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.
Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
Perdidit ille oculos, & luscis inuidet, huius
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.
Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum
Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirūdinis, ad quem
Ore volat pleno mater ieiuna, sed omni
Membrorum damno maior dementia, quæ nec
Nomina seruorum, nec vultum agnoscit amici,
Cum quo præterita cœnauit nocte, nec illos,
Quos genuit, quos eduxit, nam codice sæuo
Hæredes vetat esse suos, bona tota feruntur
Ad Phialen, tantum artificis valet halitus oris,
Quod steterat multis in carcere fornicis annis.
Vt vigeant sensus animi, ducenda tamen sunt
Funera natorum, rogus aspiciendus amatæ
Coniugis, & fratris, plenæq; sororibus vrnæ.
Hæc data pœna diu viuentibus, ut renouata
Semper clade domus multis in luctibus, inque
Perpetuo mœrore, & nigra veste senescant.

& cibi sunt sup. senibus, quę erāt ipsis iuuenibus. & hoc palato torpente. i. hebescēte & amittēte uim gustatiuā: dico uini & cibi. innuit poeta non faciens mentionē de uenerea libidine: quę in iuuenibus maior esse solet. nam longa obliuio coitus. i. coeūdi est iam sup. senibus. uel si tu qui senex es, coneris. i. frustra attētes exercere actū uenereū. exiguus neruus mēbri. s. uirilis iacet: quia erigi aut arrigi neqt. cū ramice. i. morbosis testiculis. & ia cebit quis palpet tota nocte. An ne hæc canicies, ꝗ in pube nouissima nascit. inguinis. i. mēbri uirilis, ægri. i. infirmi. potest sperare aliqd sup. uoluptatis uenereæ. q d. minime. Quid sup. dices ꝙ libido ꝗ affectat Venerem sine uiribus. i. arrectione mēbri per irrumationē. s. est merito suspecta in senibus: qa psupponitur de eis ꝙ alia habere nō possent. aspice nūc damnū alterius ptis. s. aurū. nā ꝗ uoluptas est sup. seni cātante sup. aliquo: licet ille sup. sit eximius citharœdus. ue ꝓ uel. sit Seleucus. i. optimus tibicē: qualis fuit Seleucus & licet sup. sint tales musici: qb' mos est fulgere. i. resplendere. lacerna. i. ueste exterior aurata. i. aurū inter textū: aut faciē auratei pāni habēte. qd refert. i. qd interest. in qua pte theatri. i. publici spectaculi sedeat: ꝗ uix exaudiat cornicines atq; ꝯcentus tubarū. i. cātus multorū simulsonātiū. q. d. nihil opus est clamore: ut auris eius sentiat: quē puer dicat uenisse: aut quot horas puer iussus disquirere nunciet.

¶ PRÆTEREA minimus aliud senectutis uitiū oñdit ꝙ. s. calore naturali destituat. ¶ Hippia: mulier adultera suis tpibus de qua supra: Hippia quid uidit. ¶ Themison: a Plinio & Cornelio Celso cōmendaē ut optimus medicus: licet hoc loco a Iuuenale notetur. ¶ Quot Basilus socios tpibus Cæsaris Basilus uiguit. de quo Luca. Vt primū aduersę socios in littore terræ, Et Basilū uidere ducē noua furta p ęquor Exgsita fugę. uñ hic ponit pro quocūq; ꝓuinciaꝝ spoliatore. ¶ Circūscripserit: circūuenerit, & fraudauerit. uerbū aūt formatū a lōga scriptura: qua hoies circūligātur, & illaqueātur. uñ circūscriptorē dicimus defraudatorē, & deceptorē. Iuue. in Saty. 15. Pupillū ad iura uocantē Circūscriptorē. ¶ Hirrus: (ut est apud Home. in. 18. Odyssæ) Ithacēsis fuit, mendicus, stultus, magno corpore: sed nullis uiribus: quē Vlysses domū reuersus sub medici habitu pugnis penę occidit. De quo sic Mart. Cū sis tā paup ꝗ nec miserabilis Hirrus. Oui. Hirrus egēs. Bi nominē appellat Oui. in Ibin. Nā & Arnæus dictus ē. hic uero ficto noie a Iuuenale ponit ꝓ paupe tutore. ἶρος. n. ut scribit Gel. attici a spirāt, iterp taturq; paup. uocāt. n. attici ἱχὼν ἶρον: qd significat pistē pauperē. ¶ Inclinet: ad obscœna. ¶ Amillus: hūc ēt Mart. notat ut prædiconē lib. 7. Reclusis foribus grādes pcidis Amille: Et te dephendi cū fascis ista cupis. ¶ Exorbeat: fellādo. s. ¶ Quo tondēte: de Cinnamo tōsore itelligit: de quo in. 1. Saty. ¶ Coxa debilis: debilē appellamus, ꝗ corpore nō sit integro: sed aliqua pte māco. Seneca: Vt magis diligas itegrū oibus mēbris: atq; illę sum, ꝗ debilē, aut luscū. Idē in cōtrouersijs: Quidā expositos debilitabat, & debilitatos mēdicare cogebat, ac mercedē exigebat ab eis Trāql. in Augu. In hoc ludicro C. Noniū asprenatē lapsu debilitatum, aureo torque donauit. ¶ Luscis: luscus appellatur qui & hebeti est ui su, & ꝗ altero oculo caret. Mart. Oculo Philenis semp altero plorat: Quo fit istud mō q̄ris, lusca est. uñ & luscosus dr̄ inter diu parū cernēs: quos græci (auctore Fulgētio) myopes uocāt. Pla. i. Merca. Mirūst lolio uictitare te tā uili tritico, qa luscios' es. dicūt. n. comedētib' loliū oculos obscurari.

IOAN. BRIT.

SCen. ¶ DA spatium uitę. Ostendit in longa uita nō consistere uera bona, licet omnes eam exoptent. Ordo est: Tu pallidus. i. timore mortis pallens: optas solum hoc. & optas recto. i. erecto uultu: quasi qd sine peccato, aut uanitate optare posses hoc solum. o Iupiter. i. iuuans pater. i. o supreme Deus. da spatium uitæ. i. diu uiuendi. & da multos annos. Sed ꝗ. i. ꝗtum continuis. & quantis. i. ꝗ magnis. malis. i. doloribus & aduersitatibus longa senectus est sup. plena. q. d. maxime continuis & maximis. Aspice si uis mala senectutis cognoscere. ante omnia uultum deformem, & tetrum. dissimilē sui. i. eius, qui prius erat. & aspice pellem deformem. i. laxam & rugosam ac fœdam. pro cute. i. loco cutis nitidæ, & bene curatæ in adolescentia & iuuenta. & aspice genas. i. inferiora oculorum cilia pendentes & aspice tales rugas. qualis. i. quales. simia mater. i. annosa & multorum mater. scalpit in uetula bucca illic sup. ubi Tabraca. i. patria illa simiarum. pandit. i. aperit ipsis. saltus umbriferos. i. siluas ingentes. Plurima sunt discrimina. i. plurimæ sunt differentiæ in figura oris & formositate iuuenum. ille iuuenis sup. est pulchrior hoc: atq; ille est pulchrior supp. alio: hic est multo robustior illo. una. i. uniformis. facies. i. factura aut forma oris est senum. & membra tremētia cum uoce sup. trement: uel cum loqui uolunt sunt sup. senum. & caput iam leue. i. depilatum: hoc est caluū. & infantia. i. signū immundicię infantię nasi madidi sup. est senum: & panis est frangendus misero seni. gingiua. i. carne mandibulæ. inermi. i. sine dentibus existente. Atq; ipse senex est grauis. i. molestus uxori & natis: & sibi. s. ipsi. adeo. i. intantum. ut moueat fastidia. i. nauseam & tædium. Cosso captatori. i. heredipetę & inescatori senū orborū: qbus blāditur & palpatur. & nō eadē gaudia, i. nō eędē uoluptates uini

Circūscribo

Hirrus

Debilis

Luscus

Rex Pylius (magno si quicq̃ credis Homero)
Exemplum vitæ fuit a cornice secundæ.
Felix nimirum, qui per tot sæcula mortem
Distulit, atq; suos iam dextra computat annos
Quiq; nouum toties mustum bibit, oro parumper
Attendas, quantum de legibus ipse queratur
Fatorum, & nimio de stamine, cum videt acris
Antilochi barbam ardentem, nam quærit ab omni
Quisquis adest socio, cur hæc in tempora duret,
Quod facinus dignum tam longo admiserit æuo.
Hæc eadem Peleus, raptum cum luget Achillem,
Atq; alius, cui fas Ithacum lugere natantem.
Incolumi Troia Priamus venisset ad vmbras
Assaraci magnis solennibus, Hectore funus
Portante, ac reliquis fratrum ceruicibus inter
Iliadum lachrymas, vt primos edere planctus
Cassandra inciperet, scissaq; Polyxena palla,
Si foret extinctus diuerso tempore, quo iam
Cœperat audaces Paris ædificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Euersa, & flammis Asiam ferroq; cadentem.
Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara,
Et ruit ante aram summi Iouis, vt vetulus bos,
Qui domini cultris tenue, & miserabile collum
Præbet ab ingrato iam fastiditus aratro.
Exitus ille vtcunq; hominis, sed torua canino
Latrauit rictu, quæ post hunc vixerat vxor.
Festino ad nostros, & regem transeo Ponti,
Et Crœsum, quem vox iusti facunda Solonis
Respicere ad longæ iussit spatia vltima vitæ.
Exilium, & carcer, Minturnarumq; paludes,
Et mendicatus victa Carthagine panis
Hinc causas habuere. quid illo ciue tulisset
Natura in terris, quid Roma beatius vnquam,
Si circunducto captiuorum agmine, & omni
Bellorum pompa animam exhalasset opimam,
Cum theutonico vellet descendere curru?
Prouida Pompeio dederat Campania febras
Optandas, sed multæ vrbes, & publica vota
Vicerunt. igitur fortuna ipsius, & vrbis
Seruatum victo caput abstulit. hoc cruciatu
Lentulus, hac pœna caruit, ceciditq; Cethegus
Integer, & iacuit Catilina cadauere toto.

Rictus ¶ Rictū.i.os.estq; apud auctores inueniri & in hoīe, & animali bruto. Horat. in Satyr. Ergo non satis est risu deducere rictum Auditoris. Plin. lib. 7. loquens de tauris quibusdam siluestribus sic scri. Oculis cæruleis, pilo in contrariū uerso, rictu ad aures dehiscente. Mart. Rictibus his tauros nō eripuere magistri. Rictus etiā in auibus dicitur. Plin. lib. 10. cap. 9. loquens de Cocyce aue sic ait: Nec alio quam colore, ac rictu colūbi potius. ¶ Sed omni Membrorum damno: ostēdit inter alia senectutis incommoda hominem etiam, quod omnium est grauissimum, desipere. ¶ Ad Phialen: mulierem fellatricem sui temporis notat: cui senex irrumator bona sua reliquit. ¶ Oris artificis: ad fellādū: scilicet. ¶ Quod steterat: idest quod os pro ipsa steterat. ¶ In carcere fornicis: in lupanari: in quo meretrices non aliter quam noxij in carcere continentur. ¶ Vt uigeant: esto, inquit quid animi sensus uigeant: multa tamen incommoda patienda sunt. ¶ Nigra ueste.i. lugubri & pulla, q̃lis ī funeribꝰ solet sumi.

ASCen. ¶ PRÆTEREA minimus & cæt. Prosequitur incommoda senectæ ætatis. Ordo est. Præterea minimus.i. paucissimus sanguis existēs in corpore iam gelido.i. frigescente. calet sola febre. omne genus morborum circumsalit.i. saltu quodam quasi ex insidijs aggreditur senē. quorum.s. morborum si tu quæras nomina, q̄a tot & tā uaria sunt, ego expediam.i. expedite dicam promptius quot mœchos Hippia mulier senatoria (de q̄ in. 6. dictū ē) amauerit. & quot ægros Themison.i. medicus ille imperitus occiderit uno autumno. quot socios.s. Romani imperij. Basilus.i. iniquus gubernator. circumscripserit.i. deceperit. & quot pullos Hirrus circunscripserit. & quot uiros. mentulas uirorum. Maura fellatrix illa longa.i. procera, & grandis fœmina. exorbeat.i. sorbendo purget quot discipulos: idest sequaces. Amillus: idest pædico ille notissimus inclinet. Et ego percurrā citius quot uillas possideat nunc is sup.s. Cinnamus. quo tondente.i. cum ipse tōderet. barba grauis: id est molesta sonabat mihi iuueni. Et ita more satyrico per transitum carpit uarios. Tangit autem quosdam morbos senum dicēs: ille.s. senex est debilis humero. hic.i. alius lumbis. hic.i. alius coxa.i. femore. ille.i. alius perdidit ambos oculos. & inuidet tanquam felicibus. luscis.i. unum oculum adhuc habentibus. Pallida labra huius capiunt cibum alienis digitis.i. hic impos est manuū. hic suetus diducere rictum.i. aperire & claudere os ad libitum suum. ad conspectum cœnæ.i. cœnantium: hiat tantum non potēs aperire os. ceu.i. tanquam pullus hirundinis debilem adhuc garritum & screatum habens. ad quem pullum mater ieiuna (hoc uerbo affectum maternalem significat) uolat pleno ore.i. qualem sonitum facit cum mater abuolat cum cibo. sed dementia.i. alienatio mentis & furor est maior omni danno mēbrorum q̄ dementia.i. deliratio, nec agnoscit nomina seruorum, nec uultum amici, cū quo cœnauit nocte præterita: sup. proxime. nec agnoscit illos, quos genuit. & quos educit.i. nutrit & educat. Et illectus a fellatrice uetat eos, quos genuit esse suos hæredes. & hoc codice.i. tabella, uel instrumento testamentali. sæuo.i. impio: tota bona feruntur ad Phialem fellatricem illam. Tantum ualet halitus.i. attractio tepefaciens oris artificis. q.i. quia. steterat multis annis in carcere.i. loco obscuro. fornicis.i. prostibuli sub fornice constituti. Sed licet sup. demus ut sensus uigeant. tamē funera.i. cadauera. natorum.i. filiorum. sunt ducenda ad sepulchrum.s. & rogus.i. ignis incensus. coniugis amatę.i. carissimę & incomparabilis.i. in quo ipsa comburi debet est aspiciendus. & rogus fratris est aspiciendus. & urnæ.i. uascula in quibus cōtinētur cineres ustorum, ab urēdo dictæ, plenæ sororibus.i. cineribus sororū. dicit aut fratris & sororum: aut quia plures etiā tunc mulieres, q̃ uiri nascebantur: aut quia citius obibant mulieres, q̃ uiri: aut quia uersus ita consuluit: nec pęna data est diu uiuentibus: ut senescant clade domus semper renouata in multis luctibus. q.p &. in perpetuo mœror. & nigra.i. lugubri ueste.

IOAN BRIT. ¶ REX Pylius: Nestor Nelei filius Pylon Triphyliæ urbem imperio tenuit. Ouidi. Nos Pylon antiqui Neleia Nestoris arua Misimus: incerta est fama remissa Pylo. Constat autem tres fuisse urbes hoc nomine: hasq; oēs in Peloponneso, unam in Elide ad Alpheum, quam & Eleam nuncupāt: alteram in Messenia sub Ægalio monte, quam Coryphasiam: tertiam in Triphylia quam & Thriphyliacam & Lepreaticam, necnō & Neleiam a Neleo patre Nestoris uocant. Hic tertiā hominum ætatē uixisse dicitur ab Home. in. 3. Odyssę. Ouid. Vixi annos bis centū: nunc tertia uiuitur ętas. Cice. in Catone maiore: Videtis ut apud Homerus sæpissime Nestor de uirtutibus predicet. Tertiā enim iam ætatem hominum uiuebat. Horatius: At non ter æuo functus amabilem Plorauit omnes Antilochum senex annos. Antilochum in bello Troiano amisit, quem Memnon Auroræ filius (ut scribit Quintil.) interemit. Achilles mox præcibus motus Nestoris in ultionem Antilochi Memnonem interfecit. ¶ Secundæ uitæ a cornice.i. post cornicē, quæ multis sæculis fertur uiuere. Cornicis ætas Hesiodus enim (ut putat Pli.) fabulose multa de hominum æuo referens cornici nouē ętates nostras attribuit. unde & Virg. sequutus Hesiodum sic scribit: Hos nouies superat uiuendo garrula cornix. Ouid. in Metamorp. Capitq; nouem cornicis sæcula passæ. ¶ Felix nimirū: ironia est, ac si dicat infelicissimus fuit. ¶ Dextra computat: consuetudinem tangit ueterum qui annos digitorum gestu computabant. cuius rei ita meminit Apuleius in secūda Apologia. Si. xxx. annos pro decē dixisses, posses uideri pro computationis gestu errasse, quos circulare debueris digitos aperuisse. Cum uero quadraginta, quæ facilius cæteris porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio

auges,

aūges, non potes digitorum geſtu erraſſe, niſi forte triginta annorum Pudentillam ratus, binos cuiuſq; anni conſules numeraſti. Eiuſdem rei meminit & Plin. libr. 34. cap. 6. Præterea Ianus geminus a Numa rege dicatus, qui pacis, belliq; argumento colitur, digitis ita figuratus, ut trecentorum quinquagintaquinq; dierum nota per ſignificationem anni, temporis, & æui ſe Deum indicaret Beda uero libro de temporibus de numerorum computatione ſic ſcribit. Depreſſio ſiniſtri auricularis ſtricta ad medium manus facit

atio nu erandi r digi s

unū. Annularis facit duo. Medij tres. Eleuatio auricularis quatuor Annularis. 5. Depreſſio ipſius annularis cum eleuatione medij ſex Extēſio auricularis ad reſceptam manus, 7. annularis. 8. medij. 9. Extremitas indicis ad medium pollicis. 10. Extenſio pollicis iuxta indicem extenſum uiginti. Oſculatio pollicis ad indicis in ſuis extremitatibus triginta. Crux pollicis ſuper indicem quadraginta. Depreſſio pollicis quinquaginta. Poſitio indicis ſuper pollicem depreſſum. lx. Tornatio indicis ſuper extremitatem pollicis. lxx. Poſitio indicis ſuper medium pollicis extenſi. lxxx. Torculatio indicis ſtricta. xc. Hæc omnia in manu ſiniſtra uerū cū computare uolebant numeros centenarios tranſibant ad dextram: & ubi in ſiniſtra ſunt decem, in dextra fiunt centum. ubi in ſiniſtra uiginti, in dextra. cc. & ſic ſucceſſiue uſq; ad mille. Diuus Hieronym. in Iouianum ſcribens in exponenda domini parabola. quæ eſt de fructu agri trigeſimo, ſexageſimo, atq; centeſimo: triginta tradit digitorū molli coniunctione. lx. uero ſuperiore digito depreſſo ſignari. mox addit: porro centeſimus numerus diligenter quæſo lector: de ſiniſtra transfertur ad dextram: & ijſdem quidem digitis: ſed non eadem manu, quibus in læua nuptæ ſignificantur & uiduæ, circulum faciens exprimit uirginitatis coronam. unde ergo Neſtor cum ultra centum annos uixiſſet, recte annos ſuos dextra computabat. ¶ Toties: muſtum bibit. i. qui tot annos uixit. ¶ De legibus fatorum. i. Parcarum quæ in tam longū tempus uitam ſuam produxerint. ¶ Nimio ſtamine: lōga uita, q̄ p filū oſtēditur. uñ illud Virg. Parcę fila legūt. Tres .n. Parcę eſſe dicūtur, Clotho, Lacheſis, & Atropos, q̄ ſumma ꝯcordia nendo uitam hominis diſponere dicuntur. unde a poetis dicuntur Parcę concordes. ¶ Antilochi barbam. i. filium ſuum iam barbatum, & ætate iam adulta. ¶ Acris: ſtrenui & fortis in bello. ¶ Quærit .ſ. cum multis querelis. ¶ Quod facinus: quod ſcelus, quam impietatem commiſerit. ut pro ſupplicio Dij tam longam uitam ſibi tribuerint. ¶ Dignum tam longo ęuo: hoc loco eorum opinionem probat qui in longinquitate uitæ infelicitatem eſſe putant. unde illud Senecæ in prouerbijs: Heu q̄ pœnitenda incurrunt uiuendo diu. in breuitate autem felicitatem. unde illud eſt Plinianum libro. 28. cap. 2. Hoc primum quiſq; in remedijs animi ſui habeat ex omnibus bonis, quæ homini tribuit natura, nullum melius eſſe tempeſtiua morte. & illud lib. 7. Natura uero nihil hominibus, breuitate uitæ præſtitit. melius. Traxit autem colorem ex illo Virgiliano i nono. Quādo aliter nequeo crudelem abrumpere uitam. ¶ Tam longo æuo: quod tam diu eſſet ſibi uiuendum. ut ſpectandum ſibi foret funus filij: cuius mortem indignanter tuliſſe docet & Propertius: Nā quo tam dubie ſeruetur ſpiritus ore Neſtoris eſt uiſus poſt tria ſæcla cinis. Quis tam longeuæ minuiſſet fata ſenectæ, Gallicus iliacis miles in aggeribus. Non ille Antilochi uidiſſet corpus humari, Diceret aut o mors, cur mihi ſera uenis. Horatius: At non ter æuo functus amabile Plorauit omnis Antilochum ſenex annos Et Neſtor apud Home. in. 3. Odyſſeę: Illic iacet meus carus filius, fortis, & clarus Antilochus. ¶ Hæc eadem Peleus. ſ. cōqueritur. Achilles Thetidis & Pelei filius fuit: quem ad Troiam profectum in templo Apollinis tymbrei occiſum ferunt inſidijs Paridis poſt ſimulachrum latentis, cum illuc acceſſiſſet, ut amatam Polyxenam uxorem duceret. unde fingitur tenente Apolline arcum Paridem tela in Achillē direxiſſe. Virg. Dardana qui Paridis direxit tela, manuſq; Corpus in Æacidæ. Hunc ergo pater Peleus ut immatura morte preuentū miſerabiliter fleuit. ¶ Atq; alius. ſ. Laertes Vlyſſis pater, ſ. conqueritur. Nam Vlyſſe per tot maria errante Laertes pater (ut ſcrbit Homerus in primo Odyſſeæ) in agro quotidie opere ruſtico ſe macerabat: ancilla uetula panem & uinum ei miniſtrante: rogabatq; aſſidue Iouem ut animam ex membris ſolueret. ¶ Cui fas: cui par eſt & decet. ¶ Ithacum: Vlyſſem: pro Ithacenſem ab Ithaca eius patria. Eſt autem Ithaca inſula ante ſinum Corinthiacum non longe a Cephalenia inſula. ¶ Natantem: per maria iam decem annos errantē. ¶ Incolumi Troia: Priamus, inquit, non uidiſſet obſidionem decennalem patriæ ſuæ: nec mortem tot liberorum, totq; propinquorum ſi ei prius cōtigiſſet obire mortem, q̄ Paris rapuiſſet Helenam. Nec

rcæ

tam flebiliter illa canerentur: Hæc omnia uidi inflammari, Priamo ui uitam eripi, Iouis aram ſanguine turpari. Sicq; oſtendit in longitudine uitæ multas exiſtere miſerias. unde Seneca in Prouerbijs: ut modo diximus: Heu quam pœnitenda incurrunt uiuendo diu. Ordo autem eſt: Priamus magnis ſolemnibus ueniſſet ad umbras Aſſaraci incolumi Troia Hectore portante funus, & reliquis fratrum ceruicibus: ſcilicet portantibus, inter lachrymas Iliadum: ideſt mulierum Troianarum. ¶ Aſſaraci: Tros genuit Aſſaracum & Ilum, Ilus Laomedontem Priami patrem. ¶ Hectore funus portāte: apud antiquos a filijs funera patrum efferebantur. Nam (ut ſcribit Plin. lib. 7. cap. 44.) Qu. Metellus Macedonicus a quatuor filijs illatus eſt rogo. ¶ Reliquis fratrum. ſubaudi a ſuperiore portantibns. Quinquaginta enim (auctore Homer.) habuit filios, & filias duodecim ¶ Vt incipere: ita ut inciperet tanquam præfica. Nam in funeribus conducebantur mulieres, quæ ad lamentandum mortuum plangendi modum cæteris darēt, eæ dictæ ſunt præficæ, quaſi quæ alijs ad id muneris præficerentur. Neuius: Hæc quidem me hercle opinor præfica eſt, quæ ſic mortuum collaudat. auctor eſt Feſtus. ¶ Polyxena: Priami filia. De qua ſic loquitur Achilles apud Philoſtratū: Verum eſſe eam apud tumulum meum fuiſſe iugulatam, non inuitam tamen, neq; a Græcis, ſed ipſa ſponte ad tumulum meum ueniens, cum amoris, quem erga me ſummum habuerat, meminiſſet erecto gladio incubuit. ¶ Sciſſa palla: palla ueſtis eſt honeſtę mulieris. Virgil. Pallam ſignis, auroq; rigentem. Plautus in Menechmis Pallam ad Phrygionem fer confecto prandio. in luctibus autem funerum præ dolore ueſtes ſcindebantur. ¶ Diuerſo tempore: ſcilicet ab eo quo euerſa fuit patria: ſed quo Paris parabat nauigare in Græciam ut raperet Helenam. ¶ Carinas audaces: ideſt ipſe audax, qui in Græciam cum Ænea, delectaq; Troiana iuuentute nauigare non eſt ueritus, rapturus (quod fecit) Helenam marito. Nam cū Priamus ægre ferret Heſionem ſororem ſuam ab Hercule iure belli ſublatam, & traditam Telamoni, miſit Paridem in Græciam edoctum ut Heſionem repeteret, quod ſi nō impetraret, aliam raperet. Poſtulata Heſione, nec reddita regionem uaſtauit, & Sparta ui expugnata Helenam abduxit, ob quod a marito recipi meruit. Alij ſcribūt Paridem a Menelao hoſpitio honorifice ſuſceptum pulchritudine mulieris captum hoſpitij iure calcato cum omni regia ſupellectile eam abduxiſſe uolentem. Alij diuerſa ſentiūt. Diffuſius hāc hiſtoriam in commentarijs noſtris in Achilleida recitauimus. ¶ Lōga dies igitur: cum ergo, inquit, Priamus tam multa aduerſa diu uiuendo ſit perpeſſus: quid ei profuit longa uita? ac ſi dicat longe melius fuiſſet ſi in uiridiore ętate mortuus eſſet. ¶ Longa dies: longum tempus. ¶ Euerſa proſtrata. ¶ Aſiam: hyperbole. non enim totā Aſiā ſed multas Aſiæ ciuitates una cum Troia euerſas. ¶ Miles tremulus: ideſt Priamus, qui ſenio confectus capta iam Troia arma induit, ut patriæ opem ferret. Virgilius Arma diu ſenior deſueta trementibus æuo Circundat nequicquā humeris. ¶ Tiara: de tiara ſatis ſuperius diximus ex teſtimonio Herodoti, & aliorum auctorum eo loco Veſtitur bucca tiara. Eſt enim genus pilei, quo reges Perſarum utebantur. ¶ Ruit ante aram: Cicero in primo Tuſculana. ſic ſcribit: Priamum tanta progenie orbatum, cum in aram confugiſſet, manus hoſtilis interemit. hic ſi uiuis filijs incolumi regno occidiſſet, aſtante ope barbarica, tectis cęlatis, laqueatis utrum tandem a bonis, an a malis diſceſſiſſet? ¶ Sūmi Iouis: ſcilicet hercei. de quo Lucanus. Herceas monſtrator ait non reſpicis aras. Ouidi. in Ibin ſic: Cui nihil hercei profuit ara Iouis. Herceus autem Iupiter eſt dictus, q intra uallum coleretur. nam ἕρκος ſeptem ſignificat. ¶ Ab ingrato aratro: ideſt ab ipſo agricola ingrato: ideſt quem iam agricola ingratus faſtidiuit. ¶ Exitus ille hominis: ideſt finis uitæ Priami. ¶ Vtcunq;: ſubaudi fuit: quaſi dicat ſatis miſerabilis fuit. ¶ Sed torua: ſed uxor Hecuba terribilis fuit omnibus ſuis latratibus. nam (ut ſcribit Ouidius libro decimotertio Metamorphoſeos:) ea poſt cædem Priami, euerſionemq; patriæ, cum mortem Polydori filij ulciſceretur, excæcato Polymeſtore, a quo Polydorus interemptus fuerat, furibunda abeuntes Græcos latratu eſt inſectata: unde in canem conuerſam finxerunt. Ouidius: Rictuq; ad uerba parato Latrauit conata loqui. De qua ſic Plautus in Menechmis: Non tu ſcis mulier Hecubam, quapropter canem Græci eſſe prædicabant, omnia mala ingerebat quemq; aſpexerat, itaq; adeo iure cœpta appellari canis. De ea item ſic Cicero in tertio Tuſculanarum: Hecubam aūt putant propter animi acerbitatē quandā, & rabiē fingi in canē eē ꝯuerſam. ¶ Tranſeo: occupatio eſt. ¶ Regē Ponti: Mithridatē, q ad ſexageſimū & octauū ętatis ſuę annū per multas erūnas, & clades

Præfica

Tiara

Herceus Iupiter

Hecubę cōuerſio

Mithridatis mors

peruenit. Ter enim a Romanis ducibus ſuperatus eſt a Sylla, Lu⸗
cullo, & Pompeio. Demum cũ a Pharnace filio bello premeretur,
obſidereturq; in regia, mortem per uenenum tentauit, uxore prius
ſororibus, & pellicibus ueneno necatis. ſed cum id fruſtra hauſiſ⸗
ſet, quod a teneris annis remedia ſibi aduerſus uenena cõparaſſet,
a milite Gallo nomine Bithoco, in cædem ſuã exorato interfectus
Crœſi mors eſt. auctor eſt Plutarchus. ¶ Et Crœſum: hic eſt ille Crœſus Lydorũ
rex: qui cum omnium hominum feliciſſimum ſe arbitraretur. (The
ſauros enim maximos habebat) accedẽti ad ſe Soloni philoſopho:
cum ex Ægypto reuerteretur, diuitias ſuas oſtendit, interrogauitq;
an quiſquam eſſet ſe felicior. Tunc reſpondit Solon: Neminem ex
uiuẽtibus appellandum eſſe felicem, quod ad ultimum uſq; fati diẽ
ancipiti fortunæ ſubiecti eſſemus. quod dictum ex parabolis Salo
monis ſumptum eſt, qui ait: Nec beatum aliquem putes antequam
moriatur. ad quod reſpexit Ouidius: Sed. ſ. ultima ſemper Expectã
da dies homini, diciq; beatus Ante obitum nemo, ſupremaq; fu⸗
nera debet. Itaq; cum a Cyro rege Perſarum bello captus, rogo, eſ
ſet in compedibus poſitus cum quatuordecim Lydorum clariſſi⸗
mis filijs recordatus eſt ſententię Solonis: nominauitq; ter Solonẽ:
quo audito Cyrus, cum aliquem Deum inuocare crederet, grauiter
indoluit, memor humanæ conditionis, quæ incertis fortunæ flati⸗
bus iactatur. Ita Crœſum ex rogo iam ardenti: ſed diuino quodam
imbre cælitus demiſſo extĩcto, abſtractum ad ſe adduci iuſſit. de eo
Solon multa Herodotus, Iuſtinus, & Plutarchus ſcribũt. ¶ Solonis: Solon
(ut inquit Laertius) Salaminius patria fuit, Athenis claruit Tar⸗
quinio priſco Romæ regnante, leges Athenienſibus dedit tanto
temperamento, ut parem gratiam a ſenatu & plebe cõtraheret: qui
bus ſi Athenienſes (auctore Valerio) uti uoluiſſent, ſempiternum
habituri fuiſſent imperium. Is omnium hominum & oraculi iudi⸗
cio ſapientiſſimus eſt habitus. ¶ Reſpicere ad ultima ſpatia, ut ne⸗
mo. ſ. (ut memorauimus) citra mortem felix diceretur. ¶ Exilium,
& carcer: incommoda, inquit, quæ plurima perpeſſus eſt. C. Marius
habuere cauſas ex longa uita. nam Marius ſuperatus a Sylla Min
turnis latuit in palude: ubi comprehẽſus in carcerem eſt coniectus,
Gallum miſſum, qui eum interficeret, uultus maieſtate perterruit, ſo
lutis a Minturnenſibus uinculis, in Africam nauicula traiecit: ſed
cum Sextilius Africæ prætor moneret per lictorem, ut inde faceſſe
ret, reſpondit lictori: uade & nuncia Sextilio te uidiſſe C. Marium in
ruinis Carthaginis ſedentem, exulemq;, & panem mendicantem: &
cum dicto diſceſſit. hæc breuiter tangit poeta. De quibus diffuſius
Minturnæ Plutar. & Plin. de uiris illuſtribus. ¶ Minturnarumq; paludes: inter
Formias & Sinueſſam Minturnæ ſunt utrinq; ad ſtad. lxxx. diſtan
tes, interfluit autem Lyris amnis: quem olim Clanin uocauere: qui
ibi paludes efficit. De quibus Luca. ſic: Cum poſt Theutonicos ui⸗
ctor, Libycoſq; triumphos Exul limoſa Marius caput abdidit ul⸗
ua. Stagna auidi texere ſoli, laxæq; paludes. ¶ Hinc cauſas habue⸗
re. i. ex longa uita. ¶ Quid illo ciue tuliſſet. i. procreaſſet. Virg. Dar⸗
danidæ duri, qui uos a ſtirpe parentum Prima tulit. i. procreauit &
in lucem produxit. Senſus eſt: Quid enim, inquit, beatius in terra
extitiſſet ipſo Mario, ſi ei poſt triumphum Theutonicum contigiſ⸗
ſet mori. Nam ſecundo cõſulatu, qui ultro ei delatus fuit, Cimbros
in Gallia apud aquas Sextias, Theutonas in Italia in campo Sa⸗
uidio uicit. de quibus triumphauit. ¶ Circunducto captiuorum ag⸗
mine: nã captiui manibus reuinctl poſt terga, uel cathenis collo inie
ctis imperatorem triumphantem pręcedebant, uſq; in Capitolium
Papinius in ſiluis: Actias auſonias fugit Cleopatra cathenas. Pro⸗
Pompa per. Aut regum auratis circundata colla cathenis. ¶ Pompa: a πέμ
πω: quod eſt mitto. eſt enim ordo rerum progredientium. ¶ Animã
opimam: magnificam, alluſio eſt ad ſpolia opima: quæ dux duci de
traheret. ¶ Curru Theutonico: quo in triumpho Theutonico eſt ue
ctus: ſicq; colligit ex longa uita felicitatem minime cenſendã. ¶ Pro
Pompeius uida Pompeio: ſcribit Plutar. ante ciuile bellum: cũ Pompeius Nea⸗
poli ægrotaret, uota publice ſuſcepta ob eius ſalutẽ, unde ad mul⸗
ta mala futura eſt reſeruatus. uictus enim acie Pharſalica in Ægy⸗
ptum fugit, ubi iubente Ptolemæo annos ſexaginta natus obtrun
catus eſt ab Achilla & Photino, caput Cæſari aduentanti uelami⸗
ne opertum cum annulo oblatum eſt. Truncus a Seruio Codio
humatus eſt inſcribente in ſepulchro: Hic ſitus eſt Pompeius Ma⸗
gnus. Strabo ſcribit in monte Caſio fuiſſe ſepultum: ubi templum
eſt & Iouis Caſii. Eſt ergo ſenſus: Pompeio, inquit, rectius conſul⸗
tum fuiſſet: ſi mortuus eſſet eo tẽpore quo Neapoli ægrotauit. mul
tis enim miſerijs caruiſſet, uideturq; Iuuena. ſumpſiſſe hoc ex Cice
ro in. i. Thula, ſic ſcribente: Pompeio noſtro familiari, cum graui⸗
ter ægrotaret Neapoli melius eſt factum. Coronati Neapolitani fue
rant, nimium etiam Puteolani uulgo ex oppidis publice gratulabã
tur. Ineptum ſane negocium & græculum, ſed tamen fortunatum
utrum igitur ſi tamen eſſet extinctus a bonis rebus, an a malis di⸗
ſceſſiſſet: certe a miſeris. non enim cũ ſocero bellum geſſiſſet, non
imparatus arma ſumpſiſſet, non domum reliquiſſet, non ex Italia fu
giſſet, non exercitu amiſſo nudus in ſeruorum ferrum & manus in
cidiſſet, non liberi defleti, non fortunæ omnes a uictoribus poſſide
rentur, quod mortem tamen obijſſet, in ampliſſimis fortunis oc⸗
cidiſſet. ¶ Campania: nam Neapolis ciuitas eſt Campaniæ. ¶ Optan
das febres: quæ ei optandę fuiſſent, ne in tanta mala recideret. ¶ Vi
cerunt: impetrarunt ſalutem Põpeio aduerſus ipſa fata: quę ei mor
bum letalem immiſerant. ¶ Fortuna ipſius, & urbis. i. infelicitas ip⸗
ſius: quia interfectus eſt. ¶ Vrbis: quia bellum ciuile eſt geſtum cum
maxima totius urbis calamitate. ¶ Igitur: quia diu uixit. ¶ Caput ſer
uatum. i. quod tam multis uotis incolume diu ſeruauerant. ¶ Victo
. i. Pompeio a Cæſare uicto. ¶ Lentulus: P. Lentulus in coniuratio⸗
ne Catilinaria una cum Cethego comprehenſus a Cicerone con⸗
ſule in carcere ſtrangulati fuerunt. ¶ Hoc cruciatu: quod caput ei
non eſt abſciſſum. ¶ Ceciditq; Cethegus Integer: ſine aliqua mem⸗
brorum diminutione: cum uitam tãtum laqueo amiſerit. ut ſcri. Sal
luſtius. ¶ Toto cadauere. i. toto cadauere integro. nam Catilina (ut
idem auctor eſt) acriter pugnans cum hoſtibus confoſſus eſt, lon⸗
geq; a ſuis inter hoſtium cadauera repertus. Iuuena. ergo colligit
nihil hominibus breuitate uitæ poſſe melius præſtari.
¶ REX Pylius &c. Probat exemplis quod dixit de luctu haben⸗ ASCen
do ſenibus. Ordo eſt: Rex Pylius. i. Neſtor in Pylo regnans. fuit exẽ
plum uitæ ſecundæ. i. proximæ. cornice: id eſt proxime attigit uitã
cornicis: quæ longiſſima eſt. Si tu credis quicquam Homero: qui
dicit ipſum iam tempore belli Troiani tertiam ætatem hominũ egiſ
ſe. Sunt tamen, qui nonagenarium tunc fuiſſe putent. & ætatẽ unã
continuiſſe unum curſum Saturni. Sed poetam, ut cætera, ut in ad
mirationem traheret, tres ætates hominum uixiſſe affirmaſſe. ficti⸗
cium autem id eſſe oſtendit per hoc quod addit: Si quicquam cre⸗
dis Homero. Virgilius enim in rebus fabuloſis, aut fidem ſuperan
tibus dicere ſolet: Si credere dignum eſt: Eloquar an ſileam. ut fa⸗
ma eſt. ut perhibent & cætera. Felix autem ſupple fuit Neſtor. nimi
rum: ideſt haud dubie. ſed hoc ironice ſecundum Calderinum di⸗
xit: qui diſtulit mortẽ per tot ſæcula: quia per tria. atq; qui compu⸗
tat annos ſuos iam dextra ſupple manu: in qua tercentorum anno
rum, numerus figuratur: ac ſaltem plus quam centorum. uide Mã⸗
cinellus Calderinus putat intelligendum a dextra: ideſt factis dex⸗
træ: quia cum facta ſua memoret apud Homerus docens quid iu⸗
uenis egerit: & qualia tunc corpora naſcerentur, ſe annoſum ſigni
ficat. Sed Mancinel. ſententia multo eruditior: neſcio an accommo
datior ſit. Non ſunt autem audiẽdi: qui ſimpliciter dictum putant.
ut ſit computat annos dextra: ideſt ad digitos ſuos more ſenum &
ruſticorum qui grandiorem numerum non animo: ſed digitis com
plectuntur. Id enim de eo, cui imbecillus ſit animus quadraret: non
de Neſtore, cuius facundam ſapientiam commendat Homerus.
Vnde hic ponitur pro exemplo illorum, quibus ſenſus uiguerunt:
ſed luctus plurimi fuerunt. Et qui toties bibit nouum muſtum: ideſt
uinum muſtum idem quod nouum. unde Plautus muſtam uirgi⸗
nem dixit. & intelligitur uinum, ſicut merum idem quod purum:
ſed etiam uinum intelligitur. Hic autem ubi additur nouum: poni
tur pro connotato: & minus principali. per illud noti grammatici:
Æquiualens geminis & cætera. Oro, inquit poeta, ut ſupple atten⸗
das parumper: ideſt parum temporis: quantum ipſe Neſtor: ſcilicet
queratur de legibus fatorum ſibi: ſcilicet nimis longis. & de nimio:
ideſt nimis longo ſtamine. quod Parcæ: ideſt Deæ fatales texerunt:
quæ creduntur uitam hominis ut filum e colo deducere. unde eſt
uerſiculus plebeius: Prima colum transfert: trahit altera: tertia rum⸗
pit. Et hic: Clotho colum portat, Lacheſis trahit, Atropos occat.
cum: ideſt quando. uidet barbam utpote prouectioris Antilochi fi
lij ſui. acris: ideſt ſtrenui in bello ardentem in rogo. Nam quærit: id
eſt diſquirit. rogat ab omni ſocio: ideſt familiari ſuo. quiſquis: ideſt
quicunq; adeſt. cur: ideſt quare. ipſe duret in: ideſt uſq; ad hæc tem
pora: in quibus filij mortem uideret. q; pro &. quod facinus: ideſt
factum damnabile dignum: ſcilicet ut puniatur tam longo æuo. ip
ſe commiſerat: ideſt perpetrauerit: quaſi etiam illis probata ſit illa ſen
tentia: Quicquid patimur peccata noſtra meruerunt. Propertius
etiam oſtendit Neſtora ægre tuliſſe mortẽ filij dicẽs: Nõ ille Antilo
chi uidiſſet corpus humari: Diceret aut o mors cur mihi ſera uenis.

Peleus pater Achillis & rex Theſſaliæ. cum: ideſt quando. luget: ideſt defiet. Achillem filium ſuum raptum: ideſt nimis celeriter ad mortem tractum dicit ſup. hęc eadem, quæ Neſtor dixit, atq; alius ſcilicet Laertes pater Vlyſſis, cui fas ſupple fuit lugere Ithacum. ideſt Ithacorum regem Vlyſſem. natantem: ideſt decem annos per diuerſa maria periclitantem ſupple dicit hęc eadem. Priamus rex Troiæ ueniſſet Troia exiſtente incolumi. ad umbras Aſſaraci ataui ſui: ideſt fuiſſet appoſitus maioribus ſuis ſup. cum magnis ſolennibus .i. ſolennitatibus. & hoc Hectore .i. filio maximo natu portante .i. afferente funus, ac reliquis ceruicibus fratrum portantibus funus. inter lachrymas Iliadum .i. Troianarum mulierum: ut filiarum & nuruum eius plorare incipientium. ut ideſt poſtquam. Caſſandra tanq̃ præfica inciperet ederet primos planctus. & ut Polyxena ſciſſa palla ideſt quæ pallam habuit ſciſſam ſupple inciperet edere & cætera: ſic Calderinus & Mancinellus exponunt. Georgius autem uidetur intellexiſſe: ut ſit ordo: Hectore portante funus inter lachrymas Iliadum ſi foret extinctus. ut ideſt ſtatim poſtq̃ Caſſandra inciperet edere primos planctus. non de morte patris, quæ tunc nondum erat: ſed de futura deſtructione Troiæ, erat enim uates habens hoc ab Apolline: ut uera quidem prædiceret: ſed quæ non crederentur. Vnde dicit Virgilius in ſecundo Aeneidos: Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris Ora Dei iuſſu non unquam credita Teucris. Et hæc expoſitio mihi placeret, ſi huic loco quadraret. Non autem quadrat: nam ſi ſic expoſueris: oportet dicere. q; pro &. ut Polyxena ſciſſa palla: ideſt quæ pallam ſciſſam habuit: inciperet edere primos planctus propter uaticinium ſcilicet ſororis. ſed hoc uerum non eſt: quia nemo credidit dictis Caſſandræ. Nec uidetur quomodo contexeretur quod ſubditur diuerſo tempore. hoc enim abundaret. Nam tempus quo Caſſandra prædicebat futura: etiam diuerſum erat a tempore mortis Priami. dic ergo cum Calderino. Polyxena autem ſciſſam pallam habere hic dicitur: quia cum ad tumulum Achillis a Pyrrho occideretur: ſcidit ueſtem genibuſq; obuoluit: ut cum decore caderet: ſicut Eurypides in Hecuba dicit: eam quoque prę dolore ſcidiſſet in luctu patris Priami: ſi foret extinctus diuerſo tempore: illo ſcilicet: quo Paris cœperat ædificare audaces carinas ad rapiendam ſcilicet Helenam. Igitur quid longa dies: ideſt longum tempus uitæ contulit Priamo ſupple. ipſe uidit omnia euerſa. & Aſiam: ideſt magnam partem Aſiæ: ideſt Troiam cadentem flammis & ferro. ipſe miles: ideſt armatus pro patria ut miles: tremulus pro ſenectute. tulit: ideſt portauit arma. & hoc tiara pileo ſcilicet, quo pace utebatur. poſita: ideſt depoſita. Et ruit: ideſt cecidit moriens ante aram ſummi Iouis: quaſi Ioue permittente. ut: ideſt quemadmodum. uetulus bos: qui præbet cultris domini tenue & miſerabile collum. faſtiditus iam: ideſt poſtquam eſt tædio affectus. ab aratro ingrato: ideſt nullam requiem rependente. Ille exitus quem Priamus habuit eſt ſupple utcũq;: ideſt qualitercunque. hominis: ideſt qualis hominem decet. ſed uxor ſcilicet Hecuba: quæ uixerat poſt hunc ſcilicet Priamum. latrauit ritu canino: ideſt furiata eſt rabie canina. exiſtens torua ſcilicet torua fronte. Plautus enim ad ſuum propoſitum conuertens fabulam dicit in Menechmis: Hecubam in canem putari uerſam: ꝙ unicuiq; malediceret: quaſi in unumquemque latrans. Ergo dicit poeta. feſtino ad noſtros ideſt Romanos: hoc eſt ad narrationem noſtrorum. & tranſeo regem Ponti ideſt Mithridatem: qui diu uiuendo multa paſſus eſt. & tranſeo Crœſum regem olim ditiſſimum Lydorum: quem uox facunda iuſti Solonis iuſſit reſpicere ad ſpatia ultima longæ uitæ. quod Mancinellus: hic, & nos in Boetio declaramus. Exilium Marii Arpinatis, & carcer, & paludes Minturnarum in quibus latuit, & panis mẽdicatus uicta Carthagine: ideſt apud Carthaginem uictam. habuerunt cauſas hinc ideſt ex longæua uita. Quid natura tuliſſet in terris beatius illo ciue: & quid Roma uidiſſet ſupple unquam beatius: ſi exhalaſſet animam opimam: ideſt opima ſpolia referentem. cum uellet deſcendere de curru theutonico: in quo triumphauit. agmine captiuorum circunducto: ideſt poſtquam circunduxit: ideſt in circuitu duxit agmen captiuorum: & omni pompa bellorum circunducta ſupple Campania prouida ſcilicet mali futuri: dederat Pompeio magno ſcilicet. febres optandas ideſt quas optare debebat: ut glorioſus per illas moreretur. ſed multæ urbes pro eo orantes, & publica uota pro eius ſalute facta: uicerunt ſupple febres. igitur fortuna aduerſa ſcilicet ipſius Pompei: & urbis ſcilicet Romæ a Cæſare uictæ. abſtulit Pompeio ſcilicet uicto a Cæſare. caput ſeruatum per preces & publica uota a febribus. Lentulus ſcilicet Sura uir ſenatorii ordinis: qui cum Catilina in patriam cõſpirauerat: ſicut e diuerſo Pompeius pro patria pugnauerat. caruit hoc: ideſt huiuſmodi cruciatu: ideſt obtruncatione capitis. Cethegus ſcilicet Caius: qui etiam coniurauerat in patriam. caruit hac pœna: ideſt immunis fuit ab hac pœna. & cecidit cum moreretur in bello. integer ideſt corpore integro, & non mutilato. & Catilina ſcilicet Lucius. caput totius coniurationis. iacuit cum in bello occiſus eſſet. cadauere integro, ideſt non truncato, neque mutilato. Per quod oſtendit mala ſaltem pœnæ quæ affert ſenectus: per quam bonis mala obueniunt: quibus mali non diu uiuentes carent.

Formam optat modico pueris, maiore puellis
Murmure, cum Veneris fanum uidet anxia mater
Vſq; ad delitias uotorum, cur tamen, inquit,
Corripias? pulchra gaudet Latona Diana.
Sed uetat optari faciem Lucretia, qualem
Ipſa habuit. cuperet Rutile Virginia gibbum

¶ FORMAM optat: confutat & eorum uotum, qui liberis ſuis optant pulchritudinem. oſtendens exemplis q̃ & forma ſit res homini pernicioſa. IOAN. BRIT. Ordo eſt & ſenſus: Mater anxia ideſt ſolicita ſcilicet de natorum formoſitate uſque ad delitias uotorum optat formam pueris modico murmure: & puellis maiore, cum uidet fanum Veneris: quaſi quæſit Dea per quam genus humanum creſcat & progignatur. unde ſic Venus apud Papinium loquitur: Nil ego nil fateor toto iam dulce ſub orbe, Aut uidi, aut genui. ¶ Maiore puellis Murmure: nemo enim eſt parentum, qui nolit filias pulchriores eſſe, q̃ filios, multiſq; id rationibus: ſed maxime ut facilius nubant. ¶ Vſq; ad delitias ideſt uſque ad delicata nimis uota: qualia expreſſit Perſius Hunc optent generum rex & regina, puellæ Hunc rapiant quicquid calcauerit hic roſa fiat, quaſi dicat non optat ut tam formoſa ſit, ut eam iuuenes in ſuos amplexus optent. ¶ Delitias: appellatione delitiarum accipimus omnia, quæ loco feſtiuitatis habentur: deducto nomine a delectando. Delitiæ Catellum enim, paſſerem, columbam, leonem, reliquaq; id genus, & ſeruos, qui aliquo modo nos delectent, delitias appellamus. unde Marti. Stellæ delitium mei columba. Catullus: Paſſer delitiæ meæ puellæ. Plutarchus in uita Mar. Antonii ſic ſcribit: Erat autem Sarmentus Cæſaris ſeruulus ex iis, qui feſtiuitatis cauſa haberi ſolent, quos Romani delitias appellant. iuxta quod dixit Virgilius Alexim Delitias domini. Et Seneca ad Lucilium: Seruum ruricolam delitiolum ſuum nominat. Delitias etiam alio modo nominamus: ut ſi dicamus: Puerum nutritum in ſummis delitiis: quaſi in ſummis opibus & lautitiis. unde Seneca de breuitate uitæ: Audio quendam ex delicatis, ſi modo delitiæ uocandæ ſunt, uitam & cõſuetudinem humanam dediſcere. ¶ Cur tamen Corripias: cur, inquit, o poeta damnas hoc uotum. uerba ſunt defenſoris. ¶ Gaudet Latona: exemplo defendit uotum eſſe honeſtum. alluſio eſt ad illud Virgilii: Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. ¶ Vetat Lucretia: Lucretia docet te, inquit, Lucretia uxor Tarquinii Collatini, quæ fuit formoſa, pulchritudinem non eſſe appetendam, cum ipſa ob eam occiderit. cum enim a Tarquinii ſuperbi filio per uim fuiſſet ſtuprata, gladio ſibi pectus tranſuerberauit. notiſſima eſt hiſtoria ex Dionyſio, Liuio, & Ouid. in Faſtis. ¶ Virginia: L. Virginii centurionis filia fuit uirgo plebeia, cuius ſtuprandæ conſilium, cum Appius decemuir cepiſſet, eamq; corrumpere nequiret, clientem ſubornauit, qui eam in ſeruitium depoſceret, facile uicturum, cum ipſe eſſet accuſator & iudex. Pater qui tunc in algido militabat, re cognita, cum ipſe iudicii die ſuperueniſſet, & filiam ante tribunal locatam, cum defendere aduerſus iniquum iudicem nequiret, ultimo colloquio cum ea impetrato, in ſecretum adductam cultro de taberna lanionis abrepto, occidit. hoc tamen cum adhuc uiueret dicto: liberam te & honeſtam filia ad manes progenitorum mitto. Nam uiuenti neutro horum per tyrannum tibi potiendum erat. Corpus eius humero gerens ad exercitum profugit: & milites ad uindicandum facinus accendit: qui creatis decem tribunis, Auentinum occuparunt. Decemuiros abdicare ſe principatu coegerũt, eoſque omnes aut morte, aut exilio punierunt, Appius in carcere eſt necatus. Lege Dionyſium libro. x. Liuium in tertio ab urbe cõdita, & Plinium de uiris illuſtribus. ¶ Gibbum: tumorem appella- Gibbus

Accipere, atq; ſuam Rutilę dare. filius autem
Corporis egregii miſeros, trepidoſq; parentes
Semper habet rara eſt adeo concordia formæ
Atq; pudicitiæ, ſanctos licet horrida mores
Tradiderit domus, ac ueteres imitata Sabinas.
Præterea caſtum ingenium, uultumq; modeſtum
Sanguine feruentem tribuat natura benigna
Larga manu. quid enim puero conferre poteſt plus
Cuſtode, & cura natura potentior omni?
Non licet eſſe uiros. nam prodiga corruptoris
Improbitas ipſos audet tentare parentes.
Tanta in muneribus fiducia, nullus ephebum
Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus,
Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, uel
Strumoſum, atq; utero pariter, gibboq; tumentem.
Nunc ergo iuuenis ſpecie lætare tui, quem
Maiora expectant diſcrimina, fiat adulter
Publicus, & pœnas metuet quaſcunq; mariti
Exigere irati, nec erit felicior aſtro
Martis, ut in laqueos nuſq̃ incidat, exigit autem
Interdum iſte dolor plus, q̃ lex ulla dolori
Conceſſit, necat hic ferro, ſecat ille cruentis
Verberibus, quoſdam mœchos & mugilis intrat.
Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter
Matronæ, mox cum dederit Seruilia nummos
Fiet & illius, quam non amat, eruet omnem
Corporis ornatum. quid enim ulla negauerit udis
Inguinibus, ſiue eſt hæc Hippia, ſiue Catulla?
Deterior totos habet illic fœmina mores.
Sed caſto quid forma nocet? quid profuit immo
Hippolyto graue propoſitum? quid Bellerophonti?
Erubuit nempe hæc ceu faſtidia repulſa.
Nec Sthenobœa minus, q̃ Creſſa excanduit, & ſe
Concuſſere ambæ. mulier ſæuiſſima tunc eſt,
Cum ſtimulos odio pudor admouet, elige quid nam
Suadendum eſſe putes, cui nubere Cæſaris uxor
Deſtinat, optimus hic, & formoſiſſimus idem
Gentis patritiæ rapitur miſer extinguendus
Meſſalinæ oculis dudum ſedet illa parato
Flammeolo, tyriuſq; palam genialis in hortis
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur
Antiquo, ueniet cum ſignatoribus auſpex.
Hæc tu ſecreta, & paucis commiſſa putabas;
Non niſi legitime uult nubere, quid placeat, dic,
Ni parere uelis, pereundum eſt ante lucernas,
Si ſcelus admittas, dabitur, mora paruula, dum res
Nota urbi, & populo contingat principis aures
Dedecus ille domus ſciet ultimus, interea tu
Obſequere imperio, ſi tanti eſt uita dierum
Paucorum, quicquid leuius, meliuſq; putaris,
Præbenda eſt gladio pulchra hæc, & cãdida ceruix.

mus & eminentiam in quacunq; parte corporis. unde Tranquillus in Othone: Excreuerat etiam in dexteriore latere eius gibbus: caro. præpendebatq; adeo: ut ægre faſcia ſubſtringeretur. & Iuuena. Mediiſq; in naribus ingens Gibbus. in genere autem fœminino idem Tranquillus in Domitiano & prima declinatione protulit. Ipſum enim Domitianum ferunt ſomniaſſe gibbam ſibi pone ceruicem auream enatam. dicitur & gibber: unde gibberoſi, & gibboſi homines nominantur. Apuleius ſecundo libro floridorum: Cumq; inter ſcapulum crates retexiſſet. quod erat aucto gibbere. ¶Rutilæ: aut notat mulierem deformem tẽporibus ſuis: aut eã deſignat. de qua Plin. in. vii. Quæ uixit nonaginta & ſeptem annos.

ASCen. ¶FORMAM optat &cæ. Oſtendit in formoſitate non eſſe uera bona, cum multis nocuerit. Ordo eſt: Mater anxia: id eſt ſolicita. cum: ideſt quando uidet fanum: ideſt templum. Veneris. i. Deæ uenuſtatis & formoſitatis. optat modico murmure: ideſt oris oppreſſione & muſſitatione modica. pueris: ideſt maſculis formam: ideſt formoſitatem. & optat puellis: ſcilicet filiabus ſuis formam maiore murmure (quia conuenientius eſt puellam, q̃ puerum ornari) & uſq; ad delitias uotorum: ideſt deſideriorum. ita q̃ in ſola imaginatione dum formam filiæ deſiderat, delitias captat. & tamen ideſt quamuis. id inane fit. ipſa inquit cur corripi as: ideſt reprehendas talia uota: ſcilicet Latona: ideſt mater Apollinis & Dianæ. gaudet Diana pulchra: ideſt pulchritudine eius. ſed Lucretia a ſexto Tarquinio propter formam ſtuprata. uetat optari faciẽ qualem ipſa habuit: ideſt formoſam. Virginia uirgo plebeia ab Appio Claudio ad ſtuprum petita: a quo cum aliter liberari non poſſet: a patre Virginio occiſa liberata eſt. cu peret accipere gibbũ Rutilæ: ideſt illius mulieris uetulæ & gibboſæ.

IOAN. BRIT. ¶SVAM: ſcilicet faciem. ¶Miſeros parentes: ne corrumpaſ. ¶Rara eſt cõcordia formę: rarenter, inquit, inuenias: ut qui formoſus. ſit in caſtitatis ſe terminis contineat. Ouidi. Lis eſt cum forma magna pudicitię aut enim corrumpitur, aut mœchatur. ¶Licet horrida: ordo eſt: Licet domus horrida, & imitata ueteres Sabinas tradiderit mores ſanctos. ¶Horrida: inculta & omnium delitiarum expers. ¶Veteres Sabinas: nam mulieres Sabinæ pro exemplo pudicitiæ habentur. Quod ſi pudica mulier in partem iuuet domum atq; dulces liberos Sabina qualis. Mart. lib. primo Caſta nec antiquis cedens Leuina Sabinis. ¶Præterea caſtum. hic ſenſus eſt: Licet, inquit, benignitate naturæ fiat: ut aliquis ſit caſtus & uere cundus per ſe nullo cuſtode adhibito: nec cura alicuius: qui cogãt eum eſſe pudicum & bonum, quãdo ipſa natura ſit optima cuſtos, tamen non licet eſſe uirum cũ maxime uelit: cogitur enim tanquã fœmina pati muliebria & cinædus fieri. hoc autem cum eo conuenit: Rara eſt adeo concordia formæ. Ordo autem eſt: Natura larga præterea tribuat ingenium caſtum, & uultum modeſtum, feruẽtem ſanguine, manu benigna. nã reliqua ſunt per parẽtheſim. ¶Natura larga: ad conferendũ. melius eſt ſit hypallage: ut ſit Natura benigna tribuat larga manu. ¶Natura potentior omni Cuſtode, & cura. oſtendit autem naturam difficulter ſuperari: qui enim mores nobis per conſuetudinẽ inſederũt: quæ altera habetur natura, uix quæunt immutari. ¶Nõ licet eſſe uiros: quia (ut dixi) ſtuprantur. ¶Prodiga: conſumptrix. prodigere enim (ut inquit Feſtus) eſt cõſumere. ¶Corruptoris: quia muneribus etiam ipſos parentes expugnat, ut uendãt filios ad obſcæna. ¶Nullus ephebũ: aliud periculũ idicat imminere formoſis. Nã a potẽtioribus caſtrabant & principibus, adhibebãturq; cuſtodiendis lectis matronaꝝ. unde uocabulũ eſt ductũ ab εὐνὴ qđ eſt cubile: & ἔχω qđ eſt teneo & habeo: q̃ſi eunechus: & p ſinęreſim eunuchꝰ. Domitianus tamẽ (auctoribus Tranquil. & Mar.) edicto inhibuit mares caſtrari. ¶Ephebum .i. puerum, qui iam peruenit ad pubertatem. Nam ephebi dicuntur, qui ad pubertatem peruenere. ea omnino ætas eſt ab annis q̃tuordecim, uel. xvii. Ephebia eſt prima ætas adoleſcentiæ. auctores Cenſorinus libro de die natali. & Donatus. Nomẽ enim eſt græcum ἐπὶ in. & ἥβη pubertate. ¶Arce: arx (ut diximus auctore Aſconio) uel ſedes tyranni dicitur, uel editus in ciuitate & munitior ad ſalutẽ ciuium locus. Virg. Quo res ſumma loco Panthu, quã prẽdimus arcẽ? ¶Rapuit: ſtuprauit. ¶Strumoſum: ſtruma eſt tumor (ut ſcribit Celſus in quinto) in quo ſubter concreta quædã ex puræ & ſanguine, quaſi glandulę oriuntur: q̃ uel p̃cipue fatigare medicos ſolent. naſcuntur enim & in inguinibus & lateribus, ſed maxime in ceruice. Eſt ẽt ſtruma (ut docet Ariſto. lib. viii. de natura animaliũ) morbus, quo & ſues & boues laborant. uerba Ariſtotelis: Struma appellatur cũ capitis dolor & grauitas ſui ẽ: quo plurimi laborare ſolent. Et ĩfra de bobus loquẽs. Quod deniq; in hoie febris, idem ĩ boue ſtruma eſt. unde Pli. de ſuibus: Obnoxium genus morbis anginæ maxime & ſtrumæ. ¶Tumentẽ utero: qui ſit utero tumẽti, & inflato. ¶Nunc ergo lætare: inhibitio per permiſſionem: eſt. n. ſenſus: Cũ filius, inqt, tuus formoſus tã multis obnoxius ſit periculis:

Prodigere

Ephebũ

Arx

Strumm

Sabinæ caſtæ

debes

debes ſane pulchritudine eius delectari:q.d.nihil habes qđ lęteris. ¶ Maiora diſcrimina:proponit aliud incõmodum & periculum formoſorum.adulteri enim fiunt publici. ¶ Exigere ſuſtinere. alibi. Quem timeo uictus ne pœnas exigat Aiax. ¶ Felicior aſtro Martis.i.ipſo Marte:quē cum Venere concumbentem Vulcanus clam retibus adamãtinis inuolutum oibus Dijs uidendũ præbuit. Oui. auctor. ¶ Iſte dolor: quē mariti ex muliere adulterata concipiunt. ¶ Exigit:poſcit & tanq̃ debitum repetit.maritus,inq̃t iratus dolore uxoris adulteratæ,grauiores ſumit pœnas:q̃ leges tolerant. ¶ Necat hic ferro:æmulatio eſt. Horatius in ſecundo ſermone: Hic ſe ꝑcipitem tecto dedit,ille flagellis Ad mortē cæſus,fugiens hic: decidit acrem Prædonum in turbã, dedit hic pro corpore nummos. ¶ Mugilis intrat:mugilis uel mugil (utroq; enim modo dicitur) piſcis eſt,cuius natura(teſte Plin.libro.ix.) ridetur. in metu capite abſcondito totũ ſe occultari credentis, per inferiora mœchis immittebatur.Catullus: Ah tum te miſerum,maliq; fati Quem antra ctis pedibus patēte porta,Percurrent raphaniq; mugileſq;. ¶ Sed tuus Endymion:ideſt filius tuus formoſus,qualis fuit. Endymion uenator,quem Luna ob ſpeciem dilexit, dormientemq; eſt oſculata.Proper.Nudus & Endymion Phœbi cepiſſe ſororem Dicitur, & nudæ cõcubuiſſe Deæ.Papinius in ſiluis: Cedat tibi Lathmius ultro:ideſt Endymion.quē(ut ſcribit Cice.in Tuſcu.) Luna in Lathmo mõte Ioniæ obdormientem oſculabat. Ouid.Faueas o candida dixi,Et ſubeant animo Lathmia ſaxa tuo. hoc autē eſt ex hiſtoria.nã(ut ſcribit Plin. lib.ſecundo) Endymion primus hominum Lunæ curſum deprehendit: ob idq; amore eius captus fama traditur.Endymion ergo pro ſpecioſo amatore ponitur. Sic ēt apud Apuleium in primo:ubi cum ipſum auctorem tertio anno interpretaremur,omneſq; codices haberent:carus Endoſmion:correximus Endymion. ¶ Fiet adulter:ſponte,inq̃t, formoſas,turpes autē conductus pretio amabit,earumq; libidini inſeruiet. ¶ Seruilia:hic ponitur pro uulgari muliere & adultera alludit autem aut ad Seruiliam Bruti matrem, Catoniſq; ſororem, cũ qua Cæſar libidinis cõmertium habuit.auctor Plutar.aut.ad Seruiliã Naidem. de qua Sueto.in Nerone ſic ſcribit: Nam Antonius Domitium deſiderio amicæ Seruiliæ Naidis transfugiſſe iactauit. ¶ Fiet & illius.ſ. Seruiliæ,quam non amat accepto præmio. ¶ Exuet omnem. ſ. mulier.i. deponet,eſt autem ratio quare matronã,quã nõ amat ineat,qa illa ſuo ornatu ſe ſpoliat,& adulterum ditat. ¶ Quid enim:nihil,inquit mulier habet quod mœchis non donet. ¶ Inguinibus: uoluptatibus ſuis uenereis.de inguine diximus in prima Satyra illic: Ad menſuram inguinis. ¶ Siue Hippia:ſiue inquit prodiga eſt,ut Hippia,ſiue auara ut Catulla,omnino in adulterum eſt liberalis. põt etiã eſſe alius ſenſus. Siue,inquit,nobilis eſt ut Hippia, ſiue humili loco nata,ut Catulla,ac per hoc oēs pariter mulieres cũ impudicę ſunt, in amatores ſuos ſunt liberales. Aliter etiam exponi poteſt: ut ſic dicas:Siue pauper eſt,ſiue diues, in amatores ſuos liberalis eſt,cũ eſt impudica. ¶ Deterior fœmina:mulier,inq̃t impudica,quæ alijs in rebus honeſtatem,calcat,in adulterum ſe benignã præbet & liberalem:ne ſibi obijci poſſit:ꝙ ſit ruſtica, & male morata: cum amatori defatigato nihil det:ergo in ea re habet totos mores:ideſt nihil omittit:ut non poſſit dici bonis eſſe moribus:cum ſe benignã facilē,liberalēq; præbeat. ¶ Sed caſto:quid forma nocet:antipophora eſt:quaſi Iuuen.dixerit:omnem formam eſſe nociuam. Aduerſarius cõtra neget inquiens:formam non nocere caſto.ideſt qui in caſtitate uiuere propoſuerit.Poeta ergo exemplũ ſubdit Hippolyti, & Bellorophõtis probans formam eis nocuiſſe:cum maxime pudicitiã tueri conſtituiſſent.Hippolytũ.n.cũ ob egregiam formã Phędra nouerca diligeret iiſq; eam auerſaretur: dolore percita Theſeo patri eũ adulteri falſo accuſauit:ob quã rem pater iratus a Neptuno petijt,uel ſi mauis Aegeo,ut Phocas immitteret,cum iuxta littus quadrigis ueheretur:quo facto equi cõſternati in fugam per ſiluas cõuerſi,Hyppolytũ diſcerperunt. ¶ Graue ꝓpoſitũ:cõſeruandæ caſtitatis. ¶ Quid Bellorophonti:Bellorophon filius Glauci regis Corinthiorum,cũ ad Prœtum Abantis filiũ Argiuorũ regem perueniſſet, a Sthenobœa, uel (ut ſcribit Homer.) Ancea uxore Prœti dilectus fuit impatienter:ea ab eo petijt uti ſibi copiam ſui faceret,ꝓmittens ei coniugis regnum:quod cum impetrare nequiret:uerita ne ſe apud regem criminaretur,occupauit eum,aſſerens Bellerophontem ſibi uim inferre uoluiſſe. Prœtus ꝙ eum dilexerat, noluit de eo ſupplicium ſumere,ſed eum ad Iebatem patrem Sthenobœæ miſit:ut illum Chimęræ lacerandũ obijceret: quæ eo tꝑe Lyciorum agros uaſtabat. unde bellua occiſa uictor pro fugiens,cũ ad cælum pegaſo,quo uehebatur, euolare contenderet, neq; iam longe abeſſet,territus altitudine decidit,perijtq;. Equus uero in cęlum receptus,inter ſidera eſt locatus. Oſtēdit igitur poeta hæc mala ei ob nimiam pulchritudinem obtigiſſe.Nota eſt fabula apud Higinum deſideribus: & apud Home. lib.vi.Iliad. ¶ Erubuit nempe hæc:ſcilicet Phædra,quæ Hippolytum tentauerat.rubet enim qui in turpi facinore deprehenditur.ut ilud:Rubet auditor cui frigida mens eſt. & Teren.Erubuit,ſalua res eſt. ¶ Nec Sthenobœa:uxor Prœti regis Argiuorum. ¶ Quam Creſſa.i. Phædra filia Minois regis Cretenſium,quã Theſeus interempto Minotauro ſecum abduxit. ¶ Creſſa.i.cretenſis Oui. Mittit amazonio Creſſa puella uiro. ¶ Cõcuſſere ambæ:cõmouere ſe & erexere ad uindictam:ſcilicet tractumq; eſt a luctatoribus,qui certaturi manus cõcutiunt. ¶ Pudor:quo afficitur,cum auſa ſit rem pudendã tentare. ¶ Odio:quo fertur in eum,a quo repudiata eſt. ¶ Elige qdnam:oſtēſurus eſt poeta formam obeſſe ex hiſtoria:quã a Tacito perſcriptã, breuiterq; a Trãquillo tactã in exēplũ affert. Nã Meſſalina Claudij imperatoris uxor:nouo furore,inuſitatoq; amore in C. Siliũ iuuentutis romanæ formoſſimum ita exarſerat:ut Iuliam Sillanã nobilē fœminã matrimonio eius exturbaret,uacuoq; adultero potiretur neq; Silius flagitij,aut periculi neſcius erat, ſed certo ſi abnueret exitio, & nonnulla fallendi ſpe,ſimul magnis præmijs operiri futura & præſentibus frui pro ſolatio habebat.illa nõ furtim, ſed multo comitatu uentitare,domum & congreſſibus adhæreſcere, largiri opes,honores,itaq; ꝓfecto Claudio Hoſtiã, nuptiarũ ſolēnia celebrata ſunt. Adhibitus q̃ tabulas obſignaret, uerba auſpicũ audita,ſacrificatum apud Deos,diſcubitum inter cõuiuas, nox deniq; acta licētia coniugali.Cęſar re cognita in prędteritum Silio ueniam dari iubet,redderet uxorem,rumperetq; tabulas. Cũ interea Narciſſus libertus a Claudio Hoſtiam accitus dixit,matrimonium Silij uidet populus & ſenatus,& miles, & ni propere agis tenet urbē maritus. Timens igitur Meſſalina in Lucilianos hortos digreſſa eſt,tentauitq; poſtea marito occurrere, ut ueniam impetraret. Silius tribunali admotus non defenſionem,non moras tentauit,precatus ut mors accelleraretur. Occiſo igitur Silio. Meſſalina in hortis Lucilianis Narciſſo inſtante ictu tribuni tranſfixa eſt. ¶ Elige quidnam. Suadendũ:hac interrogatione oſtendit Silij utranq; cõditionem fuiſſe difficilem,ſiue Valeriam Meſſalinam uxorem duceret, ſiue abnueret. Ait ergo poeta: Elige quid putes ſuadendum Silio,ducat ne uxorem an abnuat:quaſi dicat utrunq; omnino durum eſt.nam ſi duxerit periculum necis imminet a marito,ſi abnuerit ab ea uerba autem ſunt Iuuena ad monitorem. ¶ Rapitur miſer ad nuptias.ideſt. ¶ Extinguendus: quia poſtea interfectus eſt imperante Cæſare. ¶ Meſſalinæ oculis.ideſt ante oculos Meſſalinæ adducitur Silius:ut eam ſibi matrimonio coniungat. ¶ Flammeolo:diminutiuam eſt a flammeo.eſt enim (ut ſcribit Plinius. (genus ueli coloris lutei,quo nouæ nuptæ caput obtegebant. ¶ Genialis lectus: genialis:proprie (auctore Feſto) dicitur qui in nuptijs ſternitur in honorem Genij. unde & appellatur. De Genio multa alibi, & pręcipue apud Perſium ex auctoritate Cenſorini. ¶ Tyrius: purpureus.Nam ex Tyro inſula purpura diſcis habetur, qui liquorem in faucibus habet aptum ad tingendas ueſtes.auctor Plinius. unde dicimus ueſtes purpureas ab ipſo piſce, Tyrias ab inſula, Sidonias a Sidone ciuitate Tyri, & Sarranas eo ꝙ hæc inſula olim Sarra dicta fuerit.auctor eſt Gelius.ob hanc uirtutem purpuræ Tyrij non ſolum ab regibus:ſed & ab Romanis libertate ſunt donati.auctor eſt Strabo. de hac enim multa ſcribit libro decimoſeſto. ¶ Antiquo ritu ſecundum antiquum ritum.qui fere ſemper fuit,hodieq; etiam ſeruatur:ut maritus a puella data dote: quaſi ematur. unde eſt illud Virgili.in primo Georg. Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus undis. ¶ Cum ſignatoribus auſpex. nuptijs enim auſpices interponebantur.Cuius conſuetudinis ita meminit Valerius libro ſecundo. Apud antiquos non ſolum publice,ſed etiam priuatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto: quo ex more nuptijs etiam nunc auſpices interponuntur. ¶ Hæc tu ſecreta: forſan,inquit,tu exiſtimabis o Sili has nuptias ſecreto celebratum iri. ¶ Non niſi legitime: hinc furioſam Meſſalinæ libidinem oſtendit:quæ omnia ſecure fecerit,& inter conuiuas in amplexibus Silij ſteterit. ¶ Niſi legitime: niſi ſecundum rationes coniugales & leges. ¶ Quid placeat,dic:o Sili. ¶ Pereundum eſt ante lucernas: ideſt in medio conuiuio nocturno: quo tempore cœnatur ad lucernas. ¶ Si ſcelus: ideſt ſi Meſſalinæ coniungeris. ¶ Mora paruula: ided breue tempuſculum. ¶ Imperio: ſcilicet Meſſalinæ. ¶ Quic

Marginal notes (left, partly cut off): Martis adulte-rium; Mugilis; Endy-mionis fabula; Locus Apuleij emenda-tus; Hippoly-ti interi-tus; Bellero-phon

Marginal notes (right): A.; Meſſali-na C.Silius; Flãmeũ; Lectus Genialis; Tyrus q̃ olim Sarra; Auſpex

Nil ergo optabunt homines? si consilium uis,
Permittes ipsis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis, rebusq; sit utile nostris.
Nam pro iucundis aptissima quæq; dabunt Dii.
Carior est illis homo, q̃ sibi. nos animorum
Impulsu, & cæca, magnaq; cupidine ducti
Coniugium petimus, partumq; uxoris, at illis
Notum qui pueri, qualisq; futura sit uxor.
Vt tamen & poscas aliquid, uoueasq; sacellis
Exta, & candiduli diuina tomacula porci
Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.
Fortem posce animum, & mortis terrore carētem,
Qui spatium uitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoscunq; labores,
Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores
Herculis erumnas credat, sæuosq; labores,
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.
Monstro, quod ipse tibi possis dare, semita certe
Tranquillæ per uirtutem pater unica uitæ.
Nullum numen habes, si sit prudentia, sed te
Nos facimus Fortuna Deam, cœloq; locamus.

quid leuius: utrumcunq; feceris, omnino tibi erit moriendum, aut per Cæsarem, aut per Messalinam.

ASCen. ¶ ET dare suam: scilicet formam Rutilæ. filius autem egregij corporis habet semper miseros præ anxietate: & trepidos: scilicet trepidantes parentes. adeo: idest intantum. rara est concordia formę, atq; pudicitiæ. licet domus horrida: idest aspere uiuens tradiderit sanctos mores: ac licet ipsa sit imitata ueteres Sabinas, quę castissimæ fuerunt. præterea licet natura: idest naturalis influentia larga tribuat benigna manu castum ingeniū: & uultum modestum feruentem sanguine: unde forma nascitur. sunt autem hæc magna: unde per parenthesim subdit: Quid enim natura existens potētior omni custode & cura, potest puero plus cōferre, q̃: idest castum ingenium: idest inclinationem naturalem ad castitatem: quasi dicat nihil. & tamen supple, non licet: idest non est permissum. tales supple formosos. esse uiros: idest fortes & castos. nam uir a uirtute, & ui mentis dicitur: qua qui carent. uiri proprie non sunt. uel si de sexu loquitur. non licet. idest nō permittitur eos a corruptoribus esse uiros. quia pręciduntur aut castrantur. nam prodiga improbitas corruptorum gaudet tentare: idest solicitare ipsos parentes: ut permittant: scilicet tanta fiducia: idest confidentia est ipsis in muneribus: ꝙ. scilicet per munera sperant parentes corrumpere. Nullus tyrannus castrauit in sęua arce: idest castro excelso & munito: uel si ad Neronem respicit: in arce Tarpeia: idest in Capitolio. ephebum: idest adolescentem adhuc leuem deformem. nec Nero rapuit ad stuprum: scilicet prætextatum: idest aliquem nobilem puerum. loripende: idest oblique incedentem: uel strumosum: in collo: scilicet strumam habentem. & tumentem utero. idest gibbo. Ergo o fatue parens, uel fatua mater. lætare: idest gaude (per ironiam hoc dicit) specie: idest speciositate: tui iuuenis. quem discrimina: idest pericula maiora expectant. nam ipse sup. fiet adulter publicus. & metuet pœnas. i. punitiones quascunq; mariti irati exigere supple solent. Mancinellus dicit meminit exigere: idest pati quascunq; pœnas mariti irati: sed minus placet. Nec erit felicior astro Martis: idest aliquando deprehendetur sicut Mars cum Venere: quæ res quia physica est: dixit astrum Martis pro ipso Marte. ut nunquam incidat in laqueos. autem pro sed iste dolor quem maritus paritur dum deprehēdit adulterum. exigit: idest postulat. interdum plus sup. uindictæ: q̃ ulla lex concessit dolori. hic: idest unus maritorum. necat supple deprehensos ferro. ille: idest alius. secat. idest disrumpit flagellis cruentis. & mugilis: idest piscis lubricus intrat per posteriora. scilicet cogentibus maritis quosdam mœchos: idest adulteros deprehensos. Sed forte dices: ꝙ tuus Endymion: idest formosus filius: qualis fuit Endymion a Luna amatus fiet adulter matronæ dilectæ: sed dicit poeta. ipse fiet &. idest etiam adulter illius quam non amat. mox: idest statim. postq̃ Seruilia: idest q̃uis diues matrona, quam forte creditur amare, dederit nummos: nec expectet plus pecuniæ ab ea ipse eruet: idest auferet & extorquebit ab ea omnem ornatū corporis. Quid enim negauerit ulla femina inguinibus udis: idest membris suis ad Venerem paratis: quasi dicat nihil quia siue hæc quæ inguina uda habet. est Hippia idest prodiga ut Hippia. siue Catulla. idest auara alioqui ut Catulla, uel siue nobilis, siue plebeia fœmina. deterior idest minus ualens in reliquis suis factis. habet illic. idest erga adulterum. totos mores. idest liberalitatem & comitatem &c. quæ gratiam concilient. sed dicet mater forte: forma nocet pulchris si sint incasti: sed quid nocet forma casto. quasi dicat nihil. Respondet poeta. Immo dic supple quid graue: idest seuerum &, maturum propositum caste uiuendi. profuit: idest utilitatis attulit Hippolyto filio Thesei? quasi dicat, nihil. quia a nouerca propter formam appetitus & falso incusatus precibus patris, & auxilio aui ab equis dissolutus & disiectus est. quid graue propositum profuit Bellerophonti: quasi dicat nihil: quia propter formam appetitus est, multa passus: quia renuit. Nempe quia certe hæc: scilicet mulier, quæ causa fuit quare nil profuit Hippolyto aut Bellerophonti. erubuit: idest pudore affecta est. repulsa: idest propter repulsam. seu. idest sicut. erubescere. solet fastidita idest: per superbiam spreta. Nec Sthenobœa: idest Ancea Prœti regis uxor excanduit: idest furore incensa est minus. q̃ Cressa: idest Cretensis, quæ Hippolytum amauit: scilicet Phædra Minois filia. & ambæ concussere: idest in ultionem excitauere se. Mulier est tunc sæuissima. cū idest quando. pudor: idest rubor admouet odio. stimulos: idest indignationem. Elige quidnā putes esse suadendum illi supple scilicet C. Silio formosissimo iuueni. cui Messalina. scilicet uxor Cæsaris scilicet Claudij. destinat: idest intendit nubere. quasi dicat. tu non poteris tale consilium dare quin interficiatur: quia si ducit, interficitur a Cæsare, si non, a Messalina. hic existens optimus & idem formosissimus iuuenis. gentis patriciæ. idest senatoriæ rapitur extinguēdus: idest necandus. oculis. idest propter oculos, uel ante oculos Messalinæ. Illa: scilicet Messalina. sedet ut sponsa. & hoc flammeolo: idest indumento nuptiali parato. dudum: idest pauloante. & genialis supple torus generandis liberis sacratus. tyrius. idest purpura tectus. sternitur palam ut in licitis nuptijs: in hortis. & decies centena supple sestertia dabuntur supple in dotem. antiquo ritu: idest sicut ab antiquo institutum est. auspex: idest pronubus, aut paranymphus. ueniet cum signatoribus: scilicet tabellarum: hoc est (ut nunc dicunt) notarijs. putabis tu hæc: idest huiusmodi sponsalia & præparamenta ad nuptias secreta & commissa paucis: quasi dicat si hoc putabis, tota errabas uia: quia Messalina nō uult nubere nisi legitime. Dic si tibi: ut illi casus obueniret: quid placeat tibi facere. Ni. i. nisi uelis parere uoluntati Messalinæ. pereundum est ante lucernas: idest ante primum usum lucernarum: hoc est antequam nox sit. Si admitas scelus ducendo Cæsaris uxorem: paruula mora dabitur supple morti. dum idest donec. res nota urbi & populo contingat aures principis: idest Claudij. ille sciet ultimus dedecus domus suæ. Interea tu obsequere imperio Messalinæ: si uita paucorum dierum. est. idest reputatur. tibi: idest a te tanti supple ualoris uel pretii. quasi dicat non deberes propter breuem uitam, aut etiam propter famam seruandam adulterium committere. & ideo prudentior fuit Ioseph, q̃ Silius. & Susanna, q̃ Lucretia. Sed propter formam omnes isti fuerunt perplexi: perplexitate pœnæ non culpæ. Vnde de isto dixit. Quicquid: idest siue ducere, siue renuere. tu putaris: idest putaueris leuius & melius. ceruix tua candida & pulchra est præbenda gladio: idest interimendus es.

IOAN. BRIT. ¶ NIL ergo optabunt homines: uerba monitoris ad Iuuenalem: ergo, inquit, cum undiq;, ut declarasti immineant pericula: homines nihil petere a Dijs debebunt. ¶ Si consilium uis: uerba Iuuenalis respondentis monitori. ¶ Expendere quid conueniat: sines, inquit, ut ipsi Dij expendant, & quasi rem ponderando ident: quod nobis sit utile, & commodū. Iuxta dictū illud Socratis, qui aiebat a Dijs nihil ultra petendum esse, q̃ ut tribuerent bona: quia ii demum scirent quod unicuiq; esset utile. nos autem plerunq; id uotis expetere, quod non impetrasse melius foret. ¶ Illis scilicet Dijs. ¶ Nam pro iucundis. idest loo ceorum, quæ nos iucunda ducimus. ¶ At illis scilicet Dijs. ¶ Qui pueri: pro quales pueri. ¶ Vt tamen & poscas: ut concedamus, inquit, ut ab ipsis Dijs etiam aliquid poscas, id tantummodo petendum est: ut sit mens sana in sano corpore. hæc enim sunt quæ Cicero in libro de finibus bono

rum & malorum prima naturæ appellat: hoc eſt quæ in homine ſunt præſtantiſſima: ſenſuum uidelicet & membrorum integritas. Vnde eſt illud Apulei in dogmate Platonis: Tunc hominem eſſe perfectum, cum anima & corpus æqualiter copulantur: & inter ſe conueniunt: ſibiq; reſpondent: ut firmitas mentis præualentibus corporis uiribus non ſit inferior. Idem ſenſit Horatius in Odis: Frui paratis & ualido mihi. Latoe dones at præter integra Cum mente, nec turpam ſenectam Degere, nec cithara canentem. Seneca ad Lucilium: Roga bonam mentem: bonam ualetudinem animi: deinde tunc corporis. Nam hoc in homine eſt integræ felicitatis: quorum neutrum contigit Caligulæ, auctore Tranquillo, dicente ſic: Valetudo eius neq; corporis, neq; animi conſtitit. ¶ Tomacula: edulia ſic dicta: quod Græci τόμην ſectionem dicũt: hoc eſſe puto quod Macrobius appellat Iniſitium: ab eo quod inſecta caro reticulo circundatur. Tomacula dicuntur alio nomine, ſiue per ſyncopen Tomacla. Martialis: Quod fumantia, qui Tomacla raucis Circunfert tepidis coquus popinis. fiebant enim ut plurimum, iecore, & pulmone porcino. Erat q; genus cibi ſeruilis. in luxu autem erant abdomina, teſticuli, uuluæ, ſincipitia, quæ cenſorijs legibus quandoq; fuerunt interdicta. ¶ Fortem animum: laudabile eſt uotum. ¶ Fortem: conſtantem. ¶ Spatium uitæ: ideſt finem uitæ & mortem ipſam. eſt enim ſapientis id nõ timere, quod uitari non poteſt. ¶ Neſciat iraſci: animi perturbatione non agatur ſapientem enim ira non agitantur, mortem non timet, ſed eam inter munera naturæ connumerat. ¶ Et potiores Herculis erumnas: qui potius ad uirtutes, q̃ ad uoluptates erigatur. Hercules enim uarios ſequutus labores, immortalem ſibi gloriam, & famam peperit. ¶ Erumnas: erumna eſt (ut ſcribit Cicero) ægritudo quædam animi laborioſa. Vnde ait in libro ſecundo de finibus bonorum & malorum: Maiores noſtri labores non fugiendos triſtiſſimo tamen uerbo erumnas nominauerunt. ¶ Sæuoſq; labores: aut quos ſatis crudeliter imperauit Euryſtheus: aut ſęuos magnos, & uix ſuperabiles. ¶ Et Venere Sardanapali: ideſt q̃ ſint delitiæ & uoluptates, quales ſequutus eſt Sardanapalus, qui ultimus Aſſyriorum rex in omnem libidinem ita ſe dimiſit: ut nunc uiri, nunc mulieris uice abuteretur: omni prorſus calcata & ſexus & pudoris cura. Stola.n. muliebri faciẽ, totumq; corpus in modũ pellicis fuco componẽs, ultra luxũ muliebrem laſciuiebat, uocem fœmineam imitatus, cibum potumq;, qui uoluptatem præberent continuo appetebat. Adeo uero delitiæ, turpis uoluptas, incontinentia in eo uiguere, ut ſucceſſoribus poſt obitum ſuum in ſepulchro inſcribi barbarica uerba mandauerit: Hæc habeo quæ comedi, & quæ cum amore & uoluptate percepi. Arbactus eius præfectus, cum eum inter mulieres penſa partientem inueniſſet, indignatus, communicatis cum militibus quæ uidiſſet, uniuerſum exercitum aduerſus eum accendit, bello Sardanapalus ſuperatus in regiam ſe recepit: ubi extructa pyra ſe, ſuaſq; diuitias pretioſiores cremauit: hoc ſolo uirum imitatus. De Sardanapalo multa Strabo libro quarto, Iuſtinus, Diodorus libro tertio Cicero libro quinto Tuſcula. ¶ Monſtro, quod ipſe tibi: docet poeta bene, beateq; uiuere uolenti: omnes animi cupiditates eſſe ſuperandas, uirtutemq; uoluptatibus anteferendam. quod omnino eſt ſapientis. unica enim, inquit, uia eſt. ſ. uirtutis: quæ ad quietam, tranquillamq; uitam nos ducit tutos: uel ab omnibus fortunæ telis, neq; enim fortuna ullam habere poteſt poteſtatem in illum, qui ſe uirtutis armatura induerit. nam fortunæ fortiter reſiſtit, minas eius haud timet, omnes impetus facillime ſuſtinet. Eſt igitur ſenſus: Ego monſtro quod poſſis ipſe tibi dare: ideſt oſtendo tibi iter quo tibi ſit gradiendum. ideſt uirtutis. nam ea eſt, quæ (ut diximus) ducit hominem ad quietam, tranquillamq; uitam. ¶ Ipſe tibi poſſis dare. ideſt. quod tu per teipſum ſine difficultate potes arripere, unicuiq; enim licet rectum uiuendi iter ingredi, uitamq; beatam apprehendere. ¶ Nullum numen habes: eſt ueluti contra fortunam reſponſio: tanquam inſidias & incommoda minitantem. ut ſit ſenſus: Non eſt o Fortuna, ꝙ homini quem in ſinu uirtutis reſidentem inuenis, miniteris: nullum enim habes numen ideſt poteſtatem in nos, ſi ſit prudentia: hoc eſt ſi cum uirtute omnia agimus. Sed tamen nos ueluti cæci, & parũ perſpicaces te facimus Deam: tanquam quæ res humanas ex libidine moderereris: quod in homine ſapiente facere non potes: cum ipſe uirtutis umbone omnes tuos impetus facile ſuſtineat, & ſuperet. prudentis enim eſt agere recta, ueraq; cum ratione. Nam prudentia ſtat in delectu bonorum & malorum. Qui ergo ea bona ſequuntur, quæ dicuntur eſſe fortunæ ſubiecta, & externa, ut ſunt diuitiæ, honores, & dignitates quæ homini auferri poſſunt, dicunt naturam humanam fortunæ eſſe ſubiectam. Sed ſi bona animi ſequerentur: ideſt uirtutes, quæ ab eis auferri nequeunt: tunc intelligerent id quod eſt uerum, naturam humanam caſibus non eſſe ſubiectam, quia ipſa ſibi cunctis in rebus proſpiceret. Quod ſane docuit Metrodorus: ut ſcribit Cicero. in quinto Tuſculan. ſic: Occupaui, inquit, te fortuna, atq; cepi, omneſq; aditur tuos itercluſi, ut ad me aſpirare non poſſes. Seneca ait ex hominum quæſtu factam eſſe fortunam Deam. In multis autem codicibus legitur. Nullum numen abeſt, ſed mulius habes.

¶ NIL ergo & cætera. Poſtquam oſtenſum eſt quid non ſit op- A SCen.
tandum: & in quo non conſiſtat uerum bonum: oſtendit quid ſit optandum, ut uerum bonum, inducit autem auditorem quaſi obijcientem negligendam eſſe religionem, ſi nihil a Dijs petendum ſit. Ordo eſt: Ergo cum in omnibus dictis non ſit aliquid optandum, ut uerum bonum: nil optabunt homines. Reſpondet poeta: Si uis conſilium a me. tu permittas ipſis numinibus expendere: ideſt examinare. quid conueniat: ideſt utile ſit nobis. nam Dij dabunt pro iucundis: ideſt pro delectantibus nos: & uoluptuoſis. quæq; aptiſſima: ideſt omnia grata & utilia: licet non ſint iucunda: hoc eſt precemur ut Dij dent nobis conferentia ad ſalutem, quæ ipſi dare parati ſunt. nam homo eſt illis ſcilicet Dijs carior, q̃ ſibiipſi ſcilicet homini. quod ſi Æthnicis uiſum eſt: quomodo non nobis chriſtianis uidebitur? pro quibus ſaluator animam ſuam poſuit. Nos ducti cęco impulſu animorum, & magna cupidine: ideſt cupiditate. petimus coniugium, & partum uxoris: ideſt ut uxor pariat. ſed notum ſupple eſt illis ſcilicet Dijs. qui: ideſt quales ſupple futuri ſunt pueri: ideſt liberi: & qualis uxor futura ſit. tamen ut poſcas aliquid, & uoueas ſi contigerit ſacellis: ideſt paruis locis ſacratis (uulgus uocat capellas) exta: ideſt ſacrificia animalium. & tomacula: ideſt ea edulia diuina: ideſt Dijs ſacrata porci candiduli: ideſt mundi, & ut Donatus uult) eximij. Orandum eſt ut mens: ideſt animus, aut ratio animæ ſit ſana in corpore ſano: ideſt pro animæ, corporiſq; ſanitate. Poſce a Deos animum fortem carentem terrore mortis (qua qui terrentur bonam conſcientiam non habent) qui animus donat ſpatium: ideſt longitudinem uitæ. extremum: ideſt uiliſſimum inter munera naturæ. quia phyſice cõpertum: ut extremo nati peſſimi ſint. ut dicit Seruius ad illud quarto Æneid. de fama: Extremam ut perhibent & cæte. Et qui animus queat: ideſt ualeat. ferre: ideſt tolerare quoſcunq; labores. qui neſciat iraſci ſup. uitioſe. & q cupiat nihil indecẽter. & q credat. i. æſtimet. erũnas & ſeruos. i. ualde magnos labores Herculis. eſſe ſup. potiores. i. potius eligẽdos. & . i. ſimul. Venere. ideſt uoluptate uenerea. & cœnis: ideſt guloſitate: & plumis: ideſt molliciæ. & indulgentia Sardanapali: ideſt regis illius molliſſimi, & guloſiſſimi. ego monſtro ꝙ ipſe: ideſt tu. poſſis dare tibi ſcilicet uirtutem, & bonum animum, ſecundum illud Horat. in Epiſtola: Det uitam: det opes, æquum mi animum ipſe parabo. Homo enim propter libertatem arbitrij utcunq; uirtutis ſuæ auctor eſt. quia dicit Auguſt. Qui fecit te, ſine te non ſaluabit te ſine te. tamen ut dicitur Iaco. primo: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Certe inquit poeta: ſemita: ideſt anguſta, & quaſi dimidiata uia tranquillæ uitæ. patet unica: ideſt ſola per uirtutem. Nullum numen abeſt nobis ſupple ſi prudentia ſit ſupple nobis. ſic quidam legunt. melius continuatur tamen textus legendo ſic: O Fortuna tu nullum numen. ideſt. nullam potentiam diuinam, quam ad nutum geras, habes: ſi prudentia ſit ſupple nobis. ſed nos, qui ſine conſilio & prudentia omnia gerimus, facimus te Deam, & locamus cælo.

FINIS.

Satyra undecima. Atticus eximie.

IOAN. BRIT.



TTICVS eximie: sensus est: Atticus, quem pro nobili & potenti uiro ponit: si laute, & splendide parat cœnas, laudatur ab omnibus: & merito q diues est. Si uero Rutilus idem facit, omnibus est ludibrio, q tenui est diuitiarum censu: ut ostendat unicuiq pro qualitate diuitiarum colendam esse uitam. ad hũc Atticum scribit Martia. libr. vii. Attice q renouas facundæ nomina gentis. nã nomen gentilicium ducit ab illo Attico Pomponio equite Romano, q Ciceronis fuit familiarissimus: q ab Athenis cognomen reportauit, & qui amplissimis fuit diuitijs. ¶ Eximie: excellenter & egregie. ab eximo fit eximius: quasi qui ex hoĩum numero ut excellentior eximitur.

Lauticia ¶ Lautus habetur. i. magnificus & splendidus, ac per hoc laudatur. Nam lauticia est hominis splendidi & diuitis. Eos. n. lautos dicimus, q nitido, magnificoq epularũ apparatu uiuunt: quasi q uelint omnia delicata & lauta: ut sit uocabulũ a lauãdo. ¶ Si Rutilus demens: Rutilũ sui tẽporis hominẽ mediocriũ opũ notat, qui sumptuosas, uberesq cœnas parabat, nulla habita facultatũ suarum ratione ita: ut oẽs sentirent, & dicerent eũ ad summam miseriam peruenturũ: & absumptis omnibus bonis: ad armorum tractandorũ meditationem descensurum ex quo quæstu uiueret. ¶ Quam pauper Apicius: q̃ pauper gulosus. per Apiciũ autẽ omnem gulosum intelligit. de quo multa diximus in quarta Saty. illic: Quę miser, & frugi nõ fecit Apicius. ¶ Conuictus: cõuiuium: ac p hoc oẽs conuiuæ.

Thermę ¶ Thermæ: loca calida, ubi desudabant q se loturi erant in balneis. qui enim in balneis lauabantur loco prius calido, aut ad ignem, aut ad solem desudabant, postea lauabãtur, postremo perungebantur oleo. Apuleius libro quarto de asino aureo. Nudatiq, & flammæ largissimæ uapore recreati, aqua calidaq perfusi, & oleo peruncti mensas dapibus largiter instructas accumbunt. θέρμος enim calidum significat.

Statio ¶ Stationes: uocabulum ductum est a stando, & multiplici capitur significatione. Nam dicitur secundum Vulpianum titulo de flumine nequid fiat: is locus ubicunq naues tutæ stare possunt: unde illud Virgilij: Et statio tutissima nautis. Statio item dicitur quicunq locus in urbe: ubi frequenter consistunt otiosi, confabulantur, & docent. unde Au. Gellius libro duodecimo: Quæsitum est memini in plerisq Romæ stationibus ius publice docentium, aut responsdentium. Plinius in epistolis: Plerisq in stationibus sedent, tempusq audiendo fabulas conterunt. Statio item locum significat destinatum ad standum. ut illud apud Valerium: Collocatas a se in quadam statione quinq cohortes: atq ex ea uiribus hostium depulsas, repetere eandem stationem e uestigio iussit. In qua significatione est illud in sexta Satyra: Lachrymisq paratis In statione sua. Liuius in septimo ab urbe condita: Nec Galli se statione tenuerũt. Statio item accipitur pro ipsis custodibus. Tranquillus in Tiberio: Disposita statione per ripas Tyberis, quæ obuiam prodeũtes summoueret. Statio item ponitur pro ipso officio standi. ut illud apud Valerium: Senatus assiduam stationem eo loci peragebat. ¶ De Rutilo: subaudi loquuntur, quæ sequũtur. ¶ Nam dum ualida, ac uerba sunt uulgi prærĩdentis miseriam Rutili gulosi. ut sit sensus: Profecto, inquit, breui futurum est: ut ad summã inopiã redigatur. Et recte quidẽ ad eã festinat. Nã dũ ẽ iuuenis, facilius poterit arma tractare, sicq ẽ ironice dictũ. Ordo est: Nã scripturus ẽ leges, & regia uerba lanistæ: idest ipse ad meditationem tractãdorum armorum descendet: & ab lanista discet, fietq gladiator. Nam (ut recitauimus in secũda Satyra illic: Vicit & hoc monstrũ tunicati fuscina Gracchi ex sententia Tranquilli i. Tiberio) ex iuuentute utriusq ordinis profligatissimus quisq in opera scænæ, arenæq edendi senatus consulto tenebatur: multi etiam famosam iudicij notam sponte subibant. Quod ut turpissimũ hoc loco sicut & in dicta Satyra insectatur poeta. Itaq non exponas ipsum futurum lanistã q alios doceat: sed futurũ gladiatorẽ, descensurumq in arenam ad digladiandum: quemadmodũ multi nobiles sponte sua fecerunt tẽporibus Domitiani. de quibus in Satyra octaua: Quanti sua funera uendant, Quid refert? uendũt nullo cogente Nerone. unde & Trangl. in Cæsare scribit munere gladiatorio, Furium Leptinum stirpe prætoria, & A. Calpenũ senatorẽ quõdam, actoremq causarũ in foro depugnasse. Horatius quoq in epistola ad Lolliũ ostendit nõ nullos ob inopiam factos gladiatores, cũ ait: Nummos alienos pascet ad imũ Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballũ. Gladiatores enim quidã speciali uocabulo dicti sunt Thraces ab armatura Thracum in certamine gladiatorio. Mirmilloni opponebatur Thrax: quod docet Ausonius in monosyllabis sic: Quis mirmilloni cõtenditur? æquimanus Thrax. Cicero in sexta Antoniana: Thracẽ de Thrace gladiatore intellexit iugulauit familiarum suũ. Vnde & Plin. lib. xi. cũ ait: Tracio studioso in C. Cæsaris ludo notũ est dexteram fuisse proceriorem. Signat. n. Plin. gladiatorẽ fuisse ex ijs, qui Thraces dicuntur, q solitus sit in ludo gladiatorio Caligulæ gladiaturam exercere. ¶ Non cogẽte quidẽ: faciet, inqt, hoc sponte, ut dicat rationẽ tractandorũ armorum: non aũt cogente tribuno. Nam tribuni plebis cũ consules habebant delectũ populi ad militiã, aut cogebant Quirites dare nomina, aut prohibebant ob sedationem & odiũ in patres. auctor Liuius. unde dies Lucio Mãlio dicta fuit a M. Pompeio tribuno plebis propter delectum acerbe factũ. lege Liuiũ in. vii. libro ab urbe cõdita. Et in tertio ubi sic scribit: At ex parte altera cõsules in cõspectu eorũ positis sellis delectũ habebãt. eo decurrunt tribuni, concionemq secũ trahũt. Et paulopost, Quẽadmodũ tribuni gessissent in prohibẽdo delectu: sic patres in lege impedienda

IVNII IVVENALIS AQVINATIS SATYRA VNDECIMA.



IN VNDECIMAM SATYRAM IVNII IVVENALIS ARGVMENTVM.

Atticus eximie. Hac Satyra poeta alloquitur Persicum amicum suum, quem inuitauerat in cęnam, polliceturq se ei frugalem cęnam daturum. Hinc q̃ nactus occasionem, eos insectatur, qui cęnas lautiores parant, q̃ modus facultatum ferat: ostendens omnibus in rebus luxum fugiendum esse mediocritatemq colendam: & unumquemq secundum Chilonis sententiam seipsum noscere debere, nequid omnino supra uires suas efficiat.



Tticus eximie si cœnat, lautus habetur,
Si Rutilus, demens, quid enim maiore cachinno
Excipitur uulgi, q̃ pauper Apicius? omnis
Conuictus, Thermæ, stationes omne Theatrum
De Rutilo, nam dum ualida, ac iuuenilia membra
Sufficiunt galeæ, dumq ardens sanguine fertur
Non cogente quidem, sed nec prohibente tribuno
Scripturus leges, & regia uerba lanistæ.

impedienda gerebant.poeta ergo ostendere uult tale genus hominum,cum a fortunis suis per luxum deciderint,quasi sibi præclusa omni honestatis semita ad armorum tractandorũ meditationem descendere solere: ut ex eo(ut diximus) quæstu tanquam gladiatores uiuant.⸿Scripturus leges:tractandorum armorũ scilicet : quas dabit ei lanista, rationes enim inferendi & uitandi ictus docebant lanistæ,non modo gladiatores, sed etiã tyrones ipsos.quod docet Tranquillus in Cæsare his uerbis: Tyrones neq; in ludo, neq; per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiam per senatores armorum peritos erudiebat. Videturq; alludere ad illum P. Rutiliũ:a quo (ut scribit Valerius lib. secũdo) armorum tractandorum meditatio tradita est militibus. Is ex ludo C. Aurelij Scauri doctoribus gladiatorum accersitis, uitandi atq; inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingenerauit. ⸿Verba regia lanistæ: idest dictata ipsius lanistæ,q iter gladiatores est tanquam regulus & magister. ⸿Lanistæ: ii erãt qui familias habebant gladiatorias:quas mercede locabant edẽtibus munera. dicti a laniando: q; præessent gladiatoribus, qui inuicem dimicando se dilaniarent.unde & lanij dicũtur,qui laniant pecora, & carnes uẽditãt. [margin: nistæ]

[margin: Cen.] Tticus eximie. In hac undecima Satyra taxat poeta supfluo sumptus cœnarum: docens statim a principio sumptũ pro rebus faciendũ esse:quia nõ eadem omnes docent. Multa enim quæ in diuite lautam & liberalem uitam probant:in paupere prodigalitatis notam merentur. Ordo est: Si Atticus uir diues cœnat eximie: idest cum egregio sumptu, ipse habetur: idest existimatur, & cẽsetur. lautus:idest homo non sordidus: sed lautitias & munditias cœnarum amans. si Rutilus : idest uir pauper,cœnat supp. eximie: ipse habetur demẽs. Quid enim excipitur maiore cachinno : idest profusa irrisione uulgi,q̃ Apicius uir perditę gulæ: pauper id est, qui per gulam pauper effectus est:quasi dicat nihil.omnis conuictus: idest omne cõuiuiũ. oẽs supple Thermæ: idest omnes in Thermis sedentes: stationes:idest omnes alicubi, ut naues ad tempus stant,simul stantes. omne theatrum : idest omnes existentes in theatro. de Rutilo supple loquuntur. nam dũ idest quamdiu:uel quo tempore membra eius ualida, & iuuenilia sufficiunt galeæ supple.portandæ.i.militiæ exercendæ: q; pro &c. dum ipse ardens sanguine.idest habens calidum sanguinẽ,qui agilitatis causa est.fertur:idest agitatur, & impellitur. scripturus est supple gladiatoribus leges. & regia:idest regalia & magnifica uerba.lanistæ:idest magistri gladiatorum. hoc est operas suas locabit lanistæ,i.uilissimo homini:cuius artificio corpora hominum dilaniantur: & hoc tribuno non cogente: & ita non excusabilis Rutilus:sed nec prohibente:in quo accusandus est tribunus:q dedecus nobilium cum posset,non arcet. per transitum ergo utrunq; taxat.

Multos porro uides, quos sæpe elusus ad ipsum
Creditor introitum solet expectare macelli,
Et quibus in solo uiuendi causa palato est
Egregius cœnat,meliusq; miserrimus horum,
Et cito casurus iam perlucente ruina.
Interea gustus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretiis obstantibus,interius si
Attendas, magis illa iuuant quæ pluris emuntur.
Ergo haud difficile est perituræ arcessere summam
Lancibus oppositis,uel matris imagine fracta,
Et quadringentis nummis condire gulosum
Fictile,sic ueniunt ad miscellanea ludi
Refert ergo quis hæc eadem paret,in Rutilo nam
Luxuria est,in Ventidio laudabile nomen
Sumit,& a censu famam trahit illum ergo iure
Despiciam,qui scit quantum sublimior Atlas
Omnibus in Libya sit montibus,hic tamen idem
Ignoret qnantum ferrata distet ab arca
Sacculus,e cælo descendit γνῶθι σεαυτόν
Figendum, & memori tractandum pectore,siue
Coniugium quæras,uel sacri in parte senatus
Esse uelis,nec enim loricam poscit Achillis
Thersites,in qua se traducebat Vlysses
Ancipitem,ceu tu magno discrimine causam
Protegere affectas te consule,dic tibi,qui sis
Orator uehemens,an,Curtius,an Macho,buccæ
Noscenda est mensura tuæ,spectandaq; rebus
In summis,minimisq;, etiam cum piscis emetur,
Nec multum cupias,cum sit tibi gobio tantum
In loculis. quis enim te deficiente crumena,
Et crescente gula manet exitus,ære paterno,
Ac rebus mersis in uẽtrem,fœnoris,atq;
Argenti grauis,& pecorum,agrorumq; capacem?
Talibus a dominis post cuncta nouissimus exit
Annulus,& digito mendicat Pollio nudo.
Non præmaturi cineres,nec funus acerbum
Luxuriæ,sed morte magis metuenda senectus.
Hi plerunq; gradus,conducta pecunia Romæ,
Et coram dominis consumitur,inde ubi paulum
Nescio quid superest,& pallet fœnoris auctor,
Qui uertere solum,Baias,& ad hostia currunt.
Cedere namq; foro iam non tibi deterius,q̃
Aesquilias a feruenti migrare Suburra,
Ille dolor solus patriam fugientibus,illa
Mœstitia est,caruisse anno Circensibus uno
Sanguinis in facie non hæret gutta,morantur
Pauci ridiculum,& fugientem ex urbe pudorem.
Experiere hodie nunquid pulcherrima dictu
Persice non præstem uita,nec moribus,& re,

⸿MVLTO porro uides:multi,inquit, insuper existunt ex gulosis: q pecuniã fœnore acceptam gulę obsequentes atterũt, decipiuntq; ipsos creditores, quos sæpe eluserunt,q cũ promiserint se soluturos, tergiuersantur, & gulæ tantũ memores debiti obliuiscuntur. ⸿Et quibus : & uides multos quibus causa uiuẽdi est in solo palato.i. qui nullã aliam ob causam uidẽtur uiuere, q̃ ut comedant. Tale genus hominũ taxauit Socrates, ut recitat Macrobius libro secundo Saturnaliũ dicens: multos homines propterea uelle uiuere, ut essent & biberent, se bibere atq; esse, ut uiuerent. ⸿Creditor: creditor is dicitur, q aliqd alicui credit cũ solutionis expectatione. ⸿Macelli: macellũ locus fuit in urbe, ubi obsonia uendebãtur. dictũ (ut scribit Plutarc. in Problematis) a quodam Macello, qui i urbe latrociniũ exercebat. quo dãnato censores Æmilius & Fuluius statuerunt, ut domus eius publicaretur, uenderenturq; ibi obsonia ⸿Solo palato:bene autẽ palato. Nam intellectus saporum cũ cæteris sit in prima lingua, homini ẽt in palatio. ⸿Egregius: aduerbiũ comparatiuũ est hoc loco.i. magis egregie. ⸿Et cito casurus: i paupertatẽ lapsurus. ⸿Ruina perlucente perstat in metaphora: qa præcessit casurus .i. egestate iam apparente. ⸿Interea: dum ad huc sunt diuites. ⸿Omnia elemẽta : aut ad illam cõsuetudinẽ respexit, quam Antonius Geta (ut scribit Spartianus) habebat: ut prandia per singulas literas iuberet scientibus seruis: uelut in quo erat A Anser, Apruna, Anas. Item pullus, perdix, pauus porcellus, piscis, pna, & q̃ in eã literam genera eduliũ caderent, & itẽ fascianus, farta, ficus, & talia. ut sit sensus: Quærunt gustus p singula elemẽta.i.p singulas literas. Nã literæ dicũtur elemẽta: q; quemadmodũ illa coeuntia oẽ corpus pficiũt: sic ẽt literæ coniunctæ literalẽ uocẽ, quasi corpus aliqd cõponunt: aut (quod oĩno placet) hyperbolicos dictũ est: neq; .n. p oĩa elemẽta q̃ quatuor sunt sed p tria dumtaxat aerẽ, aquã, & terrã: ut dicat uolatilia, aquatilia, & terrestria aĩantia quæri ad epulandũ. Elemẽta aũt dicta sũt (ut scribit Diuus Hieronymus in commentario epistolæ, quæ Pauli ad Hebræos inscribitur) quasi eleuamenta, eo q; ex ipsis cætera originem sumant initia: uidelicet & fundamenta creaturarũ. ⸿Nunquã animo pretiis obstantibus, nunq̃, inqt, magnitudine ptii terrẽtur, quo minus lau

[margin: IOAN. BRIT.]
[margin: Macellũ]
[margin: Elemẽta]

tas cœnas sibi parēt. Interius si attēdas:ratio q̄re sumptibus non
parcant.illa.n.inqt suauiora uidētur,q̄ maiore comparentur p̄tio.
Attendas interitus:hoc est si rē diligētius cōsideres,& intrinsecus
inspicias:aut si gustū interiorē obserues. Ergo:cū pretiosis epulis
delectētur ut suauioribus. Haud difficile est.i.facile est ijs gulosis.
Arcessere summā.i.euocare & cōtrahere grandē æris alieni sum
mā datis pignoribus. Apul.li.x.Veste ipsa mea q̄uis paruula distra
cta sufficientē corrasi summulā.i.collegi & cōtraxi. Periturā:quæ
gulæ gratia itereat. Laucibus oppositis.s.pignori: itellige aureis
uel argēteis. Vel matris imagine fracta tanta,inqt,gula est,ut non
solum lances opponant pignori,sed ēt mediā statuā matris: quod
maxime ignominiosum erat. Et quadringētis:facile,inqt,existūt,
q cōdiunt & parēt,largasq̧,uberesq̧ cœnas uel quadringentis nū
mis.i.itegro cēsū equestri.ēt in fictilibus.i. i mediocri ēt facultate.
Condire Condire:p̄priū est ciborū,quos adhibito multo pingui dicimus
bene cōditos,ide & ꝯdimētū.ergo cōdire,magno sumptu & delica
to parare. Fictile gulosū.i.epulas lautas & opiparas,ēt i pauꝑtate
Miscella nea q̄ fictilib⁹ utit̄. Sic ueniūt ad miscellanea:ludi.hoc mō,iq̄t,ueniūt
ludij ad miscellanea:hoc ē ludij fiūt absumptis ꝑ gulā opibus.&sic
ad miscellanea ueniūt:hoc ē ad ludos,& artes ludicra.Nā miscella
nea,siue miscellos ludos appellauere.de q̄bus sic Suet.i Calig.Edi
dit ꝑegre spectacula i Sicilia,Syracusis hasticos ludos, & i Gallia
Lugduni miscellos.Vidēturq̧ dici a miscēdo:q̧ aut ibi uaria homi
minū ludētiū multitudo cōmisceret̄,aut uaria ludicra ꝑagerēt̄.Vñ
& Apul.lib.iii.de asino aureo:turbā miscellaneā appellauit:q̄ cōfu
sanea est,atq̧ cōmixia ex uariarū aggregatione gētiū. Sic & Gel-
lius i noctibus.atticis in fine operis miscellā doctrinā appellauit.q̄
uariā multiplicēq̧ rerū cognitionē cōtineat. uerba sunt Gell. Quia
uariā & miscellā,& q̄si cōfusaneā doctrinā cōquisiuerāt. Ludi:p̄
ludij:sicut peculi p̄ peculij:palati p̄ palatij ludi aūt & ludiones dicti
Ludij & Ludio-nes sunt pari modo histriones.Liu.lib.vii.ab urbe cōdita:Ludiones ex
Hetruria acciti ad tibicinis modos saltātes:haud indecoros motus
more thusco dabant. Ouid.Ludius æquatā ter pede pulsat humū.
Ludiæ Vnde Ludiæ ēt fœminæ sunt appellatæ,q̄ artes ludicras exercerēt.
Martianus Capella:Ludiam quandā Gaditanā saltantē uidimus se
micinctā.Iuuena.appellat Saty.vi.Hippiā,q̄ relicto marito,gladia
torē i Ægyptū secuta est Ludiā:Qua capta iuuēta est Hippia:quid
uidit,p̄pter quod Ludia dici: Sustinuit: Refert ergo:cū ergo inqt
oēs pari luxu uiuāt:multū interest diues ne sit,an pauꝑ,q ita uiuat.
Nā uirtuti dat̄ diuiti luxus,pauꝑi uero uitio. In Rutilo: nam luxu
ria est.i.uiuere splēdide & magno apparatu appellatur luxuria in
Rutilo.i.in pauꝑe.In Ventidio aūt.i.diuite & potēti uiro nō cense
tur luxuria,sed honestius accipitur nomē:q̄si qui nihil supfluum fa
ciat,cū diues sit,Ventidiū aūt diuē fuisse docet & Persius illic: No-
stin Ventidi prædia,cuius Diues arat Curibus quantū nō miluus
oberret.Fuit aūt tēporibus Clodij & Neronis,quē Cor. Tacitus in
Claudio scribit nationi Galileorū,& felicē fratrem Pallantis Sama
ritis p̄fuisse. Trahit famā a cēsu:ut dicat̄ q̄dā cōueniēs magnificē
tia. Illū ego iure:sensus est:Ille oīno extremæ demētiæ est censen
Atlas dus:q facile cognoscat q̄to Atlas sit sublimior alijs mōtibus: & nō
quantū exiguū patrimoniū distet a magno. ut innuat unicuiq̧ se-
cundū modū diuitiarū esse uiuendū. Atlas in Libya: Atlas mons
est Mauritaniæ iuxta fines Oceani ad occidentē,citro arbore nobi
litatus miræ altitudinis:ut(auctore Herodoto) eius cacumen ne-
queat cerni,q̧ a nubibus nunquam relinquat̄, neq̧ hyeme, neq̧
æstate.Columnā cæli illū esse indigenæ aiunt. Sacculus: parua
crumena,ac ꝑ hoc modicæ opes. Distet: differat ab arca ferrata,
ac amplis diuitijs.solēt.n.arcæ potentiorū aduersus rapinas furum
armari ferro. E cælo descēdit γνῶθι σεαυτόν.i. cognosce teipsum.
Hoc de cœlo nō descēdit:sed a Chilone Lacedæmonio inuentum
ostendit Pli.li.vii.cuius(ut inqt)respōsa pro oraculis habebantur.
ea fuere tria.Cognosce teipsum.Nihil nimis. Comes æris alieni,
atq̧ litis est miseria. Hæc cū in tēplo delphici Apollinis essent con
secrata:& literis aureis inscripta a cælo descendisse creditum est. ꝑ
quod monet unicuiq̧ nō iam corporis sui mēbra, aut staturā figu
ratiue (ut scribit Cic. in primo Tusculanarū q̄stionū) esse noscen-
dam:sed q̄d cunctis in rebus ualeamus cōsiderandū:ne q̄d in tota
uita agamus: quod supra nostras sit aut ingenij,aut corporis, aut
fortunæ uires:quod ꝑ sequentia docet. Laertius tamen Diogenes
ait:Nosce teipsum:fuisse Thaletis Milesii.quod Antisthenes in suc
cessionibus tradit fuisse Phœmoneos:idq̧ sibi usurpasse Chilonē.
Quod q̄dem p̄ceptū:q̄a(ut scribit Cic.in.v.Academicorū)maius
erat,q̄ ut ab hoīe uideret̄:idcirco assignatū est Deo. Iubet igit̄ nos

Pythius Apollo noscere nosmetipsos.Cognitio aūt hæc est una,ut
uim nostri corporis,atq̧ animi nouerimus,sequamurq̧ eam uitā,
q̄ rebus ipsis ꝑfruatur. Apolonius tyaneus solebat dicere:nihil es-
se difficilius,q̄ seipsum noscere. & ideo interrogauit Brachmanos
an seipsos noscerent,putans(sicut apud Græcos habetur)difficilli
mū esse seipsum noscere. In parte sacri senatus siue studeas esse se
nator,debes.n.teipsum noscere,an tali muneri sis idoneus, cū ni-
hil sit reipub.perniciosius imꝑito moderatore. Nec.n.loricā:exem
plo docet homini nihil esse quærendū.quod uiribus, aut ingenij,
Thersi-tes aut corporis sui sit maius.Est.n.sensus: Thersites q uilissimus fuit
in castris Græcorū,cū seipsum nosceret,nunq̄ arma Achillis popo
scit:q̄si q p̄claris rebus minime esset idoneus:cū de ijs i mediū p̄la
tis a Thetide post mortē filij certarēt Vlysses & Aiax Telamonius.
De Thersite multa diximus i fine Satyræ:Stēmata quid faciūt. Se
Tradu traducebat:p̄bebat se ridēdū.Nā traducere(ut diximus illic:Tradu
cit Gallia talo)est p̄bere se ridēdū,& ignominia afficere.nā nō mi-
nori erat dedecori Vlyssi gestare arma Achillis,q̄ coruo pēnas pa-
uonis. Aut reuera traducebat.i. ostēdebat se armatū tanq̄ Achillē.
quo sig̃natu ur̄ & Martia.illic accepisse:Vna est i nostris tua Fiden
tine libellis pagina:sed certa domini signata figura: Quæ tua tra-
ducit manifesto carmina furto. Sic & Camilla apud Virgiliū cupi-
uit ostentare se in armis captiui : Captiuo siue ut se ferret in auro.
Ancipitē:dubiū intuentibus nū Achillis esset, utpote q reuixisset,
Ancep p̄beretq̧ se uidendū,ut facile posset hostes decipere, ne alter esset
Achilles,cū arma eius cōspicerent.Nam auceps dr̄ quod i ambas
partes capi posse uidetur:ac ꝑ hoc poeta notat ipsum Vlissem: qui
uiribus longe impar Achilli,eius tamen arma sibi indueret. Quæ
arma eū manifestabant,cū ei nō cōuenirent.Vnde est illud Aiacis
aduersus Vlyssem apud Ouidiū in.xiii.Metemor.Ipse nitor galeæ
claro radiantis ab auro Insidias perdet,manifestabatq̧ latentem.
Et paulo post:Hæc clypæus uasti cælatus imagine mundi Conue-
niet timidæ,natæq̧ ad furta sinistræ.seu tu magnā, siue grauē,in-
quit,amici causam es defensurus,te ipsum debes metiri,& diligen
ter cōsiderare,an rei tractandæ sis aptus. Vnde est illud Martialis:
Qui sua metitur pōdera ferre potest. Qui sis: q̄d possis efficere.
Orator uehemens.i. cōsule & teipsum interroga an sis orator ue
hemēs,an q̄les fuere Curtius Mōtanus, & Matho uiles causidici.
De Curtio illic pleraq̧ diximus: Mōtani quoq̧ uēter adest. De Ma
thone in prima Satyra illic: Causidici noua cū ueniat lectica Ma-
thonis.& in septima:Sic Pedo ꝯturbat,Matho deficit. sicq̧ utrūq̧
ut uilē causidicū flagellat. Buccæ:melius si cū iferioribus coniun
gat̄.ut sit sensus: Vnusquisq̧ considerare debet eloquētiæ suæ ui-
res,tā in summis,q̄ in minimis rebus:& ei sit orandū: ut perstet in
actione causarū. Etiā cū piscis emet̄,Nec multū:cū pauꝑ sis,diuiti
Gobio homini noli te æquiperare, sed ad diuitiarū tuarū modū fac te me-
tiaris. Gobio.i.p̄tiū gobionis piscis:qui exiguo paratur pretio.de
quo Pli.lib.ix.& Mart.In Venetis sint lauta licet ꝯuiuia terris.Prin
cipiū cœnæ gobius esse solet. Duplici aūt inflexione dicimus & go
bionē & gobiū:sicut scorpionē & scorpiū. Manet exitus.q.d.ma-
gna te expectat miseria, cū per luxū epularū bona tua attriueris.
Talibus a dominis:sensus est:Ex quo ꝑ ingluuiē bona sua ab-
sumpserūt:coguntur annulos deponere.i.insigne equestre: & ple
rumq̧ mendicare.Nam annulus aureus insigne erat equestris di-
gnitatis,nec eū gestare poterat,nisi cui erat quadringētorū sester-
tiū summa:q̄ imminuta eū deponere cogebat̄. Apule.in.ii. Apolo
gia:Negat posse dissoluere annulos aureos,& oīa insignia dignita
tis abijcit,cū creditoribus depaciscit̄. Martialis: Dū donat Macer
annulos puellis: Desisti Macer annulos habere.i. habere censum
equestrē. Talibus a dominis:ironicos a luxuriosis. Exit:deponi
tur.q̄a eū amplius gestari nō licet imminuto cēsu equestri. Plin.de
annulis hæc lib.xxxiii. Annuli mediū ordinē, tertiūq̧ plebi & pa-
tribus inseruere. Pollio:q.eques fuerat & diues. puto Iuuenalē in-
C. Aru-lius Pol-lio tellexisse de Caio Arulio Pollione.qui(ut scribit Plinius) prodigi
& sagacis ad luxuriæ instrumēta ingenij, primus t̄pibus Neronis
docuit secare putamina testitudinū in lāmas: & lectos discubito-
rios opiri:q forte ꝑ nimiā rerū luxuriā bona sua absumpsit. Non
præmaturi cineres:sensus est:Non est hmōi luxurioso timendū,ne
eū ante tempus occupet mors:sed nec diu uiuat,& in miseram se-
nectutem ꝑueniat. Præmaturi cineres:mors præmatura. Luxu-
riæ.i.huiusmodi luxurioso.est enim datiuus casus. Hi plerunq̧
gradus:talem,inquit,uiuēdi ordinem Romę uidebis:ut multi pecu
niam sibi creditam cōsumant: deinde sine aliquo pudore fugiant
ex urbe. Et corā dominis:emphasim habet hæc particula, & adiu

uandum geſtu. ¶ Dominis: hoc eſt fœneratoribus ipſis uidentibus. ¶ Inde ubi paulũ: ſenſus eſt: Vbi paulũ ſibi ex bonis ſuis ſupeſſe uident: & iam fœnerator maxime timet ne perdat pecuniam creditã, patriam deſerunt fugientes. ¶ Qui uertere ſolum: uertere ſolũ & mutare dicitur: qui patriam ſuã deſerit, & in aliena exulat. Liuius lib. 3. ab urbe condita: Collegæ eorum exilij cauſa ſolum uerterunt. Cic. in oratione pro domo ſua ad pontifices: Qui erant rerum capitaliũ condemnati: non prius hanc ciuitatem amittebant, q̃ erant in eam recepti: quo uertendi: hoc eſt mutandi ſoli cauſa uenerant. Idem in Paradoxis: Omnes ſcelerati atq; impij, quos leges exilio offici uolunt, exules ſunt etiam ſi ſolum non mutarunt. ¶ Baias, & ad hoſtia currũt: Baias diximus i. 3. Saty. urbẽ eſſe Cãpaniǽ nõ longe a Neapoli. ¶ Ad hoſtia: ſcilicet Tyberina, ut inde nauigẽt. Hoſtia eaim dicũtur fluminũ exitus in mare: unde dicimus Nili ſeptem eſſe hoſtia. ¶ Cedere nãq; foro: non pluris inq̃t faciunt deſerẽdo ciuitatẽ, q̃ ſi a celebri loco ad minus celebrem migrẽt. foꝝ aũt pro urbe ſæpe ab auctoribus ponitur: ut ſit pars pro toto & hoc q̃a locus eſt ciuitatis frequẽtior. Alibi ante. Et Valerius in. 2. Iam hæc cenſura ex foro ĩ caſtra trãſcẽdit: hoc eſt ex correctione moꝝ urbis cõtulit ſe etiã ad notandos mores militantium. Vnde etiã (ut diximus in. 4. Satyr.) noĩamus forũ Iulij forũ Liuij, foꝝ Voconij. ea ſignificatione: q̃ dicimus ciuitatẽ Iulij, Liuij, Voconij. ¶ Æſq̃lias: unũ ex ſeptem collibus urbis oſtendimus in. 3. Saty. ¶ Suburra feruenti: hoc eſt celebri. Nã Suburra uicus fuit celebratiſſimus in urbe. de quo in. 3. Saty. ¶ Ille dolor: hinc notat po. Ro. deſidiã, cui nihil magis curæ eſſet, q̃ ſpectare ludos Circẽſes. unẽ & ſupra: Si potes auelli Circẽſibus. & alibi añ: Atq; duas tm̃ res anxius optat, Pãnẽ, & Circẽſes. De Circẽſib' ſatis dictũ in. 3. Saty. ¶ Sanguinis ĩ facie. i. nullo prorſus afficiũtur pudore, cũ fugiunt ex urbe. ¶ Gutta ſanguinis. i. ruboris. Nã pfundi rubore pbitatis eſt inditium. unde illud Terent. Erubuit ſalua res eſt. Diogenes (auctore Laertio) cum uideret adoleſcentulum erubuiſſe: Confidite ait fili, huiuſmodi eſt uirtutis color. ¶ Pauci morantur: pauci retinẽt pudorem fugientem ex urbe. i. qui ppemodũ nullus iam ĩ urbe inuenitur, nec habitare poteſt, cũ omnes eũ abijciãt unẽ Apul. in. 2. Apolog. Pater eius plurimis creditoribus defœneratus, maluit retinere pecuniam, q̃ pudorem. ¶ Pudorem ridiculum: iocularium, de quo ridendum ſit, cum attritis pergulam bonis patriã deſerãt. ¶ Experiere hodie: hodie, inq̃t, Perſice intelliges: nũ ego tm̃ uerbis frugalitatem ſoleam extollere: & non re ipſa amplecti. q. d. inuenies me & uita & moribus id etiam præſtare, qđ uerbis pfiteor. ¶ Non præſtem: non exhibeam. ¶ Pulcherrima dictu. i. frugalitatem & modeſtiã, quǽ inter alias uirtutes ſunt pulcherrimǽ memoratu. ¶ Vita, uel moribus, & re: poteſt enim aliq̃s frugalitatem uerbis mirabiliter extollere: uita autem, aut moribus nequaq̃ multi enĩ uirtutem laudant: & tamem uitia ſequuntur.

¶ MVLTOS porro uides &c. Oſtendit multos per immoderatũ ſumptũ cœnarũ in paupertatẽ, & perfidiã incidiſſe. Ordo eſt: Tu uides. i. uidere potes. porro. i. ualde multos. quos creditor. i. is cui pecunia pp empta: & non pſoluta obſonia, debetur. eluſus. i. deceptus. ſæpe ſolet expectare ad ipſum introitũ macelli. i. domus, in q̃ obſonia uaria uẽduntur: & q̃bus cauſa uiuẽdi eſt. in ſolo palato. i. q nollẽt uiuere niſi pp uoluptatẽ guſtus: quoꝝ Deus uẽter eſt. & q uiuũt ut edãt: nõ edũt ut uiuãt. Miſerrimus. i. pauprimus hoꝝ pditiſſimorũ hoĩũ. & caſurus. i. q caſurus eſt cito. & hoc ruina. i. cauſa ruinæ: hoc eſt manifeſto ultra diuitias debito. iã perluceſcẽte. i. incipiente manifeſtari. cœnat egregius. i. excellentius. & melius. i. abũdantius q̃ ſup. alij. uel q̃ ubi adhuc aliquid ſpei habere ſoluendi debiti. interea autem dum ſic properant ad ruinam: nectamen adhuc cedunt. quærunt guſtus. i. appetitum. per omnia elemẽta. i. in reptilibus, natalibus, & uolatilibus: quæ modo aqua modo igni decoquunt. & hoc pretijs nunq̃ obſtãtibus animo eorum. ſi tu attendas interius. i. ſi uideas ad ſecretũ cordis: illa quæ emũtur pluris. i. maiori pretio, aut carius. iuuant. i. delectant magis. Ergo haud. i. nõ difficile: immo facillimũ eſt ſic uiuendo, accerſere. i. aduocare: hoc eſt accumulare, & acquirere ſummã perituram. i. mox conſumendam. & hoc lancibus. i. patinis & utenſilibus oppoſitis. i. oppigneratis. uel imagine matris fracta. i. fuſa, aut confracta, & ſic uendita. quia turpe eſſet effigiem matris, quam in eius memoriam ſeruare ſolent: alienare ab ſeſe. ſic quidam exponunt. Manci. ſic: Vel imagine matris. ſ. Deum: hoc eſt Cybeles: uel imagine quã mater dereliquerit. fracta: ideſt non niſi ad dimidium corporis fracta. oppoſita ſup. & cõdite iam habitis nummis fictile. i. uas terreum in quo, qui coquit, cœnare quidem ſperat, ſecurus tamen non eſt. unde magna eſt prodigalitas eorũ, q̃bus facile eſt cõdire fictile guloſum. i. ob ſoniũ coquendum in fictili capaci. quadringentis nummis. i. cenſu equeſtri ſecundũ Manci. quæ tñ quadringẽties ſeſtertiũ cõtinebant. Sic ludi. i. ipſi ludi. ueniũt ad miſcellania. i. cõfuſa & cõmixta certamina, & exercitia ad qđ. ſ. quiſq; poteſt. Refert. i. differentia eſt. ergo quis paret. i. præparet, aut coquat hæc eadẽ uidelicet obſonia. nã ea coquere luxuria. i. nimis abundãs ſumptus. eſt in Rutilo iam paupere. & ſumit laudabile nomen. ſ. liberalis & lauti hoĩs. in Ventidio. i. prædiuite uiro. & huiuſmodi obſonatio trahit famem. i. laudem, aut uituperiũ. a cenſu. i. a mẽſura cẽſus. Ego deſpiciam. i. uilipendam iure illum: qui ſcit quantũ Atlas mons ille altiſſimus: qui uidetur cælum ſuſtentare. eſt ſublimior. i. altior omnibus montibus in Libya. tñ hic idem ignoret q̃tum ſacculus. i. parua crumena (galli burſam uocãt, alemani ſacculum) diſtet ab arca ferrata. plena. ſ. auri & argenti. i. q̃tum differenter debeat expẽdere: qui ſacculum ſolum habet, ab eo, qui arcam ferratam. gnoti. i. noſce. ſe. i. te. auton. i. ipſum (profertur autem quaſi aſton dicas) deſcendit de cælo. i. quaſi diuinum oraculum Apollinis aureis literis conſecratum eſt: cũ tñ Chilonis ſit pręceptum. deſcendit inquam dictum de celo exiſtens figẽdum & tractandũ memori pectore: ſiue quæras cõiugium: uel ſiue uelis eſſe in ſacra parte ſenatus. i. neq; coniugem: neq; gradum dĩgnitatis ſupra ſtatum noſtrum debemus quærere. nec enim Therſites uiliſſimus miles poſcit apud Homerũ loricã Achillis: in qua poſcẽda Vlyſſes traducebat. i. uerſabat ſe ancipitẽ. i. dubiũ, an debeat petere. uel qui cũ periculo etiã petebat: eo q nobiliorem haberet: & fortiorẽ cõpetitorem uidelicet Aiacẽ. ſeu. i. ſiue. affectas protegere cauſam in magno diſcrimine. i. periculo uidelicet capitali. cõſule te. i. uires ingenij & facundię, atq; eruditionis tuæ. dic tibi. i. examinata cõſcientia tua cõfitere in temetipſo quis ſis. an orator uehemẽs: ut Cato & Cice. an Curtius. i. mediocris ut Curtius. an Matho. i. infimus ut Matho. mẽſura tuæ buccæ. i. facũdię tuę: & uiriũ lateris tui eſt noſcẽda. i. debet a te noſci. & mẽſura ſup. cuiuſlibet rei eſt ſpectãda in ſummis & minimis rebus. etiam cum. i. quando. piſcis emetur: a te. ſ. nec tu cupias mulum. i. piſcem cariſſimum. de quo dictũ eſt: Mulum ſex millibus emit. cum. i. quando globio qui minimus eſt piſciculus. i. pretium minimi piſciculi. eſt tibi tãtum in loculis. i. crumena aut marſupio. quis enim exitus manet. i. expectat te. crumena. i. pecunia crumenæ deficiente: & gula creſcente. & hoc ære paterno a rebus paternis merſis in uentrem. i. aluũ tuã. capacẽ. i. qui capere poteſt, fœnoris. i. quicquid lucri ex uſura habere poſſes. & grauis argenti. i. grandem ſortem, & pecorũ & agrorum tuorum. i. quicquid habes uenter unus capit cõmutatis pretijs in obſonia. Annulus aureus. ſ. quem ad pompã ne agnoſcantur pauperes eſſecti, gerunt. exit. i. emittitur & alienatur. nouiſſimus. i. ultimus a talibus dominis. poſt cuncta. i. poſtq̃ cętera oĩa uendita ſunt. & Pollio uir perditæ olim gulæ. mendicat digito nudo. i. nudato per ablationẽ annuli. Cineres præmaturi. i. incineratio ante tempus legitimũ: hoc eſt mors præcox. & funus. i. genus mortis. acerbũ ſup. reliquis non ſunt ſup. metuendi. nec eſt metuendum luxurię. i. luxurioſe uiuentibus. ſed ſenectus eſt metuenda magis morte. i. q̃ mors. hi. i. huiuſmodi gradus, quibus peruenitur ad paupertatem. ſunt ſupp. plerunq;. i. ut plurimum. pecunia conducta. i. ad uſuram accepta, conſumitur. &. i. etiam. coram dominis. inde paulum. i. modicũ neſcio quid ſupereſt. i. reliquum eſt. & auctor fœnoris. i. qui ad fœnus dedit: pallet. ſ. timore amittendi fœnoris cum ſorte. illi, qui uertere ſolum. i. qui uorſuram fecerunt. i. qui poſſeſſiones ſuas alienauerũt. natiuum ſolum. i. patriam relicturi. currunt. i. celeriter ne comprehendãtur aufugiunt Baias: ubi locus amœniſſimus eſt. & hoſtia. i. loca ubi flumina recipiuntur a mari: ut inde quoq; ſi neceſſe ſit abnauigent. Nam pro quia. cedere foro: ideſt non audere comparere iam in foro propter æs alienum. non eſt. i. non reputatur deterius, quam migrare Æſquilias: ideſt ad collem minus æſtuoſum Romæ a Suburra: ideſt uico illo Romæ feruenti ex abundantia populi ſcilicet æſtuanti. Ille ſolus dolor: & illa mœſtitia eſt modo fugientibus patriam: ſcilicet caruiſſe Circenſibus ſupple ludis. uno anno: id eſt ſpatio unius anni. Gutta ſanguinis: id eſt minima pars ruboris nõ hæret in facie. pauci morantur: id eſt retinent pudorem ridiculum fugientem ex urbe: ideſt pauci curant ſeruare pudorem, & modeſtiam: cum nihil eos pudeat. Experiere &c. Frugalitatem ſuę cœnę ad quam Perſicum inuitarat poeta longo ſermone recitat. Ordo eſt: O Perſice tu experiere: ideſt facies periculum: & ſumes experimentum hodie: nunquid ego non pręſtẽ. i. exhibeã uita uel moribus & re. pulcherrima dictu. i. quæ pulcherrima ſunt dum a me dicũtur.

Sed laudem siliquas occultus ganeo, pultes
Coram aliis dictem puero, sed in aure placentas.
Nam cum sit conuiua mihi promissus, habebis
Euandrum, uenies Tirynthius, aut minor illo
Hospes, & ipse tamen contingens sanguine cælum
Alter aquis, alter flammis ad sidera missus.
Fercula nunc addi nullis ornata macellis.
De Tyburtino ueniet pinguissimus agro
Hædulus, & toto grege mollior, inscius herbæ,
Nec dum ausus uirgas humilis mordere salicti,
Qui plus lactis habet, q̄ sanguinis, & montani
Asparagi, posito quos legit uillica fuso.
Grandia præterea, tortoq; calentia fœno
Oua adsunt ipsis cum matribus, & seruatæ
Parte anni, quales fuerant in uitibus, uuæ,
Siguinum, syriumq; pirum de corbibus iisdem
Æmula picenis, & odoris mala recentis,
Nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam
Autumnum, & crudi posuere pericula succi.
Hæc olim nostri iam luxuriosa senatus
Cœna fuit, Curius paruo quæ legerat horto
Ipse focis breuibus ponebat oluscula, quæ nunc
Squalidus in magna fastidit compede fossor,
Qui meminit calidæ sapiat quid uulua popinæ.
Sicci terga suis rara pendentia crate
Moris erat quondam festis seruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, si quam dabat hostia, carne,
Cognatorum aliquis titulo ter consulis, atq;
Castrorum imperiis, & dictatoris honore
Functus, ad has epulas solito maturius ibat,
Erectum domito referens a monte ligonem.

IOAN. BRIT. ¶ SED laudem siliquas: idest uictum tenuem. Nam per siliquam legumen itelligit: capitur enim siliqua pro folliculo leguminis. Virgilius Siliqua quassante legumen. Persius: Inuigilat siliquis, & grandi pasta polenta. Siliqua item est (auctore Plin. lib. 13.) arbor quā Iones cerauniam uocant, trunco & ipsa fertilis, in Syria, Ioniaq; nascitur circa nidum, atq; in Rhodo, semper commantibus folijs, flore candido, cum uehementia odoris. ¶ Occultus: q gulæ meę luxum dissimulem. ¶ Ganeo: gulosus & ganearum sectator. Nā Ganeę loca erant potationibus & libidinibus deseruientia. Trāquillus in Tiberio: Popinas, Ganeasque usq; eo inhibuit: ut ne opera quidem pistoria proponi uænalia sineret. (Ganeæ) Plinius lib. octauo capite decimoquinto: mentionem faciens de porco: Neq; ex alio animali numerosior materia ganeæ, quinquaginta prope sapores, cum cæteris singuli. In genere etiam neutro declinatur: auctore Festo: qui scribit Ganeum locū esse subterraneū: & abdictum. (Ganeum) unde nominati ganeones, qui illic uersarentur cū scortis. unde illud apud Terentius Adelphis: Credo adductū in ganeum aliquo. ubi Donatus ait ueteres Ganeum meretricum tabernam dixisse quod ipsa sit in terra, non ut cœnaculum superius. ¶ Pultes: cibos uiles & uulgares. (Puls) Nam ex farina in ollas coquinarias infusa fiūt. Plinius libro decimo octauo: Milio Campania gaudet præcipue pultemq; candidam ex eo facit, fit & panis prę dulcis. Martialis Imbue plebeias clusinis pultib⁹ ollas, Vt satur in uacuis dulcia musta bibas. Pulte Romani uice panis longo tempore (ut scribit Plinius) uixere, ante quam conficiendi panis rationem inuenissent. inde pulmētaria sunt appellata & pulmenta. ¶ Dictem mandem, præcipuam. ¶ Placentas: lautæ enim gulæ sunt placētę: (Placēta) quarum Cato in re rustica cōfecturam docet. ex farina enim siliginea, & alica conficiebantur addito caseo ouilo. Cato enim sic inquit: Focum ubi coquas calefacito bene & textum, inde facito solum tenue casei ouili. p. xiiii. ne acidum & bene recens in aquam ter indito. postea indito mellis boni. p. iiii. Id bene una commisceto cum caseo: tunc placentam foco imponito, texto calido operito, uideto ut bene & otiose percoquas, aperito dum inspicias bis, aut ter: ubi cocta erit eximito, & melle ungito. liquidam fuisse & dulcem ostendit Horatius in ultima Satyra. Ridiculus totas simul ac sorbere placentas. Idē alibi: Pane egeo iam mellitis potiore placentis. Et Martialis in septimo: Dulci placenta sordidam linit mappam. Seneca ad Lucilium Amicos incolumes cogitare, melle ac placenta frui est. nomen formatum est ab accusatiuo græco placunta: uidetur esse ex genere earum quas nos tortas appellamus, siue tartaras. (Euander) ¶ Habebis Euandrum: delitiarum expertem cœnam pollicetur Persico. ut sit sensus: Ego te lautiore conuiuio non sum excepturus, quam Euander excepit Herculem & Æneam Troianum: quos frugalibus epulis constat exceptos. Virgilius de Ænea: Viscera tosta ferunt taurorum, onerantq; canistris Dona laboratæ Cæreris, Bacchumq; ministrant. Vescitur Æneas, simul & Troiana iuuētus Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis. ¶ Euandrum: Euander filius fuit Carmentæ, qui profugus ex Peloponesso auctoritate magis, q̄ imperio ea loca regebat: ubi nūc est Roma. Is Herculem ex Hispania interempto Gerione redeuntē cum bobus mira specie: ut filium Iouis humanissime excepit, dicata ei ara, quæ maxima est appellata. auctores Liuius, Ouidius Solinus Dionysius Iustinus. ¶ Tirynthius: idest Hercules a Tirynthe oppido quod in eo gesta eius maxime claruerunt. Tiryns autem oppidum clarissimum fuit Græciæ. Homerus: Qui tenuere Argos, Tirynthaq; mœnibus altam. Sensus est autem: Venies, inquit, Hercules aut Æneas. i. tam frugali excipieris a me cœna, quā Hercules & Æneas excepti fuerunt ab Euandro. ¶ Hospes: Æneas: ¶ Minor illo: scilicet Hercule: cui rerum gestarum magnitudine haud quaquam fuit par. ¶ Et ipse tamen: scilicet Æneas. ¶ Sanguine: nam ex Venere natus est ut Hercules ex Ioue. ¶ Alter aqs idest Æneas, qui (ut scribit Dionysius) cum regnasset tres annos post obitum Latini, quarto & ipse anno bello extinctus est: cum in eum Mezentius Hetruscorum rex cum rutulis omnibus impetum fecissent. Initio igitur pręlio non procul a Lauino cum multi utrinq; forent cæsi, eius corpus nusquam apparauit: unde nonnullorum fuit opinio eum statim relatum fuisse in Deos. Alij uero tradiderunt Numico submersum esse, cum aduersus Turnum pugnaret, Iouemq; indigetem esse appellatū ubi templum ei ædificatum est hac inscriptione: Patri Indigeti, qui fluuij Numici undas gubernat. unde & Tibulllus: Illic sanctus eris, cum te ueneranda Numici Vnda Deum cælo miserit Indigetem. ¶ Alter flāmis: id est Hercules q in monte Oeta post traditam tunicam ab Deianira sanguine Nesseo infectam, igni absumptus est, & in cælum translatio. ¶ Nullis ornata macellis: epulæ, inquit, meę quas tibi sint compositurus, ex publico macello non sunt comparatæ, se uernaculæ sunt. ¶ Tyburtino: Tybur non longe ab urbe situm in colle, ubi Hercules colebatur. Martialis Tybur in herculeum migrauit nigra Lycoris. Catillus Amphiarai filius post interitum patris, iussu Oiclei aui in Italiam uenit cū tribus filijs, Corace: uel (ut alij scribūt) Cora, Catillo, Tyburte: conditq; oppidum. Silius: Hic Tybur Catille tuum. Plinius: Tyburtem conditorem fuisse scribit, quem tradit cepisse auguria iuxta tres ilices, quæ sua ætate adhuc uirebant. ¶ Mollior: tenerior. ¶ Salicti: salicta loca sunt multis salicibus consita: sicut ficeta multis ficis: quærceta multis quærcubus: spineta multis spinis. ¶ Asparagi: subaudi uenient a superiore. Asparagi a caulis asperitate sunt denominati. ut docet Varro. Alij uero dicunt dictionem esse græcam. ἀσπάραγον. alij uero a Chaldęa uoce deduci, quę caulem significat, quia hæc herba semper crescat in caulem, & uirgultum. ¶ Montani: ad differentiam asparagorum altilium: qui sapidiores sunt: & ideo lautæ gulæ. Plinius: Siluestres fecerat natura corrudas. ut quisque demeteret passim. Ecce altiles spectantur asparagi. Et Rauenna ternis libris rependit. Martialis Mollis in æquorea quæ creuit spina Rauenna: Non erit incultis gratior asparagis. Siluestrem igitur & montanum asparagum intelligit: quem aliq corrudam, aliqui libycum uocant: Attici horminiū. Auctor est Plin. lib. 20. ca. x. ¶ Villica: uillici uxor. Villicus autē inter mancipia is erat, qui totius uillæ curam habebat. ¶ Calentia. i. recentia. ¶ Torto fœno: in quo gestātur. Mart. Sed tuta fœno cursor oua portabat. aut (quod magis placet) calentia ex fœno torto, i, ex nido adsunt

recentia

recentia oua cum gallinis ipsis. ¶ Seruatæ uuæ: duplici modo uete res toto anno seruauere uuas, quas & ollares & pensiles nomina uere. In ollis enim (auctore Columella) sine noxa seruabant. unde Horatius: Venucula conuenit ollis. aut in sublimi suspendeban tur unde Horatius: Cum pensilis uua secundas Ornabat mensas. ¶ Signinum pirum: subaudi adest a superiore: a Signia patria dictū ut scri. Plin. Corne. Celsus inter pira, quæ reponuntur in primis cō mendat tarentina, atq; signina. ¶ Syriumq;. Columella lib. 6. ca. 8. ostendit pirum syrium id esse, quod tarentinum. sic enim scribit: Curandum est autem, ut q̄ generosissimis piris, pomaria cōseramus. Ea sunt crustumina, regia, signina, tarentina, quæ syria dicuntur, purpurea, superba, hordeacea, anitianea, neuiana, fauoniana, lateri tana, & alia multa, quorum enumeratio longa est. ¶ De corbibus iis dem: ordo est: Mala æmula picenis pomis & odoris recentis adsunt de iisdem corbibus, ex quibus & pira. ¶ Æmula picenis: uidetur de signari poma tyburtina: de quibus sic Horatius: Picenis cedunt po mis tyburtina succo, Nā facie præstant. ¶ Nec metuenda tibi: q̄ mu sto suo tibi officiant. nam id quidem per frigus, uentosq; hyema les exhaustum est. ¶ Autumnum: succum illum autumnalem, quē per hyemem admittunt. Nec placet intelligas poma siccata, ut a lis qui alioquin docti senserunt. ¶ Hęc olim: talis, inquit, cœna qualem tibi appono apud nobiliores priscis temporibus luxuriosa fuisset. ¶ Curius: Curius, inqt, Dētatus nō dedignabat uesci oleribus: ac p̄ hoc uilibus dapibus: hocq; est ex historia. Nam inuentus est a lega tis Samnitum aurum ei afferentibus, cum rapa in igne uersaret, in fictilibusq;, uel (ut alij tradunt) catino ligneo comederet. Sic osten dit tanta priscos frugalitate, & parsimonia uixisse, ut nobilissimi uel oleribus contenti essent. ¶ Fossor squalidus in compede: hoc est ser uus in ergastulis: ac per hoc ostendit gulæ luxum tantum inualuis se suis temporibus: ut ne uilissimus quisq; delitijs abstineret. Nam serui in compedibus tenebantur uel ad metalla fodiēda, uel agros colendos, uel excidendos lapides. unde est illud Plinij lib. 8. loquē tis de agricultura: At nunc eadem illa uincti pedes, damnatæ ma nus, inscripti uultus exercent. Ouid. in Ponto ad Græcinū loquēs de spe sic inquit: Hæc facit ut uiuat fossor quoq; compede uinctus Liberaq; a ferro crura futura putet. Plaut. in Captiuis: Iubete huc crassas compedes impigier: inde extra portam ad meum libertum Cordalum in lapidicinas facite deductus fiet. De ergastulis in. 6. Satyr. diximus copiosius illic: Ergastula tota. ¶ Vulua: de uulua Pli. (ut diximus ante in. 2. Saty.) multa scribit sic in. 11. ca. 37. Quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus uuluam. Hæc uiperæ, & intra se parientibus duplex. Oua generantium an nexa præcordijs. & in muliere geminos sinus sub utraq; parte late rum habet: funebris quoties uersa spiritū inclusit. Vulua eiecto par tu melior, q̄ edito. Eiecticia uocatur illa, hæc porcaria, primiparæ suis optima. Nec nouellarum suum præterquā primipararum pro batur, potiusq; ueterum, nec dum effœtarum, & biduo ante partū aut post partum, aut quo eiecerit die. Grata ergo erat uulua in cibis Martia. in Distichis: Te fortasse magis capiet de uirgine porca: Me materna magis de sue uulua capit. ¶ Popinæ: diuersoria erant gu losorum, ubi obsonia cocta parabantur. Nero (ut Tranquil. scribit) interdixit nequid in popinis cocti præter legumina, aut olera ueni ret: cum antea nullum non obsonij genus proponeretur. Horatius Quin omnia malit Quæcunq; immundis feruent allata popinis: a popina popinones sunt denominati: qui in his uersantur. Popina rij uero ipsi domini popinæ. ¶ Quid sapiat: q̄ boni sit saporis. ¶ Rara crate: ostendit priscos illos Romanos nullo non modo cibi, sed ne ædificij quidem luxu uixisse, qui coquinas cratibus instructas ha buerunt, unde carnes salitę penderēt. ¶ Natalitium, i. die natali, qui delicatiori apparatu celebrari solebat. ¶ Lardum: carnem suillam sa litam. unde ita scribit Macro. libr. 7. Saturnali. Sæpe apposita salita carne, quam laridum uocamus (ut opinor) quasi large aridum. Eā appellat Cic. in lib. de senectute succidiam. Iam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. Sic etiam Varro in. 2. re rum rusticarum: Et qui non audierit patres nostros dicere ignauū & sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit. Marti. in. 5. ad Toranium: Et pallens faba cum rubente lardo. quibus uer bis plane ostendit appellatione lardi carnem suillam salitam intelli gi: succidium item in genere neutro inuenitur. ¶ Accedente noua carne: hoc cum superioribus coniungitur. ut sit sensus: Erat moris ponere lardum natalicium cognatis accedente noua carne. i. recen ti. ¶ Si quam dabat hostia: si forte acciderat, ut hostiam Dijs mactas sent. nam carnes uictimarum uēdebantur, & plerunq; duplo: sicut

lua

pina

pinæ

rdum

ccidia

in ferijs latinis. unde Vale. in. 2. de institutis antiquis: Immolatarum a magistratibus hostiarū exta ad quæstores ærarij delata ueniebat. Sacrificijsq; po. Ro. tum Deorum immortalium cultus, tum etiam hominum continentia inerat, imperatoribus nostris, qui sacras ma nus habere deberent, apud ista altaria discentibus. ¶ Cognatorum aliquis: ordo est: Aliquis cognatorum functus ter titulo consulis. i. ter Adeptus consulatum. ¶ Castrorum imperijs: qui imperator fuis set & dux exercitus. ¶ Solito maturius ibat: tanquam ad lautius cō uiuium. ¶ Ligonem: sarculum. ¶ A monte domito: per multum labo rem culto. Gloriosum enim apud priscos Romanos fuit agricola tioni uacare. unde scribit Plin. multas familias a studio rerum rusti carum cognomina adinuenisse. Nam Cicerones sunt cognomina ti, q̄ bonum cicer fererent. Fabij q̄ bonam fabam. Lentij q̄ bonā lentem. Seranus q̄ agrum fereret. Virg. nec te sulco Serane seren tem. Deniq; (ut scribit Cato in re rustica, & Plin. meminit) cum bo num agricolam, bonumq; colonum dixissent, se amplissime laudas se existimabant. Scribit præterea Plin. lib. 16. in Linterno agro du rare suis temporibus oleas Africani prioris manibus satas. Item myrtum eodem loco conspicuæ magnitudinis. Caro uic timæ

¶ SED existens ganeo. i. lurco & homo uorax ganearum frequē tator occultus. laudem. i. commendem & laude prosequar. siliquas. i. durum uictum antiquorum. & dictem. i. præcipiam facere puero meo coram alijs pultes. sed dictem in aure pueri placentas. i. ut co quat mihi placentas. Nam tu cum sis conuiua promissus mihi. ha bebis Euādrū. i. me modicū & pauperē te hospitio recipiētem sicut Euāder Herculē se apud Virg. recipisse dicit. & uenies hospes Tiryn thius. i. ut Hercules: aut hospes minor illo. s. Hercule. & tū ipse ɔtin gēs cęlū sanguine. i. origine sua. s. Æneas filius Veneris. Alter sup. eo℞ hospitū Euādri. s. Æneas. missus est ad sidera aquis: qa submer sus est in Numico lacu. & alter. s. Hercules. flammis: quia combu stus interijt. Audi nunc fercula non ornata ullis macellis. hædulus. i. paruus hædus. i. pullus capreæ. ueniet de agro tyburtino existēs pinguissimus. & mollior. i. tenerior toto grege. inscius herbæ. i. qui nondum gustauit herbam: sed uberibus matris nutritus est. & non ausus adhuc mordere uirgas humilis salicti. i. salicum in imo na scentium: qui habet plus lactis, quā sanguinis. & asparagi: ab aspe ritate dicti. montani. i. montibus nati. quos uillica. i. habitatrix uillę hoc est possessionis meæ in agro. legit. i. collegit. modo. i. pauloan te. & hoc fuso posito. i. deposito cum colo supple uenient. Præterea grandia oua calentia fœno torto. i. circumuoluto. assunt. s. nobis cum ipsis matribus. i. gallinis. uuę seruatę sup. tales quales fuerant in uitibus. parte. i. pro. parte anni: qua. s. erant maturæ sup. adsunt nobis. Pirum signinum, & syrium sic dictum. & mala: id est poma recentis odoris. æmula picenis. i. certantia in fragrantia & bonita te cum picenis. nec pro & non: & poma nō metuenda tibi. postquā posuere. i. exuerunt autumnum siccatum frigore. i. per frigus. & pericula succi crudi: idest indigesti. & adhuc uiridioris adsunt nobis sup. de iisdem corbibus. i. canistris, quibus allata sunt. hæc. i. huius modi cœna. fuit olim iam: idest priscis temporibus cœna luxuriosa nostri: idest Romani senatus. Ipse Curius dentatus optimus dicta tor ponebat: idest coquebat breuibus focis oluscula, quæ supple le gerat in supple paruo horto. quæ: idest qualia oluscula. fossor: scili cet seruus ad glebam destinatus. squalidus. i. immūdus. in magna compede. i. cathena: quę ab una parte agri fodienda ad aliam usq; extendebatur. fastidit. i. tastu aspernatur. qui scilicet fossor meminit. i. adhuc memor est. quid uulua sup. porcina. calidæ popinæ. i. quā in calida popina priusquā seruus esset, comederat. sapiat: idest qua lem saporem habeat respectu olerum. moris: idest instituti & consue tudinis erat quondam seruare diebus festis: idest usq; ad dies festos terga suis: idest porci. siccis: idest exsiccati in fumo & falsi. penden tia in crate rara ut fumum, & uentum capiant. Ac pro & moris sup ple erat. ponere cognatis lardum natalitium: idest ad diem natalem quo maxime Genio indulgebant seruatum. & hoc noua: idest re centi. carne accedente: idest adiecta ad lardum. si historia: id est sa crificium pro hostibus deuictis facta. dabat quam: idest aliquam. Aliquis cognatorum functus titulo terconsulis, atq; imperij ca strorum. & functus honore dictatoris: id est summi magistratus. ibat maturus: idest prius. solito: idest quam solitus erat. ad has: idest huiusmodi epulas. referens: id est reportans. a monte: id est agro montano. domito: idest culto, & a siluestreitate, ac nociuis herbis purgato. ligonem: idest instrumentum illud, quo rustici terram pur gant. ereptum: idest ui extractum e terra dura & saxosa: ubi difficia lior est domatio. A SCen.

Cum tremerent autem Fabios, durumq; Catonem,
Et Scauros, & Fabricios, rigidiq; ſeueros
Cenſoris mores etiam collega timeret,
Nemo inter curas, & ſeria duxit habendum,
Qualis in Oceani fluctu teſtudo nataret.
Clarum Troiugenis factura, ac nobile fulcrum,
Sed nudo latere, & paruis frons ærea lectis
Vile coronati caput oſtendebat aſelli,
Ad quod laſciui ludebant ruris alumni.
Tales ergo cibi, qualis domus, atq; ſupellex.
Tunc rudis, & graias mirari neſcius artes,
Vrbibus euerſis prædarum in parte reperta
Magnorum artificum frangebat pocula miles,
Vt phaleris gauderet æquus, cælataq; caſſis
Romuleæ ſimulachra feræ manſueſcere iuſſæ
Imperii fato, & gminos ſub rupe Quirinos,
Ac nudam effigiem clypeo fulgentis, & haſta,
Pendentiſq; Dei perituro oſtenderet hoſti.
Argenti quod erat ſolis fulgebat in armis.
Ponebant igitur thuſco farrata catino
Omnia tunc, quibus inuideas, ſi liuidulus ſis.
Templorum quoq; maieſtas præſentior, & vox
Nocte fere media, mediamq; audita per vrbem
Littore ab Oceani Gallis venientibus, & Diis
Oofficium vatis peragentibus, his monuit nos,
Hanc rebus latiis curam præſtare ſolebat
Fictilis, & nullo violatus Iuppiter auro.
Illa domi natas, noſtraq; ex arbore menſas
Tempora viderunt, hos lignum ſtabat in vſus,
Annoſam ſi forte nucem deiecerat Eurus.

¶ C V M tremerent Fabios: hic ſenſus eſt: Priſci Romani tam longe abfuerunt ab omnibus delitijs, cum maxime ſeueram cenſorū diſciplinam timerent, qui ciuitatis mores corrigebāt: ut lectos ſuos triclinares nulla teſtudine ornauerint. ſicq; notat luxum ſui temporis in lectis diſcubitorijs. Caruilius enim Pollio prodigi & ſagacis (ut ſcri. Pli.) ad luxuriæ inſtrumēta ingenij primis temporibus Neronis docuit ſecare putamina teſtudinum i laminas: & ita lectos triclinares operiri. Idem etiā (auctore eodem libr. 32. capi. 11.) operiri docuit argento, mox auro. Ordo autem eſt Nemo duxit habendum inter curas, & ſeria, qualis teſtudo nataret, Cum tremerent Fabios & cæt. ¶ Fabios, Catonem, Scauros, & Fabricios ubiq; a poeta hi omnes nominātur ut graues & ſeueri ciues. ſic & Apulei. priſcorum auſteritatē commendat in. 1. Apologia: Verum longe auſterior ut putat Seranis, & Curijs, & Fabricijs. ¶ Cēſoris: cenſorem ſcribit Varro de ſermone latiali denominatum a cenſendo, ꝙ ad eius cenſionem .i. arbitrium cenſeretur populus De cenſoribus plura alibi diximus. ¶ Etiam collega timeret: alluſit poeta ad cenſuram Claudij Neronis, & Liuij Salinatoris, q̄ ſe inuicem ſeueriter notauerūt. Nam cum forte utriq; equitum centurias recognoſcerēt, in quarum numero & ipſi eſſent ꝓpter robur ætatis, uentumq; eſſet ad tribum Salinatoris, præcoq; tecto nomine Salinatoris hæſitaret, citādū nec ne ſibi eſſet, Claudius collegam citari, & equum uendi iuſſit, ꝙ populi iudicio dānatus fuiſſet. Salinatorq; cenſor cum eodem collega omnes tribus, excepta Metia, ærarias fecit, ſtipendio priuauit eo crimine, ꝙ aut prius ſe iniuſte condēnaſſent (nā eum ex inuidia peculatus reum cōdemnauerāt) aut poſtea tantos honores nō recte tribuiſſent. ¶ Qualis teſtudo .i. quanta inueniretur. Nam teſtudines in mari Indico tantæ magnitudinis inueniuntur: ut ſingularum ſuperficie habitabiles caſe integantur: atq; inter inſulas Rubri præcipue maris, earum teſtis ueluti cymbis nauigatur. auctores Plin. & Diodorus. ¶ Fulcrum: a fulciendo .i. ſuſtinendo dictum. ligna enim ipſa quæ lectum ſuſtineant, fulcra dicuntur. Virgili. Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. ¶ Clarum: conſpicuum. nam (ut diximus) lecti non modo diſcubitorij, ſed & cubiculares teſtudinum putaminibus operiebantur. Apuleius lib. 10. Metamor. Lectus indica teſtudine perlucidus, plumea congerie tumidus, ueſte ſerica floridus. Mart. lib. 12. ad Amœnum: Gemmantes prima fulgent teſtudine lecti. magnis prætijs comparabantur. unde eſt illa Senecæ indignatio in libro de beneficijs: Video elaboratam ſcrupuloſa diſtinctione teſtudinem, & fœdiſſimorum, pigerrimorumq; animaliū teſtas ingentibus prætijs emptas. Nam teſtudinum putamina ſecabantur in laminas, ijſq; lectos & repoſitoria ueſtiebant, atq; etiam lacunaria. lege Plin. libr. 9. & 16. cap. 63. ¶ Troiugenis: nobilibus Romanis. ſatyrice dictum, quaſi qui gloriarentur ſe originem ducere a Troianis. ¶ Sed nudo latere: oſtendit poeta in reprehenſionē morum ſui temporis priſcos illos a deo ſeueros extitiſſe, ut contempto omni luxu ſæpe etiam in limitibus agrorum collocatis lectis diſcubitorijs cœnarent. unde facile uidere poterant caput aſelli nudatum cute ſuſpenſum in agro. quod ideo fieri conſueuit, quia putabatur hetruſca diſciplina icommoda agrorum arceri poſſe. unde Columella de cultu hortorum: Nūc caput arcadici nudum cute fertur aſelli, Tyrrhenus finxiſſe Tages in limite ruris. ¶ Nudo latere: nuda ſponda ſine ullo ornatu aut teſtudinum, aut auri, aut argenti: Sic enim lecti ornabantur ſumpto exemplo ab Aſia. unde ſic Liuius libr. 9. de bello macedonico: Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu aſiatico inuecta in urbem eſt, inde primum lectos æratos, ueſtem ſtragulam prætioſam, plagulas, & alia textilia Romam adduxerunt. ¶ Frons ærea .i. pars anterior fulcri ære tantum ornata. Nam (ut ſcribit Plin. lib. 34.) tricliniorum pedes fulcra itē ære ornabant. frontem autem poni pro parte anteriore lecti ſic docet Valer. loquens de maieſtate: Siquis cognoſcat lecti illius frōtem macedonicis triūphis fuiſſe adornatam. ¶ Oſtendebant: hoc eſt qui i lecto diſcumbebāt, ſpectare & ſibi inuicem oſtendere poterant caput aſelli. ¶ Coronati: ornati ſertis. ¶ Alumni: dicuntur qui aluntur, & qui alunt. ſed illud freques, hoc rariſſimū. ¶ Tunc rudis: ordo eſt. Miles tūc rudis & neſcius mirari graias artes, frangebat pocula magnorū artificum reperta in parte prædarum euerſis urbibus. & eſt ſenſus: Milites illis temporibus contempto omni domus ornatu: id tantum quærebant, ut equi & arma eſſent ornamentis inſignia. ¶ Artes graias: in poculis & ſtatuis faberrime ſculptis, mira enī græcorum ad omnes artes fuere ingenia. ¶ Phaleris: ornamenta enim equorum ſunt phaleræ. de quibus ſic Apuleius i prima Apologia: Peram & baculum tu philoſophis exprobrares: igitur & equitibus phaleras, & peditibus clypeos, & ſigniferis uexilla. Valerius libr. 9. cap. de ira & odio: Offenſi annulos aureos ſibimet ipſos, & phaleras equis ſuis detractas abijcerunt. Dictæ autem phaleræ a φανερόω: quod eſt manifeſto & illuſtro: ꝙ equus ijs ornamentis illuſtretur. græci φάλαρα dicunt: ſicut τάλαντον pro talentum. ¶ Cælataque caſſis: ordo eſt: Miles frangebat pocula, ut equus gauderet phaleris, & caſſis cælata oſtenderet hoſti perituro ſimulachra feræ romuleæ iuſſæ manſueſcere fato imperij, & geminos Quirinos ſub repe, & nudā effigiem Dei fulgentis clypeo & haſta, pendentiſq;. ¶ Simulachra feræ romuleæ: ideſt imaginem lupæ, quæ Romulo & Remo mammas præbuit ſub arbore fico, quæ poſtea ficus ruminalis eſt appellata. rumam enim ueteres mamma nominauerunt. ¶ Iuſſæ manſueſcere q̄ ita iubētibus Dijs māſuefacta eſt: ut nō modo infantes nō læſerit: ſed lacte ſuo uice nutricis etiam aluerit. ¶ Imperij fato: ad fatum, & fortunam imperij. ¶ Geminos Quirinos: Romulum & Remum. licet Romulus tm̄ Quirinus ſit cognominatus. de quo pleraq; diximus in ſecunda Satyra illic: In ualle Quirini. ¶ Nudam effigiem Dei fulgētis: ideſt Martis, qui pater & auctor fuit nominis Romani. genuit enim Romulum & Remum ex Rhea Ilia: urbis Romæ conditores. ¶ Fulgentis clypeo & haſta: ideſt reſplendentis cælatura clypei, & haſtæ. ¶ Pendentis: in aere, cum ſit in uertice caſſidis: unde & penſilia appellamus ædificia in aerem extructa, ut hortos penſiles in aere non in terra poſitos. unde Papinius in Siluis de aqua ducta per ædificia ſublimia ſic ait: Et innumero pendens tranſmittitur arcu. ¶ Farrata: cibaria ex farre. ¶ Catino: a capiendo dicitur ſecundum Varronem. ¶ Thuſco: fictili. nam in Hetruria Aretina uaſa celebrata ſunt. Mar. Aretina nimis ne ſpernas uaſa monemus, Lautus erat thuſcis Porſena fictilibus. ¶ Præſentior: magis propicior. Virgilius: Nec tam præſentes alibi cognoſcere Diuos. Dij, inquit, quamuis fictiles colerentur, Romanis tamen erant magis propicij, q̄ nunc. unde Seneca a Luciliū: Cogita Deos cū propicij eſſent, fictiles fuiſſe.

Teſtudo

Fulcrum

Phale[...]

Ficus [...]minal[...]

Penſil[...]

¶ Et uox:

Et uóx: probat per exempla benigniores fuisse Deos priscis illis temporibus in Romanos. Nam cum Galli in Italiam uěturi essent, eodem anno (ut tradit Liuius in. 5.) M. Ceditius de plebe nunciauit tribunis se in noua uia, ubi nunc sacellum est, supra ædem Vestæ noctis silentio audiuisse uocem clariorem humana, quę magistratibus dici iuberet Gallos aduentare. Cice. in. 2. de diuinatione: appellat Aium Deum loquentē cui in noua uia consecrata fuit ara, ex eo ꝙ monuerat, ut prouiderēt ne a Gallis Roma caperetur. De eo sic & Liuius in. 5. Iustumq́ templum in noua uia Aio locuto fieri. Vox audita: ordo est, & sensus: Et uox audita nocte fere media monuit nos his. i. de his: hoc est aduentu Gallorum. Dicimus. n. moneo te de
eo his rebus, & harum rerū, & has res. Gallis uenientibus. i. cum Galli aduentarēt. Nam Galli Senones, duce Breno, in Italiam uenerunt, Clusiumq́ obsederūt ad quos cum tres legati a senatu missi fuissent, qui Gallos monerent, ut ab oppugnatione desisterent. ex ijs unus contra ius gentium processit, & ducem Senonum interfecit. quo facto indignati Galli urbem petierunt, & fuso exercitu Romano apud Haliam fluuium, urbem intrauerunt: ubi nobilissimos senum in uestibus ædium, cum isignibus honoꝝ sedentes, primo ut Deos uenerati, deinde ut homines despicati, interfecere, Capitoliumque quo reliqua iuuentus confugerat, obsederūt. quod mox Camillus creatus dictator liberauit

At nunc diuitibus cœnandi nulla voluptas,
Nil Rhombus, nil dama sapit, putere videntur
Vnguenta, atq́ rosæ, latos nisi sustinet orbes
Grande ebur, & magno sublimis Pardus hiatu
Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,
Et Mauri celeres, & Mauro obscurior Indus,
Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu,
Iam nimios, capitiq́ graues, hinc surgit orexis,
Hinc stomacho bilis, nam pes argenteus illis,
Annulus in digito quod ferreus. ergo superbum
Conuiuam caueo, qui me sibi comparat, & res
Despicit exiguas, adeo nulla vncia nobis
Est eboris, nec tessellæ, nec calculus ex hac
Materia, quin ipsa manubria cultellorum
Ossea, non tamen his vlla vnquam obsonia fiunt
Rancidula, haud ideo peior gallina secatur.
Sed nec structor erit, cui cædere debeat omnis
Pergula, discipulus Tripheri doctoris, apud quem
Sumine cum magno lepus, atq́ aper, & pygargus,
Et scythicæ volucres, & Phœnicopterus ingens,
Et Getulus orix, hebeti lautissima ferro
Cæditur, & tota sonat vlmea cœna Suburra.
Nec frustum capreæ subducere, nec latus afræ
Nouit auis noster tyrunculus, ac rudis omni
Tempore, & exiguæ frustis imbutus ofellæ.

est galea. cælata: idest habens cælata simulachra: idest effigiem. Romuleæ feræ: scilicet lupæ. iussæ mansuescere: idest mansueta fieri. ut ostenderet hosti perituro idest quem interficere uellet. simulachra Romuleæ feræ iussæ a Deo: scilicet generis Romani auctore. mansuescere: idest mansueta fieri. & geminos Quirinos: scilicet Romulum & Remum. fato imperij: idest propter imperium Romanum aliquando futurum fato: ac ut ostēderet hosti perituro nudam effigiem Dei: scilicet Martis pendēti & fulgentis. clypeo, & hasta: idest armis militaribus. Illud argenti ꝙ tunc ipsis erat: fulgebat in armis. Igitur quia sola arma exornabant: ipsi ponebant omnia farrata: idest genus pultis ex farre: quibus omnibus tu inuideas: si sis liuidulus: idest modicum iuidiosus. Maiestas quoq́ templorum erat tūc sup. quoq́: idest etiam præsentior: idest paratior ad consulendū rebus Romanis. & uox Deorum: scilicet audita est a M. Ceditio uidelicet nocte fere media per mediā urbem. Gallis uenientibus: id est dum Galli uenirent. ab littore Oceano: idest Oceani Britannici: scilicet & hoc Dijs peragentibus officium uatis: idest prophetæ. Iupiter fictilis: idest haben statuam fictilem: scilicet terream. & non uiolatus: idest corruptus & adulteratus ullo auro: hoc ē monuit nos his: idest de his. & solebat præstare rebus latijs: idest latinis: hoc est italicis: & potissimū Romanis. hanc curam: idest custodiam solicitam. Illa tempora uiderunt mensas natas domi.

Et Dijs peragentibus officium uatis: id est omnia prædicentibus more uatum, qui mortalibus uentura prædicunt. Iupiter uiolatus nullo auro: nondum auro effigiatus, ea enim uiolari dicuntur, quibus aliquid contra uoluntatem fit: quasi Iupiter auro illo non delectaretur. unde in tertia Satyra: Nec ingenuum uiolarent mormora tophum. Illa tempora: scilicet prisca. Mensas natas domi: id est ex arboribus uernaculis: non autem ex longinquo petitas, quales erant mensę citreę. Ex Mauritania enim citrus arbor (ut diximus) mittebatur ex Atlante monte tanti pretij, ut mensæ pari rependerēt auro. unde Mart. Accipe felices atlātica munera siluas: Aurea qui dederit dona, minora dabit. In hos usus: scilicet mensarum.

Cen, C V M tremerent &c. Frugalitatem antiquorum latius prosequitur. Ordo est: Autem: idest sed cum: idest quando. supple Romani tremerent: idest usq́ ad tremorem formidarēt. Fabios: & durum Catonem: & Scauros: & Fabricios uiros illos seueros & censorios & cum etiam collega: idest concensor. uel cum alio censor factus. timeret seueros mores rigidi: idest inflexibilis censoris. tunc supple nemo duxit: id est existimauit habendum inter curas & seria sua. qualis testudo. i. concha magnas testes habens. nataret in fluctu Oceano: idest maris Oceani Indici potissimum. factura: idest talis quæ faceret. Troiugenis: idest nobilibus Romanis se de Troianis ortos gloriantibus. nobile fulcrum: idest sustentamentum pendens: uel tabula lecti ex putaminibus confectum. sed frons. i. altior pars lecticæ. ærea: idest ære munita. & nudo latere: idest nullo fulcro aut putamine tecto. ostendebat lectis paruis uile caput aselli coronati quibusdam: scilicet sertis. Ad quod caput aselli affixum fronti lecticæ. alumni lasciui ruris: idest filij familias nutriti ruri ludebant. Cibi ergo fuerunt sup. tales: qualis sup. fuit domus: & qualis supellex: hoc est uiles. Miles Romanus existens tunc rudis: & nescius imitari graias artes: idest græcorum in fingendis signis artificia. frangebat urbibus euersis: idest funditus destructis. pocula magnorum artificum reperta in parte prædæ (quia enim non erat bibax contēpsit pocula artificiosissime composita) frangebat dico miles pocula ut equus gauderet phaleris: idest ornamentis bullatis, & ut cassis: id

& pro idest. nostra: idest italica arbore. & lignum stabat in siluis: scilicet in: idest ad hos: idest huiusmodi usus mensarum: scilicet si Eurus: idest uiolentus & impetuosus uentus deiecerat forte nucem. i. arborem nucum. annosam. i. multorum annorum. Ex nuce autem mensę & simulachra fieri solēt: qa tarde cariē, aut teredines patitur.

C A T nunc diuitibus: sensus est: Nostris autem temporibus Romani eo delitiarum peruenerunt, ut nulla pulmētaria iucunda, sua uiaue esse putent: nisi adsint mensæ citreę, quę pede eburneo fulciātur. ex ebore enim pedes mensis adhibebantur. Luca. Dentibus hic niueis sectos atlantide silua Imposuere orbes, q̄les ad Cæsaris ora Non capto uertere Iuba. sicq́ notat luxum mensarum citrearum. IOAN. BRIT. Rhombus: piscis ex genere planorum, de quo in. 4. Saty. satis dictum. Vnguenta: quibus ungebātur, cū exhibāt e balneis. Atq́ rosę: coronę ex rosis, quibus in solenni conuiuiorum celebratione utebantur. Latos orbes: mensas citreas. de quibus plura in. 1. Satyr. illic: Prætoria, mensas. de quibus sępe Mart. Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes. Et alibi: Et maurisiacis sustentem dentibus orbes. Grāde ebur: pes eburneus. Pardus sublimis. i. pardus ex ebore effigiatus. est autem pardus animal parum differens a pāthera. quidā eum solo candore ab ea discernunt. In Africa, Syriaq́ nascitur. Solinus & Plin. lib. 8. Ex illis dentibus. s. elephantorum. Porta Syenes: Syene (auctore Strabone) insula est in finibus Æthiopiæ. C. millibus passuum ambitu. Plin. Ditionis Ægypti esse, incipit a fine Æthiopiæ Syene. ita uocatur insula, supra Syenem. xv. millia passuum. Elephantis insula habitatur, nauigationis Ægyptię finis. dicta ab elephantorum multitudine. Strabone & Herodotus. Elephantinam appellant. Plinius uero Elephantidem. hinc autem mittebantur elephanti. portam autem appellauit Elephantidem insulam: quia ex ea per Syenem tanquam portam in Ægyptum sit transitus. ita dictum ut illud in tertia Satyra: Ianua Baiarum est, quia necesse sit euntibus Baias transire per urbem Cumas. Et Mauri celeres: designat poeta, quibus in locis elephantes inueniantur. Nam eos fert Africa ultra syrticas solitudines, & Mauritania ferunt Aethiopes Troglodytæ, sed maximos India. Hæc

Pardus

Syene

Troglodytæ

Plinius: per Mauros ergo celeres intelligit Æthiopes Troglody-
tas, qui mira pedum celeritate ſunt, de quibus ita Hero. lib. 4. Tro-
glodytæ Æthiopes omnium quos fando cognouimus, perniciſſi-
mis pedibus ſunt, ſerpẽtibus, lacertiſq; & alijs id genus reptilibus
ueſcentes. Solinus: Troglodytæ tanta pernicitate pollent, ut feras
quas agitant, curſu pedum aſſequantur. Mauri autem pro Æthio-
pibus, & Æthiopes pro Mauris a poetis indifferenter nominantur.
nec mirum, cum Æthiopes ad occidentem uerſi Mauritaniam attin
Indi gant. de Æthiopibus diximus etiam in. 2. Saty. ¶ Indus: Indi popu-
li ſunt ad orientem ſiti prope Oceani refluxus, & Solis exortus. de
ijs lege & Apulei. in. 1. Floridorum. ¶ Obſcurior: nigrior q̃ Mauri
ſint. Apuleius in eodem: Indis ad naſcentẽ diem ſitis: tamen in cor
pore color noctis eſt. ¶ Depoſuit: nam elephanti aut caſu, aut ſene-
cta deciduos dentes deponunt, qui prægrandes ſunt: aut eos ob-
ſeſſi a uenatoribus arbori illiſos frangunt. hi autem ſunt minores.
Naba- ¶ Capitiq; graues. i. ponderoſos. Terent. Hui tam graues raſtros.
thæi ¶ Nabathæo: arabico. Nabathæi enim populi ſunt Arabiæ conter-
mini Syriæ, quorum regio populoſa & fertilis habetur. oppidum in
colunt nomine petram. Dicti (ut ſacræ teſtantur literæ) a Nabath
primogenito Hiſmaelis. In Arabia autem (ut diximus) apud Tro
glodytas naſcuntur elephantes. ¶ Hinc ſurgit orexis: hinc, inquit,
maxime indignor q Romani iam tanti cœperũt facere ebur: ut
iam pes argenteus in menſis ſuſtinendis non pluris æſtimetur, q̃
annulus ferreus in digito: ut oſtendat uile cenſeri argentũ præ ebo
re. Lectos autem mulierum totos operiri argento, & triclinia quæ-
dam docet Plin. lib. 33. cap. 11. quibus argẽtum addidiſſe primus
traditur Caruillus Pollio eques Romanus. idem aureos fecit. ¶ Hic
Orexis ex tanto eboris ſtudio, & æſtimatione. ¶ Orexis: nauſeo, & indigna
tio. Nam (ut diximus in Satyra Credo pudicitiam illic: Rabidam fa
cturus orexim) orexis appetitum proprie ſignificat: ὀρέγομαι enim
appeto ſignificat. tamen eſt etiã inueniri pro uomitu. ut Plin. ad Pri
ſcum de Fannia ægrotante: Hoc diſcrimine implicita eſt inſidens
febris, tuſſis, orexis, ſumma macies, ſumma defectio. ¶ Bilis: latinũ
eſt, colera græcum. ¶ Nam pes argenteus: ratio eſt indignationis.
Ordo eſt: Nam pes argenteus eſt idem illis. ſ. menſis, quod eſt annu
lus ferreus in digito. i. non pluris faciunt nunc pedes argenteos in
menſis, q̃ annulos ferreos in digitis: ut iam Romanis uilius ſit argẽ
Pes tum, q̃ ebur. illud autem ſciendum pedem polyſemum eſſe. nam &
pedem noſtrum dicimus, & lecti, & ueli, & carminis, & mẽſæ. ¶ An
Annulo nulus ferreus: nam apud Romanos uarius fuit annulorũ uſus. tri-
rũ uſus umphãtibus enim annulus in digito ferreus erat. Ii quoq;, qui ob
legationem acceperant aureos, in publico tantum utebantur. intra
domos uero ferreis, quo argumento etiam temporibus Plinij (ut
ipſe eſt auctor) ſponſæ annulus ferreus mittebatur, iſq; ſine gem-
ma. Promiſcuus autem uſus cœpit ſecundo bello punico: neq;. n.
aliter potuiſſent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Hanni
bale mitti. Diuo Auguſto decurias ordinãte maior pars iudicum
in ferreo annulo fuit. lege Plin. libr. 33. cap. 1. ¶ Hinc ſurgit orexis,
Hinc ſtomacho bilis: alius poteſt eſſe ſenſus ut ſit: Ex diuerſo, inqt,
ornatu menſæ, diuerſi etiam affectus ſurgunt. nam ſi menſa pedes
habet eburneos, hinc orexis: hoc eſt appetentia cibi ſurgit: quaſi id
maxime appetitum excitet. Si autẽ pes argenteus ſit, aut ex alia ma
teria: hinc ſtomacho bilis ſurgit: hoc eſt nauſea quædam: quia non
pluris faciunt pedes argenteos in menſis, q̃ annulos ferreos in di-
gitis. ¶ Ergo: cum tanto luxu uiuatur. ¶ Qui me ſibi comparat. qui
me putat non minorem cœnam paraturum, q̃ ipſe ſolet. ¶ Res exi-
guas: modicum conuiuij apparatum. ¶ Nulla uncia eboris. quod tã
ti faciunt ipſi. ¶ Nec teſſellæ: tali & teſſeræ erant eburneæ. a teſſera fit
Calculuſ per diminutionem teſſella. ¶ Nec calculus: calculum intelligit, quem
nunc dicimus ſcachum. antiqui latronem, & per diminutionem la-
trunculum dixere. Mart. de tabula luſoria. Hic mihi biſſeno nume
ratur teſſera puncto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Idẽ
alibi: Inſidioſorum ſi ludis bella latronum, Iſte tibi geminus miles,
& hoſtis erit. De quo etiã ſic leges apud Gellium confutantẽ Chal-
dæos: Cur tandem non de alea quoq;, ac de calculis, & alueolo au
dent dicere, qui ſnam ibi ludentium uincat? Plin. ad Geminium de
calculo ſic meminit: Audiui ipſam ſolere ſe, ut fœmininam in illo
otio ſexus laxare animum luſu calculorum. Luſum autem calculo
rum inuenit Palamedes. unde Sidonius: Tanq̃ Naupliades reper-
tor artis Gaudebas hilarem ciere rixam. Calculus item paruum la-
pillum ſignificat. Mart. Calculus in nitida ſic numeratur aqua. eum
Calculo- etiam calculum appellamus, qui naſcitur in ueſica. Pli. in. 11. Sunt
ſi ijs etiam calculo humano remedia præcipua. unde calculoſi dicun

tur, qui calculo laborant: quos Græci lithacos appellant. a calculo Lith
fit calculator & calculatrix. Ex quoniam in computatione calculi
adhiberi ſolent, inde ortum eſt, ut dicamus: tecum calculum uolo
ponere. i. rationem computare. Plin. in Panægyricis: Aſſueſcat im-
perator cum imperio calculum ponere, ſic exeat, ſi redeat, tãquam Pone
rationem redditurus. ¶ Non tamen: licet, inquit, manubria cultello- calcu
rum ſint oſſea, & non eburnea, non tamen ob id inſipidiora ſunt
obſonia, quæ conciduntur per illos. ¶ Structor proprie is appella- Struc
tur, qui perite obſonia incidit, ferculaq; componit. nam & id ad gu
lam pertinere arbitrabantur. quod taxat Seneca de breuitate uitæ:
Cum uideam quam ſuſpenſi ſint, quomodo aper a coquo cæſus
exeat, quanta celeritate ſigno dato gladij ad miniſteria decurrant,
quanta arte ſcindantur aues in fruſta non enormia. Plinius item li-
bro decimo: Poſtea culinarum artes ut clunes ſpectentur, ut diui-
dantur in tergora, ut a pede uno dilatatæ repoſitoria occupent, ad
eo ut doctores eſſent, qui ludum ſtructorium aperirent: ut Triphe-
rus temporibus poetæ, qui ludum iuxta Suburram habebat: ubi
tradens diſcentibus præcepta ſcindendi obſonia, quæ ex ligno ha
bebat formata, hebeti cultello, docebat quo geſtu hæc, uel illa ſeca
rent: unde cœnam ulmeam nominat: quoniam ex ligno obſonia eſ
ſent formata. Ordo autem eſt: Sed nec erit nobis ſtructor diſcipulus
Tripheri: ideſt qui fuerit eruditus a Triphero. Cuius artis ita memi
nit idem Seneca in libro de uita beata: Cur aliquis eſt ſcindendi
obſonij magiſter? ¶ Cui cedere debeat omnis Pergula: ideſt omnes Pergu
qui in pergulis ſunt inſtituti. Nam pergula non modo dicitur in ui
neis: ut docet Columella: In pergula autem, inquit, ſingulæ denas
amphoras peræquent. Plin. lib. 14. In pergulis uero feruntur eſca-
riæ appellatæ, eduræ acinis, albæ, nigræq;: ſed etiam capi uidetur
pro breui ambulacro & fornicato: quaſi a pergendo. ubi doctores
diſcipulos ſuos erudirent: & opifices opera ſua quaſi a tranſeunti-
bus conſpicienda collocarent. Vopiſcus in uita Saturnini: Nam &
in Africa rhetoricæ operam dederat, Romæ frequentauerat pergu
las magiſtrales. Suetonius de claris grammaticis loquens de Craſ
ſitio Tarentino grammatico ſic ſcribit: Deinde in pergula docuit.
Plinius de Apelle pictore: Idem perfecta opera proponebat in per-
gula. Plautus in Pſeudolo: Cras faciam deportare in pergulã. ¶ Di-
ſcipulus Tripheri: emphaſim habet: quaſi qui inter alios ſit melius
inſtitutis. ¶ Sumine cum magno: ſumen (ut diximus apud Perſium Sume
in prima Satyra illic: Calidum ſcis ponere ſumem) lautæ eſt gulæ:
ex papillis lactantis porcæ fit, idq; optimum (ut ſcribit Plinius li-
bro undecimo) ſi modo fœtus lac non hauſerit. Martialis: Eſſe pu
tes nondum ſumem, ſic ubere largo Effluit: & uiuo lacte papilla tu
met. ¶ Pygargus: ex genere eſt caprearum. Nam (ut ſcribit Plinius Pyga
libro octauo:) capreæ in plurimas figuras transfigurantur. Sunt gus
enim capreæ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ, ſunt & origes con-
trario pilo ueſtiti, & ad caput uerſo, ſunt & damæ, & pygargi. Py-
gargus item eſt (ut docet Ariſtoteles libro ſexto de natura anima-
lium) ex genere aquilarum. Plinius in undecimo: Secundi generis
pygargus in oppidis, & in campis albicante cauda. ¶ Scyticæ uo-
lucres. i. phaſiani a Phaſide fluuio Colchorum denominatæ. Mar- Phaſi
tialis: Argoa primum ſum tranſportata carina: Ante mihi notum
nil niſi Phaſis erat. Inter delicias enim ganeæ & luxurioſas dapes
connumerantur. unde Diuus Hieronymus ad Saluinam ſic ſcribit
Proprie ſint a conuiuijs tuis phaſides aues, craſſæ turtures, attage-
nionicus ¶ Phœnicopterus: auis, eſt, cuius linguam Apitius nepo- Phæn
tum omnium altiſſimus gurges (auctore Plinio) præcipui ſaporis pteru
eſſe docuit. unde Martialis: Dat mihi penna rubens nomen, ſed lin
gua guloſis Noſtra ſapit. Auem eſſe paluſtrem docet Ariſtophanes
in comœdia quæ inſcribitur ὄρνιθες, & rubentibus pennis, unde fa-
cta eſt nominis compoſitio. φοινικὸς, enim ruber dicitur, & πτέρον
penna. ¶ Orix: ex genere caprearum diximus eſſe origem: qui con Orix
trario pilo ueſtiatur ad caput uerſo. Ariſtotelis uero in tertio libro
de partibus animalium Origem ſcribit eſſe unicorne, & bifidæ un-
gulæ. Cui Plinius aſtipulans ait in undecimo: Vnicorne biſulcum
orix. ¶ Getulus: nam eum Africa (ut ſcribit Plinius) generat perpe
tuo ſitientem. ¶ Lautiſſima: ordo eſt: Getulus orix expoſitiue cœna
lautiſſima, & ulmea cædiť ferro hebeti, & ſonat tota ſuburra. ¶ Su
burra: dictũ eſt Suburrã regionẽ fuiſſe urbis celebratiſſimã. ¶ Alibi
Ego uel Prochitam præpono Suburræ. ¶ Capreæ: ſilueſtris capreæ.
Mart. Pendentẽ ſumma capreã de rupe uidebis: Caſurã ſperes, de-
cipit illa canes. ¶ Auis afræ. i. gallinę numidicę. Hora. Nõ afra auis Hora
non attagen ionicus. Varro de re ruſtica lib. 3. ſic: Gallinę africanę Melea
ſunt grandes, uariæ, gilberiæ: quas meleagrides appellant Græci. grides

¶ Tyrunculus

Plebeios calices, & paucis assibus emptos
Porriget incultus puer, atq; a frigore tutus,
Non phryx, aut Lycius, non a mangone petitus
Quisq̃ erit, & magno, cum poscis, posce latine.
Idem habitus cunctis, tonsi, rectiq; capilli,
Atq; hodie tantum propter conuiuia pexi.
Pastoris duri est hic filius, ille bubulci.
Suspirat longo non visam tempore matrem,
Et casulam, & notos tristis desiderat hædos,
Ingenui vultus puer, ingenuiq; pudoris,
Quales esse decet, quos ardens purpura vestit,
Nec pugilares defert in balnea raucus
Testiculos, nec vellendas iam præbuit alas,
Crassa nec opposito pauidus tegit inguina gutto.
Hic tibi vina dabit diffusa in montibus illis,
A quibus ipse venit, quorum sub vertice lusit.
Namq; vna, atq; eãdem est vini patria, atq; ministri.

ronef ¶ Tyrunculus: minister meus. Nam Tyrones proprie appellatur ru des, & noui milites. ¶ Imbutus: frustis ofellæ: non assuetus delicatis cibis: sed pastus ofellis tantum: quę omnino uulgarium sunt: differũtq; ab offulis. illæ. n. ex caseo, ouoq;, pipere, & croco, aliisq; hu iusmodi rebus inclusis membrana siliginea oblongę conficiuntur offulę uero per diminutionẽ ab offa sunt frusta cuiuslibet rei escu lentę. dicimus. n. offulã casei, of fulam panis. unde Varro in. 2. de re rustica scribit: L. Volum nio senatori missam esse offulã cum duabus costis. Columella mentionẽ faciens de salsura car nis suillæ ait: Dein offulæ carnis spissæ componuntur, & alterius sal ingeritur.

Cen. ¶ AT nunc &c. Carpit luxum mẽsorum. Ordo est: At nulla uo luptas cœnandi est nunc diuiti bus. & rhõbus. i. delicatissimus piscis. & dama. i. caro ferina. nil sapit diuitibus. & unguẽta, atq; rosę uidentur ipsis putere, i. fete re. nisi ebur grãde. i. pes mensa rum citrearũ ex ebore magno compactus sustinet latos orbes . i. tabulas, seu mensas rotundas & nisi pardus. i. simulachrũ par di. sublimis. i. altus. magno hia tu. i. habens magnam aperturã oris: q̃si defessus sit pondere mẽsarum. confectus sup. ex illis denti bus. s. elephantorum. quos porta Syenes. i. illius insulæ in finibus Æthiopiæ: & quos Mauri celeres mittunt. & quos Indus obscurior . i. nigrior Mauro sup. mittit. & quos bellua. s. elephas deposuit in saltu nabathæo. i. arabico. existentes sup. iam nimios. i. nimis ma gnos. & graues. i. molestos ex grauitate capitis. s. ipsius belluæ. hic . i. ex huiusmodi luxu, & nimio apparatu mensarum surgit, inquit poeta. orexis. i. nausea quædam. hinc bilis. i. amara indignatio sur git stomacho sup. meo. q. d. ego ex tam perdito luxu non minus af ficior nausea, q̃ ex immundicia aliorum. & ego caueo. i. fugio. con uiuam superbum. i. tali luxu uti solitum. qui comparat sibi. i. appara tui suo superbo. me. i. modicitatem meam. & despicit res exiguas. i. modicas. Adeo. i. omnino. nulla uncia eboris est nobis. nec tessellę . i. paruę tesseræ sunt mihi. ex hac materia. i. ex ebore. nec calculus, qui nunc scachus dicitur, est mihi ex hac materia. quin. i. quinetiã ipsa manubria cultellorum sunt ossea. i. ex osse uulgari non ex den te elephantis. tamen ulla obsonia non fiunt unquam rãcidula. i. rã core corrupta his. i. pp huiusmodi manubria. Nec gallina secatur. . i. dum demẽbratur fit peior ideo, quia. s. ossea sunt. Signanter dicit peior non peius: qa parui curat poeta bene an male secetur gallina dummodo ipsa male secta non fiat peior. Vnde infert. Sed nec stru ctor. i. peritus incisor: & dispositor obnoxiorũ erit mihi sup. existens discipulus Tripheri. i. illius uiri doctoris. i. docẽtis obsonia mẽbra tim diuidere, cui discipulo debeat cedere tanq̃ minus perita. oĩs Per gula. i. tota schola uersantium in Pergula. i. loco ad quẽ plures per gunt: aut ut discant: aut ut uideant res nouas doctoris dico Triphe ri. apud quẽ lepus est cum magno sumine, atq; aper, & pygargus. . i. talis caprea. & uolucres scythicæ. i. phasiani. & ingens phœnico pterus. i. auis a rubris pennis appellata. orix qui unicornis & bisul cis pedibus est. getulus. i. in Getulia plurimũ repertus. cęditur. i. in ciditur. lautissima. i. lautissime. ferro hebeti, qa omnia iam dicta ob sonia nõ sunt uera: sed simulachra eorũ ex ligno cõfecta, & tenui ter conglutinata, ut cultro obtuso diuidi mẽbratim, sed nõ destrui aut dissecari possint. Potest etiam ordo esse: Et apud quẽ cœna lautissi ma ex his oĩbus: s. cõfecta cæditur. i. diuiditur: qua si incidatur. ferro . i. cultro. hebeti. i. obtuso. & cœna ulmea. i. ulmo quadã arbore ad hoc apta: unde. s. rotæ ut plurimũ fiunt: cõfecta. sonat. i. fragorẽ & crepitum facit, eo q lignum siccũ iã est. tota Suburra. i. per totũ ui cũ illũ Romæ. Nec noster tyrũculus. i. paruus & nouus miles in hoc genere militiæ adhuc ĩpitus. nouit subducere. i. honeste deciderẽ ca preę. i. a caprea. frustũ. i. bolũ decẽs eos qb' porrigat. nec latus auis afræ. i. gallinę, q̃ in latere cãdidã carnẽ habet. tyrũculus dico ac ru dis omni tẽpore. i. qui in ea re semper tyrunculus erit: & nunquam peritus miles. & imbutus. i. primũ eruditus. frustis. i. per fragmenta & non integras feras aut aues. exiguæ ofellæ. i. carni iussulentæ.

IOAN. BRIT. ¶ PLEBEIOS calices: Marti. hos appellat audaces: quoniam falsa specie imitabantur crystallina, cum essent uitrei: Non sumus audaces plebeia toreumata uitri: Nostra neq; ardenti gemma feri tur aqua. ergo plebeios, quibus uulgus, & plebs utitur. ¶ Porrigit: ministrabit & pocillator noster erit. ¶ A frigore tutus: uilibus inuo lutus uestibus. ¶ Nõ Phryx, aut Lycius: non dabo tibi, inquit, structorem elegãtem: quales uẽ ditãt mãgones Phrygios, & Ly cios. Nam ex oriente uenusti ha bebantur serui: sed dabo tibi ru sticanum & incultum. ¶ Phryx: idest Troianus. Nam Phrygia Asiæ minoris regio est a Phry gia Asopi Europæ filia denomi nata. ¶ Lycius: Lycia regio item Asiæ minoris Phrygiæ conter mina, a Lycaone Pandionis fi lio dicta. ¶ Mangone: mango nes proprie uenditores dicũtur hominum. Martialis: Millia pro puero centum memango popo scit. Suetonius in Domitiano: Castrari, inqt, mares uetuit spa donum, qui residui apud man gones erant, pretia moderatus est. Et cum mercis appellatione homines (ut sensit Mela iurisconsultus) non contineantur, propterea mangones non mercatores, sed uænaliciarij appellandi sunt. Dicti autem sunt a manu & ago, quod mancipia manibus agant & poliant. Inde uerbum est man gonizare: idest polire & ornare: ut emptores facilius alliciantur ad emendum. Vnde Seneca ad Lucilium: Mangones quicquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt. Nam ij (ut testatur Quintilianus in secundo libro: in seruis uenalicijs colorem fuco, & uerum robur inani sagina mentiuntur: ut scilicet mancipia maiore prætio uendant. præterea ut pueri teneriore uiderentur ætate, eo rum pubertatem medicamentis coercebant. unde Plinius lib. 21. capite uigesimosexto: Radix hiacynthi, bullacea est mangonicis uænalicijs pulchre nota, quæ in uino dulci illita pubertatem coer cet, & non patitur erumpere. Metaphoricos appellamus etiam mer catores aliarum rerum mangones. unde Plinius in fine operis sui mangones gemmarum appellat eos, qui gemmas expoliunt, & in terpollant, ut carius uendãt: agros etiam mangonizatos dicimus, qui diligentiore cultu poliuntur: ut sint uendibiliores. Plinius libro nono capite quinquagesimoquarto. Sergius orata primus pensiles inuenit balneas, ita mangonizatas uillas subinde uẽdendo. A mã gone fit mangonium: quod accipitur pro artificio mangonis. Pli nius in decimo capit. Nec tamen in hoc mangonio quicquam to tum placet. Et quoniam mentionem fecimus de uænalicijs: illud sciendum est: uænalicium capi pro loco ubi nouitij uenderentur. unde Apuleius in prima Apologia loquens de gagate lapide sic scribit: Cuius odore etiam in uænalicijs uulgo sanitatem, aut mor bum uænalium experiantur. Paulus iurisconsultus: Nam quicunq; ex uænalicio nouitiorum emptus alicui ministerio præpositus sit: statim eum e numero ueteratorum esse. Familias etiam uænalicias dicimus seruorum, qui uænales præponuntur. Vænaliciarij uero dicuntur (ut diximus) qui uænalicia habent mancipia, qui & mã gones dicuntur. ¶ Petitus: emptus. ¶ Et magno: subaudi non peti tus erit: scilicet prætio. ita dictum ut alibi: Magno hospitium mise rabile magno Seruorum uentres. Aut reuera ita legi potest: Non a mangone petitus Quisquis erit magno. ut sit sensus: Non peti tus a magno mangone quisquis erit: idest quicunq; puer erit: non erit petitus: idest acceptus & emptus a magno mangone: idest diui te, & magnum numerum seruorum habente. Seruos autem uæna les habebant in Cathastis. Erantq; Cathastæ loca, in quibus conti nebantur serui uænalicij: a καθιστάω: quod est constituo: quod illic cõ stituti tenerẽtur. Tibullus: Barbara gypsatos ferre Cathasta pedes Illic autem magnus erat seruorum garritu strepitus. Martialis Heu quæ lingua silet, non illam mille Cathastæ Vincebant. ¶ Cum po scis: Latini, inquit, sunt serui mei non exotici: ita, ut cum aliquid ab eis uelis poscere, poscas latine, non autem græce ut barbare.

Phrygia unde

Lycia unde

Mangones

Mangonizare

Mangonium

Vænalicium

Vænaliciarij

Cathastę

Forſitan expectes, vt Gaditana canoro
Incipiat prurire choro, plauſuq; probatæ
Ad terram tremulo deſcendant clune puellæ
Irritamentum Veneris languentis, & acres
Diuitis vrticæ. maior tamen iſta voluptas
Alterius ſexus. magis ille extenditur, & mox
Auribus, atq; oculis concepta vrina mouetur.
Non capit has nugas humilis domus, audiat ille
Teſtarum crepitus cum verbis, nudum olido ſtans
Fornice mancipium quibus abſtinet, ille fruatur
Vocibus obſcænis, omniq; libidinis arte,
Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem,
Namq; ibi Fortunæ veniam damus. alea turpis,
Turpe & adulterium mediocribus. hæc eadem illi
Omnia cum faciant, hilares, nitidiq; vocantur.
Noſtra dabunt alios. hodie conuiuia ludos,
Conditor Iliados cantabitur, atq; Maronis
Altiſſoni dubiam facientia carmina laudem.
Quid refert tales verſus, qua voce legantur?

¶ Idem habitus cunctis: pari ſunt, inquit, corporis habitu, & ornatu: non quales cęteri Romani habebant uario corporũ cultu. unde illud eſt a Seneca dictum cum ſumma indignatione ad Lucilium Tranſeo, inquit, agmina exoletorum per nationes, coloreſq; deſcripta: ut eadem omnibus lenitas, ſic eadem primæ menſura languinis: eadem ſpecies capillorum: ne quis, cui rectior eſt coma criſpulis miſceatur. unde pulchre ſeq;tur: Tonſi, rectiq; capilli. ſed ne contraria uideatur, ꝙ ait tonſi, rectiq; capilli: ita itelligimus: ut capilli illi tonſi ſint ſurſum erecti, & non pectine complanati. ¶ Purpura ueſtit .i. prætexta. nã pueri uſq; ad quartumdecimũ annum ætatis ſuæ prętextã geſtabant. inde egreſſi togam uirilem ſumebãt. lege Macro. ¶ Ardens: quę colore ardere uidetur ita dictum: ut illud ante: Setinũ ardebit in auro. ¶ Nec pugilares manifeſte oſtendit puerum eſſe ſimplicem & purum. Nec habet inquit, genitalia grandiora, quę aſſiduo libidinis uſu excreuerit teſticulis in magnitudinem pugni prægrandibus. ¶ Pugilares: craſſitudine pugni. ¶ In balnea: nam illic potiſſimum a cinædis ſpectabãtur. Mar. Oculis deuorantibus draucos. ¶ Raucus propter coitum. uox enim in adoleſcẽtibus poſt uſum Veneris mutatur, fiuntq; rauci. Ariſtot. in lib. problematum: Homo cum incipit coire pubeſcit, ac in grauem uocem permutat. Aliqui etiam legunt Draucus .i. bene mentulatus. ¶ Alas uellendas. ſ. piloſas. i. adhuc ea non ætate, ut pili ſub alis frutificent, qui ſæpe in balneis a

Guttum uulneribus euellebantur. ¶ Gutto uaſculo oleario: quo utebant' in balneis: ubi poſt lauacrum oleo perungebantur. de quo dictum eſt in. 3. Satyra. Apuleius in. 1. limine ſecundi libri Floridorum: ampullam oleariã appellat. ¶ Hic tibi uina dabit: talis, inquit, puer pocula tibi miniſtrabit. ¶ Diffuſa: expreſſa, & in lerias ſuas recondita.

ASCen. ¶ PLEBEIOS calices. Eandem rem proſequitur. Ordo eſt: Puer incultus. i. non eleganter ornatus. atq; tutus tamen a frigore. i. ſatis decenter ueſtitus. porriget calices plebeios. i. qualibus plebs utitur: hoc eſt pocula uitrea. emptos paucis aſſibus. i. uili p̃tio. Quiſquam ſup. puerorum meorum non erit Phryx. i. Troianus. aut Lycius. i. ex Lycia. & quiſquam non erit petitus. i. requiſitus, & comparatus a Mangone. i. uenditore & exornatore puerorum, equorum, & eiuſmodi rerum. magno ſup. pretio. cum. i. quando. tu poſcis aliq̃d ab eo. poſce latine. i. uerbis italicis, quæ illi uernacula ſunt. Idẽ habitus eſt ſup. cunctis. ſ. pueris meis. & capilli ſunt cunctis tonſi. i. non nimis longi. & recti, non criſpantes, ſed demiſſi: atq; pexi tantum hodie propter conuiuia. hic eſt filius duri paſtoris: ille bubulci. ſuſpirat. i. ſuſpirando deſiderat matrem. & caſulam. i. domunculam in qua natus eſt: non uiſam longo tempore. & ipſe triſtis deſiderat ſup. uidere hędos notos: ut quorum aliquando cuſtos fuerit: exiſtẽs puer uultus ingenui. & pudoris ingenui. i. non ſeruilis: quales decet eſſe filios ſup. nobilium. quos purpura. i. prętexta purpurea. ardens. i. multum reſplendens ueſtit. Nec ipſe raucus propter coitum. ſ. peractum: hoc eſt adhuc caſtus. aliqui legunt Draucus. i. ut officium Draucorum præſtet. defert. i. ſecum fert. teſticulos pugillares. i. inſtar pugillarium. unde dictũ eſt in. 6. Quæ Pſaltria Penẽ Maiorem q̃ ſint duo Cæſaris anticatones &c. uel in morem pugillarium complicatorum, rotondos. nec præbuit alas uellendas: hoc eſt qui nondum piloſas habet alas. nec ipſe pauidus. i. timens ne uideantur. tegit inguina. i. membra uirilia. craſſa. i. pinguia. gutto. i. cornu aut uaſculo ligneo unde guttatim oleum diſtillet, oppoſito. Hic. i. huiuſmodi puer dabit tibi uina diffuſa. i. expreſſa ex uuis in illis mõtibus, a quibus ipſe uenit, ſub quorum uertice luſit. Namq; una & eadem patria eſt uini, atq; miniſtri.

IOAN. BRIT. ¶ FORSITAN expectes: neq; illud tibi eſt expectandum: ut exhibeam puellas gaditanas, quæ te in cœna laſciua ſaltatione oblectent. Maiores enim domus his nugis tantum delectetur, quæ omnia ſunt quædam Veneris irritamenta. ſicq; poeta laſciuos ſui temporis mores damnat, quibus tota ciuitas corrupta erat. Vnde Quintilianus ſic ait: Omne conuiuium obſcænis canticis ſtrepit, pudenda dictu ſpectantur. T. Liuius libro nono: de bello macedoco loquens de luxuria urbis ab exercitu aſiatico inuecta, ſic ſcribit: Tunc pſaltriæ, ſambuciſtriæq;, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis, epulæ quoque ipſæ & cura & ſumptu maiore apparari cœpere. ¶ Gaditana: nã cantiones gaditanæ, ęgyptiæq; ex omnibus molliſſimæ habebãtur ad ſaltationes & motus impudicos puellarum. Mar. lib. 3. Cantica qui Nili, qui gaditana ſuſurrat. alibi: Nec de Gadibus improbis puellæ Vibrabũt ſine fine prurientes. Papinius in ſiluis illic: Cymbala, timuleque

Gades Gades. i. puellæ gaditanę peritę ſaltationis ad tinnitum æris. Gades autem (ut diximus ante) inſula eſt Hiſpaniæ extra columnas herculeas ad hoſtium Bętis irrumpentis in Oceanum Britãnicum. Mart. Edere laſciuos ad Bætica cruſmata geſtus. ¶ Prurire laſciuo: corporis geſtu moueri. ¶ Choro: cœtu. ¶ Probatæ plauſu: fauore diſcumbentium. nam ſuper cęnam hæc fiebant. ¶ Clune tremulo: impudico corporis motu. Mart. de puella gaditana: Tam tremulum criſſat, tam blandum prurit, ut ipſum Maſturbatorem redderet Hippolytum. Illud autem obſeruandum (ut docet Seruius) omnia nomina latina inanima, ſimplicia, a uerbo nõ uenientia, i nis ſyllaba terminata eẽ maſculina. ianima pp canis,

Nomini in nis ſimplicia pp bibennis, a uerbo nõ uenientia pp finis. ergo poeta clunis bene dixit. Horatius male: Quod pulchræ clunes. ¶ Irritamentum: oppoſitio eſt. ¶ Vrticæ: ſtimuli, qui maxime pungant, & irritent ad Venerem. Maior tamen licet, inquit, uiri hiſce laſciuis geſtibus maxime moueantur ad obſcæna: mulieres tamen eæ ſunt, quæ maiorem ſentiant uoluptatem: ac per hoc oſtendit libidine magis mulierem flagrare, q̃ uirum. ¶ Alterius: ſcilicet ſexus muliebris. ¶ Extẽditur: erigitur, & mouetur ad turpitudinem. ¶ Vrina concepta ideſt ſemen genitale collectum. ¶ Auribus, atq; oculis: per auditum & aſpectum rerum turpium: ut alterum referatur ad cantica laſciua, alterum ad indecoros, impudicoſq; corporis motus. ¶ Mouetur: irritatur. ¶ Has nugas: in contemptum diuitum dictum: ideſt tales uoluptates, talemq; laſciuiam. ¶ Audiat ille: cum indignatione in hominem diuitem Ordo eſt: Audiat ille crepitus teſtarum cum uerbis, quibus abſtinet mancipium nudum ſtans in olido fornice: ille inquam fruatur uocibus obſcænis, qui lubricat orbem lacedæmonium pedemate. Hoc loco deſcribit ſaltationem illam, quam Lucianus commemorat in tractatu de ſaltatione. Ait enim Laconis in choreis, & tripudijs præcipuos omnium græcorum extitiſſe: utpote qui a Caſtore & Polluce didiciſſent: eos autem in orbem ſaltaſſe ita docet: καὶ αὐλητὴς μὲν ἐν τῷ μέσῳ καθῆται ἐπαυλῶν καὶ κατύπων τῷ ποδί· οἱ δὲ κατὰ στοῖχον ἀλλήλοις ἑπόμενοι σχήματα παντοῖα ἐπιδείκνυντε πρὸς ῥυθμὸν ἄρτι μὲν πολεμικὰ καὶ μετ' ὀλίγον δὲ χορευτικὰ ἃ Διονύσῳ καὶ ἀφροδίτῃ φίλα: quæ latine ſic: Et tibicen quidem in medio ſedet tibia canens, & pede pulſans terram: ſcilicet illi autem per ordinem ſe inuicem ſequentes figuras uarias repreſentant, modo quidem bellicas, & paulo poſt ſaltatorias, quæ Dionyſio & Veneri amica ſunt. Pollux quoq; qui enumerat ſaltationum genera ſcribit πήδημα lacedæmonium: hoc eſt ſaltationem laconicam. Nam Lacedæmon ciuitas eſt Laconię. de quo genere ſaltationis intellexit Stat. in Achil. Multiplicẽq; gradũ modo quo currẽtes in actu: Quoq; pij Samotraces erũt, nũc obuia turba Pectine amazonio, mõ quo citat orbe Lacenas Delia, plaudẽteſq; ſuis intorquet amiclis. Erit ergo ſẽſus: Diuites & potẽtiores, q̃ ſaltationẽ laconiã exercẽt, & iis nugis delectãtur, fruãtur uocibus obſcœnis, & omni arte libidinis. Laſciuijs .n. multis ſaltatio celebrabatur: & ideo (ut dictũ eſt) grata erat Dionyſio & Veneri. ¶ Teſtarum: crepitus: apparet

apud

apud antiquos instrumenta quædam fuisse, quas testas uocarent, quæ pulsata amœnum redderēt sonum: Vnde est illud apud Tranquillum in Nerone: Qui diuisi in factiones plausum genera condiscerent: bombos, & imbrices, & testas uocabant. nisi forte placeat intelligere crepitus testarum: hoc est tinnitus cymbalorum. ℞ Quibus abstinet mancipium nudum: idest quibus uocibus obscænis ipsa meretrix non utitur: quasi maiore afficiatur uerecundia. ℞ Nudū: utrum p inopiam, an per impudicitiam & lasciuiā. ℞ Mancipium.i. meretrix, quæ lenoni seruit. ℞ Qui lubricat: qui pedū celeri mobilitate exercet. ℞ Orbē lacedæmonium.i. gyros & ambages lacedæmonias circum tibicinem in medio sedentem & canentem. Nam circum Auletem saltantes agebantur.

dema ℞ Pedemate. idest saltu. Nam πήδημα saltū significat. Non ignoro a cōmentatoribus hunc locum diuersis modis expositum: ut alij dixerint per orbē lacedæmonium designari annulum, cuius usus manauerit a Lacedæmonijs, ac per hoc annulatos senatores, & equites Romanos intelligi, qui annulum pytismate. hoc est leui irroratione sputi lubricum faciant. Alij uero legē dum cōtenderint pytilismate nō pytismate: idq eē genus exercitationis: cū quispiam summis pedibus ingrediens manus protēdit, ocyssimeq mouet: alterā retrorsum. s. alteram prorsum &c. Alij item trochū intelligi de arbore pinu fabricatū: q pytis dicatur pinus: uñ fit pytisma. Ego autē ex sententia Luciani cōtēdo intelligi (ut dixi) saltationem Lacedæmoniam. Legendumq esse pedemate.i. saltu, & non pytysmate, neq pytilismate. De omnibus tamē his opinet, ut cuiq libitum erit. ℞ Namq ibi Fortunæ: ostendit poeta non sine risu satyrico iniq pauperibus esse comparatum: ut multa non liceat iis facere: quæ si faciant, uideatur inhonesta, sina diuite fiant. laudabilia. iuxta illud. Nam quod turpe bonis Tityo, Seioq; decebant Crispinum. ℞ Fortunæ: homini diuiti & fortunato. ℞ Veniam damus: ignoscimus & multa in diuite toleramus: quasi illi turpe non sit, cum turpia facit. Sicq poeta stultitiam hominum ridet, qui ex censu mores hominum ponderent: ostendens non leuiore censura taxanda esse diuitis uitia, q pauperis. ℞ Illi: diuites. ℞ Alios ludos: alias uoluptates. Terent. Nescis quos ludos hodie præbueris intus. ℞ Conditor Iliados.i. Homerus, q bellū Iliense carmine suo cecinit. Sicq docet summam semper dicti & facti uerecundiam super cœnam custodiendam. resq serias ibi tractandas. quod & Persius sensit, cum dixit: Atq uerecunda laxamus seria mensa. ℞ Dubiam laudem: hoc dicit, quia quæsitum est & sæpe dubitatū utrius carmen esset elegantius, Virgilij an Homeri. unde Propertius: Cedite Romani scriptores, cedite Grali Nescio quod maius nascitur Iliade. ℞ Tales uersus: Homeri & Virgilij. ℞ Qua uoce: quasi dicat quoquomodo legeris, grauia & sonora uidebuntur.

Sed nunc dilatis auerte negocia curis,
Et gratam requiem dona tibi, quando licebit
Per totam cessare diem, non fœnoris ulla
Mentio, nec prima si luce egressa, reuerti
Nocte solet, tacito bilem tibi contrahat uxor
Humida suspectis referens multitia rugis,
Vexatasq; comas, & uultum, auremq; calentem.
Protinus ante meum. quicquid dolet, exue limen,
Pone domum, & seruos, & quicquid frangitur illis,
Aut perit, ingratos ante omnia pone sodales.
Interea megalesiacæ spectacula mappæ
Idæum solenne colunt, similisq; triumpho
Prædo caballorum prætor sedet ac mihi pace
Immensæ, nimiæq; licet si dicere plebis,
Totam hodie Romā Circus capit, & fragor aurem
Percutit, euentum uiridis quo colligo panni.
Nam si deficeret mœstam, attonitamq; uideres
Hanc urbem, ueluti Cannarum in puluere uictis
Consulibus spectent iuuenes, quos clamor, & audax
Sponsio, quos cultæ decet assedisse puellæ.
Nostra bibat uernum contracta cuticula Solem,
Effugiatq; togam, iam nunc in balnea salua
Fronte licet uadas, quamquam solida hora supersit
Ad sextam, facere hoc non possis quinq; diebus
Continuis, quia sunt talis quoq; tædia uitæ
Magna, uoluptates commendat rarior usus.

mēbra. mouet.i. excitatur. Domus humilis nō capit has nugas.i. illecebras uanas. ille. s. diues. audiat crepitus testarum.i. tympanorum: cum uerbis, quibus abstinet, mancipiū.i. scortū. stans nudū.i. prostans. i fornice.i. prostibulo sub arcu testudineo Theatri: aut alterius ædificij cōstituto. olido.i. fetente ppter lucernas & sordes alias. Ille. s. diues, q lubricat.i. lubricum facit: & irrorat: ut possit deponere & ostētare. pytismate.i. sputo frequēti. orbē.i. annulum pōderosam. lacedæmoniū.i. instar annuli Lacedæmoniorum: q magnus: sed ferreus erat: Nā pro qa: si diues supp. talia facit. nos damus fortunæ.i. pp fortunas & diuitias eius ueniā. Alea est turpis mediocribus. & adulteriū est turpe mediocribus. idest mediocriter diuitibus. & illi uidelicet diuites cū faciāt, uel cū faciūt hæc eadē, quæ turpia sunt mediocribus. ipsi uocātur hilares & nitidi.i. lauti & liberales, & nō sordidi, nec tristes nimium. Nostra conuiuia dabunt hodie alios ludos.i. alias recreationes. qa honestas. Conditor Iliados.i. Homerus cantabitur.i. pronunciabitur, atq carmina Maronis .i. Virgilij. altisoni.i. altiloqui & cothurnati: facientia laudem dubiam utrum. s. maiorem an minorem habeant: q carmina Homeri.i. quæ possunt certare laudibus Homeri. cantabunt sup. hodie. Si quis autem dicat puerum imperitum esse, qui ea proferret. addit poeta. Quid refert qua uoce: idest pronūciationes. tales.i. tam bene conditi uersus legantur. quasi dicat nihil.

ℭ SED nūc dilatis: uolo, inqt nunc animo sis oium curarum uacuo & tranquillo: dū cœnamus: docēs illam demū uitam esse iucundā, q animi tranquillitati seruit. ℞ Prima luce: adulteria sui temporis notat. ordo aūt est. Vxor non contrahat tibi bilem, si egressa prima luce solet reuerti nocte. ℞ Cōtrahat bilē. colerā moueat, & indignationē, q ad mœchos iuerit. ℞ Multitia: uestes. de qbus in scda Satyra. ℞ Humida: pp coitū. uñ sit suspitio adulterij. ℞ Auremq calentē: aures. n. calētes i dices sūt adulterij recēter admissi. qđ Antonius notauit in Octauia fœmina. s. cōsulare triclinio uiri corā i cubiculū abducta: rursus i puiuiū rubētibus auriculis, incōptiore capillo reducta. ℞ Interea: dū cœnamus. ℞ Megalesiacæ: ite ppli Romani desidiā notat, q īpenso studio ludos Circēses spectaret. uñ supra: Si potes auelli Circēsibus. & alibi: Atq duas tm res anxius optat Pānū, & Circēses. Nā i Circo maximo ludi celebrabant i honorē Cybeles magne Deorū mris, q Megalēses dicebant: ἀπὸ τῆς μεγάλης μητρός: hoc est a magna mre. ℞ Mappæ: Mappa erat signū, qđ a ptore, q ludis pérat oñdi solebat nō sine magno aurigar gaudio ludorū celebrationē esse futurā. de quo signo sensisse uī Varro i sermone latino, cū ait: In Circo primo uñ mittunt eq, nūc dnr carceres a coercēdo, ne īde exeāt anteq magistratū signū misit. Tranq. i Nerone: Vniuerso se oculis i Circo maxio pbuit aliquo liberto mittēte mappā Mart. Cretatā ptor cū uellet mittere mappā: Prætori mappā surripuit Hermogenes. ℞ Idæū solēne.i. quod solēne celebrāt i honorē Cybeles Idææ.i. Phrygiæ. nā Ida mōs est Phrygię: eiusdē et nois est i Creta. Ex Phrygia. n. quo tpe Hānibal Italiā uastabat adducta est, libris Sibillinis docētibus hoste alienigenā, qui terræ Italiæ bellū itulisset, pelli Italiæ, uinciq posse: si matris Idææ Pessinūte numē Romā aduectū foret. Legat igitur Pergamū missi ad Attalū regē lapidē, quē matrē Deū icolę esse dicebāt, ab eo acceperunt, Romāq deportarūt, excepit eā P. Scipio Nasica. Cn. filius eius, q i Hispania pierat, uir optimus a senatu iudicatus: adolescēs nōdū qstorius: qm ita risum habebat. ut numē id ab optimo uiro reciperet, 2secrareturq. Vñ Oui. i Fastis: Mr abest, matrē iubeo Ro

IOAN. BRIT.

Megalesia

Mappa

Simulachrum magnæ matris

SCen. ℭ FORSITAN expectes. Ordo est: Tu Persice expectes forsitan ut Gaditana sup. puella incipiat prurire.i. pruritū facere, & libidinē excitare. choro canoro.i. simul canētū. & ut puellæ pbatæ.i. laudatæ. plausu.i. dū applaudunt, descēdāt ex saltu. s. ad terrā: clune tremulo: qđ lubricitatis signū est. uñ addit p appositionē: existētes sup. irritamētū.i. excitatio & puocatio. Veneris.i. libidinis. languētis.i. ibecillis. & existētes acres urticæ.i. pruriginis excitatrices diuitis sup. uri. tñ ista.i. istiusmodi contēptibilis uoluptas saltādi & tripudiādi. alter. us. s. muliebris sexus. est maior. s. q uirilis. ille sexus. s. muliebris extendit sup. ad libidinē magis. & urina.i. petulantia urinæ, cōcepta auribus p impudica uerba: atq oculis p obscæna

manæ regras: Cũ uenerit, casta est accipienda manu. ¶ Colunt: cele
brāt. ¶ Prætor sedet: p̄tores (ut añ diximus) oibus ludis p̄erant. Ali-
bi Iuuena. Quid si uidisset p̄torē ĩ curribus altis Extātē, & medio
sublimē ĩ puluere Circi. In tunica Iouis. i. ĩ habitu triũphātis. unde
nũc ait: Similisq; triũpho. i. triũphāti. ¶ Prædo caballoꝝ uel iniustꝰ,
& iniquus occupator caballoꝝ. i. ornamētoꝝ, & ĩsigniũ triũphaliũ,
uel (qđ magis placet) p̄do caballoꝝ. i. fraudator & spoliator ipso-
rũ quoꝝ merētiũ p̄mia. nã plerunq; ludorũ p̄fecti palma, & p̄mio
defraudāt equos uictores, brauiũq; alijs nõ recte iudicātes tradũt.
qđ & Plaut. inuit in Amphitryone his uersibus: Sine q ambissent
palmam histrionibus, siue adeo & ædiles perfidiose cui dicunt.
Tranql. ĩ Nerone: Ex Antonia maiore patrē Neronis ꝓcreauit, ꝑfi
diæ uero tātę, ut nõ mõ argētarios p̄tijs reꝝ coemptaꝝ, sed & ĩ p̄tu
ra mercede palmaꝝ aurigarios fraudauerit. ¶ Sedet: ĩ curru. s. ut cũ
illo cõueniat. Quid si uidisset p̄torē ĩ curribus altis Extātē. ¶ Ac mi-
hi pace: uenuste plebē flagellat: oñdēs totũ eius studiũ esse ĩ specta
culis, ludorũq; celebratione. ¶ Pace: bona uenia ut nõ irascatur, qa
Fragor ĩ eius cõtumeliã uidear hęc dicere. ¶ Fragor. i. strepitus & clamor
fauētiũ ĩ Circo. fragor ꝓprie est reꝝ fractaꝝ. ¶ Percutit aurē. nã in
Theatris, & Circis magni tollebant̃ clamores ob studiũ diuerse fa
uētiũ. Hora. in episto. Nã q ꝑ uicere uoces Eualuere sonũ referunt
quē nr̃a Theatra? Garganũ mugire putes nemus, aut mare Thu-
scũ: Tãto cũ strepitu ludi spectant̃ & arte. Sic & Sene. ĩ prima epi.
xi. lib. Ecce Circensiũ obstrepit clamor subita aliq̃, & imēsa uoce fe
riunt̃ aures meæ. ¶ Colligo: cõprehēdo & cõiicio. ¶ Euentũ: intelli-
go, inqt. futuꝝ ut auriga pãni uiridis. i. q ĩdutus est pãno uiridi, &
cui factio pãni uiridis. i. prasina fauet, sic uictor. De quatuor aũt fa
ctionibus ludoꝝ Circēsiũ diximus sufficiēter in. iii. Saty. illic: Si po
tes auelli Circēsibus. ¶ Nã si deficeret. i. si is auriga uinceret̃, cui fa-
ctio prasina fauet, uideres totã ciuitatē nõ minus attonitã, q̃ olim
fuit accepta classe Cãnēsi: hincq; oñdit (qđ diximus ĩ p̄cedēti Saty
ra) magnũ, multorũq; extitisse fauorē pãni uiridis. Caligula. n. &
Nero ita prasine factioni addicti fuere, ut Caligula cœnaret ĩ stabu
lo assidue, & maneret, agitatori cythico uicies sestertiũ cõtulerit. Ne
roni uero plurimus sermo, q̃q̃ uetaret̃, de Circēsibus esset. Et quon
dã tractũ Prasinũ agitatorē ĩter cõdiscipulos q̃rēs obiurgãte eum
magistro, de Hectore tracto se loq̃ emētitus sit. ¶ Mœstã: Cassiodo-
rus scribit urbē nõ minus fuisse solicitã de uictoria agitãtiũ equos,
nec aliter ĩterjse cõtēdere cõsueuisse, q̃ si reip. discrimē adesset. ¶ Vi
ctis cõsulibus: sicuti fuit cũ Pau. Æmilius & Terēt. Varro cõsules
supati sũt apud Cãnas, quoꝝ Pau. Æmilius ēt occisus fuit. lege Li-
uiũ lib. xxii. ab urbe cõdita. ¶ Spectēt iuuenes: iuuenes, inqt, quos
decet sedere iuxta puellas, & certare sponsionibus, spectēt tales lu-
dos. ¶ Quos clamor decet: qbus ĩ Circo turpe nõ est clamare, cũ
applaudũt & fauēt. ¶ Spõsio: dr̃ cõtentio & altercatio, q̃ fit depositis
pignoribus. Spectatores igit̃ ĩuicē cõtendentes spõsione. i. deposi
to pignore, alij aliũ fore uictorē asserebã. Pli. lib. xxxiiii. Ad spõsio
nes etiãnum annulo exitiēte: solēt. n. annuli ĩ spõsionibus sæpe de-
poni. Idē in. vii. loquēs de Asclepiade: Sed maxime spõsione facta
cũ fortuna, ne medicus crederet̃, si unquam inualidus ullo modo
fuisset. Idē. in. viii. loquēs de cœna Cleopatrę: Ergo spõsionibus fa-
Sponsio ctis postero die magnificã cœnã apposuit Antonio in eodem: Ne
triumphatu suo nimis superbiat Anto. pene histrioni cõparatus: &
quidem nulla spõsione ad hoc ꝓductus singulos uniones cõuiuis
ad sorbendum dedit. ¶ Audax: quia in discrimine res uersatur, cũ
rei euentus sit incertus. ¶ Assedisse: iuxta sedisse. sic enim uiri & mu
lieres in Theatris promiscue sedebant. Ouid. Proximus ad domi-
nam nullo prohibente sedeto. ¶ Nostra bibat uernum: consueuerũt
antiqui (auct. Celso, ut recitauimus apud Persiũ illic: Et assiduo cu-
rata cuticula Sole) ante cibũ exerceri, eã exercitationē sequebatur
modo unctio, uel in Sole, uel ad ignem, modo balneum. Descen-
debat enim in solium ubi lauabantur, tum multo oleo ungeban-
tur, leuiterq; perfricabantur. Persius alibi: At si unctus cesses, &
figas in cute Solem. secundum ergo hanc consuetudinem ait no-
stra cuticula bibat Solem uernũ. ¶ Contracta: per ætatem rugosa.
¶ Effugiatq; togam. i. exuat & deponat togam mensura ad Solem:
hoc magis placet, q̃ ut intelligas p togã labores comitũ togatorũ.
nam uiliores togam sumebant, cũ diuites sequebantur: qui poten-
tiores salutabãt matutino. eorum ergo comites errabant per urbē,
dictiq; sunt togati & anteambulones. Martialis. Si matutinos faci
le est tibi rumpere somnos Attrita ueniet sportula sæpe toga. Nisi
forte uelimus intelligere Iuuenalē ĩter togatos ambulasse sequentē
diuites salutantes: in quo officio ostendit se fuisse: Martia. Cur ab-
sim quæret, breuiter tumulta fatere. Non poterat uanæ tædia ferre
ogæ, sed prior sensus magis placet. Nam cum toga antea commu
nis omnium Romanorum habitus fuisset: iuxta quod Virg. appel-
lauit Romanos: Gentem: togatam: ad utiliores postea tantum tran
siuit. ¶ Salua fronte: sine aliquo pudore: hoc autem dicit: quia hora
quinta negociis maxime districti erant. Martia. In quintam uarios
extendit Roma labores: Sexta quies lassis, septima finis erit. Salua
autem fronte dicit: quia ibi omnis posita est maiestas hominis. un
de dicimus: Iste frontem perfricuit: idest omnem pudorem depo-
suit. Quintilianus in. ix. Perfrica frontem: & dic te digniorem, qui
prætor fieret. ¶ Hoc. s. frequentare cõuiuia, & otio indulgere. ¶ Ta
lis uitæ: otiosæ. s. & uoluptuarie. ¶ Voluptates commendat rarior
usus: sententia est generalis: per quam (licet poeta eam ad medio-
crem usum epularum tenendum accõmodet) monet omne nimiũ
ex sententia Chilonis cunctis in rebus esse fugiendum: nullamq;
uoluptatem esse tantam, quæ non assiduitate sui fastidium pariat.
¶ SED nunc dilatis &c. Monet Persicum ut lætum cõuiuã agat ASCen.
eiectis curis domesticis: & ēt ludorũ Circensiũ: qbus reliqui nimiũ
intenti sunt. Ordo est: Sed o Persice auerte negocia. i. domesticarũ
rerũ administrationes. & hoc curis dilatis. i. extensis ĩ aliud tēpus.
& dona tibi nunc gratã requiē quando licebit cessare p totã diem.
ulla mētio fœnoris nõ fiat sup. apud me. nec uxor cõtraxat. i. com
moueat. tibi tacito. i. tacēti. bilē. i. iracũdiã & indignationē amarã.
si ipsa egressa prima luce solet reuerti nocte. referēs multitia. i. mol
lia sua indumēta humida ꝑꝑ coitũ. & hoc rugis. i. plicis suspectis:
ꝙ sit inclinata ab adultero. & referēs comas uexatas a petulante
adultero. & uultũ & aurē calētē ex libidinosa cõtractione: & lasci-
uis morsibus: hoc est exue zelotypiã. & exue ꝓtinus. i. statim uel oĩ
no. ante limē meũ. i. qñ intrabis domũ meã. qcqd dolet sup. tibi. i.
memoriã oium reꝝ q̃ tristitiã afferre possint. Pone. i. depone e me-
moria, aut solicitudine tua: domũ seruos: & quicqd frãgit̃ illis. i. ab
illis uidelicet seruis aut perit. i. depditur. & añ oia pone. i. depone.
obliuiscere sodales. i. cõuictores ingratos: ne inter edendũ illorum
fiat memoria. interea dũ nos cœnabimus: Romani sup. colunt spe-
ctacula mappæ megalesiacæ. i. q̃ ostēsa certũ erat Megalesia. i. lu-
dos magnæ matris Deũ celebranda esse in ꝓximo. In ea enim pi-
ctura & forma erat ludorum: aut ea præmiũ erat uictori: colunt er
go spectacula megalesiacæ mappæ: appositore solenne Idæum. i.
Troianũ hoc est existentia solenne quoddam a Troianis introdu
ctum. Hoc autem uidetur poeta dicere ut demat Persico solicitudĩ
nē negociorũ: quæ cũ populo habet. q. d. ciuitas tota erit occupa-
ta in Circēsibus ideo & tu mecũ securã uitã agere poteris. simul
taxat affectionem populi Romani ad eiusmodi ludos. & prætor exi
stens prædo cabalorũ. i. equorũ illic uincentiũ: quos nõ iussis pre-
tijs sibi cõparat inuitis dñis: aut quos fraudat præmio debito: tra-
ducto eo ad alios p fauorē: sedet similis triũphanti: in curru. s. &
uestibus triũphalibus. ac. i. atq;. si licet mihi dicere pace. i. cũ pace
& bona gratia. plebis ĩmensæ & nimiæ. Circus. i. locus ubi fiũt lu
di Circenses. capit. i. irretis, & illaqueat q̃si captiuã totã Romã. &
fragor. i. cõcrepitus curruũ, equorũ, & populorũ. percutit auram
. i. aerē. mediũ. quo fragore ego colligo. i. cõiecto. euētũ pãni uiri-
dis. i. qd euenerit uiridi pãno decoratis: si enim uictores sunt ab oĩ
bus acclamatur: uiridis pannus: uiridis pannus sup. uicit. & ita de
reliquis. nã si euētus sup. uiridis panni: deficeret a uictoria. s. qa illĩ
maxime fauebãt: tu uideres hanc urbem mœstam, atq; attonitã: ue
luti sup. erat cõsulibus. s. Paulo Æmilio. ac Terentio Varro. uictis
ab Hannibale. in puluere Cãnarũ. i. illius uici Capaniæ. Iuuenes
quos clamor. i. applausus uel cõcertatio ubi dubia est uictoria de-
cet. & quos sponsio. i. depositio de futura uictoria huius uel illius
decet. & quos decet assedisse puellæ cultæ. i. iuxta puellam cultam.
spectent huiusmodi ludos. nostra autem curicula q̃ iam uetula est.
cõtracta. i. corrugata senio. bibat. i. excipiat apricando Solē uernũ
. i. calorē Solis tēperatũ. & effugiat togã. i. togatorũ: qui ludis inter-
sint: solicitudinē. licet ut uadas iam nũc in balnea: & hoc fronte sal-
ua a rubore. s. & infamia: quia oēs perditæ uitæ homines intersunt
Circensibus: q̃q̃ hora solida. i. integra & plena supersit. i. abundet
usq; ad sextam: qua balnea calebãt. ut non possis facere hoc. i. quã
tumuis libere frequentare balnea quinq; diebus cõtinuis: qa ma-
gna tædia sunt quoq;: idest etiam talis uitæ. rarior usus cõmendat:
idest gratas & iucũdas facit uoluptates: idest id unde sit raro fiat,
uoluptates caperentur: sin frequenter tædium.

FINIS.

Satyra duodecima. Natali Coruine die.

IOAN. BRIT.

Natalis dies



NATALI die: summa enim hilaritate antiqui diem, quo nati erant, quotannis celebrabant, gratias Dijs agentes pro hac luce ad quam uenerāt. Amici uero, & clientes natalē celebrātibus munera mittebāt. unde multi auaritia adducti (ut diximus alibi ante) non solum diem natalem semel, sed sæpius i anno quo plura ab amicis munera acciperēt, celebrabāt: q̄re a Mart. sic taxat Clytus: Vt poscas Clyte munus, exigasq; Vno nasceris octies in anno. Natalis aūt apud ueteres plenum fuit. ut illic apud Virgi. Meus est natalis Iola. Et mox adiectionē recepit, ut hoc loco Natali die. Et apud Terē. Porro aūt alio munere ferief: ubi erit puero natalis dies. ¶ Cespes festus. i. ara cespitibus extructa. ē. n. cespes herba cū terra simul effossa. ¶ Reginæ: Iunoni, q̄ ob excellētiā regina a poetis appellat. uñ Virg. Ast ego q̄ diuū incedo regina. ¶ Par uellus: par agna. nā uellus sępe pro oue ponitur a poetis. Oui. li. vii. Meta. Cultrosq; i guttura uelleris atri Coniicit. ¶ Pugnāti: periphrasis est Mineruæ, quam scimus eandem esse & Palladem, quæ i scuto caput Medusæ dicit habere collocatū. ergo pugnāti Gorgone. i. Mineruę, q̄ pugnat Ægide, in qua est caput Medusæ collocatū. Virg. Ægidaq; horriferam turbatæ Palladis arma. Higin⁹ tñ tradit caput Medusę fuisse collocatū in pectore eius: unde & Claudianus in Gigātomachia: Tritonia uirgo Prosilit ostēdens rutila cū Gorgone pectus. ¶ Gorgone Maura: capite Meduseo in pectore, siue scuto collocato. Gorgones tres fuisse tradunt fabulæ filias Phorci, ex Cetho cōiuge: quarū prima Stēno, secunda Euryale, tertia Medusa eas scribit Mella habitasse insulas Gorgades in Oceano Atlātico, uñ & Gorgones dictas existimātur. fingūt poetæ unū tm̄ oculū ijs fuisse: quē sibi inuicē cōmodarent. addunt Medusam p littora uagantē a Neptuno amatā, fugientēq; compressam fuisse in tēplo Palladis. Ob eamq; rem Deā indignatā capillos eius, per quos Neptuno placuerat in serpentes conuertisse, fecisseq; ut q eam aspicerent, in lapides uerterentur. Hanc dormientem Perseus Iouis & Danæus filius, acceptis Mercurii talaribus, eiusq; falcato ense, & scuto Palladis crystallino: per quod illam impune aspicere posset, interemit, abstulitq; eius caput: quod ipsi scuto opposuisse dicitur ex ceruice igitur recisa equus Pegasus: alatus fertur esse procreatus, qui inde usq; ad Heliconem collem peruolās, & pede humum fodiens, fontem excitauit Hippocrenem musis consecratū. Higinus tradit nō a Perseo, sed a Minerua Medusam interemptā fuisse. Omitto autem ea, quæ a Diodoro lib. iiii. referuntur de Gorgonibus mulieribus ualidis & pugnacibus, aduersus quas dicit Perseum haud paruo certamine bellum gessisse. ¶ Maura: nam in insulis (ut diximus) quæ Gorgades dictæ sunt in mari Atlantico habitauere, est autem Atlas mons Mauritaniæ. ¶ Sed procul extensum, sed Ioui, inquit, uitulum parauimus, quem mactemus. ¶ Funem extensum: ferociam ostendit uituli, qui ducentes etiam anteiret. Nam uitulus funibus ducebatur: humeris autem hominis ad aras allatus nō fere litabat: sicut nec claudicās, nec aliena hostia Deos placat, nec fugiēs ab aris. ¶ Hostia uictima. & hostia dr̄ ois bestia ad sacrificium tm̄ parata. ¶ Tarpeio Ioui. i. Capitolino, cuius templū erat in Capitolio. nā cū fundamēta ædis Iouis fundarent, caput humanū dr̄ inuentū. Vñ mōs Capitolinus dictus est, q antea Tarpeius a Tarpeia uirgine uestali, q̄ ibi Sabinorū scutis est obruta, dicebatur. hunc prius Saturniū appellatū scribunt Cato, & Fabius pictor de originibus. ¶ Frōteq; coruscat: posuit p crispat: quod signū est ferocitatis. ¶ Tēplis maturus: nā maturi tūc dicebant ad sacrificiū cū cauda articulū suffraginis contingebat, breuiore aūt nō litabant. auctor Plin. ¶ Spergendusq; mero: nā in sacrificijs inter cornua uictimarū merū fundebat. Virg. in. iiii. Ipsa tenēs dextra paterā pulcherrima Dido Cādentis uaccæ media iter cornua fundit. ¶ Ducere: sugere.

Cespes

Gorgones

Hostia

Victima

Capitolium

Tarpeius mons

IVNII IVVENALIS AQVINATIS

SATYRA DVODECIMA.



IN DVODECIMAM SATYRAM IVNII IVVENALIS ARGVMENTVM.

Natali Coruine die. Ad Coruinum hanc Satyram scribit: qua ostendit se pro salute amici sui Catulli, qui graui maris agitatus tempestate periculum omnino euaserat, uota Diis esse persoluturum. Verum Satyrę nō immemor eos flagellat, qui cupiditate adduci, nō pro amico, qui habeat filios, ut Catullus habebat, sed pro orbis tantum, quorum hęreditatem captent, uota suscipiunt. nominatim autem insectatur Neuium, & Histrum Pacuuium, qui temporibus suis testamētorū captatione locupletati erāt. Est aūt ordo & sensus. O coruine hęc lux, qua cespes festus. i. ara expectat aīalia pmissa Diis, est mihi dulcior natali die subauditur. n. extrīsecus est.



NATALI Coruine die mihi dulcior hæc lux
Qua festus promissa Deis aīalia cespes
Expectat, niueā reginæ cædimus agnam.
Par uellus dabif pugnāti Gorgone Maura,
Sed procul extensum petulans quatit hostia funem
Tarpeio seruata Ioui, frontemq; coruscat
Quippe ferox uitulus templis maturus, & aræ,
Spargendusq; mero, quem iam pudet ubera matris
Ducere, qui uexat nascenti robora cornu.

ASCen.



NATALI Coruinæ &cæ. In hac Satyra se uere amicū habere aīum i Catullū signat poeta reprehensurus captatores hæreditatum: quos hęredipetas uocant: qui se amicos ut hæredes inscribātur, simulant. Ordo est: O Coruine. hæc. i. hodierna lux est mihi dulcior natali die: quo tñ maxime Genio & uoluptati idulgere solebāt: qua sup. luce. cespes. i. ara ex cespitibus. i. terra cū herba: cōfectus. festus. i. quē ego festū facio. expectat aīalia pmissa Deis saluatoribus. s. amici Catulli. nos cædimus. i. mactamus reginæ sup. Deorū. s. Iunoni. agnā niueam. i. candidā. & par. i. cōsimilis coloris: hoc est etiam album uellus dabitur supple. Deæ Palladi, seu Mineruæ. pugnanti Gorgone. i. Medusa. Maura. i. Ægide habēte caput Gorgonis impositum. sed hostia seruata Ioui tarpeio. i. qui colitur in arce Tarpeia: hoc est in Capitolio: hoc est bos candidus. existens petulans. i. quia pinguis. lasciuus, & cornupetens. quatit. idest concutit. procul. idest de longe. funem extentum. idest, laxum: non enim poterat arcte ligari: ne inuitus uideatur offerri: quod signum mali ominis credebatur. & coruscat. i. micando uibrat: frontem: qppe. i. utpote. uitulus. i. bos intactos qui nondū iugū traxerit: ferox: & maturus tēplis, & aræ. i. sacrificio. & spargendus mero. i. uino puro: quod inter cornua aurata fundebatur, quē pudet iam ducere. i. ductu quodam oris exugere ubera matris: & qui uexat. i. frequenter petit robora. i. truncos arborum. cornu nascenti, & nondum solido.

Si res ampla domi,ſimiliſq; affectibus eſſet,
Pinguior Hiſpulla traheretur taurus,& ipſa
Mole piger,nec finitima nutritus in herba,
Læta ſed oſtendens Clitumni paſcua ſanguis
Iret,& a grandi ceruix ferienda miniſtro,
Ob reditum trepidantis adhuc,horrendaq; paſſi
Nuper,& incolumen ſeſe mirantis amici.
Nam præter pelagi caſus,& fulguris ictum
Euaſi,denſæ cælum abſcondere tenebræ
Nube una,ſubituſq; antemnas impulit ignis
Cum ſe quiſq; illo percuſſum crederet,& mox
Attonitus nullum conferri poſſe putaret
Naufragium uelis ardentibus omnia fiunt
Talia,tam grauiter,ſi quando poetica ſurgit
Tempeſtas.genus ecce aliud diſcriminis,audi,
Et miſerere iterum,quanquam ſint cætera ſortis
Eiuſdem,pars dira quidem,ſed cognita multis,
Et quam uotiua teſtantur fana tabella
Plurima(pictores quis neſcit ab Iſide paſci?)
Accidit & noſtro ſimilis fortuna Catullo,
Cum plenus fluctu medius foret alueus,& iam
Alterum puppis latus euertentibus undis
Arboris incertæ,nullam prudentia cani
Rectoris conferret opem,decidere iactu
Cœpit cum uentis imitatus Caſtora,qui ſe
Eunuchum ipſe facit cupiens euadere damno
Teſticuli,atq; adeo medicatum intelligit inguen.
Fundite quæ mea ſunt dicebat cuncta Catullus
Præcipitare uolens etiam pulcherrima,ueſtem
Purpuream teneris quoq; Mecœnatibus aptam,
Atq; alias,quarum generoſi graminis ipſum
Infecit natura pecus,ſed & egregius fons
Viribus occultis,& bæticus adiuuat aer.
Ille nec argentum dubitabat mittere lances
Panthenio factas,urnæ cratera capacem,
Et dignum ſitiente Pholo,uel coniuge Fuſci,
Adde & baſcaudas,& mille eſcaria multum
Cælati,biberat quo callidus emptor Olynthi.
Sed quis nunc alius,qua mundi parte,quis audet
Argento præferre caput,rebuſq; ſalutem?
Non propter uitiam faciunt patrimonia quidam,
Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt.
Iactatur rerum utilium pars maxima,ſed nec
Damna leuant,tunc aduerſis urgentibus,illuc
Decidit,ut malum ferro ſummitteret,ac ſe
Explicat anguſtum,diſcriminis ultima quando
Præſidia afferimus,nauem factura minorem.

IO AN. BRIT. ¶ SI RES ampla domi: ſenſus eſt: Si mihi diuitiæ eſſent,quales opto:mactarem ſane uictimam pinguiorem Hiſpulla.ſicq; ſe amico commendat ab ingenua uoluntate.¶ Affectibus: ideſt deſiderijs meis.¶ Hiſpulla: ſatyrice mulierem ſui temporis pinguem notat. ¶ Ipſa mole:ipſa craſſitudine. ¶ Sanguis:ideſt taurus ſanguinis & ſucci plenus.¶ Clitummi:in agro Faliſco Clitūni amnis aqua pota candidos boues fecit. Plin.li.ii. cap.centeſimoſexto. ¶ Iret:ad ſacrificiū ſcilicet.¶ Grādi miniſtro: ideſt uictimario,qui ante aras uictimam cædebat.¶ Mirātis ſe incolumem: q tantā tempeſtatem euadere potuiſſet.¶ Nā prȩter pelagi caſus:præter,inqt,æſtū maris & ictum fulminis euaſi: tenebræ ueluti nocturnæ, obortæ ſunt:ſicq; atrocē tempeſtatē deſignat:q̄lis eſt illa uirgiliana:His unda dehiſcens Terrā inter fluctus aperit, furit æſtus arenis. ¶ Fulguris euaſi:quod forte euaſerat.fulgur aūt poſuit pro fulmine.Eſt.n.fulgur ignis late explicitus.fulguratio oſtēdit ignem, fulminatio emittit . ¶ Subitus ignis:periphraſis eſt fulminis.eſt .n.ignis coactus uentorū ipetu iactus . lege Senecā in naturalibus.¶ Impulit antēnas,i.pcuſſit. ¶ Cōferri : cōparati ſuo naufragio.¶ Velis ardētibus:fulminis icēdio conflagrātibus. ¶ Omnia fiūt Talia.tales, inqt, ſolent eſſe tēpeſtates,q̄ a poetis deſcribuntur:q̄lis fuit tempeſtas Catulli. Nā poetæ ſi quando deſcribunt tēpeſtates, eas exaggerando fingūt grauiſſimas.& ſic oſtēdit tēpeſtatem Catulli nō cedere periculi atrocitate poeticis tēpeſtatibus, quantumuis grauiſſimis. ¶ Si quando poetica ſurgit.i.a poetis deſcribit᷑. bene aūt dixit ſurgit:nā proprie tēpeſtas in mari ſurgere dicitur . ¶ Genus ecce aliud : attentū facit auditorem. eſt.n.dicturus quomodo in mare oīa prætioſa proiecerit urgēte tēpeſtate.¶ Quamquam cætera : ſubaudi q̄ dicturus ſum. ¶ Miſerere iterū:qa iam miſertus eſt pp tenebras & fulminis ictū, quo uela ſunt pcuſſa.¶ Eiuſdem ſortis:eiuſdem tēpeſtatis.nā potuiſſet aliud diſcrimē narrare extra tēpeſtatem maris. ¶ Pictores quis neſcit ab Iſide paſci: Tibullus loquēs de Iſide : Picta docet tēplis multa tabella tuis . ¶ Tabella uotiua:q ex ualetudine ſeruati fuiſſent in tēplo Æſculapij i tabella genus morbi pictum ſuſpendebāt. Sicq; qui naufragiū euaſerāt, tabella caſum pictū in tēplo Neptuni figebāt . uerū poſtea recepta & ſupſtitione Ægyptia i tēplo quoq; Iſidi,cuius ſacrificia p̄cipua ueneratione in Vrbe colebātur,tabellas ponebant, tanq̄ q̄ mari piclitātibus opitularet᷑.Cuius rei rōnem Lucianus cōmemorans i tertio Deorū dialogo ſcribit:queādmodū Iupiter mandauit Mercurie,ut Argū paſtorē iterimeret: Ioq; puellā i Ægyptū p mare trāsferret, Iſidemq; nominaret:q̄ in poſterū eſſet Ægyptijs Dea,& Nilū i alueū reduceret,uētis iperaret,ac nauigātes ſeruaret. Qui igitur naufragiū faciebāt id i tabella uotiua pictū in templo Iſidis ponebāt:ſicq; pictores paſci dicebātur ab Iſide . Quare non imerito Ægyptus nauigiū Iſidis colit:qa Europa i Tauro rapta fertur.i.i naui tauri picturā habēte.auctor Fulgētius. ¶ Pars dira qui dē:arduū.n.eſt ex naui p̄tioſam ſupellectilē abijcere in mare.¶ Cognita multis:quā calamitatē multi nauigantiū ſunt experti.¶ Accidit fortuna:ordo eſt : Accidit & Catullo noſtro ſimilis fortuna.i. ut i mare res p̄tioſas abijceret. quod & multi alij fecere, ut templa docēt Deorū p tabellas uotiuas.¶ Votiuas:uotiuæ dn̄r ea, q̄ Dijs p uotū deſtinata ſunt.uñ uotiuam dicimus uictimā,quæ per uotū ſacrificio eſt deſtinata . uñ Horatius. Paſcitur in ueſtrū reditū uotiua iuuēca . Et Victruu. li.viii. Hiero rebus bone geſtis, cū auream coronā uotiuā Dijs imortalibus quodā in fano conſtituiſſet. ¶ Cū plenus fluctu:ſenſus eſt:Cum forte nauis eſſet ſemiplena fluctu,undiſq; incertis agitaret᷑, neq; gubernator ſua poſſet arte ſubuenire , Catullus partē rerū ſuarū , quibus nauis onerabatur,in pelagus proiecit: quo nauis facta leuior tēpeſtatē ſuperaret. Sicq; prudētia commēdat Catullū. Subuenire.n.tēpeſtati quauis ratione ſapientis eſt:eoq; magis:ſi plus adipiſcare re explicata boni,q̄ addubitata mali. ¶ Decidere iactu Cœpit .i. Catullus cœpit decidere & paciſci cū uētis iactu .i. rerū ſuarū eiectione: quaſi ita eiectis rebus ſuis uētis ſatisfaceret.nā ſequit᷑: Imitatus Caſtora:effundite quæ mea ſunt.illud.n. abſurdum eſt exponere decidere pro cōcidere nauim. Decidere.n. dn̄r debitores, cū aliquibus rebus datis cū reditore paciſcūtur. ¶ Arboris icertæ:ordo eſt:Cū iā prudentia cani rectoris nullā ferret opē arboris incertæ,i.q̄ naui incertæ debebat᷑.& cōueniebat. Tale ēt genus orationis ē apud Propertiū:Quærite nō ſani pictoris auxiliū.i.q̄ritæ auxilia pectori meo nō ſano .i. q̄ cōueniant pectori meo:pōt ēt talis eſſe ordo:Prudētia cani rectoris arboris incertæ: hoc eſt gubernatoris nauis icertæ . ¶ Arboris incertæ.i. nauis. Nā poetæ nauē plerūq;, & arborem,& urbē appellant . Perſius: Trabe rupta Brutia ſaxa prehēdit amicus inops. Oui. Nōdum cæſa ſuis peregrinum ut uiſeret orbē: Montibus in liqdas pinus deſcenderat undas . ¶ Imitatus Caſtora:Caſtor aīal eſt pōticum terreſtre, & aquaticū, cauda piſciū,cætera ſpecie lutræ,q morſu teſticulos ſibi amputat periculo urgēte,ob hoc ſe peti gnarus.Caſtoreū id me dici uocāt.Vir. Viroſaq; pōtus Caſtorea.de quo plura apud Perſiū illic : Sapdam en aduehe pōto Caſtoreū ſtuppas.de eo multa Pli.& Solinus.poeta exēplo Catulli monet ſalutē oibus rebus anteponendā. ¶ Medicatū ad multa medicamēta aptū.¶ Teneris Mecœnatibus .i.mollibus & delicatis,q̄lis fuit Mecœnas.Nā cū cōſtat(ut diximus in pri.

Votiuæ tabellæ

Saty.

Saty.illic: De Mecœnate ſupino) delicatū fuiſſe. ¶ Atq; alias. ſubau-
di ueſtes Hoc loco poeta deſcribit, intelligitq; ueſtes coloris natiui
ex lana bætica. Nam ī pecudibus bæticis: hoc eſt Hiſpanis, uellera
ſunt rutila, ex q̄bus nullo alio adhibito colore ueſtes texebant. eas
oñdit poeta talē colorē habere ex paſcuis, potuq; aquarū, & tempe-
rie aeris. Inde lacerna bætica apud Mart. ſic loqt: Nō eſt lana mihi
mēdax, nec mutor aheno: Sic placeā tyriæ, me meæ tinxit ouis. Idē
li.ix. In tarteſiacis domus eſt notiſſima terris: Qua diues placidū
Corduba Bætio amat. Vellera natiuo pallent ubi flaua metallo: Et
linit Heſperiū bractea uiua pecus. idē in fine. xii. libri, Bætis oliuife-
ra crinem redimite corona: Aurea qui nitidis uellera tingis aquis.
¶ Generoſi graminis: ordo eſt: Quarū ueſtiū ipſum pecus natura ge-
neroſi graminis infecit. i. tinxit: unī īfector, tinctor appellatur. Cic.
Dibaphū rogitat, ſed infector rē oratur. ¶ Generoſi graminis. i. her-
bæ generoſæ, & nobilis. ¶ Sed & egregius fons: nō ſolū, inqt, lanæ
illæ in ouibus ſunt rutilæ ex paſcuis: ſed ēt ex potu Bætis amnis, &
ex aeris tēperie. neq; .n. ad illud eſt referendū quod aliq ex auctori-
tate. Pli. ſenſerūt: q ſic lib. ii. cap. c. vi. ſcribit: In Bœotia amnis Me-
las nigras oues reddit. Cephiſus ex eodē lacu pfluens albas, rur-
ſus nigras penitus, ruffaſq; iuxta Iliū Xanthus. unde & nomē an-
ni. nā ξανθὸς flauū ſignificat. ſed ad aquas tm̄ bæticas, cū ſequatur:
Et Bæticus adiuuat aer. ¶ Viribus occultis. i. nō itellectis. ¶ Aer bę-
ticus. aer hiſpanus. nā Bætis fluuius eſt Hiſpaniæ ulterioris, a quo
& Hiſpania Bætica noīatur. ea eſt q̄ nūc Granata appellatur. Græ-
ci. n. coccū uocāt granū: cuius illic magna eſt copia & bonitas. Pli.
¶ Parthenio factas. cōmēdatio eſt ab artifice. Sic Virg. Diuini opus
Alchimedōtis: ¶ Et dignū ſiti ēte Pholo. i. q optime poſſet Pholo ſa-
tisfacere ſitiēti, & ei ſitim explere. Nā Pholus Centaurus fuit: a quo
ppinquus mōs Pholus eſt appellatus: q cū Herculē hoſpitio ſuſce-
piſſet: doliū uini antea defoſſum extulit: hoc tradūt cuidā Cētauro
olim a Dionyſio datū, īperatūq; ut tūc uinū pferret: cū adeſſet Her-
cules. eo igit facto, ferūt reliquos Cētauros uini odore, & uirtute fa-
ctos ebrios: cūq; impetū una oēs in Pholū facerēt, ab Hercule par-
tim cæſi ſunt, partim in fugā cōuerſi. lege Diodorū lib. v. ¶ Vel con-
iuge Fuſci: mulierē bibacē ſui tpis flagellat. ¶ Baſcaudas: uaſa erāt
Britānica. Mart. Barbara depictis uenit baſcuada Britānis: Sed me
iā mauult ducere Roma ſuā. ¶ Eſcaria. ſ. uaſa ab eſca denominata.
¶ Multū cælati. ſ. auri. ¶ Quo biberat: deſignat poculū aureū: quod
(ut ſcribit Pli. lib. xxxiii. ca. iiii.) puluino Philippus rex Macedonū
ſubijciebat. cū uellet dormire. ¶ Emptor Olynthi: Olynthus ciuitas
eſt Thraciæ edito ī loco ſita: ut lib. pri. hiſtoriaꝝ ſcribit Thucydi-
des: quā (ut teſtatur Demoſthenes ꝯtra Æſchinē) Philippus Amyn-
thæ filius Alexādri pr̄, emit ab Laſchene amico ſuo, quē pecunia
corruperat. de quo puto intellexiſſe Virgiliū in. vi. illic: Vēdidit hic
auro patriā: tradit Seruius. ¶ Callidus: nam (ut ſcribit Iuſtinus) blan-
dus pariter fuit & īſidioſus: ut q plura pmitteret, q̄ pſtaret. Callidos
appellat Cic. in li. de nat. Deoꝝ, quorū tanq̄ manus, ſic aius uſu cō-
caluit. ¶ Sed qs nūc alius: hæc ad laudē dñr Catulli, q (qđ alij nō fa-
cerēt) pluris fecit ſalutē, q̄ opes ſuas. ſicq; ſui tpis auaritiā notat.
¶ Non pp uitā: docet poeta phice ita homini parādas eſſe opes, ut
eas habeat tanq̄ ancillas non dominas. Sed (niſi forte nimis arro-
gās uiderer) negarem hæc duo carmina eſſe Iuue. nullam. n. poetę
ſapiūt grauitatem. ¶ Cęci uitio. ſ. immenſæ cupiditatis & auaritiæ.
¶ Iactatur. ſ. in mare. ¶ Aduerſis. ſ. uentis & fluctibus. ¶ Illuc deci-
dit: eo neceſſitatis deuenit, ut etiam arborem nauis ſuccideret. ¶ Ex-
plicat anguſtū: ſucciſo arbore nauē reddidit ſpatioſam, quæ an-
tea anguſta erat, atq; implicita. ¶ Quādo: quādoquidē ſolemus in
periculis afferre ultima, & extrema præſidia ut truncemus. ſ. arbo-
rem, quo nauis fiat leuior: legendumq; cum ſuſpirio.

¶ S I res ampla &c. Si res ampla eſſet mihi domi: & ſi res eſſet mi-
hi ſimilis affectibus in Catullum. ſ. meis. taurus pinguior Hiſpulla
.i. muliere illa obæſa & præpingui: quam p tranſitū notat. & piger
ipſa mole. i. magnitudine corporis ſui. traheretur. i. lente nō iuitus:
ſed tardus mota ſua duceretur ad uictimā. nec. i. & nō. & ſanguis
eius nō nutritus in herba finitima. i. in confinio noſtro: ſed oſten-
dens in colore candido pilorum. paſcua læta. i. opima Clitumni.
ſanguis iret. i. efflueret. & ceruix, ſup. eſſet ferienda grandi miniſtro
.i. ſummo pontifice. ob. i. propter. reditum amici. ſ. Catulli. trepi-
dantis adhuc ex periculi, in quo fuit, memoria. & paſſi nuper hor-
renda. ideſt res horrendas. & mirantis ſeſe eſſe ſup. incolumem: id-
eſt ſaluum & ſanum. Nam tenebræ denſæ & continuæ abſconde-
re uua. ideſt continua nube cælum. & igns ſubitus. ideſt ſubito in-
uadens, impulit: ideſt percuſſit, antennas: ideſt minora uela. pręter
ideſt ultra. caſus. i. dubios euētus pelagi. & pter ictū fulguris euaſi
.i. quod euaſit: cū, ideſt quando. quiſq; crederet ſe percuſſum eſſe il-
lo: ideſt ab illo. & cum quiſq; attonitus: ideſt tonitru ſtupefactus.
putaret nullum naufragium poſſe conferri. ideſt comparari: uelis
ardentibus: quaſi terribilius. ſcilicet uela comburi q̄ nauim rum-
pi. omnia talia fiunt: qualia ſupple fieri dicuntur. ſi tempeſtas poeti-
ca: ideſt a poetica deſcribi ſolita. ſurgit quando: ideſt aliquando.
tam grauiter. ecce aliud genus diſcriminis: ideſt periculi. audi ſup-
ple illud, & miſerere iterum. quanquam cætera ſint pars quidem
dira eiuſdem ſortis: ideſt periculi quod ſortiebatur: ſed cognita
multis. & ſupple talis quam. ideſt qualem. plurima ſana: ideſt
templa, & ſacella teſtantur. tabella uotiua: ideſt ex uoto oblata.
quis neſcit pictores paſci ab Iſide. ideſt in tabellis uotiuis pingen-
dis Iſidi: quaſi dicat nemo. Similis fortuna: quia aduerſa. ut. ſcilicet
faceret uota & iacturam: accidit. &. ideſt etiam. Catullo noſtro
ſupple amico. cum: ideſt quando. medius alueus. ideſt carina na-
uis. foret: ideſt eſſet. plenus fluctu: ideſt aqua marina. & iam undis
euertentibus: ideſt obruentibus & euertere uolentibus. alterum: id-
eſt modo dextrum: modo ſiniſtrum latus. puppis. ideſt nauis. &
hoc incerto: ideſt propter incertitudinem arboris: ſcilicet mali:
quam ſemper timebat rumpendam eſſe. & prudentia cani: ideſt
annoſi & experti rectoris: ideſt directoris nauis. nullam opem: id-
eſt nullum auxilium conferret contra uiolentiam cæli, & maris. ip-
ſe Catullus cœpit decidere: ideſt diſſipare res ſuas: uel potius de-
cidere. ſcilicet cauſam litis cū uentis: quaſi uero uenti ob diuitias
eū perſequerentur: iactu. i. per iacturam. imitatus. i. imitans in
hoc Caſtora: ideſt animal, cuius teſticuli medicinales ſunt: qui ipſe
facit ſe eunuchum. ideſt caſtrat ſe abmordendo teſticulos. cupiens
euadere damno. ideſt per damnum & amiſſionem teſticuli. atq;
ideo, quia hoc facit. intelligit inguem: ideſt teſticulum ſuum. me-
dicatum: ideſt medicamentis. quæ Caſtorea dicuntur aptum. Alij
legunt cupiens euadere damna teſticulis adeo &cæt. Et eſt ordo:
Cupiens euadere damna. ſcilicet mortis: teſticulis. ideſt per teſticu-
los. adeo: ideſt intantum &c. Catullus dicebat fundite: ideſt deiicite
in mare cuncta quæ mea ſunt. uolens: ideſt paratus præcipitare
etiam pulcherrima: utpote ueſtem purpuream aptam. quoq;. id-
ēſt. etiam. Mecœnatibus teneris. ideſt mollibus: atq; alias ueſtes:
ſcilicet bæticas purpureas: quarum natura generoſi graminis in-
fecit ipſum pecus. i. lanam pecoris intinxit. ſed & fons egregius
ideſt aqua fontis ad hoc conuenientiſſimi. adiuuat naturam. ſcili-
cet uiribus occultis: ideſt nos latentibus: quare aqua unius fontis
uiuacius colorat, q̄ alterius, atq; aer bæticus: ideſt iuxta Betim flu-
uium Hiſpaniæ: uim illam aquis & herbis tribuens. ut ſponte lanā
colorent. Ille. ſcilicet Catullus. nec dubitabat mittere in mare. ſci-
licet argentum: ideſt uaſa argentea: uidelicet lances factas ſupple
a Parthenio. & cratera: ideſt ingens poculum. capacem urnæ. id-
eſt quantum urna. & dignum Pholo: ideſt centauro illo bibace.
uel coniuge Fuſci: quam per tranſitum bibacitatis arguit. Adde
& baſcaudas: ideſt uaſa britannica, ſiue anglica. & mille: ideſt in-
numera eſcaria ſupple uaſa. Adde etiam multum cælati ſupple. au-
ri. quo: ideſt cuiuſmodi cælato poculo ex auro. biberat callidus
emptor Olynthi: ſcilicet Philippus rex Macedoniæ: qui Olynthum
ciuitatem Thraciæ fraude mercatus eſt: quod ut notaret poeta,
uoluit periphraſi uti. Sed quia alius a Catullo: & in qua parte mū-
di audet quis præferre nunc argento: ideſt diuitiis caput: ideſt ui-
tam. & rebus ſalutem: hoc eſt ubi eſſet nunc reperibilis, quæ
non potius uitam periculo exponeret, q̄ tam prætioſas merces
proijceret in mare: quaſi dicat nuſquam. Nam quidam non fa-
ciunt patrimonia: ideſt accumulant diuitias propter uitam. ideſt
ut inde conuenienter uiuant. ſed ipſi cæci uitio, ſcilicet auaritiæ.
uiuunt propter patrimonia: ideſt non cupiunt patrimonia ut be-
ne uiuant: ſed cupiunt uiuere ut faciāt patrimonia. Maxima pars
rerum utilium iactatur a Catullo. ſed nec damna. i. iacturæ illæ. le-
uant ſupp. nauem aut pericula. aduerſis ſcilicet uentis urgentibus
tunc. Decidit (Georgius legit reddit. & probat primam pduci: ſed
bene legitur decidit) ideſt deuenit ex miſero caſu illuc: ideſt ad il-
lud extremū remediū. ut ſummitteret. i. deiiceret & ſterneret malū:
ideſt arborem ueliferam. ferro. ſ. ſecuri. ac explicat: ideſt expedit &
extra plicas, & impedimenta mali & uelorum ponit. ſe anguſtum:
ideſt anguſtatum prius. Vltima: ideſt ultimæ partes. diſcriminis: id-
eſt periculi ſupple ſunt quando nos afferrimus præſidia: ideſt auxi-
lia ad protegendos nos. factura nauem minorem. i. quando etiam
nauem incidimus. Hæc potiſſima uiſa eſt expoſitio.

I nunc & uentis animam committe,dolato
Confisus ligno,digitis a morte remotus
Quatuor,aut septem,si sit latissima teda.
Mox cum reticulis,& pane,& uentre lagœnæ,
Aspice sumendas in tempestate secures.
Sed postquam iacuit planum mare, tempora postq̃
Prospera uectoris,fatumq; ualentius Euro,
Et pelago,postquam Parcæ meliora benigna
Pensa manu ducunt hilares,& staminis albi
Lanificæ,modica non multo fortior aura
Ventus adest,inopi miserabilis arte cucurrit
Vestibus extensis,& quod superauerat unum
Velo prora suo,iam deficientibus Austris.
Spes uitæ cum Sole redit,tum gratus Iulo,
Atq; nouercali sedes prælata Lauino,
Conspicitur sublimis apex,cui candida nomen
Scrofa dedit,lætis Phrygibus mirabile sumen,
Et nunquam uisis triginta clara mamillis.
Tandem intrat positas inclusa per æquora moles,
Tyrrhenamq; Pharon.porrectaq; brachia rursus,
Quæ pelago occurrunt medio,longeq; relinquunt
Italiam non sic igitur mirabere portus,
Quos natura dedit,sed trunca puppe magister
Interiora petit baianæ peruia cymbæ.
Tunc stagnante sinu gaudent ibi uertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ.
Ite igitur pueri linguis,animisq; fauentes,
Sertaq; delubris,& farra imponite cultris,
Ac molles ornate focos,glebamq; uirentem,
Iam sequar,& sacro,quod præstat,rite peracto
Inde domum repetam graciles ubi parua coronas
Accipiunt fragili simulachra nitentia cæra.
Hic nostrum placabo Iouem,laribusq; paternis
Thura dabo,atq; omnes uiolesq; iactabo colores.
Cuncta nitent,longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.
Nec suspecta tibi sint hæc Coruinæ,Catullus
Pro cuius reditu tot pono altaria paruos
Treis habet hæredes,libet expectare, quis ęgram,
Et clandentem oculos gallinam impeadat amico
Tam sterili.uerum hæc nimia est impensa,coturnix
Nulla unquam pro patre cadet.sentire calorem
Si cœpit locuples Gallita,& Pactius orbi,

IOAN. BRIT. IN NVNC:honesta inhibitio est p pmissionē.Sic Ouidius:I nūc & cupidi nomen amantis habe. Digitis a morte remotus Quatuor:hoc uř poeta sumpsisse ex dicto Anacharsis: qui cū didicisset q̃tuor digitorū nauis esse crassitudinē:tantū,inqt, morti propinqui sunt q nauigant.monet.n.quantū nauigantibns immineat periculum. Teda:tabula nauis. Tedam aūt posuit p oī arbore, ex qua naues fieri solēt. de teda dixim⁹ in prima Saty.illic: Teda lucebis ī illa. Mox cū reticulis: qui nauigāt panē,& alia ad uictū necessaria secū ferūt.Persius: Iam pueris pellē succinctus & Oenophoꝝ aptas. ait ergo poeta: Tu q nauigaturus es memēto una cū pane,& uino sumēdas esse tecū secures ad nauis arborē incidendā:si tēpestas urgeat: q.d.scito,mortis periculū semp nauigāti iminere.legēdūq; est Accipe: nō aspice. Reticulū Reticulū.n.est genus sacci aptū ad panē ferēdū, a rete denominatū.Horat.Vt si reticulū panis uænales iter onusto Forte uehas humero. Reticulū itē (ut diximus in secunda Sat. illic:Reticulum comis auratum ingētibus implet)tegmē est capitis muliebris. Vētre lagœnę: hoc est capaci & ampla.lagœna uas est teræū tē aquariū q̃ uinariū. Iuuenalis:Pugna saguntina feruet cōmissa lagœna.Nam ex Vasa saguntina Sagūto Hispanię ciuitate ptiosa fictilia mittebanť.Mart.in Apophoretis: Sume sagūtino pocula ficta luto.idē alibi:Ficta Sagūtino cymbia malo luto. Sed postq̃ iacuit: sensus est & ordo: Postq̃ mare factū est tranquillū: & oīs tempestas sedata est &c. Prora miserabilis cucurrit inopi arte:hoc est uestibus extensis & uelo suo,quod unū superauerat.nā uela,q̃ maiora erāt, i medio maris fulmine fuerunt absūpta. Tēpora uectoris.s.fuerūt. Fatū: ipsa Deorū benignitas. Valētius: potentius. Euro & pelago:ipsa tempestate. Parcæ hilares.i.ipsa fata. Meliora pensa: feliciorē fortunam Pensa Pensa numero tantū plurali dnr q̃cunq; pendēt e colo:hoc est q̃ in filum duci possunt.Ouidi.Nos humiles,famulæq; tuæ data pēsa trahemus. Lanificæ.hoc est operatrices. Albi staminis.i.felicitatē portēdētis. nā Parcæ dnr fila nigra ducere:cū mortē, infelicitatemq; miranť. cōtra uero fila alba:cū felicitatē portēdūt.Mar. Si mihi lanificæ ducūt nō pulla sorores Stamina:nec surdos uox habet ista dies. Fortior:nā uētus est,q uehemētiori uenit īpetu,uñ,& nomē:aura uero leuior est. Inopi arte:inopi psidio,expositiue pestibus extēsis. Supauerat: super fuerat.Virgilius:Amissa solus palma superabat Acestes.i.superarat.Plin.de elephātis:Nāq; unū q supauerat. Iam deficiētibus Austris Spes uitæ cū Sole redit:deficiētibus,inqt,uētis, ac iā Sole: hoc est serenitate reuersa.Catullus:Cœpit iā de salute sperare. Sublimis apex.i.mōs Albanus,ubi,Ascanius cōdidit Albā. Alba lōga Nā post xxx.annū:ex quo Æneas Lauiniū tenuerat, Ascanius amisso pře abūdāte Lauinij mulutudie,florētē iā (ut tū res erāt)urbē Lauinię matri,siue nouerca(nā id quoq; ambigit Liuius) reliqt: nouā ipse aliam sub Albano mōte cōdidit:q̃ a situ porecto lōga Alba appellata est.de hoc plura diximus in.iiii. Satyra. Cādida scrofa:nam a noie porcæ albæ,q trigita(ut scribit Varro lib.ii.de re rustica)porcellos pepit i portētū albos denoīata est Alba. Scrofa Scrofa aūt appellať sus nō castrata:sed q̃ ad fœturā habeť. Mirabile sumē : expositio est.i.ex q̃ optimū haberi potuisset sumē.De sumine diximus in.ii. Saty.& apud Persiū illic: Calidū scis ponere sumē. Lætis Phrygibus:utrū qa ea duce sedē iuenissent,an q mirandū sumen essent habituri ex porca, q̃ trigita esset mamillarū. Et clara: ordo est:Scrofa clara triginta mamillis nunquā uisis.s.in alia porca. Intrat moles positas.i. portū Portus Hostiæ Hostiēsem magnis mollibus a Claudio extructum. De quo ita Trangl.meminit:Itē pfecit emissariū Fucini lacus, portūq; Hostiēsem,a Diuo Iulio sæpius destinatū,ac pp difficultatē ommissum.& paulo infra : Continuis. xxx.hoium millibus sine intermissione operātibus portū Hostiæ extruxit. de eo meminit & Eusebius cronographus. Tyrrhenāq; Pharon.i.turrim, q̃ in Pharus portu Hostiēsi erecta erat a Claudio iæmulationē Phari Alexandrinæ: ut ad nocturnos ignes cursū nauigia dirigerēt.Nam id sciendū Pharū isulā esse: q̃ obiecta Alexādriæ portū efficit : ubi turris est eiusdē noīs: quā Ptolemæus erexit:cuius usus erat nocturno nautæ cursui ignes ostēdere ad pnunciāda uada, portusq; introitū.a cuius nomine oēs reliquę turres, q̃ cōpluribus locis flagrant noctu Phari sunt appellatæ. Tyrrhenā: Thuscā. mare.n.id Tyrrhenū dř:hoc est Hetruscū: in cuius littore sita est Hostia. Nō sic mirabere: cū uideas port⁹ structiles ea esse operis magnitudine. Brachia porrecta.i.moles ptentas in mare Relinquūt Italiā magnitudinē portus ońdit,q ita in mare extēdebatur:ut uidereť lōge ab Italia recedere: & lōge eā relinquere. Tale est illud Virg. in.x. Ille uelut rupes uastū, quæ prodit ī æquor Obuia uētoꝝ furijs : expostaq; pōto. Interiora : partē interiorē ipsius portus. Peruia: nauigabilia tm̄ paruæ cymbæ: q̃libus in lacu Lucrino utunť:q i Campania ē iuxta Baias: sicq; ostendit naua Catulli ita mutilatā & tēpestate confractā : ut per breuia ēt ferreť. Tunc stagnāte sinu: portu trāquillos habēte fluctus tēpestate iā sedata. Tunc .s.ubin portū uenere. Vertice raso: serui q manumittebanť i tēplo (ut diximus diffusius ī cōmentarijs Persii)ex sentētia Plutarchi in Problematis:Feronię q̃ libertorū Dea dicebať,raso capite pileū accipiebāt.quod & Plau.in Amphit.meminit:Quod utinam ille faxit Iupiter,ut ego hodie raso capits caluus capiā pileū.Nautæ igiť q̃si i libertatē uēdicati,quā p tēpestatē amiserāt, ad eius rei imitationē caput sibi raserāt. Gaudēt narrare picula:hoc aūt est ex cōsuetudine hoīum:q supato graui periculo,gaudēt multis id narrare. Secura enim pręteritorum malorum recordatio solet esse iucūda. Vnde Seneca in Tragœdijs. Quod fuit duꝝ pati,meminisse dulçe est.

Garrula

¶Garrula picula:hypallage est, ꝓ ipsi garruli.¶Ite igiť pueri: uerba sunt Iuue.imperãtis seruis:ut parent quæ ad sacrificia & uota exoluẽda ꝓ Catullo ꝑtineãt.Nã Romani prisco instituto rebus diuinis opam dabãt,cũ aliqd cõmẽdandũ esset ꝑcatione:cũ soluendũ gratulatione,cũ exposcendũ uoto. Valerius auctor in primo limine. ¶Linguis,aĩsq; fauẽtes:nã in rebus diuinis(ut scribit Cic. de diuinatione)quæ publice fierent:ut fauerent linguis impabatur.quod significabat ut taciturnitatẽ pstarent.Nã i ludis fauor,i sacris taciturnitas est necessaria,ut sacra rite pagi possint nulla mala uoce obstrepẽte.Tibullus:Quisqs ades lingua uir,mulierq; faue. & alibi: Ore fauete oẽs.¶Sertaq; delubris:tẽpla.n. Deoꝝ frõdibus & sertis ornabãtur.Virg.Et festa uelamus frõde ꝑ urbẽ.¶Farra iponite cultris.i.cultros mola,q̃ ex tosto ferre,& tale ↄstabat,inspgite.nam mola tria inspargebanť,culter.s.ignis & caput uictimæ.¶Molles focos:molles appellauit,aut ꝙ ijs odores,& thura cremẽtur:q̃ Arabes molles mittũt.Tibullus:Vranť pia thura focis,urãtur odores: Quos tener e terra diuite mittit Arabs.Virg.Molles sua thura Sabæi.aut(quod magis placet)molles focos,recẽtes & nouos.ut illud apud Statiũ in Siluis:Sertis mollibus expleať umbra.i.nouis & recẽtibus,unde Pli. ad Apollinarẽ.Prata florida & gẽmea trifoliũ.aliasq; herbas teneras,semꝑ molles,& q̃si nouas alunt. Sic & Virg.Castaneæ molles.i.nouæ & recẽtes.nã nuꝑrime parati erant foci.seqtur.n.Glebãq; uirẽtem. ¶Glebãq; uirtutẽ.i.arã ex glebis erectã:sup quã foci parabanť.¶Quod pstat:qđ melius est & excellẽtius,tanq̃ publice factũ.¶Inde.i. ex publico sacrificio iã pacto. Est aũt ordo:Inde domũ repetã pacto rite sacro,quod pstať.¶Domũ repetã:ut priuatim.s.sacrificet Laribus:q & priuatim i domibus, & publice i cõpitis colebanť.Nã lares(ut recitauimus: apđ Persiũ) antiqtas pstides uocauit:qbus canis assistit: & ipsi pellibus caninis uestiũtur.ut inqt Macrobius.eius rei duplicẽ Plutar. causam affert in Problematibus.Nã:cũ pstides,inqt,sint q pstunt:his domus custodes esse oportet:& alienis formidolosos:ut canes uidemus.Mites uero ac lenes,mãsuetosq; domesticis,uel ꝙ Dæmonia qđã mala circũerrant:qbus Dii:q̃si carnificibus & sceleꝝ ultoribus aduersus iniustos,& ipios utanť.Sic Lares furiales existimati sunt,& pœnaꝝ & uitæ exactores & operationũ speculatores.Quare fit ut caninis pellibus induanť:qbus & canis ideo assistit:ꝙ ad inuestigan da scelera & ulciscẽdos iprobos sagaces sint.De Laribus itẽ meminit Apuleius in lib.de Deo Socratis. A Laribus fit Larariũ: quod capiť ꝓ loco ubi Lares colebãtur.De quo sic Lãpridius i Alexandro Seuero:Virgilij imaginẽ Cũ Cic.simulachro in.ii.Larario habuit:ubi & Achillis & magnorũ uirorũ. Alexandrũ uero magnum iter optimos & duos in Larario maiore cõsecrauit.¶Graciles coronas:hoc dicit:qa Romani(ut scr.Pli.lib.xxi.)cũ terra flores negaret:coronas ex ramẽto e cornibus tincto sibi conficiebant: quas hypernas appellabãt, paulatimq; subrepsit appellatio corollis iter initia ꝑꝑ gracilitatẽ noĩatis.hinc ergo poeta graciles coronas appellauit.Lares aũt coronari solitos docet Pli. sic:Et iã tũc coronæ Deorũ honos erãt & Lariũ publicorũ,priuatorũq; & sepulchroꝝ & maniũ.uñ Plaut.in Alularia introducit Larem dicentẽ: Thure, uino,coronis, sibi quotidie sacrificatũ fuisse. ¶Hic: hoc est domi. ¶Laribus p̃nis:hoc est domesticis & maioꝝ nostroꝝ.¶Nostrũ Iouẽ:aut quẽ peculiari cultu domi ueneramur:aut nostꝝ.i.Romanũ. ¶Iactabo:spargã.¶Omnes colores uiolæ.i.uiolas oĩs gñis. nam tria sunt(ut diximus apud Persiũ illic:Et iãthina læna)genera uiolaꝝ,purpureæ,luteæ,albæ.¶Cuncta nitẽt:ita a poeta inferuntur:q̃si illico oĩa a seruis & ministris essent parata ad sacrificiũ: ut sit sensus.Oĩa polita.munda,ornataq; sunt, qualia fieri idẽ in eiusmodi rerũ celebratione.¶Lõge erexit ianua ramos.i. ornata est ramis lauri.nam in festorũ solẽnitate domus lauro ornabanť. alibi: Ornẽtur postes,& grãdi ianua lauro.¶Festa:coniunge cũ ianua:ut sit Ianua festa,& domus festa.¶Opatur:rẽ sacrã facit.Virg. Lætus operatus i herbis.Propertius:Cynthia iam noctes est operata decem. ¶Nec suspecta tibi:noli,inqt suspicari Coruine me ideo hæc uota tam solenniter exsoluere: quia uelim captare Catullum. non enim est orbus,sed tres habet liberos, quibus bona sua relinquat.Sicq; uenuste captatores sui temporis sigillat. ¶Libet expectare: uoluptariũ est,inquit,expectare an aliquis appareant,q ꝓ amico tã sterili uel gallinẽ moribũdã mactet.q.d.nemo erit q sacrificet:Nã gallinæ(ut scribit Pli.li.x.)ad rẽ diuinã luteo rostro,pedibusq; puræ nõ uidebanť,ad optanea sacra nigræ.¶Tã sterili:q̃lis ẽ Catullus:q cũ filios habeat:nihil daturus ẽ captatori:sed oĩa filijs relicturus.nã sterilis amicus captatoris dř uñ nullus exit fructus,cũ oĩa liberis relinquat,sic & agrũ sterilẽ dicimus,q fructũ nõ facit: & mulierẽ sterilẽ, q̃ fœtus nõ parit.¶Verũ hæc nimia ẽ ipensa:ironicos.q.d.nõ eẽ mirãdũ si qs nõ iueniať,q ꝓ amico gallinã sacrificet:qa nimia sit ipensa.¶Coturnix:auis qua uulgus uocat q̃leã:græce ortyx dř.uñ ortygometrã ipsarũ coturnicũ regẽ uocamus.Coturnicẽ aũt posuit ꝓ uilissima aue.nã apud mẽsas Romanoꝝ dãnabať, ꝙ morbo comitiali labore dř.Pli.auctor.¶Pro pře:ꝓ eo ꝙ př sit.i.q filios habeat:qa ĩde nihil sit capturus.¶Sẽtire calorẽ Si cœpit:auaritiã sui tpis notat:moueť,inqt,spe cõsequẽdæ hæreditatis ad faciẽda uota & sacrificia ꝓ orbo si forte uel minima ualetudine corripiať. hinc exit illa Pli.lib.xiiii.ↄquestio:Postq̃ cœpere orbitas i auctoritate summa & potẽtia eẽ captatio in q̃stu fertilissimo, ac sola gaudia in possidẽdo pessum iere uitæ pretia.¶Gallita, & Pactius: nomina sunt diuitum orborum,quos pro omnibus diuitibus orbis ponit.De Pactio meminit.Martia.sic Munera quæ cuperet Pactius esse sua.

Coturnix

Ortygometra

¶IN NVNC &c. Ordo est:I nũc & cõmitte aĩam.i.uitã tuã uentis.confisus.i.munitus ligno dolato.remotus a morte.i.submersione.q̃tuor digitis aut septẽ.si teda.i.asser:uel tabula ex teda.fit latissima.i.dẽsissima:qa ꝓ latitudine densas tabulas faciũt:q̃to.n. latiores sunt,tãto plus põderis sustinẽt:& debiliores sunt. Aspice mox .i.paulopost secures,qbus malũ incidas.esse sumẽdas i tẽpestate cũ reticulis i qbus panis portet. & pane & uetre lagœnæ:hoc est facut ẽt secures iferas in nauiũ: nõ solũ panẽ & uinũ. sed postq̃ mare iacuit planũ,i.sedatũ est.tẽpora sup.effecta sunt ꝓspera. & fatũ.i. ꝑordinata a Deis euasio uectoris.s.Catulli:q uectus est:aut uictoris.i.uoti cõpotis.est ualẽtius.i.potẽtius.Euro.i.uẽto illo ipetuoso & pelago. & postq̃ Parcæ.i.Deæ fatales.hilares.i. lætæ & fauẽtes, lanificæ.i.filatrices.albi.i.ꝓsperi.staminis.i.cursus uitæ Catulli.du cũt manu benigna pẽsa meliora.i.sigñatiua lõgioris uitæ. uentus adest inopi.s.Catullo.nõ multo fortior aura.i.aere nullo ipetu mo to:sed leniter spirãte.prora.i.nauis prima pars,uel totaia uis.miserabilis:qa lacera cucurrit arte.i.ꝑ artẽ.& uestibus.s. nauigãtiũ extẽsis loco ueloꝝ & suo.s.proræ uelo:ꝙ unũ uelũ suauerat.i.supfuerat adhuc.spes uitæ redit cũ Sole.& hoc Austris.i.sumptuosis uentis deficiẽtibus.tũc apex.i.sublimis locus. gratus Iulo.i. Ascanio Æneæ ex Creusa filio.& sedes plata Lauino nouercali.i. ꝙ nouerca eius Lauinia habitabat.cui cãdida.i.alba scrofa.i.sus.dedit nomẽ qa Alba uocabať.scrofa inq̃ existẽs sumẽ.i.accipiendo a parte totũ.genus suis.miserabile Phrygibus lætis ꝑꝑ uaticiniũ de ea sue datũ.& existẽs clara.i.insignis triginta mamillis nunq̃ uisis in alia porca.de hac.iii.Æne.dř sic:Cũ tibi solito secreti ad fluminis undã: Littoreis ingẽs iuẽta sub ilicibus suis. xxx. capitũ fœtus enixa iacebit Alba solo recubãs:albi circũ ubera nati:Is loc⁹ urbis erit &c. Tandẽ.i.post longã expectationẽ.intrat.s.Catullus moles positas ꝑ æquora iclusa a Claudio.s.hoc est Hostiẽsem portũ.& Pharon.i. turrim Hostiẽsem nautis in iudiciũ extructã Tyrrhenam.i. i mari Tyrrheno.& Brachia maris porrecta.i.extensa.q̃ cõcurrũt rursus medio pelagus:uel quoꝝ cõcursus est i medio pelago.i.i mediũ pelagi:& q̃ relinquũt lõge Italiã.Tũ nõ ergo mirabere.i. mirari poteris sic.i.intantũ.portus quos natura facit.i.naturales.Sed magister.i.gubernator.petit trũca.i.truncata & mutilata pupe. iteriora .i.iteriores partes maris.ꝑuia.i.trãsibiles.cymbæ.i.nauiculæ: Baianæ.i.q̃li apud Baius utunť.Tũc postq̃ intrauerũt nautæ raso capite.i.q fere rasum caput habere solẽt securi iã de periculo. gaudent ibi.i.i trãsitu maris.stagnante.i.stagnũ faciẽte.narrare picula maris garrula.i.q cũ garrulitate narrari solẽt.Igitur: quãdoquidẽ saluus est amicus.O pueri.i.familiares mei,ac domestici serui. ite fauẽtes linguis.i.uerbis & animis.i.uotis.& imponite delubris:idest tẽplis aut foribus eorũ.serta.i.coronas ex floribus & herbis sertas. & imponite cultris,qbus hostia mactetur.farra: idest molam salsam,ac ornate molles focos.i. ex molli & recẽti terra instruite arã. ꝙ pro.i.glebam uirentẽ.i.cespitem:hoc est terram cũ graminibus. Ego iam sequar uos scilicet cum hostia.& ego pacto sacro:idest sacrificio rite. quod restat:idest reliquũ est Aliqui textus habẽt quod præstat:idest quod præstãtius est. repetam inde domũ. ubi:idest in qua domo parua simulachra Deorũ:idest familiarium.nitentia fragili cera.idest nitide facta ex fragili cæra.accipiũt graciles:idest modicas coronas:corollas uidelicet. Ego placabo hic .i. domi meæ. nostrum Iouem.i.familiarem.erat enim unicuiq; suus Iupiter, & sua Iuno.& dabo Laribus paternis thura. atq; iactabo in honorem uidelicet eorum omnes colores uiolæ.Cuncta nitent:idest iam purgata sunt.ianua domus meæ erexit longos ramos in signum festiuitatis,& ipsa festa.i.festiuitatẽ celebrãs.operať.i.rẽ diuinã fa

ASCen.

Fauere linguis

Mollis

Lares

Larariũ

Coronæ

Operari

Legitime fixis ueſtitur tota tabellis
Porticus,exiſtunt qui promittunt hecatomben.
Quatinus hic non ſunt nec uænales elephanti
Nec latio haud uſquam noſtro ſubſidere talis
Bellua concipitur,ſed furua gente petita
Arboribus Rutulis,& Turni paſcitur agro
Cæſaris armentum,nulli ſeruire paratum
Priuato,ſiquidem tyrio parare ſolebant
Hannibali,& noſtris ducibus,regiq; Moloſſo,
Horum maiores,& dorſo ferre cohortes
Partem aliquam belli,& euntem in prælia turmam
Nulla igitur mora p Nouium, mora nulla p Hiſtrũ.
Pacuuium,quin illud ebur ducatur ad aras,
Et cadat ante lares Gallitæ uictima ſacra
Tantis digna Deis,& captatoribus horum.
Alter enim,ſi concedas mactare,uouebit
De grege ſeruorum magna, & pulcherrima quæq;
Corpora,uel pueris,& frontibus ancillarum
Imponet uittas,& ſi qua eſt nubilis illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus,& ſi
Non ſperat tragicæ furtiua piacula ceruæ.
Lando meum ciuem,nec comparo teſtamento
Mille rates, nam ſi Libitinam euaſerit æger,
Delebit tabulas incluſus carcere naſſæ,
Poſt meritum ſane mirandum,atq; omnia ſoli
Forſan Pacuuio breuiter dabit, ille ſuperbus
Incedet uictis riualibus. ergo uides,q̃
Grande operæpretium faciat iugulata Mycenis.
Viuat Pacuuius quæſo,uel Neſtora totum
Poſſideat,quantum rapuit Nero, montibus aurum
Exæquet,nec amet quenquam , nec ametur ab ullo.

cit.lucernis matutinis.i.a principio diei,etiam ante lucẽ incipiens.
Nec ſuſpecta &c.In hac parte poeta ſatyrico officio functus ca-
ptatores perſequitur,ſe primum purgans. Ordo eſt: Nec o Perſice
quamuis pro Catullo hæc offeram:hęc ſacrificia : ſcilicet mea ſint
tibi ſuſpecta de captatione,aut ineſcatione uidelicet: quaſi faciam
ut ab eo hæres inſcribi ſperem.Id enim nõ poteſt fieri . Nam Ca-
tullus pro cuius reditu ego po-
no tot altaria:habet tres paruos
hæredes:ſcilicet liberos ſuos. Li
bet aũt expectare quis aliorum:
ſcilicet modo uiuentiũ : impen-
dat amico tam ſterili: ideſt ſaluti
amici uñ nihil ſperetur hæredita
tis: gallinã ſubaudi etiam ægrã
& claudentem oculos.uerũ hęc
impenſa: ſcilicet gallinæ eſt ni-
mia. Nulla coturnix (quæ auis
eſt,& minoris in Italia uenit,ₐeſt
enim quæ uulgo qualea dicitur:
gallice caille) cadet unquam
pro patre.ideſt pro ſalute patris:
hoc eſt habẽtis liberos. Si locu-
plex: ideſt aliquis diues utpote
Gallita mulier illa:& Pactius uir
ille.orbi.ideſt ſine liberis uiuen-
tes.cœpit ſentire calorẽ : uideli-
cet febriũ tota porticus eius .ſ.
diuitis ueſtitur.i.cooperitur. ta-
bellis:ſcilicet uotiuis.

IO AN. BRIT. ℭ LEGITIME : ironicos:
quaſi iure quodã & lege. ℱ To-
ta porticus : nam in porticibus
templorũ ſuſpendebantur tabel
læ ſuſpicientium uota.ℱ Calorẽ:
Hecatõbe ardorem febris.ℱ Hecatomben:
ſacrificiũ centũ bouum.a nume
ro uictimaꝝ, ἑκατὸν enim centũ:
βοῦς bouẽ ſignificat.ad quod ſa
crificii genus reſpexit Perſius il
lic:Centũ paria ob res egregie
geſtas induco.i. duplicem heca
tomben. Quod genus ſacrificii
primũ inſtitutũ fuiſſe a Laconi-
bus uidetur oſtẽdere Strabo in
viiii. Laconia , inquit cũ priſcis
annis cẽtenis præeſſet urbibus,
Hecatompolim uocitatam me-
moriæ proditũ eſt,inde quotannis p eos boues cẽtenos imolari cõ
ſuetũ fuerat: quod ſacrum hecatombas appellabant: ut totidem nu
mero mactarentur boues:quot eſſent ciuitates . Cum ergo tale ſa-
crificium peragеretur: cẽtum aræ extruebantur : ut totidem eſſent,
quot & uictimæ.unde illud dictum eſt a Statio in genethliaco Lu
cani:Centum theſpiacis odora lucis Stent altaria , uictimæq; cen-
tum. Et licet aliæ etiam uictimæ q̃ boues immolarentur , ſacrifi-
cium tamen ueteri uocabulo appellatum eſt hecatombe. unde ita
ſcribit Iulius Capitolinus : Hecatombe autem tale ſacrificium eſt,
cẽtum aræ uno in loco ceſpititiæ extruuntur,& ad eas centũ ſues,
centum oues mactantur.Nam ſi imperatorium ſacrificium ſit,cen
tum leones,centum aquilæ &c.huiuſmodi animalia centena fue-
rint.quod quondam Græci feciſſe dicuntur,cum peſtilentia labo-
rarent &c. ℱ Quatinus hic non ſunt:ſenſus eſt: Quandoquidem
hic non ſunt uænales elephantes,nec talis iu latio bella progene-
ratur,ſed tantummodo ex locis longinquis petitur:ut imperatori-
bus ſeruiat,qui eam tantum in uoluptatem alunt:nulla igitur mo-
ra erit,quin p Pacuuium & Nouiũ captatores elephanti inuenian-
tur:quos pro orborum ſalute ſacrificent. Sicq; notat attentam ca
ptatorum diligentiam:qui nulli parcentes,nec impenſæ,nec labo-
ri elephantes peregrinam etiam belluam inueniunt. Differunt au-
Quatin⁹ tem inter ſe Quatinus & Quatenus : ut Quatinus pro quando-
Quaten⁹ quidem, & quoniam ponitur. Tranquillus in Claudio:Confirma-
uitq; pro concione apud prætorianos, quatinus ſibi matrimonia
male cederent,ſe manſurum in cælibatu. Quatenus uero pro quo
uſq; & quoad:ut ſit compoſitum a qua & tenus. ut Hora. Iubeas
miſerum eſſe libenter Quatenus id faciat.Cicer.in Lælio : Videa-
mus quatenus amor in amicitia progredi debeat . Quatinus:ideſt
quoniam uel quandoquidem.ℱ Hic.ſ.Romæ.ℱ Bellua concipitur:
ſcribit tamen Columella in.iiii.de re ruſtica in urbe Roma elephan
tes progeneratos fuiſſe.ℱ Furua gente:aut ab Indis , quoꝝ in cor-
pore(ut ſcribit Apuleius in floridis)color noctis eſt : ut ab Æthio-
pibus,qui ſunt in extrema parte
Africæ ad montem Atlantem.
nam utrinq; elephanti mittun-
tur:aut ab Troglodytis Æthio-
pibus,qui Arabiæ ſunt conter-
mini : omneſq; colore fuſco.
apud quos etiã elephantes pro
generantur.ℱ Furua:nigra. un-
de illud Martia. Nigro bellua nil
negat magiſtro. ℱ Cæſaris: Do-
mitiani. ℱ Armentum : expoſi-
tio eſt . ut ſit : Bellua armentum
Cæſaris . uideturq; hoc dici a
poeta in ſegnitiem ſuorum tem-
porum. ut ſit ſenſus: Elephanti,
quorum uſus erat i bellis olim,
nunc ab imperatoribus ſæculi
noſtri ad uoluptatem & ſpecta-
cula exhibentur,pugnauere Ro
mæ in Circo Claudij pulchri ędi
litate,& Cæſari dictatori tertio
eius conſulatu.xx.contra pedi-
tes quingentos, itidemq; totidẽ
turriti cum ſexagenis propugna
toribus Germanici Cæſaris mu-
nere gladiatorio quoſdam incõ
ditos motus edidere ſaltantium
modo.ℱ Rutulis.populi ſunt La
tii,quibus imperauit Turnus.
ℱ Hannibali. Tyrio .i. Afro &
Carthaginenſi. Tyrium autem
appellat q; ex Tyro uenerit Di-
do,quæ Carthaginem condidit
in Africa.Nam Hannibal ſecun
do bello punico,cum in Italiam
per alpes deſcendiſſet, elephan-
tes ſecum duxit. ut Liuius, Plu-
tarchus,& Silius ſcribunt. ℱ Re
giq; Moloſſo.i.Pyrrho Epirota
rum regi Moloſſi enim gẽs Epi- Moolſſi
rotarum ſub Pyrrho Neoptole-
mo fuere quem Achilles,procreat,& ſub eius ſucceſſoribus Theſ
ſalici ſanguinis. dicti autem Moloſſi a Moloſſo rege.nam Pyrrhus
eo bello quo Tarentinos iuuit aduerſus Romanos,primus in Ita-
lia uſus eſt elephãtis, quos boues Lucas appellatos cõſtat:q; in Lu
canis primũ uiſi ſint.unde Auſonius: Vt Lucas boues olim reſum
pto,Præferoces iuuit iuuẽtus Romula.ℱ Horũ maiores:ordo eſt:Si
qdem maiores horũ elephãtorũ ſolebant parere Hãnibali tyrio &
noſtris ducibus:& ferre cohortes dorſo:expoſitiue partẽ aliq̃ belli
q.d.in reprehenſionẽ ſegnitiæ ſuoꝝ tẽporũ eos nunc tñ ali ad ſpe
ctacula:qui antea ad bella dũtaxat parabant.ℱ Euntẽ in prælia:in-
uidioſe dixit in p̃lia.q.d.nõ progredientem (ut nũc fit) in theatra.
ℱ Noſtris ducibus.i.Romanis.Nã & Scipio ſocer Pompeii in exer-
citu ſuo aduerſus Cæſarẽ habuit elephãtes in Africa . de quo ita
Appianus lib.ii.de bello ciuili ſic ſcribit.Cũ ſcipio octo peditũ le-
gionibus iſtructus equitũ.xx.millibus:quorũ maior pars libycoꝝ
fuit:ad hæc ſcutatis plurimis,& elephãtis circa triginta aduẽtare di
ceret.ℱ Nulla igitur mora eſt: cũ igit, inqt, Gallita. & Pactius orbi
uexẽtur uel minima ualetudine: nulla mora eſt per Nouiũ,aut Hi-
ſtrũ captatores:qn elephas,q in Italia,nõ pgeneratur : & ſiquis eſt
deſeruit impatoribus:quoq̃uo inueniat,ducaturq; ad aras mactã
dus,ſicq; oſtẽdit(ut diximus)attẽtã captatorũ diligẽtiã,q nulli par-
cẽtes,nec ipenſæ,nec labori elephãtes pegrinã belluã inueniũt,tã
tus eſt amor habẽdi.ℱ Per Nouiũ:Nouius, & Hiſter Pacuuius ca-
ptatores tpibus poetæ. ℱ Illud ebur:ebur poſuit p elephanto.cõtra
Virg.in.vi.elephantũ p ebore: Altera candẽti pfecta nitẽs elephan
to. Dentes elephanti proprię ebur ſunt,penuria tñ factum eſt,ut &
oſſa

oſſa ſecarentur, ac pro ebore haberentur. ꝩ Victima ſacra: expoſitio eſt. ꝩ Tantis digna Deis, & captatoribus horum: ironicos legendũ eſt. q. d. nec elephantem licet omnium animalium maximum uictimam ſatis dignam eſſe: quæ Dijs ſacrificetur, nec dignam, quam captatores mactent: quãdo alia uictima a nobilior exiſtat, ait enim alter erit, qui filiam & nubilem uouebit mactare pro ſalute diuitis. ꝩ Tantis Deis: laribus, qui rogantur pro ſalute diuitis. ꝩ Captatoribus horum. ſ. diuitum. ꝩ Alter. ſ. Pacuuius non deerit: qui & ſeruos & filiam nubilem ſi habuerit, non dubitabit mactare: ut ſolus hæreditatem omnem conſequatur, ut ſequentia docent. ꝩ Si concedas. i. ſi ei per leges concedatur: ut mactet ſeruum: uel ſi tu cõcedas o orbe. i. ſi toleres. ꝩ Imponet uittas: nam uictimæ caput uitta uinciebatur. Vale. Flac. lib. 1. ſic: Multa pallens ferrugine taurus Stabat adhuc, cui cæruleæ per cornua uittæ. Idem alibi: Tibi cæruleis in littore uittis: Et Zephyris, Glaucoq́ bouem, Tethidiq́ iuuẽcum Deicit Ancæus. ꝩ Et ſi qua eſt Iphigenia domi: & ſi quam filiam nubilẽ habebit: eam exemplo Agamẽnonis mactabit pro ſalute amici orbi: q̃uis ei nulla ſit ſpes filiæ conſeruandæ: quomodo Agamemnoni ſeruata eſt filia per Dianam: quæ ei paranti puellam immolare, ceruam ablata puella ſuppoſuit. ꝩ Furtiua piacula: furtiuas expiationes: quales ſubiectæ ſunt Agamemnoni ab ipſa Diana: quæ omne exercitum græcorum peſtilentia uexabat, ob ceruam ei conſecratam in uenatione ab Agamemnone occiſam: cerua enim, quæ fuit piaculum & expiatio ſuppoſita fuit. ꝩ Ceruæ tragicę: de qua tragici ſcripſerunt: ut Sophocles & Eurypides. ꝩ Laudo meum ciuem ironicos. q. d. Sapiens nimirum eſt ciuis meus Pacuuius, qui filiam pro ſalute amici mactare eſt paratus. nam pluris facit teſtamẽtum quod captat, q̃ ſalutem mille nauium, pro qua Agmemnon Iphigeniam filiam ſuam immolauit. nam ſi diues conualuerit teſtamentum mutabit: & omnia quæ utriq́ relinquebat, ſoli relinquet Pacuuio. ergo laudandum eſt eius conſilium: ac per hoc oſtendit ipſum improbius facere, q̃ fecit Agamemnon. Is enim immolatione Iphigeniæ mille naues ſeruauit. Pacuuius uero cæde filiæ unum tantũ hominem, ſed teſtamentum inquit ironice pluris faciendũm eſt, q̃ mille naues: ſicq́ improbã, & cæcam hominis cupiditatem damnat qui etiam ſpe incerta teſtamenti paratus ſit filiã mactare. nam ſi tũc moreretur orbus hęreditatis pari modo ad utrunq́ captatorem rediret. ꝩ Teſtamento: ad quod inhiat. ꝩ Libithinam euaſerit. i. mortẽ & funeſtam ualetudinem. nam Libitina Dea fuit, in cuius ęde, quę ad ſepulturam pertinebant uendere conſueuerunt, qui Libitinarij ſunt appellati. auctor eſt Plutarchus in Problematis. ꝩ Tabulas: teſtamentum. ꝩ Incluſus carcere naſſę. i. munere captatoris ligatus & captus. ſumpta eſt metaphora a piſcibus qui naſſa incluſi nequeũt. exire. Eſt. n. naſſa uas uimineũ ad capiendos piſces: quo cũ ingreſſi fuerint, exire nequeũt. Silius: Haud ſecus ad uitreas ſolers piſcator ad undas: Ore leuem patulo texens de uimine naſſam. ꝩ Poſt meritum mirandum: ironicos. q. d. mirum non eſſe ſi omnia bona relinquat Pacuuio quando ipſe pro ſalute eius filiam etiam ſuam ſacrificare paratus fuerit. ꝩ Forſan: hinc eſt maxima pars indignationis. ꝩ Breuiter dabit. i. illum hæredem relinquet ex aſſe. i. ex toto. nam qui omnia uni relinquit, breuibus, & paucis uerbis condit teſtamentum. dicit enim: Pacuuium relinquo hæredem ex aſſe. i. ex toto patrimonio. ſicq́ breuiter teſtamentum condit. Mart. in. 7. Heredem Fabius Labienum ex aſſe reliquit. ꝩ Victis riualibus: alijs captatoribus. Riuales proprie (auctore Vulpiano) dicuntur ij, qui per eundem riuum aquam ducunt. per tranſlationem autem appellantur, qui eadem cupiditate laborant: & ad eandem rem habendam intentum habent animum: quaſi eodem affectus riuo concurrentes. unde riuales, qui eandem etiam mulierem amant appellantur. ꝩ Ergo uide: inſultatio eſt poetæ per riſum in captatores. ꝩ Quam grande operæpretium: q̃ grandem & magnam utilitatem afferat immolatio filiæ. eſt autem tranſlatio ſumpta a mercenarijs: quibus ſuaue eſt poſt laborem mercedem accipere. ꝩ Mycenis iugulata. i. filia qualis fuit Iphigenia Mycenea Agamemnonis filia. nam Mycenis eſt forma patronymica. Mycene enim fuit Agamemnonis patria. ꝩ Viuat Pacuuius: hęc omnia cum ſumma indignatione dicũtur a poeta in reprehenſionem auaritię ſui temporis. ꝩ Neſtora totum: qui tercentos annos uixiſſe fertur. de Neſtore diximus in Satyra: Omnibus in terris. ꝩ Quantum rapuit Nero: nam ad omnes rapinas conuerſus fuit: ut tẽplis etiã pluribus dona detraxerit: nulliq́ delegauerit officiũ: ut nõ adijceret: ſcis qd mihi opus ſit: hoc agamus ne quis q̃cq̃ habeat. ꝩ Nec amet quẽquã, nec ametur ab ullo: dira ſane ĩprecatio eſt. nihil. n. põt hoi ĩfelicius accidere, q̃ ut neminẽ hẽat amicũ.

ASCen. ℭ FIXIS. i. affixis illic legitime. i. rite. exiſtunt ſup. captatores: qui promittunt ſi amicus. ſ. conualeſcat. hecatomben. i. ſacrificium cẽtum boum. quatinus. i. quandoquidẽ. elephanti nec ſunt hic. i. Romæ uenales, nec talis bellua concipitur. i. generatur uſquam ſub noſtro ſidere. i. climate aut polo. ſed petita a gente furua. i. nigra: ut a Mauris, Indis, & Æthiopibus. & ipſa exiſtens armentum Cæſaris. i. imperatoris. paſcitur arboribus rutulis. i. apud Rutulos populos Italiæ. & in agro Turni Rutulorum quondam ducis. nulli. i. nõ ulli. non paratum ſeruire ulli priuato: ſiquidem quia uidelicet maiores. i. progenitores, horum. i. elephantorum. ſolebant parere tyrio Hannibali Carthaginenſium. ſ. duci. & noſtris. i. Romanis ducibus & regi Moloſſo. i. epirotico uidelicet Pyrrho. & ſolebant ferre dorſo ſuo cohortes aliquam partem belli. & turmam. i. multitudinem certam militum euntem in pręlia. i. præliari uolentium: quaſi dicat propter generoſitatem, eo ꝙ olim elephantis bella geſta ſunt. uetitum eſt ne priuati. i. qui reipublicæ. gubernatores non ſunt: non emant eos ad uſus ſuos: quod ſi uetitum non eſſet: etiam elephantos pro ſalute diuitum orborum mactarent. Igitur quia nunc uetitum eſt: nulla mora ſup. fit per Nouium. i. quantum eſt in Nouio: ſi lex non obſtaret. & nulla mora eſt per Hiſtrum Pacuuium captatorem illum auidiſſimum. quin. i. quominus. i. ut non. illud ebur. ſ. elephantorum ducat ad aras. & cadat ante lares. i. Deos domeſticos. Gallitæ. i. illius diuitis orbi. exiſtens uictima ſacra & digna tantis theſauri cuſtodibus & captatoribus horum. ſ. orborum. enim pro quia. alter captatorum. ſ. Pacuuius. ſi concedas. i. lex concedat mactare ſeruos. ſ. mouebit. i. amouebit a domo ad aras magna & pulcherrima quæq́. i. omnia ualde pulchra corpora ſeruorum & imponet pueris. i. domeſticis ſuis. & frontibus ancillarum ſuarum uittas. i. quædam ornamenta capitum, quæ ſacrificandis imponebantur. unde dicit de ſe Sinon. 2. Æneid. Mihi ſacra parari: Et ſalſæ fruges: & circum tempora uittæ. Et ſi qua. i. aliqua Iphigenia. i. filia, q̃lis erat Iphigenia Agamẽnoni: qui eam pro interfecto ceruo ut Dianam placaret: propter græcarum ſalutem, & proſperam nauigationem habendam ſacrificare uoluit: & ſecundum Horatium ſacrificauit: quod etiam Virgil. dicit in. 2. Æneid. Sanguine placaſtis uẽtos, & uirgine cæſa. Seruius tamen exponit non ꝙ cæſa ſit: ſed cædi iuſſa. Si ergo ulla filia ſit illi domi: ipſe dabit ſi permittatur. hanc altaribus. i. ſacrificijs. etſi. i. quamuis. non ſperat piacula furtiua. i. piationem & placationem per furtiuam ablationem filiæ: & ſuppoſitionem ceruæ: ſicut Iphigeniæ contigit ſecundum tragœdiam Sophoclis. unde addit ceruæ tragicæ. i. quæ in tragœdia Sophoclis dicitur pro Iphigenia ſuppoſita & mactata. Laudo meum ciuem &c. uidentur quibuſdam hæc eſſe uerba captatoris reſpondentis Iuuenali. & ita ordo erit: Ego laudo meum ciuem. ſ. Galitam, aut Pactiũ nec comparo teſtamento illius mille rates gręcorum. tot enim fuiſſe dicuntur. unde Virgilius in. 2. Æneí. Non anni domuere decem, non mille carinæ &cę. Sed ſequentia indicant: ꝙ ſunt uerba poetæ ironice loquentis: quia de captatore in tertia perſona loquitur. Ordo igitur eſt: Ego laudo meum ciuem. ſ. Pactium. nec comparo: id eſt ęquiparo teſtamento diuitis orbi mille rates. i. ego puto plus eſſe impetrare tam amplum teſtamentum per mortem filiæ, q̃ ſaluaſſe mille rates. nam ſi ęger euaſerit Libithinam. i. mortem, cui Libitina præeſt. ipſe incluſus carcere naſſæ. i. uaſis ex uiminibus confecti: in quod ingreſſus piſcis, egredi neſcit (. i. ipſe captus tanquam piſcis. unde piſcem uocant diuitem captandum: ſicut Martial. Et piſcatorem, quomodo piſcis amat) delebit. poſt meritum ſane: ideſt ualde mirandum: uidelicet ꝙ ſanguinem humanum: aut hecatomben ꝓ ſalute amici obtulerit tabulas prioris teſtamenti. atq́ ipſe dabit forſan breuiter. i. prope diem. omnia ſup. bona ſua ſoli Pacuuio. ille. ſ. Pacuuius incedet ſuperbus. i. elatus. & hoc riualibus. i. competitoribus. uictis. i. ſuperatis. Ergo inquit per ironiam poeta: Tu uides q̃ grande operæpretium. i. commodum & utilitatem faciat Mycenis. i. Iphigenia Mycenarum regis filia: quæ a patria Mycenis dicta eſt (& declinatur hæc Mycenis huius Mycenidos &c.) iugulata. i. pro ſacrificio mactata. Ego inquit poeta: ſemper ironice loquens: ego quæſo ut Pacuuius uiuat. uel. i. etiam totum Neſtorea. i. totam uitam Neſtoris: qui tres ætates hominum uixiſſe dicitur. & ut poſſideat tantum ſup. quantum rapuit. i. uiolenter ſuis abſtulit. & ut exęquet. i. æquum, & æque magnum faciat aurum ſuum montibus. & tamen quia captator eſt: nec amet quemq̃, ſed diuitias eius: nec ametur ab ullo. i. nullum habeat uere amicum: quaſi dicat ĩdignus eſt uero amico. qui res non hominem amat.

FINIS.

IVVENALIS

IVNII IVVENALIS AQVINATIS SATYRA TERTIADECIMA.



INTERTIADECIMA SATYRA IVNII IVVENALIS ARGVMENTVM.

Exemplo quodcunq; malo. Hac Satyra Caluinum consolatur, qui abnegata sibi pecunia vehementer cruciabatur. Sed Satyrę non oblitus notat tempora sua quibus nimio auaritię studio id frequenter accidebat. prima inter alias consolatio est, eum qui abnegauerit, nunquam cruciatu carere, licet iudicia euaserit: cum eum semper conscientia exagitet. Nam mala cōscientia sępe tuta est, secura nunquam.



XEMPLO quodcunque malo committitur, ipsi
Displicet auctori. prima est hæc vltio, quod se
Iudice nemo nocēs absoluitur, improba q̄uis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.
Quid sentire putas omnes Caluine recenti
De scelere, & fidei violatæ crimine? sed nec
Tam tenuis census tibi contingit, vt mediocris
Iacturæ te mergat onus, nec rara videmus
Quæ pateris, casus hic multis cognitus, ac iam
Tritus, e medio Fortunæ ductus aceruo.

Satyra tertiadecima. Exemplo quodcunq; malo.

IOAN. BRIT.



ALO exemplo: quodcunq;, inquit, turpe faciens committitur: statim ipsi auctori displicet, ac per hoc stimulis conscientiæ flagellatur. ¶ Exemplo: exemplum est alicuius facti, aut dicti præteriti cum certi auctoris nomine propositio: q nos monet quid faciendum, fugiendumue sit. unde inquit Festus Pompeius: Exemplum est quod sequamur, aut uitemus. est enim ipsa res, quam imitamur, aut si sors ita tulerit, euitamus in aliquo. Exemplum item capitur (ut docet Cicero in rhetoricis ad Herenniū) pro eo ex quo probatio, & experimentum habet omnis rei. Vnde dicimus ad te mito exemplum piperis, siue tritici, quod tibi uenditurus sum. & in elocutione exemplum inter exornationes nominatur. ¶ Malo: id malo exemplo dicitur cōmitti: quod male docet: quodque omnino fugiendum est ut malum. ¶ Ipsi Displicet auctori: improbi namq; pœnitentia sunt referti: nec etiam erga se quidem amici affecti esse uidentur: propterea quod nihil habent, quod sit amabile: ut scribit Philosophus libro nono Ethicorum. ¶ Auctori: id est peccanti. ¶ Prima est hæc ultio: inter alia, inquit, animi tormenta hęc prima est pœna. nam ultio & uindicta pœnam siue supplicium significant. Valerius libro primo: Patri uindicta parentum, ac Deorum uiolatio expianda est. Et Cicero pro Milone: Et pœnā semper ante oculos uersari putent, qui peccauerint. Videto tamen latius inferius de prauorum cōscientia: scilicet ibi: Quos diri conscientia facti Mens habet attonitos & cætera. ¶ Quod nemo nocens absoluitur: conscientiæ enim flagello semper punitur, q deliquit. unde & Virgilius appellauit curas ultrices: idest conscientias ipsas, quæ puniunt semper nocentes. Plautus in Mustellaria: Nihil est miserius, quam animus hominis cōscius nam (ut scribit Apuleius) & si a cæteris silentium est: tamen ipse sibimet conscius est posse se merito icrepari. ¶ Se iudice: nam se ipsum damnat: cum se male egisse recogitat. ¶ Improba quāuis Gratia: licet, inquit, per gratiam euaserit urnam prætoris: id est iudicium & damnationem prætoris hocq; dicit ex consuetudine Romana. Nam (ut scribit Seruius exponens illud Virgilij: Quæsitor Minos urnam mouet) non audiebantur causæ nisi per sortem ordinatæ. nam tempore, quo causæ agebantur, conueniebant omnes: unde & concilium inquit uocat. & ex sorte dierum ordinem accipiebant: quo post diem trigessimā suas causas exequerētur. unde est: Vrnam mouet. urnam ergo prætoris: id est iudicium prætoris: qui per fraudem & non recte duxit sortem ex urna. unde improbam gratiam appellat: quæ apud improbum iudicem ualuit. ¶ Prætoris: qui centumuiralibus præsidet, unde Plinius libro sexto: Epistola ad Rufum sic ait: Hoc facto nepotis commotus prætor, centumuiralibus præsidet deliberaturus an sequeratur exemplum inopinatum nobis otium, dedit & cętera. ¶ Vrnam: id est iudicium ipsum iudicum ex una sorte lectorum. ¶ Quid sentire putas: hæc omnia ad consolationem dicuntur Caluini. Est enim sensus: Omnes quidē hoc scelus damnant, & ingens flagitium esse prædicant, sed tu tamen non es tā tenui censu, ut omnino hac iactura obruaris, & in desperationē uenias. ¶ Scelere recenti: perfidia. Recens enī illud est, quod pauloante reciderit, ut inquit Cicero libro tertio Tusculanarum. ¶ Fidei uiolatę: solutæ, non seruatæ, non pręstitæ. Perditissimi enim hominis ē simul & amicitiam dissoluere, & fallerę eum, cui læsus non esset, nisi credidisset, ut inquit Cicero pro Sexto Roscio. & libro tertio Officiorum ait: Qui iusiurādum uiolat, is fidem uiolat: quā in Capitolio uicinam Ioui Opt. Maxi. (ut in Catonis oratione est) maiores nostri esse uoluerunt. ¶ Mediocris Fortunæ: consolatio a qualitate incommodi. ¶ Nec rara: consolatio a communi incommodo. ¶ Te mergat: in conclamatam te immergat miseriam. ¶ Nec rara uidemus: consolatio a communi miseria. ¶ Casus hic cognitus: ut depositum denegetur. ¶ Tritus frequentatus. ¶ E medio aceruo Fortunæ idest e medio aceruo incommodorum: quibus Fortuna homines uexare solet.

ASC.



XEMPLO & cętera. Argumentum recitat Mācinellus. Ordo est: Quodcū que supple facinus committitur: id est perpetratur malo exemplo: id est ad malum exemplum. displicet primum ipsi auctori, qui eius scilicet causa est: & hoc mordente conscientia: hęc est prima ultio, quod se iudice: id est iudicio suo: uel quolibet seipsum iudicante. nemo nocens absoluitur. quamuis improba gratia uicerit urnam: id est anceps iudicium prætoris: id est iudicis: quia olim antequam de singulis leges erant: certa legimus: incerta sortibus ex urna ductis iudicabantur. unde est illud primo Aeneidos de Elisa: Operumque laborem Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat. Quid putas o Caluine omnes sentire de recenti scelere, & crimine fidei uiolatæ ab eo, qui negat tibi depositum: quasi dicat omnes damnant perfidum, & tibi condolent. sed nec tam tenuis census: id est rerum possessio. contigit tibi, ut onus mediocris iacturæ: id est perditionis rerum tuarum. mergat: id est obruat te calamitatibus: metaphora est a nauigantibus Nec uidemus ea, quæ pateris rara. hic casus supple cognitus est multis: ac iam tritus per assiduum usum. & ductus e medio aceruo Fortunæ; hoc est inter fortunas hominum plurimus est: & ideo ferendus.

Ponamus nimios gemitus, flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere maior.
Tu quis leuium minimam, exiguamqꝫ malorum
Particulam vix ferre potes spumantibus ardens
Visceribus, sacrum tibi quod non reddat amicus
Depositum, stupet hæc, qui iam post terga reliquit
Sexaginta annos Fonteio consule natus.
At nihil in melius tot rerum proficit vsu?
Magna quidem, sacris quæ dat præcepta libellis
Victrix Fortunæ sapientia, dicimus autem
Hos quoqꝫ felices, qui ferre incommoda vitæ,
Nec iactare iugum vita didicere magistra.
Quæ tam festa dies, vt cesset prodere furem?
Perfidiam, fraudes, atqꝫ omni ex crimine lucrum
Quæsitum, & partos, gladio, vel pyxide nummos?
Rari quippe boni, numero vix sunt totidem, quot
Thebarum portæ, vel diuitis hostia Nili.
Nona ætas agitur, peioraqꝫ sæcula ferri
Temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa
Nomen, & a nullo posuit natura metallo.
Nos hominum, Diuumqꝫ fidem clamore ciemus,
Quanto Fessidium laudat vocalis agentem
Sportula. dic senior bulla dignissime, nescis
Quas habeat Veneres aliena pecunia, nescis
Quem tua simplicitas risum vulgo moueat, cum
Exigis a quoquam ne peieret, & putet vllis
Esse aliquod numen templis, araeqꝫ rubenti.
Quondam hoc indigenæ viuebant more prius, q̄
Sumeret agrestem posito diademate falcem
Saturnus fugiens, tunc cum virguncula Iuno,
Et priuatus adhuc Idæis Iuppiter antris,
Nulla super nubes conuiuia cęlicolarum.
Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor
Ad cyathos, & iam siccato nectare tergens
Brachia Vulcanus liparæa nigra taberna,
Prandebat sibi quisqꝫ Deus, nec turba Deorum
Talis, ut est hodie, contentaqꝫ sidera paucis
Numinibus miserum urgebant Atlanta minori
Pondere, nondum aliquis sortitus triste profundi
Imperium, aut sicula toruus cum coniuge Pluton,
Nec rota, nec furiæ, nec saxum, aut uulturis atri
Pœna, sed infernis hilares sine regibus umbræ.

¶ PONAMUS: pro deponamus. aphæresis est. ¶ Flagrantior æquo: uehementior q̄ res poscat. Seneca de tranquillitate uitæ: In tuis quoqꝫ malis id agere te oportet: ut dolori tantum des, quantū poscit. ¶ Spumantibus uisceribus: feruentibus ira. ¶ Depositū: id est quod (auctore Vulpiano de significatione uerborum) custodiendum alicui datum est ex eo quod ponitur. nam de præpositio. auget depositum: ut ostendit totū fidei eius commissum: quod ad custodiam rei pertinet. ¶ Sacrū: quod debet esse tanq̄ res sacra, acqꝫ hoc minime uiolandum. ¶ Stupet hæc: familiaris reprehēsio in Caluinum: quasi non conueniat eum, qui iam grandi sit ætate: & quod sæpe id multis accidere cognouerit admirari. nā (ut ait Cicero.) sapientis est nihil cum acciderit, admirari: ut inopinatum ac nouum accidisse uideatur. ¶ Stupet hæc: potest hæc admirari: ea interrogatione qua solemus rem aliquam improbare. stupet autem is in quo sensus animi non uigent. quod aut metu, aut fulmine putauit accidere Corne. Celsu. unā Persius: Sed stupet hic uitio. Terentius: Animus lassus cura confectus stupet. Dicimus etiam membra nimio oppressa frigore stupere. ¶ Fonteio consule natus: Fontei meminit sic Plinius libro septimo capit. uigesimoprimo Nuperque Fonteio & Vispano consulibus annos nouem genitum puerum meridie ad uesperum septuagintaquinque millia passuum cucurrisse. de hoc meminit & Solinus capite tertio: Cæterū Caligula natus ē patre suo & C. Fonteio consulibus. auctor Tranquillus. ¶ Nil proficis: non discis longo rerum usu hęc multis accidere? ¶ Magna quidem, sacris: sapiens, inquit, uir omnibus fortunæ telis & casibus resistit, inuictumqꝫ se præbet, animi magnitudine omnia uitæ incommoda superat, omnia se inferiora putat sicque idem Caluino faciendum latenter ostendit. ¶ Sapientia: id est ipsa philosophia moralis: quæ, cum antea sapientia nominaretur: a Pythagora philosophia est appellata: cum se apud Leontem Philisiorum principem, non sapientem, sed philosophum nominasset: id est sapientiæ studiosum. ¶ Sapiētia: subaudi extrinsecus est. ut sit Sapientia est uictrix Fortunę: id est ij qui ex sapientiæ præceptis, & philosophiæ uiuunt, casibus Fortunæ aduersis non infringuntur, Fortunæ ludibria contemnunt. ¶ Magna præcepta salubria & ad bene, beateque uiuendum pertinentia. ¶ Sacris libellis: quasi qui rem sacram contineant. est enim philosophia (ut ait Cicero) uitæ dux, uirtutis indagatrix, expultrixque uitiorum. ¶ Incommoda uitæ: res aduersas si acciderint. ¶ Nec iactare iugum: non infringi, non abijci urgente Fortuna. sumpta translatione a bobus, qui urgente labore, iugum renuunt & excutiunt quasi succumbentes: ut ostendat hominem in aduersis animo debere esse forti & erecto, talemque uirum fortem appellamus, cuius proprium est dolorem, mortemque contemnere. Vnde illud est Ciceronis: Fortis uero animi, & constantis est non perturbari in rebus asperis. ¶ Vita magistra: longa enim uita est nobis magistra, & quasi monitrix multa homini incommoda omnino ferenda. ¶ Quæ tam festa dies: hoc dicit, quia in die festo non licebat de scelere agi: hocqꝫ totum est ad consolationem Caluini ex frequentibus sceleribus. ¶ Prodere: accusare, & manifestare. ¶ Gladio: cæde hominis. ¶ Pyxide: uenenis, quæ in pyxide seruantur. ¶ Rari quippe boni: adeo, inquit, pauci boni existunt: ut uix septem reperias, sicque alludit ad septem illos sapiētes Gręcię, q uiri uidentur dici potuisse boni. fuerunt autem ij, Thales, Solon, Periander, Cleobolus, Chilon, Bias, & Pittacus. ¶ Thebarū portæ: Thebæ Bœotiæ septem habent portas. Ouidius secundo Tristium: Cur tacui Thebas, & mutua uulnera fratrum: Et septem portas cum duce quamque suo. ¶ Hostia Nili: septem Nilus hostijs in mare funditur. de quibus Diodorus, Strabo, Plinius & Mela. Virgilius in Georgicis: Et diuersa ruens septem discurrit in ora. Ouidius: Nilum ab septem hostijs septemfluum appellat libro primo Metamorphoseos. ¶ Diuitis: totam Ægyptum diuitem & fertilem reddentis. inundatione enim Nili tota Ægyptus (ut auctor est Diodorus) fit fertilis. ¶ Nona ætas agitur ostēdit tam multiplicata esse humani generis scelera: ut iam tempora duplo peiora sint, quam fuerint ferrea: & ita peiora ut eorum sceleribus nomen non inueniatur a metallis. & sic est rei ex aggeratio. hoc magis placet, quam ut numeres ætates octo a metallis. non enim nominatur ætas electri, aut stagni, aut plumbi: sicut ætas auri, argenti, æris, & ferri. Sed melius est legamus quemadmodum in uetere codice scriptum inuenitur: Non ne ætas agitur, peioraqꝫ sæcula ferri: idque cum interrogatione. ¶ Quorum: scilicet sæculorum. ¶ Metallo: metallum dicitur uena auri, argenti, ferri, æris, plūbi, marmoris. μεταλλάω enim idem est quod scrutor & inquiro. talia enim per uenas terræ quæruntur. Aut metalla (ut sensit Plinius libro trigesimotertio) dicta putauerunt græci quasi μετὰ ἄλλα: quod ubicunqꝫ una inuenta uena est, non procul inuenitur alia: & hoc quidem in omni fere materia. μετὰ enim post significat: ἄλλα alia: quasi alia uena post aliam. ¶ Non inuenit: ordo est: Ipsa natura nō inuenit. ¶ Nos hominū scimus, inquit, humani generis scelera esse maxima, & infinita. Tamen Deorum & hominum fidem imploramus: quasi in rē nouam & atrocem. ¶ Clamore subaudi tanto. ¶ Sportula. i. clientis, qui sportulam accipientes a Fessidio causidico eum adulando laudant. ¶ Laudat: notat morem sui tēporis. Nam ambitiosi, & poetæ, & causidici cœnis & munereribus laudatores sibi parabāt. Persius: Calidū scis ponere sumē: Scis comitē horridulū trita donare lacerna. Et uerū inquis amo, uerū mihi dicito, Hora. Nō ego uētosa plebis suffragia uenor Impēsis cœnarū, & tritę munere uestis. Martia. Quod tā grāde sophos clamat tibi turba togata: Nō tu Pōpo. cœna

Metallū

diserta tua est. ¶ Vocalis: clamosa a uoce. nam is dicitur uocalis, qui magnam habet uocem. unde Stentora fuisse uocalissimum dicimus, qui quinquaginta homines clamantes uoce sua superaret. Vocalis etiam opponitur muto. Plinius in decimo: Attagen maxime Ionicus celebratur, uocalis alias, captus uero obmutescens. ¶ Dignissime bulla.i.quamuis ætate sis senex: dignus tamen uideris bulla:cum sis sensu puerili:ac si dicat nimium simplex es,& parum peritus:qui exigas ut inter mortales sit quædam uitæ synceritas,nulli inter eos sint doli. Nam bulla (ut in Persium diximus) aurea erat insigne puerorum prætextatorũ:quę a pectore depẽdebat: ut significaretur eam ætatẽ alterius consilio regendã,dicta a βουλὴ quod est consilium:aut quia eam partem corporis bulla contingat .i. pectus:in quo naturale manet consilium:aut (auctore Asconio) quasi bullientis sinus communiens.i.pectus puerile: ea etiam utebantur triumphantes in speciem cordis:quibusdam (ut scribit Macrobius)remedijs inclusis aduersus inuidiam.de ea etiam nõ Plutarchus in Problematis. Bullam etiam appellamus illud, quod in aquis intumescit instar pilæ:& cito rumpitur:quã græci πομφόλυξα appellant. Ouid. Intumuit, sicut fuluo perlucida cælo Surgere bulla solet. Eo uocabulo usus est Varro in re rustica: ostendens uitam hominis fragilem esse cum dixit: Homo bulla est. Inde etiam est uerbum est bullare: quod significat bullas & tumores facere. Corneli. Celsus loquens de urina: Si bullat & male olet. unde Persius: O si ebullat patrui præclarum funus:hoc est exeat & rũpatur more bullæ in aquis. ¶ Quas habeat Veneres:q̃ grata sit & iucunda pecunia aliena. Nam hominibus, quos indomitus auaritiæ furor agit: nihil est suauius rebus alienis:ac per hoc docet non esse mirãdum, si depositum sit ei denegatum. ¶ Quem risum moueat quantopere omnes rideãt simplicitatem tuam cum poscis ut nemo Deos periurio offendat:quasi dicat neminem iam fere existere, qui fallax & periurus non sit:cum iam etiam credant Deos non esse. ¶ Aræq; rubenti:aut propter ignẽ ibi ad sacrificia accensum,aut (quod magis placet) propter sanguinem uictimarum. ¶ Hoc more:hac uitæ sanctitate, ut non peierarent. ¶ Indigenę.i.inde geniti, nec aliunde uenientes:hos gręci αὐτόχθονας appellãt. ¶ Priusq̃ Saturnus fugiens.i.ætate aurea, qua Saturnus regnauit:qui a Ioue filio eiectus regno Cretæ, in Latium uenit a Iano in regnum benigne exceptus, q̃ eũ ruris cultum docuisset. Saturniam Italiam Ianus appellauit, aramq; cum sacris condidit, quæ Saturnalia dixit, eo q̃ Saturnus apparere desisset. dicitur autem ab Ioue filio pulsus, quia scimus tempora senescentia ab his quæ sunt nata depelli. Macrobius, Plinius, & Lactantius. Falcifer etiam est appellatus: aut quia surculorum insertiones, pomorumque eductiones, & omnes huiusmodi fertilium, Saturno tribuunt disciplinas: quæ omnia sine usu falcis fieri non posse uidentur:aut quia tempus omnia metat, exsecet, & incidat. Saturnus enim tempus interpretatur. Ouidius: Te fera nequicquã placidũ spondentia Martis Sidera presserunt, falciferiq; senis. Regnante igitur Ioue ætas appellata est argẽtea, quæ ætate aurea fuit deterior. ¶ Diademate: insigni regio: erat enim pannus, quo caput regis uinciebatur. de quo abunde superius. ¶ Tunc cũ uirguncula Iuno:subaudi erat. ¶ Adhuc priuatus: cum nondum regnum patri rapuisset, sed ĩ antris Idæis adhuc a nymphis aleretur, capta Amalthea lac præbente. Nam Rhea uxor Saturni uerita ne pater Iouẽ infantem deuoraret:cum reliquos alios absumpsisset, nymphis sub Ida furtim alendum misit. Hoc autem factum est, quia reuera Saturnus, quem Græci cronon uocant tempus significat. a quo uicibus cuncta gignuntur, & absumuntur, & eo denuo renascuntur: aut reuera legendum est Primæuus Iupiter: ut conueniat cum eo: Tunc cum uirguncula Iuno. ut ostendat hominum miram fuisse simplicitatem, cum Iuno adhuc esset uirguncula, & Iupiter primæuus iuxta illud Claudia. Talis ab Idæis Primæuus Iuppiter antris, Possessi stetit arce poli. Ida autem duplex est: altera in Phrygia, & altera in Creta. de Cretensi nũc intelligit. ¶ Nulla super nubes: sensus est: Tũc inquit, homines sine aliquo flagitio uiuebant, cum Dij nulla adhuc celebrarent conuiuia in cælo: ac per hoc pauci in cælo morarentur nullusq; adhuc Deus esset, qui maria, aut inferna diuiso imperio teneret. ¶ Super nubes.i.in cęlo: ut ostendat miram in cęlo fuisse Deorum paucitatem. ¶ Puer Iliacus: Ganymedes: quem Iupiter in Aquilam transfiguratus in cælum tulit: suorumq; poculorum ministratorem fecit, remota Hebe cõmuni ipsius Iouis & Iunonis filia: quã sibi Hercules in cælum trãslatus matrimonio copulauit. ergo uxor Herculis.i. Hebe. ἥβη gręce pubertas latine interpretatur. ¶ Ad cyathos: ad ministerium poculorum: subaudi extrinsecus erat. ¶ Siccato nectare: epoto uino. Nam nectar proprie Deorũ est potio. ¶ Brachia nigra: fuligine & carbone. ¶ Taberna liparęa.i.officina, quam in Lipara habuisse fertur. est enim insula una ex septem Aeolijs ei consecrata. unde Valerius Flaccus loquens de Vulcano sic: Lemnos cara Deo, nec fama notior Ætnæ, Aut Lipares domus. De ea etiam diximus in. 1. Satyra. ¶ Prandebat sibi: hoc est qui sq; Deus sibi ministrabat & seruiebat: aut (quod minus placet) hoc dicit, quia qui ad alienum accedit conuiuium, uidetur prandere in gratiam alterius. Quisq; ergo Deus prandebat sibi.i.domi suæ, & in gratiam suam & non alterius: uideturq; respicere ad id quod antiqui in gratiam amicorum bibebant, & propinabant. unde est illud ante: Quãdo propinat Virro tibi, sumitq; tuis contacta labellis Pocula? Et ita dictum, prandebat sibi: sicut illud bibit sibi apud Homerum in nono: Quibus locis iuniores coronata gradatim pocula propinarunt: atq; ubi legati primum Dijs librarunt, deinde sibi quoad uoluntas tulit, biberunt. ¶ Nec turba Deorum Talis: subaudi erat, quę sibi posceret tantam lauticiam: cum unusquisq; sibi ministraret: aut reuera posuit talis pro tanta, nam sequitur. ¶ Contentaq; sidera paucis Numinibus: nam Diodorus ostendit libro primo paucos fuisse Deos. ¶ Atlanta: Atlas (ut diximus in Satyra: Atticus eximie) mons est Mauritaniæ miræ altitudinis: ut eius cacumen nequeat cerni, q̃ nubibus nunquam relinquatur. Columnam cæli illũ indigenæ aiunt. Sed hoc loco fabulam respexit. nam ferunt Atlantem Libyæ filiũ fratrem Hesperi, tanta magnitudine fuisse, ut humeris suis cælum sustineret: sed eum a Perseo, cum ad eum occisa Medusa diuertisset, conuersum fuisse in montem sui nominis: cum ipse a se Perseũ repelleret. Sed quod cælum humeris sustinuisse dicatur, est ab historia. nam is (ut scribit Plinius libro septimo) astrologiam inuenit. unde Ouidius in epistola Deianiræ: Hercule supposito sidere fulsit Atlas. ¶ Sortitus: subaudi erat.i. nondum Neptuno imperium maris contigerat: quod postea ei sorte euenit: cum Ioui cælum & nubes, Plutoni uero inferna contigissent. nam profundum absolute pro mari ponitur. Seneca: Non necesse est omne perscrutari profundum. Statius in Siluis: Inq; omni felix tua cymba profundo. Valerius Flaccus libro secundo: Si sedet Ægæi scopulos habitare profundi. De diuisione autem rerum inter Deos ita fit mẽtio apud Homerum in decimoquinto Iliados: ubi sic loquitur Neptunus: Etenĩ tres liberi sumus ex Saturno & Rhea nati, Iupiter, Ego, & Pluton, suam quisq; dignitatem sortiti. nam cum trifariam uniuersa diuisisemus, sorti rem commisimus, Mihiq; cessit mare, Plutoni infernæ tenebræ, Ioui cælum cum laxo æthere & nubibus, Terra autem & Olympus non certi Dei, sed communes omnium sunt. ¶ Sicula cum coniuge Pluton: id est nondum erat Pluto dominus inferorũ constitutus, cum Proserpina Cereris filia, quam postea in Sicilia flores colligentem rapuit secum ad inferos. de cuius raptu eleganter cum Claudianus, tum Ouidius quinto Fastorum. ¶ Nec rota: nondum erant apud inferos statuta supplicia. per rotam autem intelligit cruciatum Ixionis: qui intextus rotæ torquetur. id enim supplicij Pati dicitur, quod cum Iouis & Iunonis esset secretarius, ausus est Iunonem de stupro interpellare, quę ei suadente Ioue nubem in sui formam obiecit, cum qua concubuit, grauidamq; fecit: ex qua Centauri nati sunt: qui a poetis nubigenæ uocantur. Cum postea gloriaretur se rem cum Iunone habuisse, eum Iupiter rota serpentibus circunfusa intexuit. Tibullus: Illic Iunonem tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rota. ¶ Nec furiæ: scilicet infernales, Alecto, Tisiphone, & Megæra: quæ filiæ dicuntur fuisse Noctis, & Acherontis. De quibus sic Vergilius: Dicuntur geminę pestes cognomine diræ, Quas & tartaream nox intempesta Megæram Vno, eodemq; tulit partu. ¶ Nec saxum: quo Sysiphus punitur. Is enim cum Isthmum latrocinijs infestaret, cogebat transeuntes pedes sibi lauare, quos officio occupatos calcibus in mare proijciebat, a Theseo interemptus est: & hac apud inferos iugi afficitur pęna: ut grande saxum aduersum montem ferat: quod cum ad montis uerticẽ tulerit lapsũ ad ima redit. Oui. Aut petis, aut urges rediture Sysiphe saxum. ¶ Aut uulturis atri Pœna: qua Tityus afficitur qui cum Latonæ uim inferre uellet, ab Apolline sagittis confossus fuit ad inferos trusus: ubi uultur eius cor renascens assidue depascitur. unde Tibullus: Porrectusq; nouem Tityus per iugera terræ Assiduas atro uiscera pascit aues. is enim filius fuit Iouis ex Thiara filia Orchomeni, quam cum Iuppiter grauidam fecisset, Iunonisq; iram timeret, in spelunca sub terra abdidit, unde natus Tityus filius Terræ est existimatus. ea corporis magnitudine fuit, ut nouem terræ iugera occuparet.

Marginal notes (left column): Vocalis; Bulla; Bullare; Indigenæ; Saturnia; Saturnalia; Falcifer. (Right column, partly cut off): Lipara; Atlas; Profundum; Ixionis fabula; Furiæ; Sysiphi fabula; Tityi fabula.

¶ PONAMVS.

Improbitas illo fuit admirabilis æuo.
Credebant hoc grande nefas,& morte piandum,
Si iuuenis vetulo non assurrexerat,& si
Barbato cuicunq; puer,licet ipse videret
Plura domi farra,& maiores glandis aceruos.
Tam venerabile erat præcedere quattuor annis,
Primaq; per adeo sacræ lanugo senectæ.
Nunc si depositum non inficietur amicus,
Si reddat veterem cum tota ærugine follem,
Prodigiosa fides,& thuscis digna libellis,
Quæq; coronata lustrari debeat agna.
Egregium,sanctumq; virum si cerno,bimembri
Hoc monstrum puero,& miranti iam sub aratro
Piscibus inuentis,& fœtæ comparo mulæ,
Solicitus tanq̃ lapides effuderit imber,
Examenq; apium longa consederit vua
Culmine delubri,tanq̃ in mare fluxerit amnis
Gurgitibus miris, & lactis vortice torrens.
Intercepta decem quereris sestertia fraude
Sacrilega,quid si bis centum perdidit alter
Hoc arcana modo?maiorem tertius illo
Summam,quam patulæ vix ceperat angulus arcæ?
Tam facile,& pronum est superos cõtemnere testes
Si mortalis idem nemo sciat,aspice quanta
Voce neget,quæ sit ficti constantia voltus.
Per Solis radios,tarpeiaq; fulmina iurat,
Et Martis frameam,& cyrrhæi spicula vatis,
Per calamos venatricis,pharetramq; puellæ,
Perq; tuum pater Agæi Neptune tridentem,
Addit & Herculeos arcus,hastamq; Mineruæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cæli.
Si vero pater est,comedam inquit,flebile nati
Sinciput elixi,phariocq; madentis aceto.

SCen. ¶ PONAMVS. Ordo est: O Caluine ponamus.i.deponamus nimios gemitus. dolor uiri non debet esse flagrantior.i.feruentior æquo.i.q̃ æquum est, nec maior uulnere.i.læsione aut amissione. Potes tu uix ferre minimam,&exiguam particulam maiorum.quãuis.i.quantumuis leuium ardens uisceribus fumentibus ex feruentia iræ.ꝙ.i.quia,amicus.i.quem confidebas esse amicum, non reddat sibi depositum sacrum.i.sub sacramento fidei: quasi dicat id stulte facis:qa is,qui natus Fonteio consule reliquit post terga sua sexaginta annos.i.homo sexagenarius,stupet.i. stupere potest.hæc.i.perfidiam &periuria: quia (ut docet) Improbitas illo fuit admirabilis æuo: nunc autem casus hic multis cognitus: & ideo minime mirandus. At.i. sed. tu nihil proficis in melius usu.i.experientia tot rerum. Sapientia.i. studium philosophiæ. uictrix Fortunæ(quia quo sapiẽtior quis,tanto minus Fortunæ illi obueniunt, tantoque minus amat Fortunam, quinimmo sapiens dominabitur astris) quæ dat præcepta sacris libellis. est supple quidem.i. certe. magna .i.res excellens.dicimus autem quoque .i. etiam hos felices: q didicere non ex libris philosophorum.sed uita magistra.i.magistrante & docente. ferre.i.tolerare incommoda uitæ.nec.i. & non.iactare.i.repellere & recusare more boum rebellium & recalcitrantium. iugum .i. onus aduersitatis. Quę dies est tam festa, quæ cesset prodere furem: quasi d. nulla: quia ut nunc: ita tunc quoq; festis diebus plura crimina fiebant, q̃ profestis: sed aduerte ꝙ etiam tunc peius putarent festis peccare. Et quę cesset prodere perfidiã,fraudes, & lucrum quæsitum ex omni crimine. & nummos partos.i. acquisitos gladio.& pyxide.i. ueneno clauso in pyxide: quasi dicat nulla. Quippe.i.quia certe. boni.idest iusti sunt rari:uix sunt tot numero: quot portæ Thebarum in Bœotia:quarum septem fuerũt portæ: uel quot sunt hostia .i.receptacula in mare. Nil.i.illius fluminis. diuitis .i. facientis per inundationẽ accolas diuites:quę etiã septẽ sunt. Ætas nona agitur .i.pessimorum hominũ. Prima enim fuit Deorũ sine ullo crimine. Secunda Deorũ regnante adulterio:ut in sexta dictũ est. Tertia semideorũ,sed magis ad diuinitatẽ accedentiũ. Quarta semideorum sed magis ad uitas hoium inclinantiũ. Quinta heroũ mortaliũ qdẽ sed uirtutẽ totã amplexantiũ.Sexta heroũ omnino perfectorum. Septima hominũ plus ad uirtutẽ,q̃ ad uitia properãtium. Octaua hominum plus ad uitia,q̃ ad uirtutem accedentiũ.Nona est sola uitia sectantiũ.quę ętas,inquit poeta,nunc agitur.& sæcula peiora temporibus ferri:quibus plurima,sed non sola uitia regnabant sup.agũtur.quorum sæculorum sceleri ipsa natura non inuenit ullũ nomẽ conforme.s.metallis: sed posuit ipsum a nullo metallo. Sicut cętera sæcula denominari possunt aureum:argẽteum:electreum: cereum: cupreum:stanneum:plumbeum:& ferreum. Nos quamuis in perditissimo sæculo simus, ciemus.i.imploramus tanq̃ desperantes fidẽ hominum.q; pro &. Diuum.i.Diuorum.clamore sup.tanto, quanto sportula uocalis.i.quę uocem multorum excitat.laudet Fessidiũ causidicum agentem sup. causas.& ita per trãsitum tangit Fessidiũ qui ut laudetur,sportulam dabat.sensus autem est: Nos bene tatui sumus:ꝙ nunc contra utimur: quanto clientes recipientes sportulam a Fessidio in ipso laudando.unde addit. Dic Caluine senior dignissime bulla.i.insigni puerorum, qui s.adhuc sentis ut puer.nescis quas Veneres.i.uenustates habeat pecunia aliena? nescis quẽ risum.i.qualem irrisionem moueat.i. excitet tua simplicitas uulgo. cum exigis.i.requiris a quoquam.ne peieret.i.periurium facit: inepte dixeris peiuret. & sup.ut putet aliquod numen.i.diuinitatem esse ullis templis & are rubenti sanguine.s.aut igni sacrificiorum. Indigenę.i.antiquissimi populi Italiæ:qui inde geniti, ex nulla patria aduenerunt.uiuebant quõdam hoc more.i. cum Deorum timore: priusq̃ Saturnus fugiẽs Iouem filium suum,unde exclusus est.sumeret falcem agrestem .i. cultrum incuruum:quo uites ĩcideret more agrestium. & hoc diademate.i. insigni regali capiti ad imponendam coronam seruienti.tunc dico cum Iuno sup. esse adhuc uirguncula .i.parua uirgo. & Iupiter esset adhuc priuatus antris Idęis,in quibus absconsus dicitur.& cũ adhuc nulla essent conuiuia cælicolarum super nubes.i.in cęlis.Nec puer Iliacus.s.Ganymedes sup.rapt⁹ erat adhuc ad cyathos.i. pocula Deorum: nec formosa uxor Herculis.i. Hebe Iunonis filia: erat sup.adhuc adhibitu ad cyathos. & Vulcanus faber fulminum Iouis.tergens.i.denudans iam siccato.i.ebibito. nectare.i. Deorum potu. brachia nigra.i. fuliginosa.in taberna.i.officina & operatorio. Liparęa.i. Liparæ insulę materię fulminum plenę. & cum sup.quisq; Deus prãdebat sibi.i.solus. nec turba Deorum sup.erat talis.i.tã multiplex ut.i.qualis est nunc. & cum sidera cõtenta paucis numinibus.i. Deis:urgebant Atlanta.i.regem Mauritaniæ in mõtem,qui Axẽ humero torquet stellis ardentibus aptum,cõuersum. miserũ.i. miseratione dignũ.minore pondere.i.onere. Et sup.cum nõdũ quisq̃.s. Deorum esset sup. sortitus triste imperiũ profundi.i.inferni.nec Pluto nunc Deus inferni existens toruus.i.immitis. cum coniuge sicula.i.Proserpina filia Cereris,quam in Ætna monte Siciliæ rapuit:sup. sortitus erat imperium inferni.nec rota,qua nunc Ixion torquetur: nec furiæ infernales: nec saxum quod Sysiphus nunc uoluit:aut pœna atri uulturis:qui iecur Tityi nũc exedit, sup. esset adhuc.sed umbrę.i.manes,siue spiritus Inferni. sup.erant hilares sine ĩfernis regibus.tũc(ut dictũ ẽ)ĩdigenæ uiuebãt hoc more.

¶ GLANDIS aceruos:homines enim ętate aurea arborũ fœtibus uescebantur. Tibullus:Rura cano, rurisq; Deos his uita magistris Desueuit querna pellere glande famem. Claudianus primo de raptu sic:Vnde datæ fruges populis, & glande relicta Cesserit inuẽtis dodonea quercus aristis. ¶ Plura farra: licet esset ditior.Farra aũt noiauit,qa antiq (ut Verrius tradit)trecẽtis annis farre uixerũt. ¶ Primaq; par adeo:legẽdũ ẽ par:nõ aũt pars.ut sit sensus:Prima lanugo & primũ barbitiũ erat par sacræ senectæ.i. pueri barbatũ iuuenẽ q ætate fuisset maior uenerabãtur,ut senẽ. ¶ Nõ inficiet: nõ deneget. ¶ Veterẽ follẽ:q̃si rẽ uilissimã.i.marsupiũ ipsum uetus &attritũ. Nã follis pro repositoria nũmorũ ponitur.uñ Apule.li.4. Meta. Nummularius pãnosus alioqn & sordidus,aureos folles ĩcubabat. Follis
Iuue.ĩ sequẽtibus:Vt tẽso folle reuerti Inde domũ possis,tumidaq; supbus aluta.Follẽ itẽ accipimus ꝑ instrumẽto, quo uẽtus attrahit & emittit.uñ & follẽ appellamus genus pilę,ꝙ uẽto inflat. de quo ita meminit Plaut. Ego te follẽ pugillatoriũ faciã:& pẽdẽtẽ cursabo pugnis. Mar. Folle decet pueros ludere,folle senes. Trãql.i Augu.

Folliculus

Poſt bella ciuilia ad pilam primo, folliculumq; tranſiit. folliculum item accipimus pro tegumento leguminũ, & id genus rerũ. ⁋ Cũ tota ærugine: cum tota moneta ex ære rubiginoſa: quæ ex longo in arca ſitu rubiginẽ cõtraxerit.

Ærugo
Æruca

Ærugo enim idẽ eſt, qđ rubigo. Plin. lib. 15. loquens de amurca: Axes decocta ungi, atq; æramenta cõtra ęruginẽ. Æruginem ẽt docet Victruuius lib. 7. genus eſſe coloris, quã uocant ærucam: eamq; dicit effici cũ dolijs ſarmẽta collocãtes aceto ſuffuſo, ſupra ſarmẽta collocant lamellas æreas, deinde ea operculis obturant, ne ſpiramentũ obturata emittant poſt certũ tẽpus aperientes, inueniunt ex lamellis æreis ęruginem, quã (ut dixi) appellant ęrucã. De ærugine ęris multa ſcribit Pli. li. 34. ca. 11. & xii. ubi ait compluribus modis fieri: medicamẽtis aũt miſcetur. unde ait: Ærugo cruda uulnerarijs emplaſtris miſcet. De ærugine itẽ crebra fit mentio apud Cur. Cel. lib. 5.

Prodigiũ
Oſtentũ

⁋ Prodigioſa fides loco ꝓdigij habetur ſi tantã fidẽ inuenias ut depoſitũ non negetur. Prodigiũ eſt enim dictũ (auctore Cic. in lib. de Diuinatione) qđ porro dicat: oſtentũ ab oſtendẽdo: portentũ a portendendo. i. ſignificando: monſtrũ a monſtrando.

Portentũ
Monſtrũ

⁋ Thuſcis digna libellis. i. quæ ex inſtituto hetruſcę diſcplinę ꝓcuretur. nã auriſpicina iuẽta fuit ab hetruſcis. In agro enim Tarquinieſi puer dicitur diuinitus exortus noĩe Tages: q̃ diſciplinã cecinerit extiſpicij: quã Lucumones Hetruriæ potẽtes exſcripſerunt. auctor Cenſorinus. de quo ſic & Ouid. lib. ulti. Met. Haud aliter ſtupuit q̃ cũ Tyrrhenus arator, Fatalẽ glebã motis aſpexit in aruis. Spõte ſua primũ, nulloq; agitante moueri, Sumere mox hoĩs, terręq; amittere formam: Oraq; uenturis aperire recẽtia fatis. Indigenę dixere Tagem, qui primus Hetruſcã Edocuit gentẽ caſus aperire futuros. Nam cũ araretur, impreſſo altiore ſulco, puer repente natus eſt ſenili prudẽtia, qui dictus eſt Tages, quo uiſo bubulcus obſtupefactus clamorem maximũ extulit, ad quẽ tota Hetruria concurrit. Tum puer plura oĩbus audientibus locutus eſt: quæ ad diſciplinã pertinerẽt aruſpicinæ: quæ excepta literis mãdata fuerũt.

Tages
Aruſpicinæ repertores

Myrſilus quoq; Lesbius ſcribit, Hetruſcos diuinationes reperiſſe. ⁋ Luſtrari. expiari. ⁋ Agna coronata: aut uittis, aut corona ornata. nã ita ad ſacrificiũ ducebãtur uictimæ. ⁋ Egregiũ, ſanctumq; uirũ: iniquitatẽ tempoꝝ ſuoꝝ notat, qbus mira bonoꝝ uirorũ paucitas erat: eſt enim ſenſus: Si uiꝝ bonũ cõſpexero, illũ cõparauero puero bimẽbri: ut innuat ꝓdigioſam rem eſſe, ſi uir bonus inueniatur. ⁋ Et mirati ſub aratro: ordo eſt & ſenſus. Et cõparo piſcibus inuẽtis ſub aratro miranti, ut rei inanimatæ dederit ſenſum q̃ſi arat ꝝ miret́ nouitate mõſtri. ⁋ Et fœtę mulę q̃ pepit. nã mulæ nõ apariunt. licet Plin. teſtetur annales tradidiſſe mulã peperiſſe: ſed in portẽtum. ſcribit Apianus lib. 1. Mulam ante Syllæ aduentũ in urbem peperiſſe. ⁋ Imber effuderit lapides: portentoſum enim eſt lapidibus pluiſſe: qđ tñ accidiſſe ſcribit Liuius & Valer. maxi. libr. 1. In Piceno lapides pluiſſe: Tibullus: Multus ut in terras deplueritq; lapis Cæterum Apianus lib. 3. bellorum ciuiliũ ſic ſcribit: Circa Solẽ porro inſolita apparuere ſignẽ, & imbres lapidei e cælo miſſi, continuaq; fulmina in tẽplis, ſtatuiſq; Deorũ deciderũt &c. ⁋ Examenq; apiũ prodigiũ (ut ſcri. Plin.) faciunt apes, ſi aut domibus, aut tẽplis cõſederint, in ſpeciemq; uuę dependerint. Columella: Deinde cum examen glomeratum in proxima frondentis arbuſculę ramo conſederit, animaduertito an totũ examen in ſpeciem unius uuæ depẽdeat. ⁋ Miris gurgitibus: inuſitatis uadis. ⁋ Vortice liquore. nã uortex proprie appellatur aqua in gyrũ ſe agẽs a uertẽdo. unde Virg. Et rapidus uorat æquore uortex. ⁋ Quid ſi bis centum: conſolatio ab aliena calamitate & grauiore. q. d. æquo animo tibi ferenda eſt fortuna tua: quando alijs longe grauiora acciderunt, & tamen omnia patienter tulere. ⁋ Quid: ſubaudi dicas q̃ miſerabile cẽſeas. ⁋ Arcana. i. depoſita ſine ullis teſtibus. ⁋ Hoc modo: quo tu perdidiſti ꝑ fraudem. ⁋ Tam facile: tam impij ſunt homines: ut Deos ipſos, qui omnium humanarum operationum ſunt cognitores. facile contemnant, nec metuant ne puniantur. ⁋ Ficti uultus: hominis eſt ſcelerati uultum fingere. unde Terent. Vultus quoq; hominum fingit ſcelus. nam differentiam faciunt inter uultũ, & faciem: ut facies ſit ipſa oris ſpens: licet etiam capiatur pro tota forma: & quaſi ſtatura totius corporis: ut eſt illud apud Plau. Sed earum nutrix, qua ſit facie mihi expedit, ſtatura non magna corpore aquilo. Ipſa eſt, ſpecie uenuſtiore, atq; oculis pernigris. referturq; non ſolum ad corpus hominis, ſed etiam ad alia multa. ut ſi dicamus: Faciam cognoſcas faciem loci, & faciem urbis: hoc eſt ſpeciem & formam loci & urbis uultus uero a uolendo dictus uolũtatem ipſam ſignificat hominis: quæ motu animi in facie oſtenditur. Et licet uuultus proprie ad animum facies uero ad corpus referatur, ut mœſto uultu, irato uultu, lõnga facie, breui facie. eſt tñ quando utroq; uti liceat, fœdata facie, fœdato uultu, ſciſſa facie, ſciſſo uultu, conuerſa facie, conuerſo uultu. ⁋ Per radios Solis: Perſæ (ut ſcribit Iuſti libr. 1.) Solem unum Deum eſſe credunt, & equos eidem ſacratos ferunt. Herodotus autem ſcribit li. 1. Perſas Soli, Lunæq; ſacrificare, ꝙ Telluri, & Igni, & Aquæ, & Ventis: quibus ſolis gubernantur &c. ⁋ Tarpeia. i. quæ Ioui aſſignantur. cuius templũ in colle Tarpeio ſitũ erat: qđ poſtea (ut diximus ſuperiore Satyra) Capitoliũ fuit appellatum a capite hominis ibi inuento, cum fundamenta iacerentur: Tarpeius aũt eſt dictus a Tarpia uirgine, ibi a Sabinis necata & ſepulta. ⁋ Frameã Martis. i. gladium Martis. licet framea etiam pro haſta accipiatur. Tacitus lib. de Germaniæ ſitu ſic inqt: Rari gladijs, aut maioribus lanceis utuntur, haſtas uel ipſorum uocabulo frameas gerunt anguſto & breui ferro. Idem paulo inferius: Scutum cum framea, gladioq;. De framea etiam meminit Gellius lib. 10. Hic autem a Iuuenale pro gladio poni uidetur. nam Martis eſt inſigne. unde poeta in carmine obſcæno ſic ait: Nec mauros illum per quem ualet occulit enſem: Nec latet ĩ tepido Palladis haſta ſinu. haſta enim eſt inſigne Palladis. Ergo ſicut pila ſunt tela peculiaria Romanorum, geſſa Gallorum, ſariſſæ Macedonum, ita trameæ ſunt Germanorum.

Frame

⁋ Spicula: ſagittas. Virg. Non pudet auratas Phœbum portare ſagittas. Spiculum proprie appellatur cuſpis illa, quæ ſagittis præfigitur. Spiculum tamen legimus capi pro telo grandiore & haſtato. unde Vale. lib. 3. cap. de fortitudine: M. Æmilius Scaurus arma ſibi afferri iuſſit: quibus allatis ultima ſenectute confectum, & pene dilapſum corpus induit: ſpiculoq; innixus ante fores curiæ conſtitit.

Spicul

⁋ Vatis cyrrhæi: Apollinis, qui Delphis oracula dabat ex ſpelunca apud quos uicina eſt Cyrrha. nã ab ea ad Delphos incipit aſcẽſio ſtadia fere. lxxx. hinc ergo dicebatur Apollo cyrrhęus. Delphi aũt & Cyrrha oppida ſunt Phocidis regionis.

Cyrrh
Apollo
Delphi
Cyrrha

⁋ Per calamos: ſagittas, quæ ex calamis fiebant. Virg. Cum Daphnidis arcum Fregiſti, & calamos. calamis orientis populi bella conficiunt, calamis ſpicula addunt irreuocabili hamo noxia. Plin. ⁋ Puellæ uenatricis: Dianæ. ⁋ Neptune pater Ægæi: ferunt enim fabulæ Ægæum regem Athenarum filium fuiſſe Neptuni, patrem Theſei. ⁋ Tuum tridentem fuſcinam tuam. Poeta in carmine obſcæno: Fulmen habet mũdi dominus, tenet illud aperte: Nec dat́ æquoreo fuſcina tecta Deo. ⁋ Herculeos arcus: legẽdũ ẽ arcus nõ artus. de telis. n. itelligit. ſeqt́ nãq;: Quicqd hñt teloꝝ armamẽtaria cęli. ⁋ Armamẽtaria loca ubi reponũt́ arma. ⁋ Si uero pr̃ eſt. i. filios habet. ⁋ Comedã: hoc ſic obteſtat́: ut ſibi habeatur fides. ⁋ Sinciput: bene autem ſinciput: hoc eſt partem illam capitis, cui cerebrum ſubditum eſt.

Sincip

Qui enim de capitis natura ſcripſerunt, inter quos eſt Theodorus Gaza apud Ariſtotilem, ita illud diuiſerunt: ut capitis partem, quæ capillis integitur, caluam appellant, ceruiciſq; priorem partem ſinciput nouiſſime conſiſtere ſolitam. omnium enim oſſium corporis ultimum id concreſcit & induratur, poſteriorem occiput, mediam inter ſinciput & occiput uerticem, cerebrum ſincipiti ſubditum uolunt: uideturq; ſinciput appellatum, q̃ſi ſinceꝝ caput non ſemicaput: ꝙ ibi cerebrum & communis omnium ſenſus reſideat. quod facile ex his uerſibus Sidonij agnoſcas: Partemq; cerebri Hic galeæ cum parte rapit, fortiq; lacerto Diſiicit ancipiti miſerabiles ſinciput enſe. unde & Plautus in Menechmis: Non eſt tibi ſanum ſinciput adoleſcens. per qđ omnino uidetur intelligere priorem capitis partem, cui cerebrũ ſubiectum eſt. Græci βρέγμα appellarunt. occiput autem pars eſt capitis poſterior uacua uideturq; dictum occiput quaſi occiduum caput: ꝙ ibi nullus ſit ſenſus, ſicut in priore parte. Illud etiam addiderim: ſinciput aliquando apud poetas poni pro capite, ut illud apud Perſium: Mihi feſta luce coquatur Vrtica, & fixa fumoſum ſinciput aure. ut ſit pars pro toto. Flauius Vopiſcus in Tacito ſic inquit: Cõuiuium uero unius gallinacei ita: ut ſinciput adderet, & oua pro omnibus oleribus affatim miniſtrantibus, lactucis impatienter illuſit. ⁋ Flebile: deflendum mihi. ⁋ Elixi aqua cocti. a liquore ſecundum Varronem. ⁋ Phario: Ægyptiaco. Pharus enim eſt inſula cum turri eiuſdem nominis Alexandriæ oppoſita. De qua non pauca Cæſar in commentarijs, Plin. Strabo, Solinus, & Lucanus. Propertius: Et Ptolemeæ littora capta Phari. Acetum autem Ægyptiacum optimum fuiſſe oſtẽdit Martialis: Amphora niliaci non ſit tibi uilis aceti: Eſſet ſi uini uilior illa foret.

ASC

⁋ IMPROBITAS illo fuit admirabilis ęuo. Ordo eſt: Improbitas: id eſt improbanda fuit admirabilis propter raritatem illo æuo: quo indigenę ſoli uiuebant in Italia: quaſi uitia ex aduenis orta ſint. Ipſi ueteres credebant hoc quod ſequitur nefas grande.

& piandum

& piandū.i. purgandū more cōmittentis. ſ.ſi iuuenis nōn aſſurrexerat barbato cuicunq;.i.ēt pauperrimo:licet ipſe puer uideret domi ſuæ plura farra:& maiores aceruos glandis.pulte enim ex farre & glande ueſcebātur:& ita in illis erant eorū diuitæ.tam.i.intantū. erat uenerabile pcedere in ętate quatuor annis.& lanugo.i.tenuis adhuc barba ſacræ ſenectæ.i.quæ erat indiciū aduentātis ſacræ ſenectæ.erat ſup. adeo.i. intantū.

mentaria.i.repoſitoria armoꝝ.cæli.i.cæleſtium habent.ſi uero qui iurat eſt pater.i.habet liberos inquit.ſi ſup.mentior comedam.i.comedere cogar.flebile.i.fletibus pro ſequendum , ſinciput.i.capitis priorem partem.i.filij mei.elix.i.balliti.atq; madentis aceto phario .i.acri & laudato:quale eſt Pharium:ideſt Ægyptiacum : hoc eſt ut comederem caput ueruecis.

prima pars .i.prima portio dignitatis: ut.ſ.capitale eſſet illi nō aſſurrexiſſe. legunt qdā par:ut ſit. prima lanugo .i.modica barba erat adeo ſacrę ſenectę.i.tam inceperāt uenerari etiam lanuginē primā habētes ob futuram ſenectā. Nunc ſi amicus nō inficiet .i.abneget. depoſitū.i.rem fidei ſuæ ſeruandā datā.ſi amicus reddat ueterē follē.i.ſacculū pecuniarū ex corio. cū tota ærugine .i.pecunia ęruginoſa.i.ſi eandē crumenam non apertā ſed uſq; ad æruginē pecuniæ ſeruatā reddat cum pecunia tota. fides eius .i.fidelitas eſt prodigioſa.i.monſtri & prodigij plena; quia ut mōſtrū raro u.ſa: & digna ppter nouitatē caſus . tabellis,aut potius libellis.i.ſcriptis thuſcis.i.aruſpicū thuſcorum.& quæ debeat luſtrari.i. eūdo per circuitū purgari:agna coronata. Si ego cerno uirū egregium & ſanctū.ego cōparo hoc.i.tale mōſtrū puero bimembri.i. habenti membra ſua duplicia. & cōparo piſcibus inuētis ſub aratro alicui ſup.homini miranti (& ita nō regitur datiuus mirāti a cōparo: ſed ab inuentis:nō enim cōparat miranti qui monſtroſus non eſt: ſed piſcibus:hoc dico ppter ordinem a Valla poſitū) & comparo mulæ fœtæ: quæ naturaliter ſterilis eſt: exiſtēs ſolicitus tanq̄ imber effuderit lapides. & tanq̄ examē .i.cōgregatio ſimul euolantium apium (ſic declinat' eni & apū) cōſederit.i.locū ceperit:a cōſido longa uua.i.in formā botri collecta. i culmine.i.ſummitate.delubri.i.prioris partis tēpli. Alludit ad examen ſecundū Virg.in.8.a Latino uiſum. & tanq̄ amnis fluxerit in mare miris.i.mirādis:qa ſanguineis:aut (ut dicit) lacteis gurgitibus. & pro.i.torrēs.i.fluens. uortice.i.impetu ſe uertente:lactis loco aquarū.ſ. Tu querereris.i.cōquerereris. decem ſeſtertia eſſe tibi intercepta.i.ablata. fraude ſacrilega.i.cōtra ſacramētū fidei & iuramēti cōmittente furtum.quid ſup.diceres ſi alter pdidit bis centū ſup.ſeſtertia arcana.i.ſecrete data.hoc modo.i.fraude ſacrilega. & ſi tertius perdidit maiorem ſummā illo.i.q̄ ille alter. quam ſummā .ſ.maiorē uix ceperat.i.ꝯtinere poterat. angulus urnæ patulæ.i.amplæ & capacis ad receptionē patētis.q.d.deberes putare illis magis eſſe dolendū.& tū id uulgo fit. Tam facile eſt & tam pronū.i.decliue,& per conſequens minimi conatus contemnere ſuperos.i.Deū & ſanctos teſtes.ſi nemo mortalis ſciat idē: quia Dei non præbent coram iudice teſtimoniū. Aſpice quanta uoce neget homo.ſ.perfidus.& quæ ſit conſtantia uultus ficti.i.ſimulantis fiduciā bonæ cōſciēiæ.ipſe iurat per radios Solis.& per fulmina tarpeia.i.Iouis:qui in arce Tarpeia colitur . & per frameā.i.gladium ancipitē Martis. & per ſpicula.i.iacula.uatis Cirrhæi.i.Apollinis. & per calamos.i.leues ſagittas.& per pharetrā puellæ uenatricis.i.Dianæ.& o Neptune pater Ægæi iurat per tuū tridentē.i.fuſcinā tuā Addit. &.i.ēt arcus Herculeos.& haſtam Mineruæ.i.Palladis.quicquid telorum .i.quæcūq; tela:hoc eſt arma inuaſiua:& de longe miſſibilia, arma

Sunt qui in fortunæ iam caſibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri
Natura uolente uices & lucis,& anni,
Atq; ideo intrepidi quæcunq; altaria tangunt.
Eſt alius metuens ne crimen pœna ſequatur,
Hic putat eſſe Deos,& peierat,atq; ita ſecum,
Decernat quodcunq; uolet de corpore noſtro
Iſis,& irato feriat mea lumina ſiſtro,
Dummodo uel cæcus teneā, quos abnego, nūmos,
Et phthiſis,& uomicæ putres,& dimidium crus
Sunt tanti:pauper locupletem optare podagram
Ne dubitet Ladas,ſi non eget Anticyra,nec
Archigene.quid enim uelocis gloria plantæ
Præſtat & eſuriens piſææ ramus oliuæ?
Vt ſit magna,tamen certe lenta ira Deorum eſt.
Si curant igitur cunctos punire nocentes,
Quando ad me uenient? ſed & exorabile numen
Fortaſſe experiar,ſolet his ignoſcere. multi
Committunt eadem diuerſa crimina fato.
Ille crucem pretium ſceleris tulit, hic diadema.
Sic animum diræ trepidum formidine culpæ
Confirmat.tunc te ſacra ad delubra uocantem
Præcedit,trahere immo vltro,ac vexare paratus.
Nam cum magna malæ ſupereſt audacia cauſæ,
Creditur a multis fiducia,mimum agit ille,
Vrbani qualem fugitiuus ſcurra Catulli.
Tu miſer exclamas,vt Stentora vincere poſſis,
Vel potius quantum Gradiuus Homericus,audis
Iuppiter hęc?nec labra moues,cum mittere vocem
Debueras vel marmoreus, vel aheneus?aut cur
In carbone tuo charta pia thura ſoluta
Ponimus,& ſectum vituli iecur?albaq; porci
Omenta?vt video nullum diſcrimen habendum eſt
Effigies inter ueſtas,ſtatuamq; Batilli.

IOAN. BRIT.

¶ SVNT qui in Fortunæ: inter philoſophos triplex fuit de Dijs opinio. Alij eni (inter quos fuit Diagoras, q Atheos dictus eſt,& Theodorus cyreneus, Eumerus egiata , Callimachus & Eurypides tragicus) negauerūt Deos eſſe:alij Deos eſſe cenſuerunt, ſed res humanas non curare:ijq; fuere Epicurei, q Deos dixerunt nō aliter poſſe immortales eſſe, niſi quieti & ab omni cura ſeparati eſſent:alij eſſe & curare. Ait igitur Iuuenal.multos exiſtere,qui Diagorę Mileſii opinionem ſequuti exiſtiment Deū non eſt,qui res humanas curet, ſed tantūmodo omnia nutu Naturæ Fortunæue agi, atq; ideo ſine aliquo metu ſcelera perpetrent. Alios uero eſſe, qui Deos eſſe putent,timeantq; eos, & tamen peieret: pluris pecuniam facientes,q̄ iram eorum. ¶ Natura uoluente uices: opinionem eorū ſequitur , q Naturā falſo a Deo ſeparātes quę ſiuere, quid prius fuerit, Natura,an Deus. Si Natura prior eſt,ergo Deus natus eſt atqui Deus naſci nō potuit. Rurſus ſi Deus prior eſt,nata eſt Natura,ꝙ ſi naſci potuit Natura inquit non eſſe Natura. Hinc illud pendet Ouidij in primo Metamorphoſeos: Hanc Deus, & melior litē Natura diremit. ubi oſtēdit Naturam eſſe Deo potentiorem:quaſi quæ ante Deum fuerit:& a quo omnia ſint orta.quā ſentētiam tetigit & Claudianus in laude quarti conſulatus Honorij: Talis ab Idęis primęuus Iuppiter antris Poſſeſſi ſtetit arce poli, famuloſq; recepit Natura tradente Deos.Et idem alibi: Iuppiter (ut perhibent) ſpatium cum diſcere uellet Naturæ , regni neſcius ipſe ſui . Armigeros utrinq; duos æqualibus alis Miſit ab eois,occiduiſq; plagis.unde falluntur illi,qui apud Ouidi.exponūt & pro.i.ut ſtet expoſitiue:cum ſequutus ſit poeta eos philoſophos qui Naturam ſepararunt (ut diximus)a Deo, uolueruntq; eam eſſe potiorem Deo. quod & Cicero ſequutus eſt in Catone Maiore: Cumq; homini ſiue Natura , ſiue quis Deus nihil mente preſtabilius dediſſet. Item in Paradoxis his uerbis: Tu cum tibi,ſiue Deus, ſiue mater (ut ita dicam) rerum omnium Natura dederit animum & cætera.ubi docet Deum & Naturam non eſſe idem. ſic & Horatius in fine. 5. Satyræ. ubi ait : Nanq; Deos didici ſecurum agere æuum: Nec ſiquid miri faciat Natura , Deos id Triſtes ex alto cæli demittere teſtor. Seneca in Hippolyto : O magna parens Natura Deum. Seneca in quarto de beneficijs: Quid enim aliud eſt Natura quam Deus , & diuina ratio toti mundo & partibus eius incerta. Rerum autē Naturæ patronos fuiſſe docet Apuleius in prima Apologia, Anaxagorā, Leucippum, Democritum, & Epicurum . Nam Deos abnuere exiſtimabantur, ſolam autem Naturam dicebant eſſe,a qua (ut diximus) omnia naſcerentur. Sed (ut tradit Lactant. Firmianus) melius Seneca omnium ſtoicorum acutiſſimus,qui uidit nil aliud eſſe Naturam,quam Deum.Ergo,inquit,Deum nō laudabimus , cui naturalis eſt uirtus , nec enim illam didicit ex ullo,

Natura quid

Locus Ouidij

immo laudabimus, quamuis.n.naturalis illa ei sit sibi illam dedit, quoniam Deus ipsa Natura est. Cur igitur, inquit, ortū rerū tribuis Naturæ ac detrahis Deos? Cic. ait in Rhetorica uetere: Ipsam Naturam diffiniri difficile est. Plato appellat Naturam uoluntatem Dei. ¶ Voluente uices & lucis, & anni .i. cursus & uertigines diei & anni: ac per hoc omnem temporum curriculum. Claudianus Anni que meatus, Et lucis, noctisq; uices. ¶ Atq; ideo intrepidi: ob eam rem intrepidi iurant, quia non putant esse Deos, quos offendant. ¶ Altaria tangunt.i. aras omnium Deorum tangendo iurant. ¶ Est alius metuens: alij, inqt, sunt q omnino Deos esse credūt, & Decrū iram metuunt ne puniātur omnino, cum malefecerint, tñ peierant
Peierare auiditate pecuniæ obcęcati. ¶ Peierat: is peierare dicitur, q datā fidē nō pręstat. ¶ Secū: tacitus in animo suo. ¶ Decernat: statuat & quod cunq; uolet suppliciū sumat. ¶ Sistro irato: hyppallage ē pro ipsa ira
Isis ta. ¶ Isis: Ægyptiorū Dea: cuius sacrificia Romæ translata pręcipua ueneratione colebātur: putabāturq; Deā ferire periuros, quoties p eam iurātis fidem nō seruassent. unde Ouid. in Ponto: Vidi ergo li nigeræ numen uiolasse fatētem Isidis, isiacos ante sedere focos. Alter ob huic similem priuatus lumine culpā, Clamabat media se me
Locus ou'dij emēdatus ruisse uia. Vbi locus corrigendus est: nā pro lanigeræ scrptū est lini genæ. de qua plura alibi. ¶ Sistro: instrumentū erat tinnulū, quo Isidis sacerdotes in sacris utebantur. Apule. lib. 11. Metamor. Aereis & argēteis, immo uero & aureis sistris argutum tinnitum constrepentes. & paulo post: Sacerdos appropinquabat dextra proferēs sistrū. Ouid. in Ponto: Et quis ita est audax: ut limine cogat abire Ia-
Phthisis ctātē pharia tinnula sistra manu? ¶ Vel cæcus. i. etiā cæcus. ¶ Phthisis: dictio est græca, quę corruptionē, tabem, maciē significat. est.n. morbus, qui hominē paulatim consumit. a φθίνω quod est corrum
Vomica po. ¶ Vomicę putres: uomicę ulcus est malignū latens & tumēs cū sanie intrinsecus, a uomēda sanie dicta, unamquaq; partem corporis infestat. Plin. lib. 2. cap. 13. docet Ocimū siluestræ uomicis uulugę mederi. Celsus ait in. 3. Vomicę finē esse ut rumpatur. ¶ Sunt tāti: ordo est: Et phthisis & uomicæ putres sunt tanti? Sensus est: Sunt ne adeo mihi timenda & æstimanda hæc mala, ut nō negē nūmos q.d. minimi mihi sunt faciēda præ pecunia. Dicimus enim tanti ne facis periculū. i. times ne tantopere periculum, ut tantā lucri ansam amittas. legēdumq; est cum interrogatione. ¶ Pauper locupletē optare podagram Ne dubitet Ladas: superiorem sensum declarat per hęc sequentia. sunt aūt uerba periuri. Estq; sensus, & ordo: Ladas, qui miræ fuit pnicitatis pauper, non dubitet optare sibi podagrā diuitem. i. non dubitet illam uelocitatis gloriā cōtemnere, & optare sibi podagrā, qua una maxime uelocitas impeditur, modo ī diuitias
Ladas trāseat. Itaq; locus est corrigēdus: ut nō laudas: sed Ladas legatur. Is.n. (ut scribit Solinus) primā palmā pernicitatis est adeptus: qui ita super canū puluerē cursitauit: ut in arenis pendētibus nulla indicia relinqueret uestigiorum. eius meminit & Mart. in. 2. Quid si p graciles uias petauri Inuitū iubeas subire Ladam. per Ladā aūt omnē intellig t pauperem expediti corporis. De Lada meminit & Catullus: Nō Ladas ego, pēnifer ue Perseus. Eiusdē meminit & Cic. sic in rhetoricis ad Herēniū li. 4. Quasi si quis ad olympiacū uenerit cursum & steterit, ut mittatur, impudentesq; illos dicat esse, qui currere cœperunt: ipsa intra carceres stet, & narret alijs quomodo Ladas, aut Bonius cū Sicyonijs cursitarunt. ¶ Locupletē: nō exponas qualem patiūtur maxime locupletes: sed locupletē podagram. i. morbū ipsum in summa opulentia. quid.n. profit Ladæ pauperi, si in paupertate manendū sit, optare sibi podagrā, qua uexantur locupletes. Sic ergo exponendū est: Ladas pauper modo diuitijs cumuletur, nō dubitet opta re uel podagrā uelocitati suæ aduersatricē: modo habeat unde largiter, & delicate uiuat, sicq; cū superioribus optime coniū
Anticyra gitur. ¶ Si nō eget Anticyra: uerba periuri: Ladas, inquit, cursor ne dubitet si nō eget Anticyra. i. si sanus nō est. nā Anticyra insula est quæ olim Cyparissus noiata est, ut scribit Pausanias: sed mutato nomine Anticyra est appellata ab Anticyro Herculis socio. ut uero scribit Strabo ciuitas est ad sinū iacens maliacū, & O etā montē. Ibi heleborus, siue ueratrū nascebatur: quo (ut scribit Plin.) hois insania & mali humores emendātur: & ad ingeniū acuendū plurimū ualet. unde Carneades respōsurus libris Zenonis stoici: heleborū candidū sumpsit de quo multa diximus apud Persiū illic: Ebria ueratro: ergo si nō eget Anticyra. i. si non eget helleboro, quo hois insania emēdatur, ac per hoc si insanus nō est. ¶ Archigene: medico, q uelu ti in delirio feriat ueniā in media frōte. sicuti ante dictū est: O medici mediam pertundite uenā. De Archigene facta est mentio in sexta Saty. illic: Ast uocat Archigenē. Licētia poetica ultimā syllabā naturaliter produxit. nec mirū, cū productā contra omnē ratiōnē corripuerit illic: Sed longe Calpe relicta. qd & Priscianus miratur in. 6. ¶ Quid enim uelocis: qd, inqd, prodest Ladæ pauperi firma corporis ualetudo: & q p edū sit summa pernicitate, ita etiā ut in olympicis ludis sæpe palmā reportet, si in paupertate sit uiuendū. q.d. longe utilius est hoi morbis uel grauissimis uexari, dūmodo sit in summa rerum opulētia, q̄ sanitatē corporis habere, & in paupertate uiuere. ¶ Præstat: qd præbet utilitatis. ¶ Plantæ uelocis: q sit mira pedū pernicitate. ¶ Ramus oliuę: ut sit uictor in ludis olympicis: ubi uictores oleastro coronabātur. auctor Pli. lib. 15. Interq; alia certamina cursu potissimū ptēdi t: unū Velocis gloria plātę. ¶ Pisææ: Pisa & Elis ciuitates sunt Peloponessi: inter quas iacet campus uastissimus: qui Olympia nominatur: ubi ludi celebrabātur, qui a locorum propinquitate dicuntur & Pisæi, & Elei, & Olympici, siue Olympij. non autem (ut falso quidam putauerunt) ab Olympo monte. ¶ Esuriens: q sit uictor, & esuriat. i. ut sit pauper. ¶ Vt sit magna: sensus est: Concedo, inquit, Deos esse & grauiter delinquētibus irasci tamē ad puniendū lenti sunt: præterea si cēs puniendi sunt, longum erit, ut me puniant. Ordo est: Ira Deorum certa lēta est: ut sit magna, i. quis sit magna. ut sit concessio esse Deos, sed lentos ad uindictā. ¶ Lenta: non festinata. Valerius: Lento.n. gradu ad uindictā sui diuina procedit ira, tarditatēq; supplicij grauitate compensat. ¶ Sed & exorabile numen: talia solent sibi comminisci, qui turpiter uixerunt. ¶ Ad me puniendū. ¶ His talibus delictis. ¶ Multi: uerba sunt peccantis: quibus occurrit his, qui possent dicere sibi cauendū esse a supplicijs legū humanarū. Ait ergo: Nō ignoro hoc quidē, sed tñ multos constat eadem committere crimina, sed diuerso fato, alij puniuntur, alij nō modo nō puniūtur, sed honoribus etiā decorātur: quasi colligat sibi etiam accidere posse, ut pro malefactis beneficia accipiat. ¶ Diuerso fato: diuerso euentu. ¶ Diadema. i. euectus est ad regiam dignitatem. nam diadema fascia erat (ut supra diximus) qua caput regis uinciebatur. a διαδέω quod est circūiungo. ¶ Confirmat aium .i. aium commasculat. ¶ Trepidum formidine diræ culpæ. i. qui formidat & tremit conscientia diri sceleris. ¶ Præcedit. s. ipse periurus, tanq̄ qui innocentiæ suæ confidat. ¶ Te uocātem: hoc est te, qui eū uocas ad iusiurandum. ¶ Nam creditur fiducia: confirmatio rationis quare tantę audaciæ sit: quia multi, inquit, malitia hominum decepti putant eum esse innocētem: qui magna cum audacia causam suam tuetur. idcirco audax est. putant enim ex recta conscientia, & fiducia tantam audaciam proficisci. ¶ Malæ causæ: hoc est homini tuenti causam iniquam. ¶ Superest. i. abundat. ¶ Mimum agit ille: Mimus non minore, inquit, strepitu mouetur & clamore, q̄ si mimum agat, .i. fabulam. nam mimus (ut diximus alibi) pręter hominem scænicum genus est fabulæ: unde poetæ mimographi: qualem egit scurra fugitiuus Catulli urbani. nam in fabula Catulli introductus est seruus, qui mirum in modum clamaret. ¶ Exclamas: subaudi Iupiter audis hęc. ¶ Tu. s. ex altera parte. ¶ Stentora: Stentor in exercitu Stentor fuit Græcorum uir magnanimus, cuius tantus (ut scribit Homer. in. 5. Iliados) erat uocis sonus, quantus aliorum quinquaginta. unde Homericum illud: Stentoris in specie ualidi cui ferrea uox, Qui quinquaginta alios æquans clamore, sonoq;. ¶ Gradiuus homericus. i. Mars: quē Homer. lib. 5. Iliados ait uulneratum a Diomede, Marsuulneratus tam ingenti uociferatione p dolore exclamasse, quanta nouem, decemue millia uirorum solent, cum pugnam ineunt ita, ut Græci simul, ac Troiani territi contremiscerent. ¶ Audis hæc: quæ fiunt a periuris & sceleratis. ¶ Nec labra moues: nec irasceris. nam ferunt Iouem cum hominibus irascitur, prumpere in maximos clamores: & buccas inflando mittere fulmina. Horatius: Quin Iuppiter ambas Iratus buccas inflet. Persius: At sese non clamet Iuppiter ipse. ¶ Vel marmoreus: etiam ex marmore. ¶ Thura ponimus: cur te ut Deum & omnium scelerum uindicem colimus? quasi dicat ob eam rem te colimus: ut humana negocia seuere modereris, scelera ulciscaris. ¶ Iecur: exta uituli. nam iecur in extis principatum obtinet. ¶ Omenta: apud Persium cum exposuimus: Tot tibi cum in flam- Omentum mas Iunicum omenta liquescat: diximus (auctore Celso) omentū esse intestinum ex interiore parte lene, & strictum esse ex superiore mollius: cui adeps quoq; innascitur, quæ sensu sicut cerebrum quoq; & medulla caret. Plini. Omentum membranam potius esse docet, cum ait: Ventriculi, atq; intestina pingui, ac tenui omento integuntur, præterq; oua gignentibus. Aristot. de natura animalium scribit: Omentū membranā esse aut seuosā aut adiposam. nā utro modo aīalia pinguescere solent, idq; pingue est. de medio uentre oritur, reliquāq; uentris partem, cunctaq; intestina complectitur.

¶ Vt uideo:

Accipe quæ contra ualeat solitaria ferre,
Et qui nec cynicos, nec stoica dogmata legit
A cynicis tunica distantia, non Epicurum
Suspicit exigui lætum plantaribus horti,
Curentur dubii medicis maioribus ægri,
Tu uenam uel discipulo committe Philippi
Si nullum in terris tam detestabile factum
Ostendis, taceo, nec pugnis cædere pectus
Te ueto, nec plana faciem contundere palma,
Quandoquidem accepto claudēda est ianua dāno,
Et maiore domus gemitu, maiore tumultu
Planguntur nummi, q̄ funera. nemo dolores
Fingit in hoc casu, uestem diducere summam
Contentus uexare oculos humore coacto,
Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris
Sed si cuncta uides simili fora plena querela,
Si decies lectis diuersa in parte tabellis
Vana superuacui dicunt chirographa ligni,
Arguit ipsorum quos littera, gemmaq; princeps
Sardonycus, loculis quæ custoditur eburnis.
Te nunc delicias extra communis censes
Ponendum, quia tu gallinæ filius albæ,
Nos uiles pulli nati infelicibus ouis.
Rem pateris modicam, & mediocri bile ferendam,
Si flectas oculos maiora ad crimina, confer
Conductum latronem, incendia sulfure cœpta,
Atq; dolo, primos cum ianua colligit ignes,
Confer & hos ueteris qui tollunt grandia templi
Pocula adorandæ rubiginis, & populorum
Dona, uel antiquo positas a rege coronas.

Vt uideo: sensus est: Tā negligēter, inqt, Dij res humanas curatis
Batillus ut nullū putē esse habcēū discrimē iter statuas urās, & Batilli. Batilli: itelligit de statua Batilli Samij. de quo Apul. in scdo floridorū multa cōmemorat. ait. n. In Samo, q̄ modica est insula in mari Icario tēplū Iunonis antiqtus famigeratū cōspici, cuius añ arā statua erat Batilli a Polycrate tyrāno dicata: q̄ nihil unq̄ effectius fuit. hic nō mō dilectas fuit a Polycrate sed ēt ab Anacreonte Teio. uñ Apuleius sic ait: Qui Polycrati tyrāno dilectus Anacreōta Teiū amicitię grā cantilat. Horati. Nō aliter Samio dñt arsisse Batillo Anacreonta Teiū. Batillus itē fuit (ut diximus apud Persiū) Pantomimus: Tris tñ ad numeros Satyri moueare Batilli.
Batilli Iuuenalis alibi: Molli saltāte Batillo. Batilli itē ppl'i sunt septētrionales, Ptulæmeus auctor. Batillus itē instrumentū est ferreū ad usum ignis. Horat. Prætexta & latū clauū, prunæq; Batillū. de hac igit' Batilli statua ē itelligendū, quā erexit Polycrates citharœdico statu in memoriā eius. Sūt q Pythagoræ eā falso existimāt, sed phus nequaq̄ a tyrāno dilectus est: qppe eo iā dñari orso ꝑfugit ex insula clanculum.

ASCen. ¶ SVNT qui &c. Ostēdit cur tā temere peierēt multi: qa uidelicet oia casu euenire: Nec curare Deū credūt mortalia quemq̄. uñ Epicurū dñt se iactare ꝙ humanū genus duobus sūmis malis liberasset: solicita. s. religione in uita: cū doceret Deū nō curare mortalia. & timorē post uitā: cū diceret aīos hoium ut belluaꝝ īterire. Ordo ē: Sunt q ponūt oia ī casibus Fortunæ: & nō credūt mūdū moueri ullo rectori. & hoc Natura uolente. i. p reuolutionē causāte. uices. i. uicissitudines. & lucis. i. uniuscuiusq; diei & anni atq; ideo tāgūt itrepidi sine ullo timore q̄cunq; altaria. Est ali⁹ metuēs qdē ne pœna. i. puuitio sequat' crimē. hic. i. hmōi putat Deos esse, & sup. tamē peierat: atq; sup. ita loquit' secū. decernat. i. futuꝝ iudicet Isis ea Ægyptiaca: a Romanis quoq; anxie culta: d̄ nr̄o corpore quodcūq; uolet. & feriat. i. ꝑcutiat. mea lumia. i. oculos meos. sistro. i. istro illo sonoro. irato. i. ipsa irata. dūmō ego teneā. uel. i. ēt, aut saltē cęcus: nūmos quos abnego. Nūqd phthisis. i. corruptio & tabes lēta. & uomicæ putres. i. ulcera putria sic dicta. & crus dimidiū. i. dimidiatū reliq̄ pte desecta. sūt tāti sup. momēti. i. tm̄ metuēda? q. d. nō. tu laudas ne. i. ut nō. ut paup nō dubitet optare podagrā. i. ęgritudinē pedū. locupletē. i. locupleti familiarē morbū. dūmō ñ ægeat. i. dūmō talis ęgritudo nō sit tā uehemēs: ꝙ egeat Anticyra. i. purgatiōe p elleboꝝ nec Archigene. i. medico. i. dūmodo tolerabilis sit. Quid. n. ꝑstat glīa uelocis plātæ. i. celeris pedis: q. d. nihil & qd ꝑstat. i. affert auxilij aut cōmodi. ramus esuriēs. i. esuriēti simlē. oliuæ pisææ. i. coronæ ex oliua, q̄ cursoribus uictoriosis dabat': q. d. nihil. Præterea inqt talis ꝑiurus. demus ut ira Deoꝝ sit magna. tñ illa est certe lēta. i. lēte: hoc est tarde ulciscēs. Igr̄ si Dij curāt punire cūctos nocētes: qñ ira sup. eoꝝ ueniet ad me. sed ego expiar fortasse numē Deoꝝ &. i. ēt. exorabile. i. orōne placabile. nō solū lētū. Numē Deoꝝ solet ignoscere his. multi cōmittunt eadē crimina diuerso fato. i. alii cū ipunitione: alij cū sūma uindicta. Ille tulit crucē ꝑtiū. i. ī ꝑtiū & mercedē sceleris sui. hic tulit diadema. i. obtinuit regnū p scelera sua. sic. i. tali iniq̄ ꝑsuasione. ꝯfirmāt. i. stabiliūt aīum naturaliter trepidū formidine diræ culpæ: quā uīdicta sequit'. Tūc. i. postq̄ iniquus aīum suū sic ꝯfirmauit: ipsæ ꝑcedit te uocitātē ipsū ad delubra sacra. i. ad tēpla & aras: ut iuret paratus. imo. i. īsup trahere te ad delubra. s. & uexar'. i. molestare si ire recuses. Nā cū. i. qñ.

magna audacia supest. i. sup quā satis est malę causę: ipsa audacia, & ꝯfidētia credit' a multis fiducia. i. ī bona ꝯscia & æqtate: ꝯfisio. ille. s. q uocat' iuratur⁹. agit. i. gestis replētat. mimū. i. gesticulatorē scænicū: q̄lē scurra fugitiuus Catulli urbani. i. q̄lē Catullus urban⁹ iducit scurra fugitiuū ager'. tu miser, q trahis ipsū exclamas sup. tā alte ut posis uicer' Stētora. i. u. ꝝ illū, q ꝑm Homeꝝ tm̄ uocis emitter' solebat q̄tū qnquagita uiri. uel potius tm̄ sup. clamas quātū Gradiuus. i. Mars uulnerat⁹ a Diomede. homericus. i. ut describit Homerus: q clamauit q̄tū nouē aut x. mil. hoium. clamat aūt dicēs. O Iupiter tu audis hæc. i. hmōi ꝑiuria: nec moues labra ī signū īdignationis. tu o Iupiter debueras cōmittere. i. simul edere uocē. existēs uel. i. ēt. marmoreus, uel aheneus. i. ex ære factus: aut si ꝑiuria punire nō uis: cur ponimus: in tuo carbone. i. ī thuribulū ignitos carbones habēte. pia. i. religiosa thura. soluta. i. deplicata charta. & cur ponimus iecur rituli sectū ab aruspice, & alba omēta porci. i. pinguē & mūdā mēbranū itestina eius cingētē: q. d. id frustra facimus: quia (ut uideo) nullū discrimē est hñdū. i. nulla differētia est habēda: iter uestras o Dij effigies: & iter statuā Batilli. i. illius musici, q in Samo īsula Iunoni a Polycrate dicata est: qa plus uiuacitatis: q̄ statua Iouis uidetur habere.

JOAN. BRIT. ¶ ACCIPE quę cōtra: audi ēt, q̄ solita tibi afferre possint, q nullis sunt instructi phiæ ꝑceptis, nec stoicoꝝ, nec cynicorū, nec epicureoꝝ q oēs. s. opes cōtēpserūt: q. d. unusquisq; uel rudis pōt te ī ista pecuniæ amissione optime cōsolari. p qd' docet æquo aīo oia esse ferēda, q̄ amiserit, & bona fortunæ cōtemnēda. Cynicos: cynicorū sectæ (ut diximus in cōmētarijs Persii illic: Si cynico barbā petulās nonaria uellat) priceps fuit (auctore Laertio) Antisthenes Atheniensis, q cū dissereret in Gymnasio, quod Cynosargin appellabāt. nō lōge a ianuis, cynicū cognomē sectæ suæ dedit. Lactāt. uero a canibus cognomē accepisse scribit his uerbis. Quid loquar de cynicis, qbus in ꝑpatulo coire cū cōiugibus mos fuit, qd mirū a canibus, quoꝝ uitā imitant' ēt uocabulū, & nomē traxerūt. κύων. n. gręce canis dr̄ & cynicos caninus. Quod sane ita fuisse Apule. in. ii. Floridoꝝ oñdit: ubi sic loqtur de Crate cynico: Duxit cynicus puellā ī porticū: ibidē ī loco celebri coram luce clarissima accubuit, coráq; uirginē īminuisset paratā pari ꝯstātia, ni Zeno ꝑcinctu palæstri circūstātis coronæ obtutu magistrū ī secreto defēdisset. ubi mēdū correximus nā ubi legimus duxit cynicus: scriptū erat dux cynicus. Aliq uero cynicos dictos esse putāt, ꝙ essent mordaces ut canes. nā Diogenes (ut scribit Laer.) īterrogatus q̄re canis diceret' rñdit. qa ī eos, q dāt blādior: ī eos, q nō dāt oblatro: malos aūt mordeo. Ii aūt (ut dixi) nobilitatē & diuitias abijciebāt, dicētes solā uirtutē sufficere ad beatam uitam. uñ Crates cynicus oem rē familiarē abiecit, existimās tūc demū manumissū, sola pera & baculo cōtēti cibos mēdicabāt. De qbus ita Apule. in pri. Apologia: Non sunt qdē ista platonicæ sectæ gestamina, sed cynicæ īsignia familię: uerūtamē hęc Diogeni & Antistheni pera & baculus: qd' regib⁹ diadema. Diogenes qdē cū Alexādro Magno de ueritate regni certabūdus, baculo uice sceptri gloriabat'. Plautus in Persia: Cynicū esse egētē oportet, parasitū probe. Et Martialis libro q̄rto: Cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati: Cui dat latratos obuia turba cibos. Esse putas cynicū deceptus imagine falsa: Nō ē hic cynicus Cosme, qd ergo? canis. Dogmata: sentētias & opiniones stoicoꝝ. sit antē

Antisthenes

Cynici unde

Locus Apulei

Dogmata

dogma a δοκῶ quod est sentio. nā q̄ græci dogmata dn̄t: latini decreta appellant. uñ Sen. lib. xv. epistolaꝝ ad Luciliū: Nulla ars contēplatiua sine decretis suis est: q̄ Græci uocāt dogmata, nobis uel decreta licet appellare, uel scita, uel placita. Hoc autem interest inter decretas philosophiæ & præcepta, quod inter elementa, & Præcepta mēbra. Hæc ex illis dependēt, illa & horū causæ sunt omniū, præcepta. n. pēdēt ex decretis. Sūt igit̃ dogmata sectæ uniuscuiusq; de- Decreta creta, q̄ (ut Ciceronis est sentētia) pdere scelus est nō minus, q̄ patriā. uñ scribit Laertius eā minime sectā appellari, q̄ dogma nō habet. uñ dogma dicimus christianū. i. qđ uniuersi xp̄iani sentiūt & sequunt̃. Inde diuus Hierony. Scis. n. dogma nos humilitatis tenere uestigiū: & p̄ima gradiētes ad summa nos ascēdere. Idē alibi: Siquid i libris secularibus utile reperimus ad nostrū dogma cōuertimus. Stoica: sectæ stoicæ princeps fuit Zeno, a quo primo Ze- Zeno Zenonii nonii: sunt appellati, mox uero stoici a stoa. i. porticu. nā Athēis por- Pysiana ctia ticus erat, q̄ Pysianactia uocabat̃, referta uaria & multę sciētiæ pi- Stoici unde ctura Polignoti Thasii. In q̄ cū diuersis tp̄ibus iā mille q̄dringēti triginta ciues iterfecti fuissent: uoluit Zeno locū illū stabilē, atq; inuiolabilē reddere: q̄re cœpit i illa docere: ad quē eo audiendū disci puli cōfluentes: q antea (ut dixi) Zenonij dicebant̃, postea ab ipsa porticu stoici sunt uocati. auctor Laertius. Hi aūt ita diuitias & reliqua fortunæ bona abnuebāt, ut nihil p̄ter uirtutē bonū appellarēt, dicētes diuitē, quicūq; cælo tegeret̃. Tunica distātia: nā (ut scribit Augustinus de ciuitate Dei) dogmata pliorū solo habitu fuerunt diuersa. nā cū oēs uirtutē, siue summū, siue solū bonū dicerēt: diuitias uniuersi cōtēnebāt. tunica igit̃ tm̄ distabāt Stoici a cynicis: q̄ Diplois cynici duplici palio utebant̃. uñ illud Horatij in epistola ad Sæuā Abolla de cynico: Cōtra quē duplici pāno patiētia uelat Mirabor. eā uestē duplici (ut scribit Porphyrio) diploidē appellauere, eandē & abollā. Martialis (ut modo recitauimus) lib. iiii. Cæterea quē nudi tegit uxor abolla grabati: Cui dat latratos obuia turba cibos. Esse putas cynicū &c. de eo sic & Laertius: Primus Antisthenes palliū duplicauit, ipsoq; solo utebant̃, baculumq; sumpsit & perā. Zeno uero stoicorū (ut dixi) princeps patiēt ssimus fuit, & uictus simplicissimi, crudisq; tm̄ cibis utebat̃, & tenui palio ita, ut de illo diceret̃: Quod eū Neq; sæua hyems, nec gelidus imber. Nō dura uis morbi domuerit, neq; torridus Sol. Epicurū: epicurus cōtētus fuit exiguo hor- Epicurus to: primusq; (ut scribit Pli. lib. xix.) instituit Athenis habere hortos in urbe: uñ hortoꝝ magr̄ est appellatus. ad quod allusit Papi. li. pri. Siluaꝝ: Delitiæ q̄s ipse suis digressus Athenis, Mallet deserto senior Gargecius horto. auctor est Laertius summū bonū Epicurū ad Herodotū scripsisse esse i uoluptate. s. nō dolere corpore, aioq; trāquillū esse, & pturbatione uacare aq & cibario pane se cōtētū fuisse testatus est. Nō suspicit: nō ueneraᵗ, ac p hoc nō legit. Lætū: cōtentū. Plātaribus: oleribus. Curent dubii ægri: calamitas, inqt, tua minima est & q̄ nō idiget graui cōsolatore, sed uuusqu.q; est aptus ad te cōsolandū, & dolore tuū leniendū. metaphora sumpta est ab ægrotantibus. q̄bus pro morbi q̄litate adhibent̃ medici. Vel: ēt. Discipulo Philippi: q̄ iperitus erat. sicq; oñdit & Philippū & discipulū fuisse parū pitos. Venā feriēdā: hoc est te ipsū trade cōsolandū ēt hoi mediocris eruditionis, cū iactura tua sit talis, ut unusquisq; facile possit te cōsolari. Si nu lā i terris: sensus est: Ego nō phibeo te, qn doleas si potes mihi oñdere nullū tale facinus ppetrari iter mortales. q. d. talia & grauiora solēt mortalibus accidere. ut sit cōsolatio a cōi miseria. Quādo qdē accepto: nō ueto inq̄ te dolere, quādoqdē ianua est claudēda. i. q̄nquidē nulla tibi amplius est habēda spes illud domū redituꝝ, qđ amisisti. uideturq; sumptū ex uulgato puerbio, qđ solet dici i eos, q pecoris sui diligētes nō fuere custodes: q̄bus p derisū iperat̃: ut accepto dāno stabulū claudāt: ac p hoc sciāt sibi ereptā esse spē recuperādi, qđ amiserāt. Et maiore domus a supiore: nō ueto iniquā qn doleas, quādoqdē nūmi plāgunt̃ maiore gemitu, & suspirio domus. In hoc casu: i amissione pecuniæ. Cōtētus diducere: nō. n satis hēt diducere summitatē uestis, q amisit pecuniā. sed totā sciēdit. nō exponas diducere, neq; uexare. s. i funere, sed i amissione pecuniæ. Humor coacto: nō. n. lachrymis fictis plorat. uñ bene sequit̃: Plorat̃ lachrymis ueris. Sed si cūcta uides: ordo est: Sed cēses te nūc delicias ponēdū extra cōia: si uides cūcta fora plena simili q̄rela &ce. ut sit sensus: Cū uideas i iudicijs quotidie talia scelera deferri cū accerbis deceptoꝝ q̄relis: nō debes putare te ut delicatū tel s fortunæ nō esse subiectū. Cūcta fora: tria erāt Romæ ut diximus i. ii. Saty. Fora: ura Chirographū mouemus. Dicūt: debitores & piuri. Chirographa: Chirographū dictū est ab ἀπὸ τοῦ χειρὸς. i. manu. & grapho scribo. est. n. sceda, siue tabella manu p̄pria scripta. ergo uana chirographa. i. uanos adulterinos & mēdaces pugillares ligneos: i q̄b⁹ p̄pria manu scripsit. Alibi Iuuen. Debitor aut sūptos pgit nō reddere nūmos: Vana supuacui dicēs chirographi ligni. Lectis tabellis: lectis ipsis pugillaribus. Diuersa i parte: i parte ɔtraria. i. aduersus ipsū debitorē. Supuacui: nihil pficiētis: supuacuū. n. est i iudiciū pferre tabellas debitore oīa negāte. Arguit ipsorū: ordo est: Illi dn̄t chirographa esse uana, quos litera ipsoꝝ arguit. i. quos sua ipsorum scriptoꝝ & signū reuincit, & oñdit esse ueros debitores. Sardonycus. i. signū cælatū i sardonyce, q̄ est i annulo signatorio. Sardonycus aūt noīatiuus est latinus formatus a gtō græco sardonycos. Onys gēma ē, est, cui nomē est cōiūctū cū sarda alio lapidæ. nā onyci candor est (auctore Plinio) unguis humani similitudine. itē chrysoliti ex iaspidis & sardæ, uñ nois societas orit̃. De hoc plura supius: & illic apud Persiū: Cū sardonyce albus. Gēma priceps: expositio est. ut sit: Sardonycus, q est gēma priceps iter alios ptiosos lapillos. Lo- Loculi culis eburnis: nā loculi eburnei repositoria erat, & monetę aureę & annuloꝝ. Mart. Hos nisi de flaua loculos iplere moneta Nō decet argentū uilia ligna ferat. De ijs plura i pri. Saty. Neq;. n. loculis comitātibus itur Ad casum tabulæ. Te nūc delicias: ironicos & expositio est. Extra cōia: extra cōem sortē, q̄si q cōibus oium malis nō sis obnoxius. Gallinę filius albę: hoc fuit q̄si puerbialiter apđ antiquos: quod ēt hodie usurpat̃. uñ & Cic. li. vii. epistolarū ad Curiū sic ait: Quod q̄si auē albā uident̃ bene sentiētē ouē uidere. Albæ aūt dicit q̄ læta atq; auspicata latini alba uocāt, cōtra mala nigra uñ Horat. Hic niger est: hoc ē malus: hūc tu Romane caueto: Cōuenit autē hæc parœmia i eos, q̄bus diuina q̄dā felicitate oia læta, & pspera cedunt. Rē pateris modicā: cōsolatio a minimo de trimēto. Cōfer: cōpara tuo dāno. Cōductū latronē. i. siccarium mercede cōductū ad cædē alicuius. Cū ianua primos: incēdij grauitatē oñdit: quo primæ domus ptes sunt occupatę: ut nō facile sit subuenire flagrātibus iferioribus. Pocula tēpli: q sacrilegia cōmitūt. Adorādæ rubiginis: q̄ hn̄da sūt i maxima ueneratione, pp religiosam uetustatē. Et populoꝝ Dona: nā i tēplis dona missa, uel a regibus, uel a populis pie & religiose seruabantur. Et ubi dona Donaria reponebantur, donaria sunt appellata. Coronas positas ab antiquo rege: utpote ab Romulo, cæterisq; regibus: quorum coronæ in eorum memoriam templis Deorum affigebantur.

A Ccipe &c. Affert ɔtra dolorē remedia nō phica: sed cuiuis parabilia. Ordo est. Accipe. i. itellige q̄ solatia. uel accipe solatia. i. cōsolatione. q. i. cuiusmodi. is sup. ualeat ferre. i. afferre. cōtra. i. cōtrariū doloris tui. &. i. ēt is. dico: q nec legit Cynicos sup. plios: nec dogmata stoica distātia a Cynicis. tunica. i. cōcessione tunicarū. nam Stoici suis pfessoribus solū simplex paliū cōcesserūt: Cynici ēt duplex: utriq; aūt erāt rigidi uirtutis sectatores: & cæterarū reꝝ contēptores: ex quoꝝ pceptis tm̄ phica esset cōsolatio. Et q̄ ēt terre ualeat is, q nō suspicit. i. sursum tanq̄ exēplar uitæ sibi propositū nō aspicit. Epicuꝝ lætū plātaribus. i. oleribus. exigui horti fuit. n. (ut Sene. i epl̄is refert) uir maxime sobri⁹. & hortulis q famē nō excitēt: sed sedēt: cōtentus. ægri dubij. i. de quoꝝ sanitate recuperāda dubitat̃. curent̃ medicis maioribus. i. peritioribus, tu cōmite uenā. i. exquisitione ifirmitatis tuæ uel. i. ēt. discipulo Philippi: medici ineruditi. si nō oñdis i terris ullū factū tā detestabile: ut eius, q te defraudauit, taceo, nec ueto te cædere. i. tūdeř pectus tuū pugnis. nec ueto te cōtūdere faciē plena palma. i. manu apta. q̄nquidē. i. cū ita sit: q̄ hoies tā ipatiētes sint amissis bonis: q̄ ianua claudēda est, sicut in funere claudi solet. dāno aliquo. s. pecuniaꝝ accepto. & cū ita sit q̄ nūmi plangunt̃ maiore gemitu & maiore tumultu domus. i. totius familiæ. q̄ funera. i. obitus caroꝝ. nemo ɔtētus diducere. i. diuidere. uel deducere. i. deorsum ducere summā uestē. & uexare oculos humore lachrymaꝝ. s. coacto. i. ui. expresso i funere. s. q̄a hæredis luctus sub psona risus est. fingit dolores i hoc casu. i. dāno nūmoꝝ: q̄a pecunia amissa plorat̃ ueris lachrymis. Istud totū q̄si p parēthesim dictū est. sed si tu uides cuncta fora plena simili q̄rela. si tabellis. i. instrumētis obligatorijs: q̄ olim i tabellis ceratis scribebant̃. lectis decies i diuersa parte. i. corā diuersis testib⁹. debitores sup. tales obligationes faciētes. dicūt chirographa. i. p̄pria manu scripta ligni. i. tabellæ ligneæ cera repletæ supuacui. i. nihil utilitatis afferētis. uana. i. mēdacia & nullius fidei. Cherographa dico ipsoꝝ quos litera. i. character propriæ scripturæ. & gemma. i. lapillus ptiosus. i quo signetē (ut dn̄t) aut signū manuale: expressū est. & sardonycus sup. lapillus. priceps. i. pcipuus iter lapillos signatos. arguit. i. dānat mēdacij. q̄ gēma custodit̃ loculis. i. repositorijs. eburnis. i. ex ebore fa-

ctis.

Hæc ibi si non sunt, minor extat sacrilegus, qui
Radat inaurati femur Hrrculis, & faciem ipsam
Neptuni, qui bracteolam de Castore ducat,
An dubitet solitus totum conflare tonantem?
Confer, & artifices, mercatoremq; ueneni,
Et deducendum corio bouis in mare, cum quo
Clauditur aduersis innoxia simia fatis.
Hæc quota pars scelerū, quæ custos gallicus urbis
Vsq; a Lucifero, donec lux occidat, audit,
Humani generis mores tibi nusce uolenti
Sufficit una domus. paucos consume dies, &
Dicere te miserum, postq̄ illinc ueneris, aude.
Quis tumidum guttur miratur in alpibus? aut quis
In Meroe crasso maiorem infante mamillam?
Cærula quis stupuit Germani lumina flauam
Cæsariem? & madido torquentem cornua cirro?
Nempe quod hæc illis natura est omnibus una.
Ad subitas Thracum uolucres, nubemq; sonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis,
Mox impar hosti, raptusq; per aera curuis
Vnguibus a sæua fertur grue. si uideas hoc
Gentibus in nostri risu quatiere, sed illic
Quamquam eadem assiduæ spectent prælia, ridet
Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.
Nulla ne periuri capitis, fraudisq; nefandæ
Pœna erit? abreptum crede hūc grauiore cathena
Protinus, & nostro (quid plus uelit ira?) necari
Arbitrio, manet illa tamen iactura, nec unquam
Depositum tibi sospes erit, sed corpore trunco
Inuidiosa dabit minimus solatia sanguis.
At uindicta bonum uita iucundius ipsa,
Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis
Interdum, aut leuibus uideas flagrantia causis,

ctis. tu qui nos uis tā leuia dāna patiēter ferre. cēses te existēte delitias Deoꝝ, aut hoium esse ponēdū extra oia. i. cōem hoium fortunam. qa tu filius sup. es albæ gallinæ. & nos q ista toleramus sum⁹ uiles pulli nati infelicibus ouis. Alludit ad oua Ledes, ex quoꝝ altero mortales: ex altero imortales ꝓdiisse dñr. Istud aūt totū dicit per ironiā. Rē pateris modicā &c. Ordo est: Tu pateris rē modicā & terēdā. i. tolerādā. bile. i. ira & indignatiōe mediocri: si flectas oculos ad maiora crimina. ɔfer. i. cōputa cū scelere ī te commisso. latronē cōductū ad alios occidendos: īcēdia domoꝝ. s. icepta. i. q̄ ortū habuerūt. sulfure. i. ex sulfure & dolo. i. ꝑ dolū, cū igni statim approximaturo ī ītroitu domus ab inuidis posito. cū ianua colligit prios ignes. i. ꝑcipit p̄mū īcēdiū ꝓcuratū ab inimicis foris existētibus. Cōfer ēt hos: q tollūt. i. furant grādia pocula ueteris tēpli: existētia. s. dona populorū Deis. s. cōsecrata. adorāde rubiginis. i. dignæ adorari ꝑꝑ uetustatē, uel q tollūt corōas positas. i. depositas ab antiquo rege.

IOAN. BRIT. ℂ HÆC ibi: si ī tēplis, inqt, nō sūt dona & pocula, q̄ surripiant nō desūt q minutiora sequātur furta: ut q breues, & leues auri bracteolas ex statuis Deoꝝ eradāt.

Femur ¶ Femur: ꝓprie coxam: licet hic poeta uideat posuisse ꝓ pectine, & ꝑtibus genitalibus. sicuti & Diuus Hierony. his uerbis: Vnde hoc nudau. t ebrietate femora. De femore & feminibus dictū est alibi añ. ¶ Bracteolā: tenuē auri laminā Nā aurū & cætera metalla primo in crassiores cudēdo extēdunt laminas, mox ī bracteas attētuant, qbus simulachra, & alia iaurant, fures ī ueniebant, q unguib⁹ bracteas deraderēt. Martia. An magis astuti derasa est ungue ministri Bractea, de fulcro quā reor eē tuo? Trāq. scri. Caligulā Romæ ī publico epulo seruū, ob detractā lectis argenteā laminā carnifici ɔfestim tradidisse. Artifices inducēdi bracteolas, & inaurandi

Bracteani insigniter dñr bractearij, & bracteatores. ¶ An dubitet: tā tenues bracteas deradere, cū ausus sit torū ipsū Iouē fundere. q. d. uerebit tā friuola furta sectari & sacrilegia, q assueuerit grandiora cōmittere? ¶ Tonantē: unū est ex cognominibus Iouis. uñ Statius: Magnanimū eādē formida tanq̄ Tonāti. Seneca: Soror Tonātis. ¶ Artifices ueneni: ɔpara tuis icōmodis & eos, q ueneficia exercēt. ¶ Et deducēdū. i. parricidā: quē ꝑ supplicij genus describit. q. n. parētibus

Parricidę suppliciū manū ītulisset, is uiuus culeo isutus una cū gallo gallinaceo, simia cane, & uipa, ī mare, aut uicinū aliquē amnē (ut añ diximus) ꝓiiciebātur: quo gñe supplicij p̄mos dānatus fuit M. Tul. duūuir. ꝙ librū secreta ciuiliū sacroꝝ cōtinētē custodiæ suę cōmissū corruptus Petronio Sabino scribēdū dedisset. Nā culeo isutus ī mare ꝓiectus ē: īde genus supplicij multo post parricidis lege irrogatū ē: ut pari uī dicta parētū, ac Deoꝝ uiolatio expiaret. Nā P. Maleolus matre itēpta, p̄mus oium isutus culeo ī mare p̄cipitat⁹ est auctur Liui. lib. lxviii. ab urbe ɔdita. De eodē supplicio ita meminit & Cic. ad Herēn. Lex ē, q parētē necasse iudicatus erit, ut is obuolutus & obligatus, corio deuehat ī fluētē. Eiusdē supplicij meminit & ī orōne pro Roscio Amerino. ¶ Corio bouis. i. culeo. nā culeus saccus erat ex corio bubulo. ¶ Aduersis fatis: ifestis numinibus, qa ipsa id supplicii innoxia patit. ¶ Hæc quota ps scelerū. i. hæc ē minima ps scelerū eoꝝ, q̄ quotidie audit Gallicus p̄fect⁹ urbis. q. d. multo plura cōmittūt scelera, q̄ audit quotidie gallic⁹, q̄ q̄ tibi narraui. Fuit. n. Rutilius Gallicus urbis p̄fectus tꝑibus Domitiani: apud quē scdās dignitatis ꝑtes obtinuit: ad eūq; oia urbis iura ab alijs magistratib⁹ deferebant. uñ custos urbis est appellatus. Papin. ī Siluis: Dubitataq; sidera cernit Gallicus, es cęlo Dijs, es Germanice cordi. Quis neget? erubuit tāto spoliare ministro Imperiū fortuna tuū. paulopost: Quippe manet, longūq; æuo remanēte manebit: Quē penes ītrepidæ: mitis custodia Romæ. Custodē igit ītellige ipsū Gallicū, nō anserē. Quare. n. anserē magis noiasset, q̄ gallū, aut aliā auē, q̄ audiat. illa scelera: & postea qñ audiat cū scelera fiūt? an cū accusant? si qñ fiūt pñt: & nocturno fieri tꝑe: imo & frequēti⁹: si qñ accusant, nunqd adest anser ī iudicio ita: ut oino absurdū sit de ansere ītelligi. ¶ Custos Gallicus: quē p̄fectū urbis Trāql. in Tiberio appellat, Ioseph⁹ custodē noiat. ¶ Quota: minima. alibi: Quota portio fecis acheæ. Sene. ad Luciliū: Et nos īter quos frequēter ista nūciant, quota ps oium sumus. i. minima. Mar. Sūma tuę Meleagre fuit q̄ gl'ia famę, Est quota Carpophori portio fusus ap. ¶ Humani gñis: lōga, inqt, tibi nō erit opus īdagatiōe, si uoles hoiū mores noscere. una. n. dom⁹ tibi satis erit ad id cognoscēdū. Nā plerumq; una domus tot malis agitat, ut facile possis cognoscere malū tuū p̄ illis minimū eē. ¶ Mores: uocabulū mediū: ut & bonos & malos mores dicam⁹. ¶ Aude dicere te miseꝝ. q. d. nō audebis te miseꝝ dicere: cū lōge alij sint te calamitosiores. ¶ Quis tumidum? hac īterrogatiōe, & ꝑ uariaꝝ rerū similitudinē oñdit minime ei ēē mirādū, si id passus sit, qđ & alij patiunt. In alpibus, inqt, nemo mirat guttur tumidū: qa scit id uitiū eē ꝓpemodū oibus icolis. q. d. & tu debes nō ignorare ubiq; locoꝝ talia scælera cōmitti: ac ꝑ hoc minime mirandū si & tu deceptus es. Guttur aūt inflari docet Pli. lib. xi. uitio aquaꝝ, q̄ potant. De q̄ re ita scri. Victru. Eqcolis aūt ī Italia, & alpibus natione Medulloꝝ est genus aquæ: quā, q bibūt, efficiunt turgidis gutturibus. Est aūt guttur ꝓprie id

Gutturio si in alpibus ꝑ quod spiritū aialia trahūt: quo & reddūt respirādo & expirando: qđ & arteria uocat. Poeta uero hoc loco posuit ꝓ ꝑte colli anterioris. Lege Aristot. de natura aialiū. ¶ In Meroe: insula est: Ægypti distās a Syene. v. millibus stadioꝝ. illic fœminæ mamillas habēt īfantibus pares. auctor Pōpo. Mela. ¶ Lumina cærulea: Cor. Tacitus ī lib. de situ Germaniæ scribit Germanis: oculos esse truces, & cæruleos: & comas rutilas: qđ ēt quotidie uidemus. Horat. Nec fera cærulea domuit Germāie pube. ¶ Torquētē. s. Germanū, q calamistro sibi capillos cincinatos reddit, & annulatos. Martia. Crinibus ī nodū tortis uenere Sicābri. ¶ Cirro: capillo. Persi. Ten cirratoꝝ centū dictata fuisse. ¶ Nēpe ꝙ hæc illis: nemo, inqt, Germanoꝝ stupuit, qa a natura oēs idē hñt, ꝑ qđ colligit nō esse mirādū Caluino, si id sibi acciderit, qđ alijs quotide accidit. ¶ Pygmæus: Pygmæi (auctore Plin. li. vii.) in extrema ꝑte mōtiū Indiæ sunt. lōgitudine ternas spi

Pygmęi thamas nō excedūt, a gruibus ifestant: aduersus q̄s expeditionē sumētes caprarū, arietūq; dorsis insidēt armati sagittis, tꝑe ueris cū agmine ad mare descēdūt, oua, pullosq; eaꝝ cōsumūt, ternis mēsibus eā conficiūt expeditionē, aliter gregibus resistere nō possent. De his ñ pauca itē Gellius & Solin. scripserūt ¶ Nulla ne piuri? uerba sūt Caluini: Nō ne aliqñ piurus puniet. ¶ Areptū: uerba Iuu. sub audi iri: ut sit abreprū iri. ¶ Grauiore cathena: grauioribus uiculis,

Quantulacunq; adeo est occasio, sufficit iræ.
Chrysippus non dicet idem, nec mite Thaletis
Ingenium, dulciq; senex uicinus Hymetto,
Qui partem acceptæ sæua inter uincla cicutæ
Accusatori nollet dare plurima felix
Paulatim uitia, atq; errores exuit omnes
Prima docens rectum sapientia quippe minuti
Semper, & infirmi est animi exiguiq; uoluptas
Vltio. continuo sic collige, quod uindicta
Nemo magis gaudet, q̃ fœmina, cur tamen hos tu
Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos:& surdo uerbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum:
Pœna autem uehemens, ac multo sæuior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit, & Rhadamãthus,
Nocte, dieq; suum gestare in pectore testem.
Spartano cuidam respondit Pythia uates,
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depositum retinere, & fraudem iure tueri
Iurando, quærebat enim quæ numinis esset.
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo
Reddidit ergo metu non moribus, & tamen omnẽ
Vocem adyti dignam templo, ueramq; probauit
Extinctus tota pariter cum prole, domoq;,
Et quamuis longa deductis gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi sola uoluntas.
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,
Facti crimen habet, cedo si conata peregit?
Perpetua anxietas, nec mensa tempore cessat
Faucibus ut morbo siccis, interq; molares
Difficili crescente cibo. sed uina misellus
Expuit, albani ueteris pretiosa senectus
Displicet, ostendas melius, densissima ruga
Cogitur in frontem, uelut acri ducta falerno
Nocte breuem si forte indulsit cura soporem,
Et toto uersata toro iam membra quiescunt,
Continuo templum, & uiolati numinis aras,
Et quod præcipuis mentem sudoribus urget,
Te uidet in somnis, tua sacra, & maior imago
Humana turbat pauidũ, cogitq; fateri.
Hi sunt, qui trepidant, & ad omnia fulguta pallent,
Cum tonat, exanimes primo quoq; murmure cæli,
Non quasi fortuitu, nec uentorum rabie, sed
Iratus cadat in terras, & uindicet ignis.

Nr̃o arbitrio: ut uolum⁹. Quid pl⁹ uelit ira: s. nr̃a q̃ ut puniamur ita, ut uolumus. estq; hoc legẽdũ p parẽthesim. Manet illa tñ: verba oĩno sũt Iuu. cõsi rñdẽtis Caluino q̃rebundo iacturã suã tñ manere. Manet inq̃. Sed dabit solatia minim⁹ sanguis: sed hoc tibi erit solatio, q necabit̃. Inuisa q̃ tibi iuidiã, & odiũ ɔtrahẽt. At uĩdicta: uerba Caluini. Nẽpe hoc idocti: uerba Iuu. reprehẽdẽtis stultũ affectũ Caluini. i. uulgus ĩpitũs hoc dicit uĩdictã eẽ bonã, & ea gaudet pl̃imũ: qa nulla rõne mouet̃, sed solo, ut bestia, appetitu. At uir sapiẽs magnanimus, cũ inimicũ suũ ĩ potestate sua (ut docet Seneca) uiderit, uĩdictã putabit uĩdicare potuisse. Vindictã ut malũ Deus ꝓhibuit, cum ait: Mihi uindictã, & ego retribuã. Flagrãtia. æstuantia.

ASCen. HÆC dona. s. si ñ sũt ibi. i. tẽplo & donarijs Deoꝝ. est minor sacrilegus. i. sacroꝝ fur. q radat. i. abradat. & unguibus aut armis diuellat femur Herc. inaurati: & ipsã faciẽ ipsius Neptuni: q aureã barba hẽt. & q ducat. i. abstrahat. bracteolã. i. tenuẽ laminã auri aut argẽti. de Castore. i. fratre illo Pollucis. an dubitet de raderẽ bracteolã de Castorẽ. solit⁹ cõflare. i. refũdere: ne agnoscat̃ imago aut simulachꝛ eius. totũ tonatẽ. i. pfectã & absolutam statuã Iouis. Cõferẽt cũ dãno tuo artifices. i. uẽditores & ɔfectores ueneni. & mercatorẽ. i. eptorẽ. & ɔfer parricidã. s. deducẽdũ. i. dignũ ut deducat̃ ĩ marẽ corio. i. insutus culeo: hoc est sacco ex corio bouis. cũ quo claudit̃. i. simĩ ĩcludit̃. simia innoxia. i. q̃ nõ nocuit. aduersis fatis. i. p aduersa fata ei⁹: q̃ cogit̃ submergi pp peccatũ nõ suũ: sed pricidæ. Quota ps sceleꝝ est hęc. i. iã dicta: q. d. mima. q̃ scelera Gallicus. s. Rut. custos urbis: sic tpe Domitiãi dictus. audit. i. recognosc.t. usq;. i. ɔtinue. a Lucifero. i. dõec lux occidat. una dom⁹ ipsius Rutilij. s. Gallici. sufficit tibi uolenti nosse mores hũani gñis. ɔsume apud eũ paucos dies audiẽdo. s. scelera hoium. & aude postq̃ ueneris illinc. i. illius domo: diceret te miserꝝ. q. d. nõ posses. Nec deberes mirari si talis casus tã frequẽs in urbe obuenerit tibi: qd̃ ꝓbat p simĩle dicẽs: qs mirat̃ tumidũ gutturĩ Alpib⁹ ĩ pr̃ia. s. Sueuorũ & Valesioꝝ: q. d. nullus aut qs mirat̃ in Meroe ĩsula illa, aut urbe Nilĩ Æthiopia. mamillã maiorẽ ĩfante crassu. i. pĩgui, aut uncto. q. d. nullus: qa hoc tibi frequẽter uĩ. qs stupuit lumĩa. i. oculos. Germani. i. alemani. cærula. i. cęrulei coloris. & flauã cęsariẽ torquẽtẽ. i. explicãtẽ. cornua. i. tricas p modũ cornuũ ĩ reticulis collectas. & hoc cirro. i. capillo crispãte. madi do. i. assidue loto: aut (qd̃ minus placet ũcto: q. d. nemo nẽpe. i. certe. q. i. qa. hæc natura ẽ illis oĩb⁹ una. Pygmęus. i. hõ minor nano: existẽs bellator currit ĩ armis paruis. ad. i. ɔtra. uolucres Thracũ. i. grues, q̃ ĩ Strymõe palude Thracię pl̃imę ꝟsant̃. subitas. i. subito ĩgruẽtes. & ɔtra nubẽ canorã. i. uolucres ĩ morẽ nubis supuolantes, & canẽtes. Et ipse Pygmæus ĩpar hosti. i. debilior q̃ grus. mox. i. paulopost iceptũ p̃liũ. & rapt⁹ p aera curuis unguibus fert̃ a grue sæua, si tu uideas hoc ĩ nr̃is. i. Romanis gẽtibus: tu q̃tiere. i. cõcuticre risu. sed q̃q̃ eadẽ p̃lia spectent̃ assidue illic. i. apud Pygmeos. nemo illic ridet: qa tota cohors nõ ẽ altior uno pede. Istud quidẽ hyperbolice dictũ, sed ad ꝓbãdũ quod uult satis aptũ. Nulla ne &c. Rñdet Caluin⁹. ne p an. an nulla erit o Iuuẽalis. pœna. i. pũitio capitis. i. hoĩs (a pte totũ sumẽdo) piuri. & fraudis. i. fraudationis. nefãdæ. i. detestãdę. & ɔtra fidẽ factæ? Rñdet poeta. Crede hũc hoĩem. s. pĩtuꝝ. ꝓtin⁹. i. ilico. post piuriũ abreptũ. i. uiolẽter ab aĩ trãqllitate amotũ. captũ cathẽa. s. ɔsciẽtiæ. grauiorẽ. i. multũ graui. & necari. i. ɔtinuæ iterfici. nr̃o arbitrio. i. ad arbitriũ nostrũ. qd uelit ira. i. appetitus uĩdictæ sibi plus. q. d. nihil tamẽ. i. licet. ille sic puniat̃. iactera. i. damnũ & pditio rerũ tuaꝝ. mãet. nec depositũ. i. pecunia apud eũ deposita. erit unq̃ sospes. i. ĩtegra tibi restituta. sed sãguis uidelicet tu⁹ si ĩuides. minimus. i. sũme ĩminutus: & q̃si tabe ɔsumptus. dabit forsan tibi solatia inuidiosa. i. inuidis suauia. & hoc corpe piuri. s. trũco. i. si eẽt trũcatũ. qd̃ dicit poeta mordẽs eũ: q uĩdictã appetit. Rñdet Caluinus. Veꝝ qdẽ ẽ: ĩuidia sanguinẽ ĩuid. ɔsumit. At. i. sed. uĩdicta ẽ sup. bonũ iucũdius ipsa uita. s. ĩuidẽtis potius q̃ piuri: hoc ẽ pl⁹ delectat̃ appetẽs uindictæ ĩ uĩdicta, q̃ ĩ sua. Rñdet poeta. Nẽpe. i. certe hoc sup. dñt idocti: quorũ p̃cordia. i. uicina cordi. tu uideas. i. q̃libet uiderẽ possit. flagrãtia. i. ardẽtia. iterdũ leuibus aut nullis causis. Rñdet Caluinus.

ADEO: i tantũ. Quãtulacũq;: hoc dicit minimã quãq; occasionẽ sufficere iræ: hoc ẽ minima quaq; re hoiem idoctũ moueri ad irã & uĩdictã. Occasio: opportunitas tpis dr̃ casu ꝓueniẽs: Chrysippus nõ dicet idẽ: hoc ẽ uir sapiẽs nõ dicet uindictã bonã eẽ: nec ullo mõ laudab.t. Chrysippus stoicę disciplinę fuit p̃hus: de quo supra, & apud Persiũ illic: Inuentor Chrysippe tui finitor acerui. Solẽsis fuit, uel (ut alij dñt) Tarsẽsis Apollonij filius, subtilitate disputãdi adeo acer, ut illd̃ iactũ sit, Deos si dialectica uti uellẽt, nõ alia usuros q̃ Chrysippea. Mite igẽiũ Thaletis. exornatio ẽ rhetorica, q̃ dr̃ circuitio. i. ip̃e Thales mitis igenij & naturę. Hic Milesius fuit un⁹ ex septẽ sapiẽtib⁹: q (ut scribit Laert.) gr̃as triplici cã fortũę se agere dicebat: prio q nõ bellua: deĩde q uir ñ mulier: tertio q gręcus natus esset nõ barbarus. Senex. i. Socrates Atheniẽsis p̃hus clarissimus filius Sophronisci marmorarij, & Phanaretæ obstetricis. primus fuit, q (ut est auctor Cic. ĩ tusculanis) p̃hiã e cęlo deuocauit, coegitq; de uita & moribus, rebusq; bonis & malis q̃rerẽ: cũ añ illũ p̃hi oẽs rebus physicis pscrutãdis operã tm̃mõ ĩpẽderẽt. Sed hic cũ aliqñ Anytũ Atheniẽsẽ uiꝝ locupletẽ, & factiosũ rideret ob eius ĩeptias, Aristophanes comicus doctus qdẽ, sed hõ paꝝ probatus, accepta grãdi pecũia ab Anyto ɔtra Socratẽ comœdiã scripsit: cuius ĩscriptio est Nephele. i. nebulæ. q̃. qdẽ ĩter cæteras criminationes illud cõfixit ab eo nebulas cœli, & Atheniẽsiũ religionib⁹ obtrectari, & p̃ter hęc iuuenũ mẽtes sic ĩbuere: ut parẽtibus manus

IO AN. BRIT.

Chrysippus

Thales

Socrates

inferre

īferre pie,& officiose posset:q res accusatibus Anyto,Lycõe,& Melito(ut Plato ī Apolo.ꝓ Socr. scribit(cũ uniuersũ populũ ĩ Socratẽ cõcitasset,furore quodã & ira morte dãnatus est, q paterã cicutæ publicitus datã ĩtrepide hausit,tantũq; abfuit ut ultionẽ qreret, ut cõtẽderet semꝑ illũ miseriorẽ esse,q faciat,q̃ afficit iniuria. Laer ti. auctor. Himeto dulci:pñiã designat. mõs est terræ Atticæ ubi optimũ ꝓuenit mel.uñ dulcẽ appellauit.sic & Val.Flac.lib.pri. Et ī dulcẽ reges dimittit Hymetõ. Cicutæ:ait Plin.cicutã esse uenenũ publica Atheniẽsiũ pœna īuisã.ẽ.n.herba semẽ hñs noxiũ,ei & foliis refrigeratoria ui s ẽ, uino epota hoiem pimit sine ullo remedio. Inter uicla:ī carcere.nã illic(ut diximus)data ẽ ei cicuta. Accusatori:ꝓ accusatoribus suis. nã tres(ut diximus)fuerunt, Anytus, Lycõ,& Melytus. Pŕima felix:sensus est.Nõ est,ingt, mirũ si tales phi cõsẽtiũt uindictã nõ eẽ q̃rẽdã,qa phia ea ẽ, q̃ rectã uiuẽdi uiã docet.nã(ut scribit Cic.ī Tuscu.)uitiorũ oĩum est expultrix,uirtutũ ĩdagatrix. Sapiẽtia.i.phia moralis,q̃ cũ antea(ut dixim⁹ supius) sapiẽtia noiaret,a Pythagora(ut scri.Cic.ī Tusculanis)phia est appellata.cũ se apud Leõtẽ Phliasiorũ pricipẽ nõ sapiẽtẽ,sed phum nominasset,i.sapiẽtiæ studiosũ,neq;.n. qcq̃ aliud est phia,si (ut inquit Cice.)iterp̃tari uelis,q̃ studiũ sapiẽtiæ. Sapiẽtia aũt(ut a ueteribus phis diffinit) est rerũ diuinarũ & humanarũ,causarũq;,qbus hæ res ptinent,sciẽtia. Exuit:deponit. i.docet ut deponant uitia T errores aĩ.nã docet uitia eẽ exterminãda:rectũ aũt:hoc ẽ uirtutẽ sequẽdã.nã rectũ dr̃(auctore Cicerone)qđ cũ uirtute fit. Sen.lib.xv.epi. a Lucil.sic scribit: Antiq̃,ingt sapiẽtia nihil aliud q̃ faciẽda,& uitãda ꝓcepit. Aĩ minuti:aĩ pusilli. Magni.n.est aĩ iniurias obliuisci. uñ & Sene. Honestũ & magnũ genus uindictæ est ignoscere.ordo aũt est: Vltio est uoluptas aĩ minuti. Sic collige sic cõclude. Persi. Mẽdose colligis.i.cõcludis. Magis q̃ fœmina:nã sexus fœmineus quãtominus habet roboris & firmitatis,tãto facilius ab affectibus supatur. Hos:pituros. Euasisse.s.culpæ suppliciũ.nõ est, ingt, ꝙ putes eos nõ torqri.nã semꝑ auctor sceleris flagello cõsciẽtiæ castigaẗ. uñ supra:Prima est hæc ultio ꝙ se iudice nemo nocẽs absolui tur. Sen.ad Luciliũ: Tuta scelera eẽ nõ põt,qa primo illa & maxima peccatiũ est pœna peccasse. Surdo uerbere. occulto, nec ab aliis ĩtellectõ:cũ iterius a cõsciẽtia flagellaẗ. Aio tortore.i.aĩo pſtãte officiũ tortoris.nã eũ punit cõsciẽtia. Pœna aũt uehemẽs: grauis oñdit poeta lõge grauiores eẽ aĩ,q̃ corpis cruciatus.iuxta illud Ouidii: Mẽs est q̃ sentiat ictus. Ordo est aũt & sensus: Gestare suũ testẽ die & nocte in pectore. i. cõsciẽtiã q̃ testis est sceleris ppetrati: est pœna uehemẽs & multo sæuior ille.s.pœnis, q̃s Cæditius grauis inuenit. Cæditius.n.nomẽ est iudicis tpibus poetæ. de quo scribit ẽt Saty.ultima Cæditio & Fusco. Cæditii meminit & Tacitus: Dum Vitellius, inquit, resignare imperium uoluisset: postremo, inquit, fletu præpediente assistenti consilii Cæditius simplex erat, exolutum a latere pugionẽm,uelut ius necis,uitæq; ciuium reddebat. Rhadamanthus:filius fuit Iouis ex Asia ꝯstitutus iudex a pr̃e apud iferos. de quo plura diximus in pri.Saty.illic: Quas torqueat umbras Aeacus. Spartano cuidã:oñdit poeta fieri nõ posse,ut is, q pecuniã abnegauerit,careat supplicio:cũ Glauc.Lacedæmonius tota cũ prole interierit nõ solũ,qa depositũ nõ reddiderit:sed ꝙ cogitauerit aliqñ de eo nõ reddẽdo.hãc historiã luculẽtissime scripsit Herodotus in.vi.Fuit.n.Glaucus uir Lacedæmonius uitæ sanctitate satis celebratus.ad quẽ uir qdã Milesius fluctuãte Ionia assiduis bellis,diuẽdita dimidia pte bonorũ uenit: apud eũ pecuniã deposuit:existimãs fore:ut salua esset:& sibi redderet, cũ allatis symbolis reposceret. Glaucus accepta pecunia cõsuluit oraculũ Apollinis an Orco.i.iureiurãdo pecuniã ꝑdaret:quã apud se depositã a quo dã Milesio filii eius reposcebat. Rñdit Pythia his uersibus: Glaucæ expedit ad breue tẽpus Orco.i. iureiurãdo ulcisse, interuertisseq; nummos:at Orci natus q caret noie,q manibus, q nullis est pedibus rapide aduenit,rapide ut pdat oẽm prolẽ & domũ. His auditis Glaucus ueniã sibi eorũ q̃ dixisset Deũ obsecrabat. Cui Pythia ingt: Idẽ pollere tentare Deũ & facere.tũc Glaucus accitis Milesiis pecuniã reddidit. Cui nulla soboles,nec domus supfuit, q̃ illius cẽseret,sed & Sparta radicitus extincta est. Ita bonũ est nihil aliud de deposito cogitare,q̃ ut repetẽtibus reddaẗ. Pythia uates.i. Apollinis uates.nã ꝑ puellã instinctu numinis furiosam Apollo dabat responsa.uñ diuus Hiero.cõtra Iouinianũ: Furiosas Apollinis uates legimus. Victruu.lib.iii. Delphicus Apollo Socratẽ oĩum sapiẽtissimũ Pythiæ respõsis est professus. Stat.lib.iii.Thebaidos: Dũ pallida uirgo tremẽdas Nunciet ambages. Nã ꝯstat(ut docet Strabo) diuinũ illud domiciliũ,uñ oracula dabãtur,ꝓfundã & curuã fuisse speluncã nõ admodũ lato ore patentẽ,uñ spiritus sacro efflante numine referreẗ. Excelsum aũt hostio imminere tripodẽ,quem cũ Pythia uates inscenderit,hausto diuinationis spiritu Dei rñsa referre & metro, & soluta oratione, Phemonoen Apollinis filiã primã diuinantẽ Pythiã ferũt. Pythia dicta est,qa(ut græci fabulanẗ) Apollo Pythius est noiatus a serpẽte Pythone,quẽ ipse ī pma ĩfantia sagittis cõfecit:cũ bellua cunas in qbus ipse cũ Diana sorore iacebat, inuasisset.ipse aũt Python dictus est ἀπὸ τῆς πύθεσθαι.i.a putrefactione terræ.nã natus est post Deucalionis diluuiũ:ut scribit Ouidius: de hoc ẽt Macrobius. Depositũ:est quod custodiendũ alicui datũ est. dictũ ex eo ꝙ ponit. ꝑpositio.n.de auget depositũ:ut ostẽdat totũ fidei eius cõmissum:qđ ad custodiã rei ptinet. Hæc Vulpianus. Nõ moribus:nõ bonitate naturæ. Adyti:adytũ græci locũ templi secretiorẽ,& penitiorẽ appellarũt:quasi ĩaccessibile.ab a particula priuatiua:& δύω quod est igredior. Et quis:ordo est: Extinctus est cũ ꝓpinquis deductis ex gẽte q̃uis lõga. Sola uoluntas peccãdi:ut ostẽdat nõ modo Deo displicere nefaria hoĩum opera:sed etiã turpes cogitatus. Facti crimen habet:q aliqd,ingt,turpe meditatur,nihilo secius peccat,q̃ qui turpiter aliqd ppetrat.in ea.n.deliberatione facinus inest,etiã si ad id ipsum nõ ꝑueniat. Cedo si conata ꝑegit:subaudi q̃tũ supplicii credis esse delinquẽti:ubi turpi ope se cõmaculauit.q.d.illũ esse in assiduo aĩ cruciatu:uñ seqtur perpetua anxietas. Molares:sunt appellati dẽtes,ꝙ cibos molãt & cõficiãt sũt aũt a caninis introrsum recedẽtes. Albani ueteris:albanũ uinũ inter optima uina est celebratum. Ostẽdas melius.i.si ẽt melius albano uino ostẽdere uolueris. Cogitur ī frontẽ.i. frons crispatur. ac si biberit falernũ austerũ. Nocte breuẽ:sensus est. Si forte,ingt, quieti nocturno se tradidit:cõtinuo ꝑ somniũ se uidere existimat.& templũ ubi peierauit,& te ipsum quẽ decepit. Et quod ꝑcipuis:ordo est & sensus: Et uidet te in somnis,quod.i.q̃ res urget mentẽ.i.cruciat ꝑcipuus sudoribus ꝓueniẽtibus ex cõsciẽtia sceleris. Tua sacra:ordo ẽ: Tua imago sacra & maior humana turbat pauidũ. Nã existimat se uidere imaginẽ amici circũuenti sacra q̃dã & uenerabili specie & maiore humana effigie:q̃lia sæpe solẽt uideri. uñ Trangl.in Claudio sic scribit de Druso eius patre: Hostẽ etiã frequẽter cæsum,ac penitus in intimas solitudines actũ,non prius destitit insequi,q̃ species barbaræ mulieris humana amplior uictorẽ tẽdere ultra sermone latino prohibuisset. Fateri:se peccasse. Exanimes.s.sunt. Nõ q̃si fortuitu:ordo est & sensus: Exanimes sunt, q̃si ignis cadat nõ fortuitu,nec rabie uẽtorũ: sed cadat iratus uindicet, Dicẽdo aũt fortuitu,seqtur Epicureos, q diuinã ꝓuidẽtiã tollentes:omnia casu moueri putabant. Rabie uẽtorum: rem physicam persequitur.nam fulmen(ut auctores sunt Plinius & Seneca) ignis est coactus,impulsu uentorum iactus. Ignis: idest fulmen,quæ (ut dixi) uis quædam est ignea.

QVANTVLACVNq;.i.quãtumcunq; pua est occasio iracũdiæ:ipsa sufficit iræ. Rñdet poeta. Chrysippus phus ille non dicet idẽ,nec mite.i.humanũ & clemẽs ingeniũ Thaletis Milesii.s. unius ex.vii.sapiẽtibus græciæ,nec senex.s. Socrates. uicinus Hymeto mõti Atticæ regionis.dulci.i.ꝓductiuo suauissimi mellis: q nollet dare accusatori suo.s.patrẽ cicutæ.i.herbæ uenenosi succi:acceptæ iter sæua uincla.i. uincula.s.carceris. Sapiẽtia ita docẽs prima rectã.i.qd iustũ & decẽs.exuit paulatim uitia.s.malæ uolũtatis. atq; oẽs errores.i.ignorãtias ĩtellectus. Quippe.i.qa certe. ultio est semper uoluptas aĩ minuti.i.infirmi.& exigui.i.pusilli. Collige.i.cõclude cõtinuo sic:ꝙ nemo magis gaudet uindicta q̃ fœmina. Si ergo oẽs fœminæ hñt pusillũ aĩum:& oẽs appetũt uindictã: sequiẗ ꝓbabiliter ꝙ appetere uindictã est signũ pusilli aĩ. Tamẽ cur o Caluine tu,q uir es:petes hos euasisse sup.punitionẽ quos mẽs.i. cõsciẽtia.cõscia diri.i.imanis facti habet semꝑ attonitos.& cædit.i.pcutit.uerbere surdo.i.nõ audiẽte preces:& ita inexorabili.uel surdo.i. tacito:qa surdifere muti sunt.& hoc aĩo tortore.i.ꝑsecutore:q̃tiente occultũ flagellũ. Aũt.i. sed.portare nocte & die ĩ pectore suũ testẽ.i.accusatorẽ.est pœna uehemẽs.& multo sæuior.i. immanior il lis sup.pœnis,q̃s Cæditius iudex ille grauis.i. molestus hominib⁹ reis,inuenit.i.excogitat.& q̃s Rhadamãthus iudex inferorũ iuenit Vates Pythia,siue sacerdos iterꝑs oraculorũ Phœbi,seu Apollinis rñdit cuidã spartano.i.lacedæmonio,Glauco noie haud fore.i.futurũ nõ esse quodã ĩpunitã.i.reĩpunitã.ꝙ dubitaret.i.dubitãter cõstitueret retinere depositũ uiri cuiusdã Milesii.& tueri.i. protegere fraudẽ iureiurãdo.enim ꝓ qa.qrebat.i.disqrebat.q̃ mẽs esset numinis.i.diuinitatis Apollinis.& an Apollo: suaderet illi hoc facinus. Ille ergo reddidit.s.depositũ metu.i. ꝑꝑ metũ uindictæ Apollinis

Left margin notes (cut off): lyme / is / icuta / ectum / editius / laucus

Right margin notes: Pythia unde / Depositum / Adytum / Mollares / ASCen.

Illa nihil nocuit,cura grauiore timetur
Proxima tempestas,uelut hoc dilata sereno
Prætera lateris uigili cum febre dolorem
Si cœpere pati,missum ad sua corpora morbum
Infesto credunt a numine,saxa Deorum
Hæc,& tela putant,pecudem spondere sacello
Balantem,& laribus cristam promittere galli
Non audent. quid enim sperare nocentibus ægris
Concessum?uel quæ non dignior hostia uita?
Mobilis,& uaria est ferme natura malorum,
Cum scelus admittunt,superest cōstantia, quid fas,
Atq; nefas,tandem incipiunt sentire peractis
Criminibus,tamen ad mores natura recurrit
Damnatos,fixa,& mutari nescia, nam quis
Peccandi finem posuit sibi?quando recepit
Electum semel attrita de fronte ruborem?
Quisnam hoīum est,quem tu contentū uideris uno
Flagitio?dabit in laqueum uestigia noster
Perfidus,& nigri patietur carceris uncum
Aut maris Ægæi rupem,scopulosq; frequentes,
Exulibus magnis,pœna gaudebis amara
Nominis inuisi,tandemq; fatebere lætus
Nec surdum,nec Tiresiam quemquā esse Deorum,

minātis.nō morib⁹.i.nō pp mores bonos:& uirtutē:quos, & quā nō habuit.& tñ ꝓbauit.i.ondit uex esse oēm uocē adyti.i. qcqd illi ex adyto.i.secretissimo loco:quē soli sacerdoti adire licebat. rñsum erat. & esse uerā & dignā tēplo.i.q̄ e tēplo emitteretur. extinctus.i. postq̄ extīctus ē cū tota ꝓle, & domo,& ꝓp'nqs.deductis.i.ꝓpagatis.gēte.i.gñatione,aut ꝓgenie.q̄uis.i.q̄tūuis, seu q̄tūcunq; lōga. sola uoluntas peccādi patit̄ has .i.hmōi. pœnas.nā q cogitat intra se ul.ū crimē tacitū:hēt scelus facti.i.ac si faceret.qđ & lex diuina i duobus u'tim s pceptis approbat.Cedo.i.dic sup. qōo punitus esset.si pegit conata.i. conatus suos: Anxietas perpetua sceleratorū.nec.i.etiam nō.non cessat ēt tpe mēsæ.i.dū sunt i mēsa.ut.i.quēadmodū. non cessat morbo crescēte faucibus siccis .i.tabe desiccatis.& cibo difficili ad diglutiendū .s. crescēte inter molares.s.dentes.sed ipse æger misellus expuit uina.& ptiosa senectus ueteris sup. uini albani displicet illi sup.dicēti.Ostendas melius supple uinū. ruga densissima cogit̄.i. cōpellit̄ uenirī i frōtē.uelut.i.ac si esset sup.ducta.i. iducta.falerno acri.i.acetoso:licet biberit suauissimum. Nocte breuē. Ondit q̄ sint grauissima cōsciētia tormēta.Et est ordo:Si cura.i.solicitudo cor urens.idulsit.i.indulgēter cōcessit forte:qa certū nō est.breuē soporē.i.dormitionē ex uehemēti sopitione cerebri p uapores. nocte.i. tpe nocturno. qñ uis sōmi maxima est.& si mēbra uersata.i.sæpe reuoluta.iā.i. priusq̄ dormire possit. toto toro.i.p totū lectū.qescūt.i.qetē capiūt.ipse piurus uidet continuo tēplū & aras numinis.i.Dei.uolati.i.temerati:p ꝓsū piurū. & quod.i.q̄ res urget mentē eius.pcipuis sudoribus.i. anxietatibus sudorē excitātibus ipse uidet te i somnis. tua imago sacra.i. ut res sacra.i.execrāda ipsi terribilis & maior sup. imagine humana.i. q̄ q̄ hoi posset cōtingere.turbat ipsum piurū pauidū. & cogit ipsum fateri quod negauerat.s.hi.i. hmōi uiolatores numinū sunt q trepidāt, & pallēt ad oīa fulgura.existētes exanimes.i.sine aīa: hoc est semimortui.cū.i.qñ tonat.quoq;.i.ēt.primo murmure.i.concitatione tonitrui.cæli.i.aeris:quasi ignis.s.fulguris,aut fulminis. iratus.i.missus ab irato.nō cadat ī terras fortuitu.i. a casu. nec rabie .i.cōcitatione uentorū & uindicet.i.q ut uindicet,missus sit.

IO AN. BRIT. ¶ ILLA nihil nocuit:si prima,inqt,illa tēpestas nihil nocuit ꝓxima maiore angore timet̄ ueluti a Dijs dilata in eius grauius exitiū. ¶ Dolorē lateris:morbū uī ītelligere, quē græci pleuritida uocant Pleuritis .i.dolorē laterū:a quo pleuriticus .πλευρα.n.latus significat. ¶ Nō audēt ꝓmittere:q̄si q sciāt Deos sibi iratos ob scelera sua,q nō facile placent īpiox sacrificij. ¶ Cristā galli:scribit Pli.li.x. de gallis sic. Ex iis ēt fibræ sūt,q̄ nō aliter q̄ optimæ uictimę Dijs sūt gratū. ¶ Laribus:Lares Dij erāt, quos unusquisq; puatim domi suæ colebat, Larea de ijs multa i supiore Satyra: & illic apud Persiū:Laribus donata pepēdit. ¶ Nō est dignior uita.s.q̄ ipsi nocētes.Mobilis & uaria est: hoc quā potissimū est ad cōsolationē Caluini.Ait.n.malorū uariā, mobilē esse naturā:ut ad peccadū ꝯstātes sint. moxq; peracto scelere sua cognoscat male facta:sed tñ natura īpellēte ad pristina uitia redire:ut p hoc colligat īprobū hoiem toties peccatorū:ut aliqñ deprehēdat̄,soluatq; pœnas. ¶ Malox:nocētiū & sceleratox. ¶ Supest ꝯstantia.i.magna adest ꝯstātia ī scelere cōmittēdo. ¶ Peractis criminibus:cōmisso scelere icipiūt cognoscere errorē suū. ¶ Natura recurrit.i.ipsi scelerati: q̄si naturæ īperio redeūt ad mores dānatos .i. ad uitia & scelera. ¶ Fixa:pseuerās. ¶ Nescia mutari: Terent. Vbi aīus mala se cupiditate semel deuinxit,necesse est eadē cōsilia ꝯseq con similia ¶ Nā qs Peccādi.i.qs unq̄ cœpit peccare:ut postea sua spōte Perfrica re frontē desisteret? ¶ Attrita frōte.i.pfricata.nā pfricare frōtē est pudorē deponere. Quintili.Perfrica frōtē:& dic te erubescere nō posse.Mart. Et si pfricuit frōtē,posuitq; pudorē. Dicimus & eodē signato pfricare os.Ci.in.iii. Tusculana.Eā uoluptatē,quā tu idē, cū os pfricuisti,soles dicere.Hoc aūt dicit poeta ut spē iniciat Caluino piurum illū daturū pœnas,qa cōmittet alia scelera,i qbus dephēdet. ¶ Dabit i laqueū.i.scelera cōmittet,& sic capiet laqueo.sumpta est metaphora a feris,q̄ cassibus capiūt. ¶ Vncū:trahet̄.n.unco i scalas Gemonias.uñ alibi: Seianus ducit̄ unco. ¶ Aut rupē maris:aut i insulas relegabit̄.uñ supra: Aude aliqd breuibus Gyaris, & carcere dignū. ¶ Aegæi: Agæū mare dictū ē(ut quidā uolūt)ab Aegæo Neptuni filio,qui se in mare pręcipitauit:ut scribit Ouidius.Plinius uero tradit a scopulo p̄ se serēte speciē capræ,q̄ ita a græcis appellat̄ repēte i medio mari exiliens,αἶγα.n.caprā nomināt. Aegæū mare u ¶ Magnis exulibus: magnis ciuibus exulantibus. notat tempora sua,quibus multi ob multa scelera relegabātur. ¶ Nominis inuisi:amici tui piuri. ¶ Surdū:ut nō audiat piuria. ¶ Tiresiam.i.cæcū qualis fuit Tiresias Thebanus: cui oculos eruisse Iunonem tradūt fabulæ: qa orta contentione inter Iouē & Iunonē,quænā esset maior uoluptas uiri an mulieris in coitu, electus iudex affirmauerit mulieris esse maiorē ob quā calamitatē Iupiter ei cōcessit:ut futura uaticinaretur. Prouerbiali autem figura dixit Tiresiam pro cæco: quemadmodum Horatius pro paupere Hirrum. Interit multum diues ne loquetur,an Hirrus.

ASCen. ¶ S I sup. illa tēpestas nihil nocuit.proxima tēpestas timetur grauiora cura.uelut.i.ac si delata sup.sit.hoc.i.p̄senti.sereno.i.serenitate:hoc est q̄si ideo ad tēpus pepcerit Iupiter:ut alijs fiat serenitas. Prætereā si hmōi scelerati cœpere pati dolorē lateris cū uigili.i.acri febre.ipsi credūt morbū missū ad sua corpora. a numine infesto.i. inferēte malū pp offensam.& putāt hoc.i. hmōi dolorē & morbū esse saxa & tela Deox.Ipsi nō audēt spondere.i. uouere. sacello.i. paruo loco sacrato.pecudē balantē.i.ouē. & nō audēt promittere laribus.i.Dijs penatibus:cristā galli. Quid.n.concessum est ægris nocētibus.i. sceleratis sperare.q.d. nihil: quia Dij peccatores non exaudiūt.uel q̄ hostia:idest uictima.nō est dignior uita.i. ut uiuat, q̄ ipsi scelerati.uel dignior uita sua q̄ scelerati.q.d.nulla est tā uilis, qn dignior sit uita:q̄ scelestus hō:qa ut hō iustus cæteris animantibus p̄stat:ita cætera aīantia hoi malo.natura malorū est ferme.i.fere semp nobilis, & uaria.i.inconstās & sui dissimilis.cum.i.qñ. ipsi admittūt scelus.cōstantia supest.i. abūdat eis:& plus q̄ satis est.tñ ipsi incipiūt sentire pactis criminibus qd fas,atq; qd nefas sup.est. & tñ natura recurrit sicut uirgultū ut inflexū ad mores dānatos.natura dico fixa.i.cōstās,& firma,& nescia mutari. Nā qs posuit sibi finē peccādi?q.d.nemo & uerū dicit:qa opus est resipiscēti gratia diuina.qñ recepit aliqs sup.ruborē.i.pudorē semel eiectū de fronte attrita.i.pfricta?q.d.nunquā. Quisnā hoīum est,quē tu uideris cōtentū uno flagitio?q.d.nullus.Et ideo noster.i. de quo nos loquimur,pfidus:dabit pp alia scelera uestigia.i.pedes,quibus uestigia fiunt.in laqueū.i.pedicas. & patit̄ uncū nigri carceris.i. quo traheret̄ ad nigrū carcerē:aut patiet̄ rupē.q; p &.scopulos maris Aegæi frequētes.i.frequētatos.magnis exulibus.i.a magnis ciuibus exulātibus. & gaudebis amara pœna nominis inuisi.i. quā dabit hō inuisus.& tu tandē lætus fatebere quemq̄ Deox nec esse surdū. nec Tiresiam.i. cæcū ut erat Tiresias uates Thebanus a Iunone excæcatus:eo q cōtra eam iudicauit dicens:libidinem: maiorem esse in muliere,q̄ in uero: quod cum utriusq; sexus expertus esset scire poterat.Iupiter autem donauit ipsum uaticinio.

F I N I S.

IVNII IVVENALIS AQVINATIS SATYRA QVARTADECIMA.



IN QVARTADECIMA SATYRA IVNII IVVENALIS ARGVMENTVM.

Plurima ſunt Fuſcine. Oſtedit in hac Satyra nec ſine ſumma indignatione parentes eſſe in cauſa, ut filii exiſtant ſcelerati, & ad plurima uitia proni: quia eorum exemplis & pręceptis tenerę mentes ad uitia facile formentur, Sed auarū maxime inſectatur, qui ad auaritiam exercendam, & pręceptis, & exēplis filium inſtituit. Itaq; monet poeta oportere parētes eſſe optimis moribus, & ſumma cum ſynceritate uitę ad alendos filios, ut boni habeantur. unde Plutarchus recte ſcripſit illud de liberis educandis. Ante omnia opus eſt, ut patres non ſolum nihil peccando, uerū etiam honeſte ſingula peragendo manifeſtum ſeſe filiis exemplar exhibeant: ut eorum uitam, quaſi quoddam ſpeculum intuentes, ab operum ſimul, & ſermonum turpitudine ſe penitus auertant. Eſt enim maximum (ut inquit Plato) in omni re principium pręſertim in iuuene, atq; tenero. Tūc. n. pręcipue animus formatur, & quicquid dixeris facilius ingreſſum inſidet.


LVRIMA ſunt Fuſcine, & fama digna ſiniſtra,
Et nitidis maculam, ac rugam figētia rebus.
Quæ monſtrāt ipſi pueris, tradūtq; parētes.
Si damnoſa ſenē iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus, paruoq; eadē mouet arma fritillo.
Nec de ſe melius cuiq̄ ſperare propinquo
Concedit iuuenis, qui radere tubera terræ,
Boletum condire, & eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit nebulone parente,
Et cana monſtrante gula, cum ſeptimus annus
Tranſierit puero nondum omni dente renato,

Satyra quartadecima. Plurima ſunt Fuſcine.

AN. RIT.


IGNA fama ſiniſtra. i. turpi īfamia. i. digna quę cōuicijs reprehendātur. ⁋ Maculam & rugā: quæ afferant turpitudinē uitæ nitidę. tranſlatio a ueſtibus, q̄ ſordidātur. ⁋ Quæ monſtrant ipſis pueris: hinc ē illa Quītiliani indignatio in primo libro: Vtinā liberorū noſtrorū mores nō ipſi perderemus. Infantiam ſtatim delitijs ſoluit mollis illa educatio, quam indulgētiam uocamus. neruos oīa mentis & corporis frangit. Quid nō adultus cōcupiſcet, q̄ i purpuris repit? Iam coccum intelligit, iā cōchiliū poſcit gaudemus ſiqd licētius dixerit, uerba nec alexādrinis qdē ꝑmittenda delicijs, riſu & oſculo excipim⁹. Nec mirum nos docuimus, ex nobis audierūt. Noſtras amicas, noſtros cōcubinos uidēt. Omne cōuiuium obſcænis canticis ſtrepit, pudenda dictu ſpectanṫ, fit ex his cōſuetudo, deinde natura. diſcunt hæc miſeri, anteq̄ ſciant uitia eſſe. Inde ſoluti, ac fluentes nō accipiūt ex ſcholis mala iſta, ſed ī ſcholas afferunt. ⁋ Mōſtrant. ſ. exēplis, ut male uiuāt. ⁋ Tradūt. ſ. p̄ceptis, eos inſtruēdo. ⁋ Si dānoſa ſenē: oñdit poeta exēplo paterno facile tenerū filiū ad oīa excitari. Nam ſi pater, inqt, aleæ delectaṫ, eodem ſtatim filius capiṫ ſtudio. ⁋ Alea damnoſa: bene aūt dānoſa. nā grādi cū aceruo pecuniæ ad ludū deſcēdebaṫ. uñ in pri. Saty. Neq; .n. loculis comitantibus itur Ad caſum tabulæ, poſita ſed luditṫ arca. De alea diximus in prima Sat. illic: Alea quando Hos animos? ⁋ Pullatus: adhuc in prætexta. Nam pueri uſq; ad quartumdecimū ætatis ſuæ annū p̄textā, & bullam geſtabant. Erat. n. bulla aurea inſigne puerorū p̄textatorū, q̄ dependebat a pectore: ut ſignificaretur eam ætatē alterius regendā conſilio. dicta a bulli, quod eſt cōſilium. aut quia eā partē corporis bulla cōtingat. i. pectus, in quo naturale manet cōſiliū. aut ita ſcribit Pædianus: q̄ſi bulliētis ſinus cōmuniēs pectus puerile. de bulla & p̄texta multa Macro. lib. pri. Satur. Titus Liu. li. pr. primæ decadis. Et nos apđ Perſiū illic: Bullaq; ſuccinctis laribus donata pepēdit. ⁋ Eadem arma: eadem ludi īſtrumēta. ⁋ Fritillo: exponūt nōnulli fritillū eſſe alueolū: hoc eſt: tabulā luſoriā: in qua diſcurrūt teſſerę. Porphyrio uero enarrans illud apud Horatiū in. ii. ſermonū: Mitteret in pyrgū talos, nō alueolū iterpretatur ſed pyrgū. i. uaſculū, quo cōiecti tali, agitatiq; mittūtur in alueolū: cuius effigies inſtar turriculę eſt. uñ & nomē accipit. pyrgos. n. turrim ſignificat. De quo ſic etiam Sidonius Apollinaris: Altera ex parte frater meus Domitius homo gratiæ ſummæ, ſummi leporis teſſeras ceperat, quatiebatq;: quo uelut claſſico ad pyrgum uocabat aleatores. Idē alibi: Hic promens teretes pilas, trochoſq;, hic talos crepitātibus fritillis. Eſt igiṫ fritillus idē quod pyrgus. De quo aliqui falſo putant Perſiū intellexiſſe illic Anguſtæ collo nō fallier orcæ. Nā ut i cōmētarijs noſtris expoſuimus) ludū intellexit nucū: quo maxime pueri delectātur. Nā in terram uaſculū defigebāt, in quod mediocri diſtātes interuallo nuces iacebāt. uñ Ouid. in carmine de Nuce: Vas quoq; ſæpe cauum ſpatio diſtante locatur: In quo miſſa leui nux cadit una manu. Sicq; poeta docet Perſiū ut puerū, nō ſolū talis, ſed & nucibus delectatū. Id ēt Martialis uiṫ ſentire lib. xiiii. Nec timet ędilē moto ſpectare fritillo. ⁋ Paruo: ætati cōgruo. Nec de ſe: nullā, inqt de ſe ſpem relinquit propinquis, ꝙ ſit futurus melioribus moribus, q̄ fuit pater. ⁋ Melius de ſe. ſ. q̄ de patre ſuo. ⁋ Radere: detrahere corticē ex tuberibus: cultello. n. raduṅt cū ī cœna apponūtur. ⁋ Tubera terre: tubera in gñe fungorum numerantur. Martialis. Rumpimus altricem ſummo de uertice terrā. Tubera boletis poma ſecunda ſumus. Ea undiq; terra circundata naſcuntur, nuſq; fibris niſa, aut ſaltem capillamentis, neq; terra cohærent, cortice etiam includuntur, ut plane nec terram eſſe poſſimus dicere, neque aliud q̄ terræ callum. Plin. De ijs etiam diximus in quinta Satyra illic: Poſt hunc radunṫur tubera terræ. ⁋ Boletum: lautæ gulæ fuiſſe oſtendit alibi Iuuenalis: Boletus domino, ſed qualem Claudius edit. in genere fungorum eſt. Eius cibi auidiſſimum fuiſſe Claudium docet Tranquillus ſic: Alij tradūt domeſtico conuiuio per ipſam Agrippinam, quæ boletum medicatum auidiſſimo ciborum talium obtulerat. ⁋ Ficedulas: auis eſt, quæ nomen accepit a fico. Martialis. Cum me ficus alat, cum paſcar dulcibus uuis: Cur potius nomen non dedit uua mihi? Optimi eſt ſaporis. Martialis. Patulo ficedula lumbo: Cum tibi forte datur, ſi ſapis adde piper. Hæc autem per autumnum (auctore Plini.) mutat colorem, & formam, uocaturq; Melanchoriphus. Lautæ gulæ inter alias aues oſtendit Gellius libro decimoquarto. Scribit enim fuiſſe, qui negarent ullam auem præter ficedulam totam comeſſe oportere: ſuperiorem patrem auium, atq; altilium, qui edunt eos palatum non habere. Dicitur autem Sycalis. ⁋ Eodem iure: eodem genere condimenti, quo pater mergebat. ⁋ Natantes: ideſt iure conditas. Nam obſonia triplici apud ueteres modo condiebantur, ut eſſent aut aſſa, aut frixa, aut elixa: ideſt iurulenta. unde & Celſus ait: Tum res eadem magis alit iurulenta, q̄ aſſa magis aſſa q̄ frixa.

la

Tuber

Ficedulas

Iurulentum Iussulentum

Ergo iure natantes, non assas, non frixas, sed iurulentas: idest iure conditas: ut in patina cum iure apponerentur. Apuleius iussulentum appellat, quod dicimus iurulentum. ¶ Nebulone idest nullius prætij. Nam nebulones, & tenebriones dicti sunt, qui mendatijs & astutijs suis nebulam quandam, & tenebras obijciunt, aut nebulones, qui non pluris sunt, q̃ nebulæ ¶ Parente: subaudi perfundere, ficedulas: idest tales aues: quas beccatas uocant. iure idest succo: & (ut dicunt) brodio. eodem. i. quod secum fert: comeditur enim ficedula tota: & condimentum, quod falsam uocant secum fert cum granis iuniperi quibus nutritur. Qui ergo hoc didicit postquam septimus annus transierit, omni dente nondum renato: quia septennibus decidunt dentes.

monstrante ab inferiore. ¶ Cana gula: idest patre cano guloso. ¶ Monstrante: scilicet cum de se malum præbeat exemplum. ¶ Cum septimus annus sensus est: Vbi puer septimum ætatis annum transierit a consuetudine paterna bene cœnandi non discedet, cum fuerit iam ea ætate instructus, licet adsint mille magistri, qui studeant salutaribus præceptis ad modestiam, & frugalitatem reuocare. ¶ Nondum renato dente: nam (ut scribit Macrobius libro primo de Somnio Scipionis) post septem menses dentes incipiunt mandibulis emergere, et post annos septem dentes, qui primi emerserant, alijs aptioribus ad cibum solidum nascentibus cedunt: eodemq; anno. idest septimo plene absoluitur integritas loquendi. Plinius: idem fere dicit libro septimo: Septimo eosdem decidere anno, aliosq; suffici.

ASCen.



PLVRIMA sunt Fuscine & cætera. In hac Decimaquarta Satyra, quę nimirum sanctissima est reprehendit poeta parentes praua exempla liberis suis dantes. Ordo est: O Fuscine plurima supp. facinora sunt, &: idest pariter. digna fama sinistra: idest mala. & figentia: idest impingentia. rebus nitidis. idest bonis maculam ac rugam: quæ ipsi parentes, qui deberent optima quęq; docere monstrãt exemplis factorum suorum. & tradunt doctrinis suis pueris: idest liberis suis adhuc pueris. Si alea: idest ludus alearum. damnosa: idest inferens multis damnum. iuuat: idest delectat senem. hæres. scilicet filius. bullatus. idest adhuc bulla insignitus: neq; toga uirili quæ quartodecimo anno dabatur: ornatus ludit. &: idest etiam. & mouet eadem arma: idest eadem instrumenta ludendi. scilicet aleas. fritillo: idest alueolo: aut uasculo, in quo suspecti lusores aleas. imponere cogebantur. paruo. idest puero conuenienti. Nec iuuenis: idest quando ex puero erit iuuenis effectus. uel quis iuuenis concedit cuiquam propinquo sperare melius de se. q̃ supple de patre. Probat exemplo. Nam is iuuenis supple. qui didicit parente: idest patre. nebulone: idest existente lurcone, & guloso. radere terræ. idest humi, siue in terra. tubera: ad appetitum excitandum. & condire boletum. & mergere: idest su-

Barbatos licet admoueas mille inde magistros,
Hinc totidem, cupiet lauto cœnare paratu
Semper, & a magna non degenerare culina.
Mitem animum & mores modicis erroribus ęquos
Præcipit, atq; animos seruorum, & corpora nostra
Materia constare putat, paribusq; elementis?
An sæuire docet Rutilus, qui gaudet acerbo
Plagarum strepitu, & nullam Sirena flagellis
Cõparat Antiphates trepidi Laris, ac Polyphemus?
Tum felix quoties aliquis tortore uocato
Vritur ardenti duo propter lintea ferro.
Quid suadet iuueni lætus stridore cathenæ
Quem mire afficiunt inscripta ergastula, carcer
Rusticus? expectas ut non sit adultera Largæ
Filia, quæ nunq̃ maternos dicere mœchos
Tam cito, nec tanto poterit contexere cursu,
Vt non ter decies respiret? conscia matri
Virgo fuit. ceras nunc hanc distante pusillas
Implet, & ad mœchos dat eisdem ferre cinædis.
Sic natura iubet, uelocius, & citius nos
Corrumpunt uitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeant animos auctoribus, unus, & alter
Forsitan hæc spernãt iuuenes, quibus arte benigna
Et meliore luto finxit præcordia Titan.
Sed reliquos fugienda patrum uestigia ducunt,
Et monstrata diu ueteris trahit orbita culpæ.
Abstineas igitur damnis huiusce, etenim uel
Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis
Turpibus, ac prauis omnes sumus, & Catilinam
Quocunq; in populo uideas. quocunq; sub axe,
Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus usquam
Nil dictu fœdum, uisuq; hæc limina tangat,
Intra quæ puer est procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia, siquid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Nam si quid dignum censoris fecerit ira,
Quandoquidẽ, & similem tibi se nõ corpore tantũ,
Nec uultu dederit, morum quoq; filius, & cum
Omnia deterius tua per uestigia peccet,
Corripies nimirum, & castigabis acerbo
Clamore, aut post hæc tabula mutare parabis.
Vnde tibi frontem, libertatemq; parentis,
Cum facias peiora senex? uacuumq; cerebro
Iampridem caput hoc uentosa cucurbita quærat?
Hospite uenturo cessabit nemo tuorum,

IOAN BRIT.

¶ MAGISTROS barbatos: philosophos, qui barbati incedebant. Persius: Si cynico barbam petulans nonaria uellat: & alibi: Barbatum hoc crede magistrum Dicere. ¶ Non degenerare: non esse absimilis a moribus paternis, ut habeat culinam multiiugis, prætiosisq; obsonijs instructam. mitem animum: cum interrogatione, & indignatione hæc legenda sunt: ut sit sensus: Docet ne pater filium suum, ut animo sit miti & benigno & moribus æquis modicis erroribus: idest ut sit æquus & clemens modicis seruorum erroribus, & seruos cõstare eadem materia, qua nos, an potius docet uti crudelitate? Sicq; parentum seuam & truculentam doctrinam in liberos suos insectatur, qui eos potius sæuitiam docẽt, q̃ clementiam. ¶ Præcipit mitem animum. i. ut sit semper animo miti: q. d. non præcepit. nam præcipere animũ mitem est præcipiendo docere, ut habeas animũ mitem. sic dictum quemadmodum illud inferius: Nam quisquis magni cẽsus præcepit amorem. ¶ Mores æquos: erroribus modicis, ne grauius puniat seruos, q̃ eorũ extitere errata. ergo mores æquos. i. æquales delictis: ut sit tales mores habeat ad puniendos seruos, ut pro criminis qualitate adhibeatur castigatio, ne maior sit pœna q̃ culpa. ut sit errata modica sunt. modica etiam sit castigatio: ut magis ad clemẽtiã, q̃ ad seuitiã iclinetur. ¶ Nostra materia: pleriq; enim adeo inhumani sunt. ut putẽt seruos a bestijs non distare, & proinde in eos sunt crudeles. Vnde alibi Iuue. Ita seruus homo est. ¶ Nostra materia: carne & ossibus, qbus q; nos cõstamus. Omnes .n. de eodem facti sumus luto, iisdem cõpacti exordijs. ¶ Constare: cõposita esse. Lucilius. Priscipio physici, oẽs hoĩes ex aĩa & corpore cõstare dñt. ¶ Paribusq; elementis: paribus principijs, q̃ principia sunt ab elemẽtis. Quitil. lib. iii. mẽtionẽ faciẽs de seruis sic scribit: Liberos. n. natura oẽs, qui ijsdẽ cõstare elemẽtis, & fortasse ẽt antiqs nobilioribus ortos dici põt. ¶ An sæuire docet Rutilius: ponit Rutilũ pro quocũq; parente crudeli. nam quidã Rutilus fuit (ut diximus in Satyra. xi.) tẽporibus poetæ, qui absumptis p luxum diuitijs ad gladiaturam se contulit. ¶ Plagarum: uerberum. Nam plagas pro uerberibus dicimus. unde apud Plaut. frequens est: ubi sunt plagipati. i. plagas, & uerbera patiẽtes.

Confici

¶ Antiphates

¶ Antiphates.i.ipse pater sæuus, ut Antiphates fuit. Nam Antiphates Læstrigonum fuit rex, qui in Campania Formiis (ut scribit Pli.) iuxta Caietam sedem suam habuere. Silius: Et regnata Lamo Caieta: domusque Antiphatæ compressa freto. carnibus uescebantur humanis. unde Papinius primo Siluarum: Littusq; cruenti Antiphatæ. Thucydides tamen lib. yi. historiarum, ubi de Sicilia loquitur: Læstrigonas fabulosas esse arbitratur. scribit Home. in Odyssea Vlyssem peruenisse domum Antiphatę regis Lęstrigonum. quem uxore foco accersiuit, & unum ex tribus sociis missis ab Vlisse ab eo fuisse absumptum, reliquis terrore diffugientibus. unde Ouid. xiiii. Meta. Tertius e nobis Lęstrigonis impia tinxit Ora cruore suo, fugientibus instat, & agmen Concitat Antiphates. Vlysses unica sua naue diffugiens ad Aeeam insulam, quam Circe tenebat, deuenit. ¶ Comparat nullam Sirena idest ita crudelitate gaudet, ut auribus suis ne cantus quidem Sirenum sit iucundior, quam flagellorum strepitus, & sonora mancipiorum uerbera. Sirenes enim fingunt poetæ tres fuisse sorores, quæ suauitate cantus, nautas in somnum inducerent: consopitos mergerent in mari. de quibus superius diximus abunde. ¶ Trepidi Laris: trepidę domus, quę omnibus esset formidabilis. ¶ Ac Polyphemus: pater sæuus qualis Polyphemus Cyclops, qui itidem duos ex sociis Vlyssis dentibus assumpsit. ut diximus superius. Cyclopes autem scribit Thucydides lib. yii. primos Siciliæ cultores fuisset: unde fratres Aetnei a poetis sunt appellati. Virgilius Cerminus astentes nequicquam lumine toruo Aeteneos fraters, cælo capita alta ferentes. Tum felix: ita immanitate gaudet: ut tum sibi felix uideatur, cum contingerit aliquem ex seruis cadentit ferro aduri. Nam serui commisso furto candenti ferro notabantur in fronte. unde Apule. in. ix. de asino aureo: Frontes literati, & cappillum semirasi, & pedes annullati. Pli. lib. xyiii. At nunc eadem illa uincti pedes, damnatæ manus, inscripti uultus exercent. Valerius in sexto de fide seruorum ait sic: Seruus ab eo uinculorum pœna coercitus, inexpiabiliq; literarum nota per summam oris contumeliam inustus. ¶ Tortore uocato idest seruo loratio, qui alios iussu domini cędebat. ¶ Propter lintea: subaudi surrepta. ¶ Quid suadet iuueni sensus est: Pater, qui lætus est tormentis alienis: quid suadet iuueni. idest quam uiam uiuendi ostendit tenendam: nisi quam ipse tenet? ¶ Lætus. idest pater lætus. ¶ Stridore cathenæ: utrum qua uerberatur seruus, an compedes intelligit, quibus continetur in ergastulis. ¶ Afficiunt: delectant. Est enim afficere uerbum medium: ut ad bonam, malamq; partem trahatur: ut Ego afficior summa lætitia, & summo dolore. ¶ Ergastula: hoc loco mancipia. De ergastolis in Satyra sexta diximus pluscula illic: Ergastula tota. ¶ Inscripta: signa (ut diximus) in fornte cauterio. ¶ Carcer rusticus: expositio est: ut sit diffinitio ergastuli. idest ipsi serui, qui in compedibus habentur opus rusticum faciendum. unde carcerem rusticum appellat. ¶ Expectes ut non sit adultera Largæ Filia: hæc interrogatio ostendit liberos fere ex necessario mores parentum sequi: ut filia sit adultera, si mater eiusdem fuit studii. ¶ Largæ: nomen est mulieris notæ temporibus Iuuenalis infamia adulteriorum, more satyrico per transitum eam flagellat, ut alibi poeta: Quales ego uel Cluuienus. sic etiam Largus nomen proprium est uiri. Cicero in sexto epistolarum: Cum esset mecum Largus homo tui studiosissimus. ¶ Contexere: connectere. ¶ Tanto cursu: tanta uerborum celeritate. ¶ Vt non ter dicies: tam multos quidem habuit adulteros mater, ut filiæ sit tricies spiritus ante reciprocandus, quam possit eos commemorare. ¶ Cęras pusillas. idest pugillares cæratos. ¶ Hac dictante. silicet matre, quæ literas dictat filiæ mittendas amatoribus. ¶ Ferre: infinitum pro participio. idest ferendas. sic Virgi. Magnum dat ferre talentum. ¶ Eisdem cinædis: quibus silicet. ipsa mater literas suas tradidit ferendas. ¶ Cynedis: spadonibus mollibus. Nam serui Eunuchi (ut alibi diximus) matronis seruiebant. ¶ Sit natura iubet: sic, inquit, a natura comparatum est: ut facilius ad uitia, quam ad uirtutem formemur, cum exempla magnorum auctorū nobis proposita sunt: sicq; coniunctim legendum est cum inferioribus. ¶ Exempla: exemplum est (auctore Cicero. in rhetoricis ad Herennium) alicuius facti aut dicti preteriti cum certi auctoris nomine proposito. ¶ Cum subeunt animos. silicet ipsa exempla uitiorum. ¶ Magnis auctoribus idest magnis uiris existentibus auctoribus uitiorum. Nam quæ exemplo magni alicuius auctoris fiunt, ea iure quodammodo fieri putant. unde Chærea ille Terentianus: cum Iouem in imbrem aureum uersum in sinum Danaes decidisse animaduertere per impluuium: tali confirmatus exemplo ait: Hæc ego non facere, quæ Iupiter fecerat. sicq; puellæ uitium intulit, ductus exemplo magni auctoris. ¶ Vnus & alter: sensus est: Iuuenies forte unum, aut duos ea naturæ bonitate instructos: ut uitia parentum non sequantur. per quod ostendit paucos inueniri de generantes a uestigiis paternis. ¶ Finxit: formauit. Titā. idest Prometheus nepos Titanis. Nam ex Asia & Iapeto filio Titanis & Terræ natus est. ¶ Sed reliquos. scilicet filios. Sensus est: Fieri, inquit, potest benignitate naturæ: ut unum, aut duos inuenias, qui a uestgiis paternis declinantes recte uiuant: sed reliqui per omnia mores sequuntur paternos. ¶ Ducuntur: trahunt. ¶ Orbita monstrata. idest iter monstratum. methaphora sumpta a rota, cuius signum orbita dicitur ab orbe ipsius rotæ. unde eleganter formatū uocabulum est a Tertulliano exorbitare: quod signat extra orbitam ire: & quasi a recto tramite discendere. Asconius ait orbitam etiam capi pro ipsa rota. ¶ Veteris culpæ. idest ueterum uitiorum. ¶ Abstineas igitur dannis huiusce: cum uideas, inquit, fieri, ut filii exemplo tuo corrumpantur: debes abstinere uitiis: & dānis huiusce culpæ. idest per quam culpam tot damna eueniunt. damnum enim est maximum filios malo parentum exemplo corrumpi. ¶ Et enim uel: sensus est: Hac una etiam ratione debemus uitiis abstinere. scilicet ne filii nostro exemplo fiant deteriores, & sequantur nostra crimina. Potens est efficax est, & nos mouere potest. ¶ Vel etiā. ¶ Quoniam: ratio est, quare honeste uiuendum sit parentibus: quia, inquit, omnes ad discenda turpia sumus ualde dociles: unde est illud Senecæ ad Lucilium: Ad deteriora faciles sumus, quia nec dux potest, nec comes de esse. ¶ Et Catilinam: probat per exempla homines magis ad uitia quam ad uirtutem esse pronos. nam ubique gentium pessimo homines, qualis fuit Catilina, facile est inueniri. boni autem, quales fuerunt Brutus & Cato, nusquam reperientur: sicq; ostendit malos uiros ubiq; quasi sponte sua nasci & fieri: bonos autem non facile reperiri. unde est illud Senecæ ad Lucilium: Omne tempus Clodios, non omne Catones fert. Ergo per Catilinam, de cuius moribus Sallu. multa, quencunq; ciuem malum intelligit. ¶ Sub axe: sub quacunq; cæli parte. Nā duo sunt axes, septentrionalis & australis. ¶ Brutus: hoc loco de Brutto intelligit, qui in senatu Iulium Cæsarem interemit, ut patriam in libertatem assereret. hic ex Seruilia Catonis Vticensis sorore genitus fuit, in Pharsalia Augusto & Antonio urgentibus, occubuit. ¶ Auunculus Bruti. idest Cato Vticensis frater Saruiliæ matris Bruti. ¶ Nil dictu fœdum: attende saluberrimum consilium, per quod monet liberos usq; ab infantia sanctissimis esse moribus alendos. ¶ Puellæ lenonum: hoc est scorta, & infames mulieres, que sæpe in conuiuia admittebantur, ut gestibus & saltationibus indecoris delectaret. Alibi: Vt Gaditana canoro Incipiat prurire choro. Inde est illud Diui Hieronymi ad Furiam: Cantor pellantur ut noxius. Fidicinas & psaltrias & istiusmodi chorum Diaboli, quam mortifera Sirenum carmina deuita: ac perturba ex ædibus tuis. ¶ Procul hinc: subaudi sunt. ¶ Parasiti: nam parasiti, qui causa gulæ mensas potentiorum sequebantur, canticis obscænis & ludibriis, quibus ipsi afficiebantur, delectabant conuiuas. unde conqueritur sic Quintil. in primo: Omne conuiuium obscænis canticis sterpit, pudenda dictu spectantur. De parasito plura diximus in prima Satyra. ¶ Pernoctantis: pernoctare est noctem extra domum suam agere. ¶ Maxima reuerentia: maximus respectus. Tranquil. in Caligula: Nihilominus reuerentior in senatum. idest magnum habebat respectum aduersus senatum. ¶ Contempseris annos pueri: refellit eos qui possent dicere pueros per ætatem non posse obscæna cognoscere. ¶ Infans filius: etiam uitiis abstinendum est, ubi sit filius infans. Obsistat: sit tibi impedimentum ne pecces: ne ei sit malo exemplo. unde legitur apud Plutarchum, Catonem seniorem a uerborum turpidine presente puero filio sic temperasse: quasi uestalibus uirginibus arbitris locuturus esset: nec cum eo unquam lauit. ¶ Nam si quod dignum: sensus est: Quomodo filium tuum audeas corripere, & castigare si quod fecerit: quod dignum sit punitione, quandoquidem is non modo corpore, & uultu, sed & moribus sit tibi similis, & iam peccet exemplo tuo, longe etiam deterius te. Ordo autem ē: Corripies nimirum. scilicet filium tuum si quod fecerit dignum ira censoris: quandoquidem filius dederit se tibi simile non tantum corpore, nec tantum uultu, sed etiam morum & cetera. ¶ Corripies nimirum: cum ironia legendum, & pronunciatiue. quasi dicat non corripies nec castigabis, quia non au

Orbita

Exorbitate

Brutus

Pernocto

debis conſcius uitiorum tuorum. Ira cenſoris: nam cenſores(ut dictũ eſt ſæpius in ſuperioribus Satyris)pre erant moribus ciuitatis. Morum: pro moribus. Per tua ueſtigia ideſt. imitando tanquã ueſtigia mores tuos. Deterius ſcilicet te. Mutare tabulas. ideſt teſtamentum. ſolent enim patres irati minitari filiis ſe mutatures teſtamenta, & ſcripturos alios hæredes. Vnde tibi frontẽ: ideſt unde tibi ſumes audaciam caſtigandi, & ſeueritudinem: cuius ſedes eſt in ſupercilio, & fronte. Libertatemq; parentis. ideſt qua libere parentes ſolent filios corripere, quaſi dicat non audebis libertate paterna filium caſtigare, cum tu longe deteriora facias iam ſenex. Cucurbita uentoſa: & cum ea obſæna facias, quæ te omnis rationis expertem eſſe doceant: ut merito tibi e capite ſanguis ſit educendus: ut fieri ſolet in delirio: licet id etiam fiat ex brachiis. ut diximus illic: O medici mediam pertundite uenam.

Cucurbita Cucurbita uentoſa uaſculum eſt uitreum. apud ueteres uero(ut oſtendit Cornelius. Celſus)æreum fuit, & corneum: quo ſanguis educitur: facta prius leni ſacrificatione a medico per diminutionẽ etiam dicimus cucurbitulam. uentoſam dixit: quoniam concepto uẽto ex flamma ſtupe intus accenſe cuti adhæreſcat. unde Cornelius Celſus. lib. .iii. capitulo. xviii. ſcribit: Phreneticis neq; alienum eſſe, ſi neq; ſanguis ante miſſus eſt, neq; mens conſtat, neq; ſomnus accedit, occipitio inciſo cucurbitulam admouere: quæ quia leuat morbum, poteſt etiam ſomnum facere. Vacuum cerebro: uiduum ea re, que mentis humanæ eſt gubernaculum. unde illud eſt Plinianum li. xi. capitulo. xxxvii. Cerebrum uni homini infantia palpitare, nec roborari ante primum ſermonis exordium: hoc eſſe uiſcerum excelſiſſimum, proximumq; cælo capitis, hic habere ſenſuum arcem, huc uenarum omnem a corde uim tendere, hic culmen altiſſimũ, hic mentis eſſe regimen. Hoſpite uenturo: tam, inquit, a recta uiuendi uia aberras: ut uenturo hoſpite ſcrupuloſa diligentia inſtes: ut tota domus ſit ſpecioſa. illud autem non curas, ut filius illã aſpiciat carentem omnibus(quod primum eſſe debet)uitiis. Illud enim eſt boni patris curare, ut filius non pulchram ſupellectilem, non ornatam domum, ſed ut ſanctos mores, tanquam ſpeculum intueatur. unde eſt illud Senecæ ad Lucilium: Qui domum intrauerit nos potius miretur, quam ſupellectilem noſtram.

ASCen. ¶ LICET tu admoueas. ideſt applices. aut apponas inde. ideſt ex illa parte. mille magiſtros barbatos. ideſt philoſophos rigidos, & ſeueros. totidem hinc, ideſt ex hac parte. ipſe cupiet ſemper cœnare apparatu lauto. ideſt ſplendido, & ſumptuoſo. & non degenerare. ideſt ad uiliorem ſtatum deſcendere a magna culina: ideſt coquina patris ſui. Mitem animum &cetera. Ordo eſt: an Rutilus precepit liberis ſuis ſupple mitem. ideſt clementem, & humanum animum. & mores æquos. ideſt iuſtos cenſendos. modicis erroribus. ideſt quia non niſi modicos habent errores, atq; putat animos ſeruorum. & corpora ſeruorum. conſtare, ideſt. compoſita eſſe. noſtra materia ideſt. ex qua nos ſumus: & ex paribus ideſt conſimilibus elementis: hoc eſt an doceat ſeruos quoq; homines eſſe & humane tractandos. An docet ſæuire, ideſt. ſæuitiam exercere. Rutilus inquam, qui gaudet acerbo ſtrepitu plagarum. ideſt ſcuticarum, & flagellorum. & nullam ideſt non ullam, qui non comparat flagellis. ideſt iucunditati quam habet ex flagellis. nullam Syrena, ideſt nullam iucunditatem cantus Sirenum. Eſt autem hic Sirena actũs ſingularis a nominatiuo hæc Siren. & uix reperies Sirenem. Comparat inquam exiſtens Antiphates. trepidi ideſt trepidantis timore. laris. i. domus ſuæ ſicut Antiphates erat rex crudelis apud Læſtrigones, quam q carnibus humanis ueſcebantur. & Polyphemus. ideſt qualis Polyphemus Cyclopum ſæuiſſius. de quo Virgi. Aenei. iiii. Viſceribus miſerorum & ſanguine ueſcitur atro. ſanguine ſeruorum gaudet exiſtens tunc felix ſecundum iudicium ſuum: quoties aliquis ſeruorum ſcilicet. uritur in fronte. ſcilicet ferro ardenti a tortore uocato propter duo lintea, que forte ſurripuerat in balneis: ubi cum uno linteo uix poſſet aliquis deprehendi. diceret enim ſe illud efferre ad uſum ſuum: & ergo dicit propter duo lintea: quaſi diceret potius docet ſæuire. Nam quod ſuadet, ideſt ſuadere aliud poteſt. iuueni. ideſt filio, ipſe exiſtens lætus ſtridore cathene, quam ſerui in ergaſtulis trahunt. & quem ergaſtulta ideſt. mancipia in ergaſtulis onerantia. inſcripra. ideſt habentia notas inſcriptas. ideſt inuſtas ne aufugiant. afficiunt. ſcilicet delectatione. mire, ideſt mirum immodum. & quem carcer ruſticus, ideſt ruri ſeruos ad glebam aſtrictos contines mire ſup. afficit. Expectes, ideſt. nunquid debeas expectare: ut filia Largæ, ideſt illius mulieris adulteræ non ſit adultera. que quidem filia nunquam poterit dicere, ideſt recitare tam cito. mœchos, ideſt. adulteros maternos, ideſt cũ matre ſua rem habentes. nec poterit contexere, ideſt. continue nominare eos tanto curſu, ideſt. tanta uelocitate linguę. ut ipſa conſcia matri non reſpiret, ideſt. non ingemiſcat, ꝙ etiam tot non habet uidelicet. Ipſa filia ſupple. fuit olim uirgo, & nunc implet ipſa ceras puſillas, ideſt. modicas tabellas, aut pugillares, quos ad mœchos ſuos mittit: hac ſcilicet. Larga matre. dictante, i deſt. formam ſcribendi dante: & ſubinde etiam pronunciante ꝙ ſcriberet. & dat cinędis. ideſt immundis hominibus eiſdem, quibus ſcilicet. internunciis mater utitur. ferre, ideſt. perferre ad mechos ſuos. Natura iubet: ideſt uult ſic ſupple fieri ꝙ ſupple exempla uitiorum domeſtica: ideſt quæ domi, in qua uiuimus, fiunt: & potiſſimum a patre aut matrefamilias. corrumpant nos uelocius, & citius q̃ ſupple extrema: cum ita ſit. ſcilicet ꝙ ſubeant. ideſt intrent animos noſtros magnis auctoribus. ſcilicet parentibus: quarum apud nos magna eſſe debet auctoritas. unus & alter iuuenes, quibus Titan: ideſt Sol. finxit. ideſt compoſuit. præcordia, ideſt uicina cordi. in quibus conſiſtunt potiſſimum affectiones. arte benigna. & meliore luto, ideſt quæ naturaliter fortes ſunt, ſpernunt forſitan hæc ſcilicet uitia parentum. ſed ueſtigia patrum fugienda. ideſt quæ fugi debeãt. quia mala ducunt reliquos: ſcilicet iuuenes. & orbita: ideſt larga uia. ueteris: ideſt conſuetæ culpæ parentum. ideſt. diu monſtrata. trahit: ideſt allicit reliquos. Igitur ſi uis eſſe bonus parens: abſtineas huiuſce damnis. etenim quia certe. uel. ideſt etiam una ratio eſt potens: ideſt efficax ad hoc tibi perſuadendũ. ſ. ne geniti ex nobis ſequantur noſtra crimina: qm̃ nos ſumus omnes dociles turpibus .i. inhoneſtis. ac prauis. i. iniqs. imitandis. i. ad imitandũ turpia & praua. potius q̃ bona & honeſta. & tu uideas Catilinam: ideſt malum ciuem coniuratũ in patriam ſuam: qualis erat Catilina in quocunq; populo. & ſub quocũq; axe. ideſt climate ſeu polo. Sed nec Brut Cæſaris rempu. occupantis occiſor. nec auunculus Bruti. ideſt Cato Vticenſis: erit uſquam in illo populo. Et ideo ſancte præcipit auctor dicens: Nil fœdũ. i. turpe. dictu. ideſt dum dicitur, uel ad dicendum. & uiſu: ideſt ad uidendũ. tangant hæc limina, intra quæ eſt puer. puellæ lenonum ſint ſupple procul hinc, & procul inde. ideſt ab utraq; parte. & cantus paraſiti. ideſt epulonis. pernoctantis: ideſt totam noctem in comeſſationibus ducentis. ſint ſupple procul: quia maxima reuerentia debetur puero. nec tu ſi paras, ideſt intendis facere quid. ideſt aliquid turpe. contempſeris. ideſt paruifeceris. annos. i. paucitatem annorũ pueri. ſed filius infans ſupple adhuc. obſiſtat. ideſt impedimento ſit. tibi peccaturo. ideſt q niſi adeſſet peccares. Nam ſi filius tuus poſtea fecerit. quid. ideſt aliquid. dignum ira, ideſt cenſura, & animaduerſione. cenſoris. i. publici morũ caſtigatoris. quãdoquidẽ. i. cũ ita ſit, ꝙ filius dederit. i. exhibuerit ſe ſimilem tibi. non tantum corpore nec uultu. i. ſimilitudine corporis. ſed quoq;. ideſt etiam uultu. i. ſimilitudine morũ. & cum ita ſit ꝙ filius tuus peccet. deterius. ideſt deueniendo deterior per omnia tua ueſtigia. tu nimirum. i. haud dubie. caſtigabis. ideſt caſtigare uoles eum. clamore acerbo. i. increpatione uehemẽti. aut parabis poſt hanc caſtigationem: ſi filius non emendauerit ſe mutare tabulas teſtamenti. ſ. & ipſo exheredato alium exhæredem inſcribere. Quod Metellus apud A. Gellium libro pri. capi. vi. ita dicit: Dii immortales plurimum poſſunt: ſed non plus uelle debent, q̃ parentes. At parentes ſi pergunt liberi errare: bonis exhæredant. Quid ergo nos a Diis immortalibus diutius expectemus, niſi malis rationibus finem facimus? iiſdem Deos propitios eſſe æquum eſt: qui ſibi aduerſarii non ſunt. Sed unde ſup. accipes tibi frontem. i. auctoritatem & ſeueritatem. q; pro &. libertatem. i. poteſtatem libere caſtigandi parentis. i. qualem parens habere debet, cum tu ſenex facias peiora. & cucurbita uẽtoſa. ideſt uas quo medici utuntur ad deducendum ſanguinem: ꝙ igni & uẽto tenui repletũ eſt: ſed extincto igni, & aere ſe conſtringẽte ne uacuũ fiat ſanguine ſe replet. q̃rat. i. exigat. iampridem. i. iã a pluſculo tẽpore tuum caput inſanum. ſ. & uacuum cerebro. q. d. nullo pacto habere poteris talẽ auctoritatem: niſi honeſte uiuere uidearis. Hoſpite uenturo. Reprehendit eos, qui in aliis rebus ſummam diligentiam adhibent: in erudiendis & bene inſtituendis filiis negligentiam. Ordo eſt. Nemo tuorum. ſcilicet ſeruorum, aut familiarum. ceſſabit: ideſt otioſus erit. hoſpite uenturo. i. quãdo aliquis uir dignitate præditus ad te uenturus. Vox enim dñi inſtãtis. & tenentis uirgam fremit. i. cũ fremitu dicit: hoc eſt tu qui dominus es dicis.

Verre pauimentum, nitidas oſtende columnas,
Arida cum tota deſcendat aranea tela,
Hic lauet argentum, vaſa aſpera tergeat alter,
Vox domini fremit inſtantis, uirgamq; tenentis.
Ergo miſer trepidas, ne ſtercore fœda canino
Atria diſpliceant oculis uenientis amici,
Ne perfuſa luto ſit porticus, & tamen vno
Semodio ſcobis hæc emendat ſeruulus vnus
Illud non agitas, vt ſanctam filius omni
Aſpiciat ſine labe domum, vitioq; carentem?
Gratum eſt, quod patriæ ciuem, populoq; dediſti,
Si facis, vt patriæ ſit idoneus, utilis agris,
Vtilis & bellorum, & rebus pacis agendis.
Plurimũ enĩ intererit qbus artibus, & qbus hũc tu
Moribus inſtituas. ſerpente Ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta,
Illi eadem ſumptis quæruut animalia pennis.
Vultur iumento, & canibus, crucibuſq; relictis
Ad fœtus properat, partemq; cadaueris affert.
Hic eſt ergo cibus magni quoq; vulturis, & ſe
Paſcentis propria cum iam facit arbore nidos.
Sed leporem, aut capreã famulæ Iouis, & generoſæ
In ſaltu uenantur aues, tunc præda cubili
Ponitur, inde autem, cum ſe matura leuabit
Progenies, ſtimulante fame, feſtinat ad illam
Quam primum rupto prædam guſtauerit ouo.
Aedificator erat Centronius, & modo curuo
Littore Caietæ, ſumma nunc Tyburis arce,
Nunc præneſtinis in montibus alta parabat
Culmina uillarum, & græcis, longeq; petitis
Marmoribus, vincens Fortunæ, atq; Herculis ædẽ,
Vt ſpado uincebat Capitolia noſtra Poſides.
Dum ſic ergo habitat Centronius, imminuit rem,
Fregit opes, nec parua tamen menſura relictæ
Patris erat, totam hanc turbauit filius amens,
Dum meliore nouas attolit marmore uillas,
Quidam ſortiti metuentem Sabbata patrem
Nil præter nubes, & cæli numen adorant,
Nec diſtare putant humana carne, ſuillam,
Qua pater abſtinuit, mox & præputia ponunt,
Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunq; volumine Moſes
Non monſtrare uias, eadem niſi ſacra colenti,
Queſitum ad fontem ſolos deducere uerpos.
Sed pater in cauſa, cui ſeptima quæq; fuit lux
Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.

¶VERRE: mũdata quo uerticulũ & ꝓ genere retis piſcatorii, & ĩſtrumẽto quo dom⁹ uerrũtur. Eſt aũt ordo: Vox dñi ĩſtãtis, & tenẽtis uirgã fremit uerre pauimẽtũ. i. magno fremitu ĩclamat, uerre pauimẽtũ. ſic illud apud Plau. ĩ Aſinaria: Iuſſin ſceleſte hac ianua hoc ſtercus hic auferri, iuſſin colũnis deiici opas arancarũ? ¶Pauimẽtũ: ſolũ ipſius domus ſtratũ quod alio uocabulo appellamus oſtracũ. Græci enĩ oſtra cõteſtã appellãt unũ pauimẽtũ teſtaceũ oſtracũ nũcupamus fit enĩ ex teſtis fruſtillatĩ cõtritis. dictũ aũt pauimentũ, ꝙ pauiat̃. i. crebiter ferriat̃ pauiculis. De pauimentis autẽ multa Plini. Vitruui. & Palladi⁹. ¶Vaſa aſpa: quæ græci anaglypha, uel anaglipha uocãt. i. de ſuper ſculpta. Aſpa ergo ꝓpter cælaturã. unũ Perſius: Quid fas optarẽ, quid aſp Vtile nũm⁹ habet. i. cælat⁹. Plin. loquẽs de poculis: Ea ĩ qt excifa erãt ĩ aſperitatẽ. Virgi. Cymbiaq; argẽto perfecta, atq; aſpa ſignis. ¶Tergiat: ab eo qd̃ eſt tergeo. Nã ſecũdũ tertiã & ſecũdã cõiugationẽ declinat̃. Virgi. Pars leuis clypeos, & ſpicula lucida tergẽt. ¶Virgãq; tenẽtis: q̃ & minet̃ & uerberet. ¶Ergo: hic tota ẽ ĩdignatio poetæ. ¶Perfuſa: perlita & polluta. ¶Emẽdat hæc: nitida hæc facit. ¶Semodio: ẽ. n. ſemodi⁹, q̃ſi ſemis modius. Mart. Hos faſtus, animoſq; dat Sabello Farris ſemodi⁹, fabæq; freſæ, Et thuris, pipiſq; tres ſelibrę. ¶Scobis: ſcobis id eſt qd̃ ab aliq̃ mã minutiſſimũ decidit, dũ aut ꝑ ſerrã ſecat̃, aut ꝑ terebrã ꝑforat̃: nec nõ ex attritiõe lateru ſcobs hr̃ Pli. lib. xvi. ca. lxiii. Arida. n. lati⁹, q̃ uiridia ferris ꝑter robur & buxum, quæ ꝑtinacius reſiſtunt, ferrarũq; dentes replent æqualitate inerti: qua de cauſa alterna ĩclinatione egerunt ſcobẽ. Columella in qnto: Antiqua terebra ſcobem faciebat. Heliogabalus: Scobæ auri, atq; argẽti porticum ſtrauit: ut auctor eſt Lampridius. Inuenitur ẽt Scobina: ſed diuerſa ſignificatione: hoc eſt pro genere limæ. unde Victru. lib. iiii. Ad ipſumq; coronę mẽſum in cidet̃ lima, quæ ſcobina dr̃. unde eleganter Tertullianus in Apologetico ſic ſcribit: At ĩ Deos ueſtros ꝑ oĩa mẽbra ualidius incũbunt aſciæ, & runcinæ, & ſcobinæ &c. ¶Aſpiciat domum ſine labe: qd̃ ante omnia maxime eſt quærẽdum. ¶Gratũ eſt: placet, inquit gignas liberos patrię mõ cures ut bõis ĩſtituant̃ artibus. ¶Serpẽte Ciconia: exẽplis oſtendit, quæ a teneris ãnis diſcunt̃ firmiter mẽtib⁹ inhærere, nec inde facile auelli. unde illud ẽ Horatii: Quo ſemel eſt imbutarences ſeruabit odorẽ Teſta diu. Pulli. n. Ciconiæ, quia a matre educati ſunt, & aſſuefacti ſerpẽtibus, eundẽ uiuẽdi morẽ ꝑ totũ uitæ ſuæ curſum tenẽt, ſicq; apte docet tales eſſe liberos, q̃les a patribus inſtituuntur. ¶Ciconia: auis eſt ſerpẽtibus inimica: cui ob exitiũ ſerpẽtiũ tm̃ honoris apud ueteres tribuebat̃, ut ĩ Theſſalia capitale fuerit (aucto. Plinio) occidiſſe Ciconiã eadẽ pœna quę in homicidã. ¶De uia: deorſum & lõge a uia. Ouid. Et cecinit mœſtũ deuia carmẽ auis. ¶Vultur: uulturẽ triduo ãte, aut biduo uolare ubi cadauera futura ſũt, auctor eſt Pli. lib. x. Plaut. ĩ truculẽto: Iam q̃ſi uulturii triduo prius ꝑdiuinãt, quo die eſuri ſient. Ex cadaueribus ſibi eſcam querit, ĩterficit aũt nihil, nec deſtruit animãtiũ: uolucrib⁹ ob affinitatẽ ẽt mortuis abſtinet. lege Plu. in uita Romuli. ¶Ad fœtus: ad pullos ſuos. ¶Iumẽto: ſubaudi relicto ab ĩferiorib⁹. Nã iumẽtũ & canes relinqt, & cruces ex qb⁹ aliqd tm̃ aufert nõ totũ. Appellatiõe iumẽti ea cõiter ĩtelligim⁹ aĩalia, quę hominẽ iuuãt dorſo, ut equũ aſinũ, mulum. Lactantius tñ Firmianus ait iumẽta dicta eſſe magnarũ uirũ animalia a iuuãdo, ꝙ ĩ excolẽda terra iuuarent. de iumẽtis ſuperius dictum abunde. ¶Magni quoq; uulturis. i. cũ factus eſt magnus eodẽ ſe nutrit cibo, quo a parentibus eſt educatus pullus. ¶Propria arbore: atqui in arboribus non nidificãt uultures, ſed in altiſſimis rupibus. ut ſcribit Pli. Famulę Iouis. i. aqlæ, quæ Iouis armigeræ dicunt̃ ſecundũ fabulas, ꝙ in bello giganteo Ioui aduerſus gigantes fulmina miniſtraſſe ferunt̃. Pli. uero ait ideo Iouis appellari famulas, qa fulmine nõ tãgũtur. Ponitur cubili. i. pupillis exiſtẽtib⁹ in cubili. i. nido: ut ſit datius. ut illud apud Mart. Tota mihi ponatur anas. ¶Inde aũt cũ ſe matura leuabit. Ordo ẽ: Progẽies feſtinat ad illã ꝑdã, quã ꝑmũ guſtauerit rupto ouo, cũ leuabit ſe matura ĩde. i. ex cubili. ¶Matura: adulta & uolatilis. ¶Guſtauerit ouo rupto. i. cũ nata ẽ rupto putamĩe oui. qd̃ roſtello a pullo ꝑforat̃ cũ excludit̃. ¶Aedificator: uariis exẽplis oñdit liberos ueſtigia pr̃na ſeq ſolẽ. ¶Cẽtronius: hic erigendo ædificia igẽs patrimoniũ abſumpſit: fili⁹ ſecut⁹ ueſtigia pr̃is qd̃cũq; ab eo relictũ fuerat, ædificãdo totũ attriuit. ¶Caietæ: oppidũ littorale Cãpãiæ. ¶Curuo littor: uerbi Etimologiã epitheto expreſſit. Nã (ut Strabo inqt) Caiẽtã noiauerũt ueteres, qm̃ curua oia caietas Lacões appellauere. Virg. tñ a nutrice Aeneæ Caietã noĩatã eſſe cecinit: Tu quoq; littorib⁹ nr̃is Aeneia nutrix Aeternã moriẽs famã Caieta dediſti. Diodo. uero ait ab Argõautis ædificatã fuiſſe. ¶Tyburis arce: ĩ mõtib⁹ enĩ ſitũ ẽ Tibur nõ lõge ab urbe Roma. ¶Præneſtinis: Prȩneſte. n. ciuitas eſt nõ lõge ab urbe Roma, quondã Stephãe: & Polyſtephãos a copia coronarũ apellata. Stra. In Romæ uero ꝯſpectu ſũt Tybur: ꝑneſte, Tuſculũ. ¶Grȩcis marmorib⁹: ex Laconia petebat̃ marmor uiride & ꝑtioſũ. cũctiſq; hilari⁹. auct. Pli. Papi. ĩ Sil. de balneo Hetruſci ſic: Vix loc⁹ Eurotæ uiridi. ĩtelligit. n. marmor Laconiũ. ¶Lõgeq;. nã & ex Aegypto, armẽia, & Numidia marmora petebant̃. ¶Aedẽ Fortunæ: docet Pli. lib. xxxvi. Aedẽ Fortũæ Romæ ꝑtioſiſſimo marmore extructã fuiſſe: ſed hoc loco poeta intelligit de tẽplo Fortunæ præ

Vultur

Aquila Iouis armigera

Caieta

Tybur

Præneſte

Fortune ædes

neſtinæ:ut ed.ficia,q̃ in agro Præneſtino, Tyburtinoq; erigebant
a Centronio,recte cõparent templo Fortunæ p̄neſtinę, & templo
Herculis Tyburtini. Tēplũ illic fuiſſe Fortunę docet Silius:Sacriſq;
dicatũ Fortunæ Præneſte iugis. inde ēt dari certa reſponſa oſtēdit
Papinius in Siluis:Et p̄neſtinę poterant migrare ſorores.¶De qbus
& Propertius lib.ii. Nam quid Præneſtis dubias o Cynthia ſortes:
Quid petis Aeaci mœnia Thelagonis? Strabo in qnto:Habet Præ⸗
neſte Fortunæ templum illuſtre:uñ certa eduntur oracula de qbus
ita ſcribit Trãquil.in Tiberio:Vicina uero orcula diſiicere conatus
ē:ſed maieſtate p̄neſt.nax ſortium territus deſtitit. ¶Herculis: ædē
Herculis & muſarum extruxit Martius Philippus Auguſti uictri⸗
cus.auctor eſt Tranquil.in Auguſto.Romæ Herculi etiam Domi
tianus tēplũ erexit magno impēdio: ubi ſe coli uoluit. unde Mart.
Herculis in magni uultus deſcēdere Cæſar. uerum hoc loco)ut di
ximus)poeta intelligit de templo Herculis: q d Tibure fuit cum
bibliothecha uaria librorum ſupellectile referta.de qua Gellius lib.
xviii.ca.v.unde & Tibur Herculeum appellatũ eſt,ꝙ Herculi dica
tum fuit. Mart.Tybur in Herculeum migrauit nigra Lycoris.Stra
Poſides bo in quinto. Tybur inquit Herculeum eſt. ¶Poſides: hic Claudii
Cæſaris libertus fuit.de quo Tranquil.ſic.in Claudio: Libertorum
p̄cipue ſuſpexit Poſidem ſpadonem, quem & Britannico trium⸗
pho inter militares uiros haſta pura donauit. Hic in tãtas euectus
ēſt opes ut luxu inſanas ædificiorum extructiones.ſuperaret.In lit⸗
tore Baiano(ut tradit Pli.)balneas extruxit, quæ Poſſidianæ uoca
tæ fuerunt,accepto noīe ab eodem Claudii Cæſaris liberto.¶Capi
Capitoli um pitolia noſtra:aut noſtri tpis, quæ antea incenſa cum fuiſſent, ma
gnificētius fuerunt reſtituta a Domitiano, aut reuera noſtra dixit:
hoc eſt Romana,quia & Capuę alia fuere Capitolia. de quibus Si
lius in.xi.Monſtrant Capitolia celſa, Stellanteſq; docent campos.
Trãquil. in Tiberio:peragrate Campania, cum Capuæ Capitoli⸗
um,Nolę templum Auguſti dedicaſſet.Idem in Caligula:Capitoli⸗
um Capuæ idibus Martiis de cælo tactum eſt fuit & Capitolium
Beneuenti. de quo ita Suetonius de claris grammaticis & rhetori⸗
bus:Statua Orbilii Beneuenti oſtenditur in Capitolio ad ſiniſtrum
latus marmorea, habitu ſedentis ac paliati, appoſitis duobus ſcri⸗
niis.¶Dum ſic habitat:dum ædificia tam luxurioſa ſibi ædificat ha
bitanda.¶Rem:patrimonium.¶Partis relictæ.i.opum. ¶Turbauit:
diſſipauit. ¶Villas:domicilia in agris.de quibus in prima Satyra.
¶Quidam ſortiti:alio exēplo oſtendit qd̄ dictum eſt:tales eſſe filios,
quales a parentibus inſtituuntur.Nonnulli,ingt, ſunt, qui Romæ
ſacra Iudęorum colunt, & illorum ſeruant ritus exemplo parentũ,
qui idē ante fecerunt.unde Trangl.in Domitiano: Pręter cæteros
Iudaicus fiſcus acerbiſſime actus eſt:ad quē deferebant, qui uelut
profeſſi Iudaicã intra urbē uiuerente uitã: nel diſſimulata origine
impoſita gēti tributa nõ pependiſſet:inter fuiſſe me aduleſcētulum
memini,cũ a procuratore frequētiſſimoq; cõſiglio inſpiceret nona
genarius ſenex an circũ ſectus eſſet.Sicq; poeta p trãſitũ religionē
Iudeox, & eius cultores irridet,adq; ſubſannat. Ttria autē percur⸗
rit.in qbus Iudaicæ religionis ſacramēta cõſiſtunt, quæ oīa a Mo⸗
ſe.tradita ſunt Iudæis:ſed alio ſenſu,q̃ ipſi accepere.hæc aũt fuere:
ut.ſ.Sabbatis qeſcerēt uacui ob oī ope,circũciderent, & carne ſuil
la abſtinerēt.¶Sabbata.i.Iudeox feſta. Nã Sabbatũ ligua Iudeox
qes dr̄.Moſes eni Damaſcena patria antiq̃ repetita mõtē Sinai oc⸗
cupauit,quo ſeptēdiex ieiunio p deſerta Arabiæ cũ populo ſuo fa⸗
tigatus cũ tãdē ueniſſet,ſemptimũ diē more gētis Sabbatũ.i. diē qe
is appellatũ in oē æuum ieiunio ſeruauit & gete,qm̃ illa dies famē
eis,erroreq; finierat.De eo ieiunio ita ſcribit Trãqui. in Auguſto:
Et rurſus ne Iudæus quidē mi Tiberi tã diligēter Sabbatis ieiuniũ
ſeruat,q̃ hodie ego ſeruaui:de Moſe molta Iuſtinus lib.xxxvi.Stra
bo.lib.xvi. Ioſephus ī libris de antiqtatibus Iudeox Euſebius lib.
viii.p̄paratiõe euãgelica.Cor.Tacitus.lib.xxi. Lactãtius Firmi.lib
.iiii.capi.xvii.Qui ſcribit a Iudæis iræ, atq; inuidiæ plenis Chriſtũ
accuſari,ꝙ legē Dei per Moſen datã ſolueret.i.ꝙ Sabbatis non ua
caret operans ſalutē hoīum,ꝙ circũciſionē uacue faceret: ꝙ abſti⸗
Sabbatarii nētiã ſuillæ carnis auferret, a ſabbato igitur Sabbatarii ſunt appel
lati.unde Mart.Ieiunia Sabbatariox.¶Nil p̄ter nubes:uidet hoc di
ctũ in æmulatiõe Ariſtophanis,q ī Comœdia,quã Nephelas.i.ne
bulas appellauit,īducit Socratē colere nubes: ut ſit manifeſta irri⸗
ſio Iudæorũ.Non ꝙ oīno nubes colant,ſed ut oſtēdat eos lõge er⸗
rare a cæterox cultu diuino.q.d.adorant Deos quos nõ uidēt,aut
reuera(qd̄ maxime pacet)ad id reſpexit ꝙ Deus apparuit Moſe
in nebula totum montem Sinai tegente per ſex dies, qui ſeptimo
die uocauit Moſen ex medio caliginis, ingreſſuſq; Moſes me⸗
dium nebulæ aſcendit in montē,fuitq; ibi. xl. diebus.&.xl.nocti⸗
bus: ubi a Deo accepit tabulas lapideas, legē & mãdata q̃ ſcripſit
Deus, ut doceret filios Iſrael.uñ & Dauid in pſalterio: Inuocabant
dñm,& ipſe exaudiebat eos,& in colũna nubis loquebat ad eos.Et
idē alibi:Inclinauit cælos & deſcēdit, & caligo ſub pedib⁹ eius, &
poſuit tenebras latibulũ ſuũ ī circuitu ei⁹ tenebroſa aq̃ ī nubib⁹ ae⸗
ris.Iudæi ergo nubes adorabãt,qa De⁹ ī nubibus p eis apparebat.
uñ illud Moſę in numeris:Nubes tua ꝓtegat illos,& in colũna nu⸗
bis p̄cedes eos p diē,& in colũna ignis p noctē quãuis nõ ſit ueriſi
mile poeta eſt ſciuiſſe. ¶Numē cæli:hoc dicit qa mēte ſola unũ dũ⸗
taxat numē(ut ſcribit Tacitus ultimo lib.)intelligũt,pfanũ,qui Deũ
imaginas mortalibus materiis in ſpēs hoīum effingant ſolũ illud
& æternũ,neq; mutabile,neq; interitux.igit nulla ſimulachra urbi⸗
bus ſuis nedũ tēplis ſunt:nõ regibus hæc adulatio:nõ Ceſarib⁹ ho
nor.Poeta igit eos irridet,q̃ſi nõ recte ſentiētes,qui unũ tm̃ Deum
agnoſcãt,cũ Romãi,cæterę q; nationes plurimos q̃ſi alciore cõſilio
colãt Deos. uñ eſt illud Plinii in.xiii.cap.iiii. Iudæa gens cõtume⸗
lia numinũ inſignis.Nã Iudæi unũ tm̃ Deum colunt. uñ eſt illud in
diuinis ſcripturis:Vnus Deus Hebræox,q creauit oīa, atq; terram
ſtabiliuit, & fundauit Maria.De quo ſic ēt Apollo quodam oraculo
meminit,ut ē apud Euſebiũ de p̄paratiõe euãgelica:Chaldæis q̃ ue
ra eſſet ſapiētia tm̃:Hebræi ſq; ipſis cõceſſum agnoſcere pura Ae⸗
ternũ,q mēte colũt,regēq;,Deũq;.¶Nec diſtare putãt ſuillã carne:
carne eni ſuilla abſtinēt Iudæi. De cuius rei īſtituto ſic ſcribit Taci
tus lib.xxi. Sue abſtinēt Iudęi memoria cladis,q̃ ipſos ſcabies quõ
dã turpauerat, cui id animal obnoxiũ. uex(ut tradit Lactãtius)cũ
Deus Iudæos carne ſuilla abſtinere iuſſit id potiſſimũ uoluit ītelligi:
ut ſe a peccatis, atq; imũdiciis abſtinerēt. Eſt eni lutulētũ hoc aīal
& imũdũ,nec unq̃ cælũ aſpicit, ſed in terra toto corpore ꝓiectũ, &
ore uētris p & pabulo ſeruit, nec ullũ aliũ dũ uiuit p̄ſtat uſum pōt,
ſicut cæteræ animãtes &c.Interdix ergo ne porcia carne uterent.i.
ne uitã porcox imitarent,qui ad ſolam mortē nutriuntur,ne uētri
ac uoluptatibus ſeruiētes ad faciendã iuſtitiã inutiles eſſent,ac mor
te afficerētur.Itē ne fœdis libidinibus īmergerētur,ſicut ſus,q̃ ſe cœ
no ingurgitat.uel ne terrenis ſeruiãt ſimulachris, ac ſe luto ingnēt.
¶Pater abſtinuit:cui⁹ ueſtigia p oīa ſeqtur.¶Præputia ponũt.i. cir
cuncidũtur more Iudæox ex Moſę ſacerdotis inſtituto. de quo ſic
Strabo:A ſucceſſoribus Moſę ex ſupſtitiõe inſtitutã carniũ abſtinē
tiã,al qbus abſtinēt: & circũciſiones & exciſiones,& ſi q̃ ſunt huiuſ
modi alia. De quo ſic ēt Tacitus: Circũcidere genitalia īſtituere, ut
uniuerſitate noſcãtur.Suetõius loquēs de Iudeis ī Domitiãõ:Inter
fuiſſe me adoleſcētulũ memini cũ a ꝓcuratore, frequētiſſimoq; cõſi
lio īſpiceret nonagenarius ſenex an circunſectus eſſet. Cætex(ut
auctor eſt Lactã.)figura circũciſionis erat,ut ſignificaretur nudã⸗
dũ eſſe pectus.i.apto & ſimplici corde oporteī nos uiuere:qm̃ pars
illa corporis,q̃ circuncidit,hēt quãdã ſimilitudinē cordis, & eſt pu
dēda.Et ob hãc cãm Deus nudari eã iuſſit, ut hoc argumento nos
admoneret,ne inuolutũ pectus haberemus.i. ne qd̄ pudendũ faci⸗
nus intra conſcientiæ ſecreta uelemus. Deus ergo circũciſionem a
carne mortali ad aīam tranſtulit,quæ ſola mēſura eſt. Præputiũ(ut Præp um
diximus illi:Mox & præputia ducit) ea pellicula appellatur, q̃ glã⸗
dem in colle tegit, & repuci poteſt. ¶Arcano uolumine:pentateu⸗
chũ ītelligit.i.qnq; uolumina ueteris teſtamēti a Moſe conſcripta.
uidelicet,Geneſim,Exodũ,Leuticũ,Numeros, Deuterononiũ. Di⸗
ctũ aũt pentateuchũ a πεντε qnq; : & τεῦχος uolumen in quo Deus
leges dedit Moſæ,q̃ ſeruebantur in arcanis: eas Moſes tradidit Iu⸗
dæis.¶Nõ mõſtrare uias:ſoluit, ī qt Moſes Iudæos adeo ab oī alia
religiõe eſſe auerſos,ut ne cõmercium qdem ullum haberēt, niſi cũ
eo,q eadē ſacra coleret,nec uiã erranti,nec ignē, nec aquã quæren
ti monſtrarent.qd̄ & ſi cõtra oēm ſit humanitatē: putauit tñ Moſes
non indignum uideri aduerſus eos,q ſacra ſua nõ colerēt. Hoc tñ
eſt ex hiſtoria.nam cum ſcabie Aegyptii, porrigineq; uexarentur
Hamonis reſpõſo moniti Moſen cũ ægris,ne peſtis ad plures ſerpe
ret terminis Aegypti pellunt. Dux igitur exulum factus Moſen,
ſacra Aegyptiorum furto abſtulit, repetitaq;(ut pauloante di⸗
ximus) Damaſcena patria antiqua montem Sinai occupauit Et
quia metu cõtagionis pulſos ſe ab Aegypto meminerant, ne ea⸗
dem cã inuiſi apud incolas forent:cauerunt,ne cum peregrinis cõī
carent.quod ex cã factum paulatim in diſciplinam, religionemq;
conuertit.Et ut ſibi in poſterum gentem firmaret: nouos ritus, con
trarioſq; cæteris mortalibus indidit ita, ut ne Iudæi conuerſarētur
cum Samaritanis,ob eãq; rem mulier Samaritana(ut ſcribit diuus
Ioannes)denegauerit aquam Chriſto tanquam Iudęo dicens ſic:

Quo modo tu Iudæus cū ſis, bibere a me poſcis, q̄ ſum mulier Samaritana? nō enim cōueniunt Iudæi Samaritanis. Philoſtratus lib. 5. in uita Apollonij Thyanei de Iudæis ſic ſcribit: Qui enim uitā a cæteris ſeparatā uiuentes, neq̧ mēſa cū cęteris, neq̧ ſacris, neq̧ cerimonijs ullis comunicāt. Hic ergo eſt ꝙ poeta ait: Tranſgreſſos in morē Iudęorū ſeruare ius indaicū, moreſq̧ ꝯtrarios cęteris mortalibus, ut nō mōſtrent uias erranti &c. Apud Atheniēſes piaculū erat nō mōſtrare uiā errāti: carmē erat apud ipſos, qđ in publicis cātabatur ſacris, ꝓnunciabaturq̧ eos eſſe ipios & execrabiles, q uiā nō moſtrarent. unde Cic. in. 3. offic. Quid. n. eſt aliud errāti uiā nō mōſtrare, qđ Athenis execrationibus publicis ſancitū eſt. Eadē ſacra: eoſdē Deos & cerimonias. Verpos: hoc eſt Iudæos, q auerſa pellicula, q̄ in circūciſione mutilat̄, ſunt denominati. Mar. Delapſa eſt miſero fibula, uerpus erat. uñ ēt uerpa capit̄ pro mēbro uirili. Poeta in Priapeijs: Tot uerpas tibi dedicat ſalignas. Mar. Incipit i medios meiet̄ uerpapedes. uñ etiā appellæ noiant̄, q̄ſi ſine pelle. Hora. Credat Iudęus appella. Idē ēt dicūtur recutiti a reſtituta cute poſt circūciſionē. ide illud Perſii: Recutitaq̄ ſabbata palles. i. Sabbata Iudæoꝝ recutitorū. Mart. Nec recutitoꝝ fugis liguina Iudæoꝝ. a reſtitutiōe igit̄ nouæ cutis Mart. itē dixit: Nec ruptæ recutita colla mulę. Sed pater in cā eſt ut fili⁹ hęc Iudæoꝝ iſtituta ſeruet. Septia lux. i. Sabbatū ipſum. qđ adeo ſupſtitioſe Iudæi ſeruabant, ut irruēte Tito ꝑ Sabbatū arma noluerint attigere. eū diem latini Saturni diē noiant. uñ Frontinus in Stratagematis: Diuus Auguſti. Veſpaſianus Iudæos Saturni die, quo nefas eis ē quicq̄ ſeriæ rei agere, adortus ſuperauit. Ignaua: feriata & otioſa ſine aliquo opere. Vllā partem uitæ. i. nihil fecit quo uita humana indigeat. unde Iudæi Chriſtum dominum noſtrum accuſabant ꝙ in die feſto cæcum ſanaſſet.

Sponte tamen iuuenes imitantur cætera, ſolam
Inuiti quoq̧ auaritiam exercere iubentur.
Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & vmbra,
Cum ſit triſte habi tu, vultuq̧, & veſte ſeuerum.
Nec dubie tanq̄ frugi laudatur auarus,
Tanq̄ parcus homo, & rerum tutela ſuarum
Certa magis, q̄ ſi fortunas ſeruet eaſdem
Heſperidum ſerpens, aut ponticus. adde qđ hūc, de
Quo loquor, egregiū populus putat, atq̧ verendū
Artificem, quippe his creſcunt patrimonia fabris,
Sed creſcunt quocunq̧ modo, maioraq̧ fiunt
Incude aſſidua, ſemper ardente camino,
Et pater ergo animi felicis credit auaros
Qui mirantur opes, qui nulla exempla beati
Pauperis eſſe putant, iuuenes portatur, vt illam
Ire viam pergant, & eidem incumbere ſectæ.
Sunt quędam vitiorum elementa, his protinus illos
Imbuit, & cogit minimas ediſcere ſordes.
Mox acquirendi docet inſatiabile votum,
Seruorum uentres modio caſtigat iniquo
Ipſe quoq̧ eſuriens, neq̧ enim omnia ſuſtinet vnq̄
Mucida cærulei panis conſumere fruſta,
Heſternum ſolitus medio ſeruare minutal
Septembri, necnon differre in tempora cœnæ
Alterius conchem æſtiui cum parte lacerti
Signatam, vel dimidio, putriq̧ ſiluro,
Filaq̧ ſectiui numerata includere porri
Inuitatus ad hæc aliquis de ponte negabit.
Sed quo diuitias hæc per tormenta coactas?

ᴄVERRE. i. uirgis purga. pauimentū. i. aream domus. oſtende columnas nitidas: & aranea arida. i. ſitibūda: uel ex uetuſtate exſiccata: aut mortua deſcēdat cū tota tela. hic lauet argētū. i. uaſa argētea. & alter tergat uaſa aſpera. i. anaglypta: hoc eſt deſuper ſculpta & habētia caprū extantē: aut aliud ſignū. Ergo tu miſer trepidas: ne atria fœtida ſtercore canino diſpliceāt oculis amici uenietis. nec. i. ne. porticus ſit perfuſa luto. & tñ unus ſeruulus emēdat uel emūdat hoc eſt emēdare pōt: hæc. ſ. pro qbus trepidas: hoc eſt auferre imunditiā uaſoꝝ. uno ſemodio. i. dimidio modij. ſcobis. i. pulueris decidentis a ſcobina, ſeu lima. & tu nō agitas illud: ut filius aſpiciat domū tuā ſanctā ſine oi labe. & carentē. i. uacantē oi uitio. gratū. i. acceptū & utile eſt: ꝙ dediſti patriæ & populo ciuē. ſ. filiū tuum. ſi facis ut ſit idoneus patriæ. utilis agris. i. agriculturæ: & utilis rebus bellorū & pacis agēdis. Intererit. i. diſtabit plurimū. qbus artibus, & qb⁹ moribus tu inſtitutas. i. imbuas: & primū erudias hūc. ſ. filiū tuū. qđ ꝓbat exēplis naturalibus. Ciconia nutrit pullos ſuos ſerpente: & lacerta inuēta ꝑ deuia rura: & illi. ſ. pulli q̄runt ea dē aīalia. pēnis ſumptis. i. ut primū uolare cœperūt. Vultur. i. illa auis rapax. ꝓperat ad fœtus. i. ad pullos ſuos: & affert partē cadaueris: & hoc iumēto mortuo. ſ. & canibus mortuis. & crucibus. i. in furcis & patibulis ſuſpēſis relictis. hic. i. hmōi cibus. ſ. cadauer. eſt ęgro: qa ipſo nutritus eſt quoq̧. i. ēt. cib⁹ magni. i. effecti magni adulti uulturis & paſcētis ſe. cū. i. qñ facit iā nidos i ꝓpria arbore. i. i q̄ ipſe ſuos pullos habet. Sed famulæ Iouis. ſ. aqlæ: & generoſæ aues ſup. aliæ: ut accipitres. uenātur i ſaltu. i. ubi ferę ſaliūt. leporē aut capream. i. caprā ſilueſtrē. p̄da ponitur tūc. i. anteq̄ plumeſcāt cubili. i. in nido pullorū. aūt ꝑ ſed. cū ꝓgenies matura. i. apta ad uolandū. leuabit ſe inde. i. ex illo cubili, ſeu nido. ipſa feſtinat ſtimulāte fame ad illā p̄dā, quā guſtauerat primū: uel quā guſtauerat ouo rupto. ꝑmū. i. ut primū exiluerat ex ouo rupto. Cētronius uir ille diues erat ædificator. i. nimis ſumptuoſus in ædificijs cōſtruendis. & parabat alta culmina uillarū. i. domorū ruſticarū. mō. i. aliqñ i littore curuo Caietæ. i. illius portus maris ſic a nutrice Aeneæ appellati: & nūc in ſumma arce Tyburis: & nunc in mōtibus Pręneſtinis: & hoc ex marmoribus græcis utpote laconicis. petitis. i. q̄ſitis lōge. uincēs. i. excellēs ędē Fortunæ & Herculis: q̄ ſumptuoſiſſime tñ extructa erat. ut Poſides ſpado. i. eunuchus. uicebat nr̄a. i. romana capitolia. Ergo cū Cētronius habitat ſic. i. tā ſumptuoſe: & i totis locis. ipſe iminuit rē. i. diuitias ſuas. & fregit. i. ꝯſumpſit opes ſuas. nec tñ erat parua mēſura partis. ſ. diuitiaꝝ relictę. filius ipſius Cētronij amēs. i. nullā rationē hñs. turbauit. i. diſſipauit. totā hanc. ſ. partē derelictā a patre. dū attollit. i. erigit nouas uillas meliore marmore q̄ pater Quidā. ſ. Iudæi. ſortiti. i. quadā ſorte hñtes patrē. ſ. quēuis Iudęū aut iudaizantē. metuentē. i. religioſe colētē Sabbata. nil adorāt ꝑter nubes, & numen cæli. i. nullū ſimulachrū: ſed ſolum Deū, q in nube apparuit. nec putāt ſuillā. i. porcinā carnē diſtare humana. i. ab humana carne: quia ab utraq̧ æqualiter abſtinēt: q̄. ſ. carne ſuilla. pater. i. genitor ei⁹ abſtinuit. & ipſi ponūt mox. i. ſtatī nati. octauo. ſ. die. mox poſtq̄ fidē acceperūt. ꝑputia. i. priorē pelliculā uirilīū. ipſi aūt ſoliti cōtēnere leges Romanas: ediſcūt & ſeruāt & metuūt ius Iudaicū qđcunq̧ Moſes tradidit uolumīe arcāo. i. Iudæis ocultato. ediſcūt inq̄ nō mōſtrar̄ uias niſi colēti eadē ſacra. (Sūt enī Iudæi adhuc hodie nimiū amatores ſui: uſq̧ adeo, ut gratis iter ſe cōmodēt: cæteris uero ad uſurā.) Et deduce ſolos uerpos. i. Iudeos uertēti pelle circūciſos ad fontē q̄ſitū a uiator̄. ſ. in Iudæa: ubi aquaꝝ penuria eſt. Sed pater eſt i cāuſa cui patri. ſ. quęq̧ ſeptima lux. i. qđlibet Sabbatū fuit ignaua. i. ſine oī opatiōe. & nō atigit ullā partē uitæ. i. nihil eo die opautus eſt: quo ſe uiuer̄ ſignificar̄ poſſet.

ᴄSPOnte tñ iuuenes: iuuenes, inqt, ꝑ reliq̄ oia parētes ſpōte ſua imitant̄: auariā aūt cū ꝑ ætatē oderit, cogūtur ēt iuiti exercere. ſicq̧ īmēſam patrū cupiditate: & ꝑnitioſā humāi generi diſciplinā notat. Cætera. ſ. uiuēdi ueſtigia, & īſtituta, & cæteros mores. Fallit. n. uitiū ſpecie uirtutis: fili⁹, iqt, & auaritiā iſcius exercet, qa pater, quæ auaritia ē: parſimōiā appellat: ſicq̧ filius fallit̄, qa uitiū nō recognoſcit ut uitiū: ſed auaritiā exercet, putās nō eſſe auariā, ſed diligentiā quādā & uirtutē acqrēdi. Nā uitia cū uirtutib⁹ ſunt adeo finitima, ut ipſa ꝓpinqtate plerunq̧ fallāt, & ꝓ uirtutibus habeant̄, nā auaꝝ ꝓ parco, ꝓdigū ꝓ liberali uocamus. Erram⁹ inqt, & dū conamur uerā uirtutē ſeq̄, in uitia uirtuti uicina icurrimus nā auaritiā āplectimur putātes eā eſſe parſimoniā. Imitatio eſt Horatii: Decipimur ſpecie recti. Seneca in Prouerbiis: Timidus cautū ſe uocat: ſordidus parcū. Vmbra. i. imagie. Nā cū uirtute neſcio qd haber̄ uidet̄ ſimilitudinis, q acqrit. Cū ſit triſte habitu. i. ipſū uitiū auaritiæ metaphora ſūpta ab habitu exteriore. Nā habitus & uultus hois ſeuerus decepit plerūq̧ te, qa putas eū talē eſſe itriſecus, q̄lis apparet extriſecus. Nā & diligētia illa acquirēdi extriſecus uir̄ laudabilis. ſed ſi attēdas iterāneā cupiditatē iuenies nihil delectabilius. Nec dubie: idubitāter qdē auarus laudat̄ tanq̄ frugi: hocq̧ cū riſu: eaq̧ ꝓnunciatiōe, qua aliqd ſolemus iprobare. q. d. laudatur is, q maxie uituperādus eſt.

IOAN. BRIT.

¶ Auarus: licet auarus nefanda sit cupiditate: tñ quia ad acquirẽdũ uidetur esse uigilãtis & solertissimę industrię laudatur, ut homo utilis: qa per summã uirtutẽ, & industriã uidetur acqrere. Nã acquirere iuxta mortaliũ cõcupiscentiam magnæ est uirtutis. unñ illud est Ouidij. Nõ minor est uirtus q̃ quærere, parta tueri. ¶ Tanq̃ parcus: nã

Parsimonia

parsimonia nomen habet uirtutis. Virg. Atq; apibus quãta experientia parcis. Est.n. parsimonia scientia uitãdi sumptus supuacuos uel ars re familiari moderate utẽdi. Sene. ¶ Certa magis: hoc a poeta dictũ cũ gestu ridentis tam sordidã diligẽtiam. ¶ Serpens Hesperidũ: nã Hesperides q̃ tres fuere. s. Ægle, Heretusa, & Hesperetusa filiæ Hesperi fratris Atlantis, hortos habuere in Oceano Atlãtico ferentes mala aurea, quę a serpẽte peruigili custodiebãtur, illuc Hercules cũ imperio Eurystei peruenisset, occiso serpente, poma abstulit. ¶ Aut põticus: nã apud Colchos in Põto ubi Aetarex pater Medeæ regnauit, ĩ tẽplo Martis pellis uelleris aurei suspẽsa olim fuit a Phrixo, quã tauri ignẽ spirantes una cũ dracone dicũtur custodisse. Eã Iason, occiso opera Medeæ dracõe sustulit. ¶ Adde ꝙ hũc, de Quo hoc etiã summa cũ indignatione infertur, ꝙ malus ut bonus laudetur. ¶ Verendũ: in honore habẽdũ, ut hoiem solertissimũ. ¶ Quippe his: nec mirum, inqt, est si ĩ pretio sunt tales, & laudãtur, ut optimi artifices nam hi quidẽ sunt qui patrimonia norunt ampliare: & proinde in pretio sunt. iuxta illud Ouidij: In pretio ꝓtium nunc est: dat cẽsus honores: Census amicitias: pauꝑ ubiq; iacet. ¶ Quocũq; modo. i. per fas & nefas. ¶ Incude assidua: metaphora sumpta a fabris ferrarijs, qui assidue cudẽdo ferrum extẽdũt. ergo incude labore & solertia. ¶ Ardente camino. i. animi cupidine flagrante. ¶ Et pater ergo: sensus est: Cum ergo patrimonia solertia, & diligentia amplietur, pater appellat, creditq; auaros felices utpote diuites: & qui mirentur & amplectantur opes: & qui nullũ pauperem inter felices numerẽt: & ꝓinde hortatur filios, ut eãdem uitæ sequãtur uiam. legẽdũ enim est hortatur numero singulari. ut sic exponas: Pater hortatur iuuenes ut imitẽtur uestigia auari. ¶ Mirãtur: suspiciũt. ¶ Iuuenes: filios adolescentes. ¶ Sectæ: quã tenẽt auari a sequẽdo dicta est

Secta

secta. ea proprie est philosophorũ. qui eni Platonis dogma tenebãt, platonicã sectam tenere dicebãtur: qui Socratis, Socraticã. Seneca ad Lucilium. ¶ Sunt quædã uitiorum elemẽta: auari, inquit, non statim filios ad extremas sordes producũt. sed quædam habent principia auaritiæ, quæ paulatim teneris puerorum mẽtibus insinuant.

Elementa

¶ Elemẽta: principia. Bene autẽ elementa principia appellamus. ex quatuor enim elemẽtis omnia principiũ suũ habere dicuntur. ¶ Sordes: proprie dicũtur maculæ in uestibus. sed metaphoricos ad animũ transfertur uocabulũ: ut pro auaritia ponatur: quæ non minus hominis animũ polluit, q̃ sordes uestimenta. Horat. Sordidus a tenui multum distabit. ¶ Seruorum uẽtres modio castigat: defraudat seruos cibarijs suis. Nã seruis quaterni modij dabatur frumenti in

Dimensum

mense: & id dimensum dicebatur. Vnde Terent. De dimenso suo, suum defraudans Genium comparsit miser. Hæc Donatus. ¶ Ipse quoq; qui dominus est. ¶ Neq; enim sustinet: tanta, inquit, auaritia premitur: ut ne frusta quidem mucida panis sustineat comedere: ac

Minutal

si dicat nõ magis ijs abstinet, q̃ rebus delicatis. ¶ Minutal: genus cõdimenti est: quod ex rebus minutim concisis fiebat (ut docet Apicius) uarij generibus & nominibus. inter cætera fiebat unum minutal marino pisce, liquamine, oleo, uino, porris capitatis, coriandro. Dicebatur Tarentinum, Marianũ, dulce ex citreis. Minutal itẽ ex iecinoribus & pulmonibus leporis. a uarietate rerum uarium dicitur a Martiale. ¶ Septembri: tempore autumnali, quo obsonia maxime corrumpuntur, & hominum corpora morbis sunt obnoxia.

Conchis

¶ Conchem. i. fabam uiridem. ut diximus in. 3. Saty. Cuius cõche tumes. De qua Mart. Si spumet rubra cõchis tibi pallida testa: Lautorum cœnis sæpe negare potes. Alij sentiunt genus esse leguminis non absimile lenti. ¶ Signatam: custoditã impresso signo aduersus fraudes seruorum. Cuius consuetudines sic meminit Cicer. in epist. Sicut olim matrem meam facere memini, quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exiccatę. Sic & Plaut. in Persa: Nam id demum lepidum est, triparcos homines uetulos, auidos, aridos bene admordere: qui alium seruo obsignant cum sale. Horati. Et signo læso non insanire

Lacertus

lagœnæ. ¶ Lacerti: piscis est ex Bætica: saxetanus dicitur a patria ubi capitur: pauperibus cum conche ut uilissimus cibus apponebatur. Martia. Cum saxetani ponatur cauda lacerti: Et bene si cœnas conchis inuncta tibi est. ¶ Æstiui: quo tempore obsonia putrescunt. ¶ Siluro: piscis est peculiaris lacus Hilidis, quem efficit Nilus. Ibi.n. reperiuntur Alabetæ, Coracini, Siluri, Crocodilus quoq;. auctor Pli. lib. 5. ¶ Includere: custodire inclusa. ¶ Fila numerata. i. ipsum porrum numeratum, ne furtim imminuatur. Filum autem appellat, ꝙ porrum sectiuum tenue sit, & exile ad differentiam capitati quod crassius est. De quibus multa Columella lib. 12 Plin. lib. 19. ¶ Inuitatus ad hæc: adeo, inquit, sordide uiuit, ut huiusmodi epulis mendicus abstineret si inuitaretur. Sicq; hominis auaritiam exaggerãdo detestatur. ¶ De ponte. i. aliquis mendicus. Nam ĩ pontibus pauperes solent mendicare. ut diximus illic: Dirusq; a ponte satelles. Ordo autem est: Aliquis de ponte inuitatus ad hæc, negabit. s. uenire. ¶ Sed quo ostendit extremæ illum esse dementiæ: qui nimia parsimonia conseruat, quæ prodigi hęredes absumant. De quibus sic etiam Horat. Absumet hæres cecuba dignior, Seruata centum clauibus & mero Tinget pauimentũ superbo pontificum Potiore cœnis. ¶ Sed quo diuitias. i. ad qd diuitias coactas per tot labores uis habere, si ijs uti non uis? sicq; hominis (ut dixi) stultitiam insectantur: qui duriter, ac parce uiuit ut hęredibus relinquat diuitias. ¶ Per hæc tot tormenta: per tot sudores & labores.

¶ S P O N T E tamen iuuenes &c. Ostẽdit perniciẽ auaritię, quæ prudẽtię: & frugalitatis speciẽ præ se fert: & ad quã iuuenes nõ sua natura (est enim senectutis uitium: quia in nobis uitia decrescunt omnia, solam præter auaritiam) sed a parentibus instigati accedũt qđ reprehendit poeta. Ordo est: Iuuenes tñ imitãtur sponte. i. ex ꝓpria natura. cętera sup. uitia parentũ. & iubẽtur a parẽtibus exercere inuiti. quoq;. i. etiã solam auaritiã. Vitiũ enim auaritiæ. s. fallit. i. decipit nos. specie. i. per speciem & apparentiã uirtutis. & umbra. i. occultãte pernicie sua. uel umbra. i. obscura cognitione eius, q̃ bonũ uidetur. cũ sit triste. i. seuerũ & graue habitu. & seuerũ. i. nimis rigide sequens uerũ. uultu, & ueste. i. cũ auari ostentet semper, & præ se ferãt speciẽ grauis, & prudẽtis uiri, & alti cõsilij. Nã ut ait Hora. in epist. Hos solos aiunt sapere & bene uiuere quorũ Conspicit nitidis fundata pecunia uillis. Nec auarus laudatur dubie. i. cũ timore de opposito: sed certe & secure tanq̃ esset frugi. i. ad frugẽ: hoc ẽ utilitatẽ & rem suã modeste respiciens. & tanq̃ hõ parcus. i. modeste parcens. & tanq̃ tutela. i. custos suarũ rerũ. magis certa. i. certior & tutior, q̃ si serpẽs Hesperidũ. i. qui custodiuit mala aurea Hesperidũ: donec ea Hercules abstulit. aut põticus sup. serpẽs: q custodiuit aureũ uellus: donec Iason ipsum abstulit. seruet. i. custodiat. easdẽ fortunas. i. diuitias, q̃s auarus custodit. Adde ꝙ populus putat hũc de quo loquor. s. auarũ seuere incedentẽ egregiũ, aut uerendũ artificem: quppe qa certe patrimonia crescunt his. i. huiusmodi. s. auaris fabris. Sed patrimonia sup. crescũt quocũq; modo ẽt illicito & nefando: & fiunt maiora assidua incude: & camino semper ardente respicit ad fabros monetarios, unde metaphorã sumpsit. Et ergo pater credit filios suos auaros felicis animi. qui mirantur. i. cum admiratione laudant: & assequi uolunt. opes. i. diuitias. & hi putant nulla esse exempla pauperis beati. i. nõ debilem esse ullum, qui fuerit beatus & pauper. & hortantur iuuenes ut pergant, i. perseuerent: ire illam uiam, qua ipsi. & incumbere. i. ex toto studere & inhiare eidem sectæ. i. professioni & studio. s. auaritiæ. Sunt quædam elementa. i. principia & incitamenta uitiorum. & pater sup. imbuit. i. primũ erudit per primam infusionem talis doctrinæ. protinus. i. statim ubi capaces sunt. illos. s. filios. his sup. elementis. & cogit eos discere minimas sordes. i. auarorum mores, qui sordidi uocantur. & docet mox. i. paulopost. insatiabile uotum. i. desiderium acquirendi. Paruæ autem sordes sunt hæ. Castigat. i. attenuat uentres seruorum iniquo modio. i. mensura iniusta frumenti eis danda singulis mẽsibus. existens quoq;. i. etiam ipse esuriens. neq; enim sustinet. i. patitur unq̃ sup. seruos consumere omnia frusta. i. fragmenta mucida. i. mucore & situ perfusa pannis cærulei coloris sup. s. marini: solitus seruare medio Septembri, cum cibus citissime corrumpitur. minutal. i. genus condimenti ex rebus minutim concisis. hesternum. i. pridianũ hoc est ex frustis carnium cœnæ præcedentis confectum. necnon. i. etiam. solitus sup. differre in tempora alterius cœnæ. i. de una cęna. usq; ad aliam conchem. i. uiridem fabam confrictam. signatam. i. signo ipsius notatam. cum parte lacerti. i. piscis uilis. æstiui. i. qui tempore æstatis maxime uellescit & putrescit. uel cum dimidio & putri siluro. i. tali pisce & solitus includere fila porri sectiui. quod uilius est q̃ capitatum. numerata. i. cũ certo numero apposita. aliquis de ponte. i. mendicans in ponte. inuitatus ad hæc sup. cibaria. negabit sup. uenire. Sed quo &cę. Docet auarorum insaniam, qui in suam perniciem filios auaritiam docent: cum ab illis postea necentur. Ordo est: Sed quo. i. ad quem usum. coactas. i. accumulas auare diuitias per hæc tormenta seruorum scilicet.

ASCe[…]

¶ PHRENESIS

Cum furor haud dubius, cū sit manifesta phrenesis,
Vt locuples moriaris egenti viuere fato:
Interea pleno cum turget sacculus ore,
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit
Et minus hanc optant, qui non habet. ergo paratur
Altera villa tibi, cum rus non sufficit vnum,
Et proferre libet fines, maiorq; videtur,
Et melior vicina seges, mercaris, & hanc, &
Arbusta, & densa montem qui canet oliua,
Quorum si pretio dominus non vincitur vllo,
Nocte boues macri, lassoq; famelica collo,
Armenta ad virides huius mittuntur aristas,
Nec prius inde domum, q̃ tota noualia sæuos
In ventres abeant, vt credas falcibus actum.
Dicere vix posis, q̃ multi talia plorent,
Et quot vænales iniuria fecerit agros.
Sed qui sermones: quæ fœdæ buccina famæ:
Quid nocet hoc: inquit, tunicam mihi malo Lupini
Quam si me toto laudet vicina pago
Exigui ruris paucissima farra secantem.
Scilicet & morbis, & debilitate carebis,
Et luctum, & curam effugies, & tempora vitæ
Longa tibi post hæc fato meliore dabuntur,
Si tantum culti solus posederis agri,
Quantum sub Tatio populus Romanus arabat.
Mox etiam fractis ætate, ac punice passis
Prælia, vel Pyrrhum immanem, gladiosq; Molossos,
Tandem pro multis vix iugera bina dabantur
Vulneribus, merces ea sanguinis, atq; laboris
Nullis visa vnq̃ meritis minor, aut ingratæ
Curta fides patriæ, saturabat glebula talis
Patrem ipsum, turbamq; casæ, qua fœta iacebat
Vxor, & infantes ludebant quattuor, vnus
Vernula, tres domini, sed magnis fratribus horum
A scrobe, vel sulco redeuntibus altera cœna
Amplior, & grandes fumabant pultibus ollæ.
Nunc modus hic agri nostro non sufficit horto.
Inde fere scelerum causæ, nec plura venena
Miscuit, aut ferro grassatur sæpius vllum
Humanæ mentis vitium, q̃ sæua cupido
Indomiti census. nam diues qui fieri vult,
Et cito vult fieri, sed quæ reuerentia legum:
Quis metus, aut pudor est vnq̃ properantis auari:

[..]D AN. [..]RIT. [Ph]renes.

¶ PHRENESIS: morbus est, q cōtinua dementia esse incipit: aut cū æger q̃uis adhuc sapiat, tñ quasdā uanas imagines accipiūt phreneticas. ¶ Viuere egenti fato: egenti sorte & paupe statu. Nihil pfecto est absurdius diuite auaro, qui uult in paupertate uiuere, ut moriatur diuus. unde eū illud Ciceronis in Catone maiore: Auaritia uero senilis qd sibi uelit intelligo: potest.n. esse qcq̃ absurdius, q̃ quo min⁹ uię restat, eo plus uiatici quærere. ¶ Crescit amor: imitatio est Horatiana: Crescentē sequitur cura pecuniā. ¶ Et minus hāc optat: ostēdit moraliter poeta pauperē ad opes parādas minus anxiū esse, q̃ diuitē: nec sine ratione. Nā q in opibus nutritus est semper ueretur ne ab his decidat, proindeq; semper cogitat non solū, q̃ parta sunt cōseruare sed augere & multiplicare, pauperi uero q diuitias nō cognouit desiderio habēdi minus excitat. ¶ Et melior: uidetur. Sic Horati. de auaro: Quodq; aliena capella gerat distētius uber Tabescat Ouid. Vicinūq; pecus grandius uber habet. ¶ Seges: seges pprie dicit eorū seminū ex quibus cōficitur panis, accipiturq; p ipsis frugibus, dū adhuc in agris stāt Liui. ab urbe cōdita lib. 2. Forte ibi tunc seges farris dicit fuisse matura messi: Ouid. Iā seges ubi Troia. Virg. Hic segetes, illic ueniunt felicius uuæ. Accipitur ēt seges pro omni terra parata ad frumentū accipiēdū. quo significato accipit Virg. illic: Quid faciat lætas segetes: hoc est ipsam terrā. unde Varro l. 2. rei rusticæ Bos domitus cā fit ut cōmodius nascatur frumētū in segete, & pabulū i nouali. ¶ Arbusta: arbustū nō solū apud auctores plerunq; capitur p loco arboribus cōsito sed maxime pro loco cōsito uitibus, & arboribus. uñ Columel. Arbustū inter q̃dragenos pedes dispositū esse ɔuenit. Sic enim & ipsæ arbores, & appositæ uites melius coalescent, fructūq; meliorē dabunt. ab eo eleganter ēt deducitur arbustare uerbū: q est agrū arboribus conserere. Plin. Transpadana Italia populo, tilia acere, orno, carpino, quercu arbustat agros. ¶ Canet: albicat. ¶ Quoꝝ si pretio: ostendit poeta periculosum esse habētibus prædia iuxta potentē uirū, q iportunitate & subdolis artibus cogūtur ea uēdere. unde est illud Horatij in Odis: Quid qđ usq; proximos Reuellis agri terminos, & ultra Limites clietiū salis auarus. ¶ Si nō uincitur: si nō pōt induci illo p̄tio, ut uēdat ea. ¶ Aristas huius .s. domini uicini. ¶ Lasso collo: ratio est q̃re famelica sint. iugo.n. colla subiecta diu habuerūt: ut inde p laborē ɔtracta sit fames. ¶ Domū: subaudi abeūt ab īferiore. nā abeāt legendū est sine aspiratione: ut noualia noiatiui sit casus. ¶ Noualia: totę ipsę segetes. hypbole ē. Noualia aūt sunt agri, q (ut docet Pli. li. 18.) alternis annis serūtur. ¶ Sæuos fame exasperatos. ¶ Sed q sermone: insultatio est poetę in auarū. Sec cū inqt, tot diuitias p multas iniurias paraueris, qui sermones sunt de te: ac si dicat ubiq; male audis, ubiq; ut iprobissimis laceraris. ¶ Quid nocet hoc inqt: uerba auari respōdētis. Nā infamiā auarus contēnit, unde de Auaro ita Hora. Sordidus ac diues populi cōtēnere uoces Sic solitus, pplus me sibilat, at mihi plaudo Ipse domi, simulac nūmos ɔtēplor i arca. Et alibi Iuue. i detestationē auaritię: Quid.n. saluis ifamia nūmis. ¶ Tunicā mihi malo Lupini: auarus tāti facit diuitias: ut plr̄s ęstimet rē uel uilissimā, q̃ laudē & bonū nomē i pauptate. Cōtra aūt uir bonus pluris facit bonū nomen, q̃ diuitias multas. Est ergo sensus. Ego magis mihi uolo siliquā lupini, ac si dicat. rē nulli⁹ momēti pluris facio, q̃ laudari ut uir bonus in pauptate. ¶ Tunicā: folliculū. ¶ Laudet me: ut uirum bonū. ordo est: Laudet me secātē. ¶ Paucissima farra exigui ruris: pauptatē summā his uerbis expressit. ¶ Pago: uilla. πηγὴ .n. fons dicitur. īde pagus. iuxta enim fontes uillæ fieri solent ob aquaꝝ cōmoda. ¶ Scilicet & morbis: ironicos auaro rñdet poeta. Est aūt sensus: Licet diuitias tibi multas paraueris ita: ut solus tm̄ possideas, q̃tū uniuersus po. R. sub Tatio possidebat: nō tñ poteris carere alijs icōmodis, & calamitatib⁹. Sic philosophice ostēdit diuitias nō esse eas, q̃ hoiem a corporis iuxta & mētis ægritudine queāt uēdicare: neq; lōgiora, feliciora q; tēpora uitæ largiri cū diuitē maiores etiā curę comitētur. Est aūt imitatio Horatiana qui sic scribit in epistola ad Loliū Nō damus & fūdus nō ęris aceruus & auri: Ægrotę dñi deduxit corpore febres: Nō aio curas ualeat possessor oportet: Si cōportatis rebus bene cogitat uti. ¶ Debilitate: debiles appellamus, qb⁹ aliqua mēbra sint uel diminuta uel oblisa, ut alibi: Hic coxa debilis, ambos pdidit ille oculos. ¶ Post hęc .i. post istā morboꝝ & & aliarū calamitatū carentiam. ¶ Quātū sub Tatio: ex modestia antiquorū ostēdit mores & auaritiā sui tpis acriter dānādā. sub Romulo.n. & Tito Tatio duce Sabinorū, q fędere pcusso i urbē cū Sabinis recept⁹ fuit a Romulo, tāta reꝝ modestia & parsimonia uiuebāt, ut (auctore Pli. lib. 18. ca. 2.) bina tūc iugera pop. Ro. satis essent, nulliq; maiorem modū attribuerit. Dona ēt putauerit amplissima iperatoꝝ ac fortiū ciuiū, quātū quis uno die plurimū circumaruisset. Columella tñ scribit in. 1. limine opis sui de agricolatione: C. Fabritiū & Curiū Dētatū, alteꝝ Pyrrho finibus Italiæ pulso, domitis, alterū Sabinis, accepta q̃ uiriti diuidebāt captiui agri septē iugera, nō minus īdustrię coluisse, q̃ fortiter armis q̃sierāt. Pli. uero tradit Curiū Dētatū q̃ terna agri iugera uirit i pplo diu sisse, sibi deide totidē ɔstituisse dicētē, neminē eē dēre, cui nō tm̄ sufficeret. ¶ Mox ēt fractis ętate: oñdit q̃ta fuerit frugalitate ueteres, q ēt ętate & bello ɔfecti acceptis binis iugeribus in p̄miū ɔtēti erāt, tanq̃ maximis donari diuitijs. Ordo est: Mox uix tādē bina iugera dabāt p multis uulnerib⁹ ēt fractis ętate, & passi p̄lia punica, uł Pyrrhū imanē. ¶ Mox: deide. ¶ Passis p̄lia punica: q arma aduers⁹ Pęnos gessisset. ¶ Pyrrhū: Epirotaꝝ regē, q cū i auxiliū Tarētinoꝝ aduers⁹ Ro. arma tulisset. demū post uaria p̄lia a Cur. & Fabr. supatus i Gręciā reuersus ē, ubi dū Argos oppugnaret, ictu tegulæ iterēptus ē,

Margin notes: [Se]ges; [Ar]busta; [A]rbusta; [N]oualia; Debilis; Pyrrhus

Viuite contenti caſulis,& collibus iſtis
O pueri Marſus dicebat,& Hernicus olim,
Veſtinuſq; ſenex,panem quæramus aratro,
Qui ſatis eſt menſis,laudant hoc numina ruris,
Quorum ope,& auxilio gratæ poſt munus ariſtæ
Contingunt homines ueteris faſtidia quercus,
Nil uetitum feciſſe uolet, quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi,qui ſummouet Euros
Pellibus inuerſis.peregrina,ignota nobis
Ad ſcelus,atq; nefas,quodcunq; eſt, purpura ducit.
Hæc illi veteres præcepta minoribus,at nunc
Poſt finem autumni media de nocte ſupinum
Clamoſus iuuenem pater excitat,accipe cæras,
Scribe puer,uigila,cauſas age,perlege rubras
Maiorum leges, aut vitem poſce libello.
Sed caput intactum buxo,nareſq; piloſas
Annotet,& grandes miretur Lælius alas.

¶Moloſſos:Epiroticos. Nã Moloſſia pars eſt Epiri:ut diximus ſuperius.¶ Tandẽ hæc particula deſiderij ſignificationẽ habet:ut ſit poſt multũ tp̃s & diutinos labores,referturq; ad effectũ expectãtis.Cicer. Vix tandẽ legi literas dignas Appio Clodio.¶ Bina iugera:nã (ut dictũ eſt ex ſnĩa Plinij) bina tũc iugera po.Ro.ſatis erãt. ¶ Merces ſanguinis.ſ.in p̃lijs effuſi.¶ Nullis uiſa minor:tãta erãt,inq̃t,animi moderatione &paucis cõtẽti ut ea merces licet exigua,nunq̃ uiſa ſit inferior meritis,q̃ in rẽp. cõtuliſſent.¶ Aut ingratę Curta fides patrię:nunq̃ putauerunt fidẽ patrię curtã eſſe in ſe. Et ordo eſt a ſup̃ioribus: Aut nunq̃ uiſa ſibi eſt fides curta p̃triæ ingratæ ut duo dicat:neq; patriã uiſam ſibi ĩgratã, neq; eius fidẽ ſibi modicã:aut (qđ non minus placet) ex affectu poetæ dictũ.i. licet ingrata eſſet patria, q̃ ꝓ meritis p̃mia nõ redderet, tñ tãta erãt animi moderatione,ut nunq̃ putarẽt modicã eſſe reipu. i ſe fidem. ¶ Saturabat: hoc dicit in deteſtationẽ delitiarum ſui tp̃is.¶ Talis glebula:tã modicũ ſolũ. ¶ Qua fœta iacebat Vxor: expone qua .ſ.caſa. ut ſit in q̃ caſa uxor etiã fœta iacebat:ut totũ ſit ad laudẽ priſcæ frugalitatis,cũ tã exiguis facultatibus etiã lãguidi optime fouerẽtur.¶ Vnus uernula.i.ſeruulus unus ĩfans.Nã uernæ dñr ſerui nati domi ex ancillis.¶ Tres domini.ſ.infantes.¶ Horũ.ſ.triũ dominorũ.¶ Magnis:per hoc oſtẽdit p̃ter tres infantes, & alios fratres grãdiores extitiſſe.¶ Amplior:pp̃ exhanelatũ laborẽ. ¶ Et ꝓ.i.nã expoſitio eſt amplioris cœnæ.¶ Ollæ grãdes:cacabi grãdiores.¶ Pultibus:bene inq̃t pultibus:ut oſtẽdat: lauta obſonia nõ ſolita parari. Nã pulte trecẽtis annis ante uſum panis uixerũt Roman.ut ſcribũt Verius,& Pli. ¶ Noſtro nõ ſufficit horto.i.ampliores nũc habemus hortos,q̃ antiq̃ habuerũt agros:uñ eſt cõqueſtio illa Plinij:Cũ bina tũc iugera po.Ro.ſatis eſſent,nec ulli maior modus attribuereť, eo ſeruos pauloante principis Neronis cõtẽpto,huius ſpatij uiridia, & piſcinas habuiſſe,gratũq; eſſe ſi nõ aliq̃s & culinas. ¶ Inde:ex tãta rerũ cupiditate.¶ Cauſæ ſcelerũ: ſubaudi ſunt.Nam hoĩs ad omnia ſcelera cupiditate habẽdi facile impellũtur.unde illud Virgi. Quid nõ mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?¶ Nec plura uenena: ordo eſt, & ſenſus: Nec ullũ uitiũ humanæ mentis miſcuit plura uenena,q̃ ipſa auaritia & imoderata habẽdi cupiditas.¶ Graſſatur:ſæuit.Eſt.n.graſſari ſupra modũ ſæuire.unde Tranquil.in Calig. His diuerſo uitiorũ genere graſſantibus,i.ualde ſæuiẽtibus. Graſſari ẽt dicimus incedere. Salluſt.in Iugurthino:Graſſatur uia uirtutis. ¶ Et cito fieri uult:oſtendit multa ſcelera illi perpetranda eſſe,qui modico temporis ſpatio magnas aggregat diuitias.

Graſſari

¶ C V M ſit furor haud.i.nõ dubius & manifeſta phreneſis.i.inſania uiuere fato.i.ſtatu & ſorte fatali egẽti.ut moriaris locuples. Interea cum ſacculus turget.i.inflatur pleno ore:ꝗ ligari nõ poteſt. amor nũmi creſcit q̃tũ ipſa pecunia. & minus optat hãc.ſ.pecuniã q nõ habet ſup.eã.Ergo ꝗ inſatiabilis es .altera uilla paratur tibi. & cũ rus unũ nõ ſufficit.libet proferre.i.extendere . fines.i.limites agri tui.& ſages.i.ſatio uicina uidetur maior & melior.& tu mercaris &.i.etiã hãc.& cũ ea arbuſta.i.ligna cædua, ſeu cõbuſtibilia. & montẽ qui canet tempore florũ oliua denſa.i.frequẽti olea.quoꝝ.i. quarũ rerũ.ſi dominus nõ uincitur.ſ.ad uendendũ ullo pretio. boues macri,& armenta famelica collo laſſo.i.fatigato aratro,aut iugo.mittuntur ſup. a te ad uirides ariſtas.i.ſegetes huius.ſ.domini ut.ſ. deuaſtatis illis , cum nullum fructũ habeat cogatur uendere. Nec ſup.rediguntur prius domũ inde.i.ab illis ſegetibus, q̃ ipſi habeant.i. aſſumant in ſæuos uentres .tota noualia.i.totã nouã ſationẽ ſegetũ.ita ut credas illud actũ eſſe falcibus.i.incuruis cultris: quibus frumentũ maturũ abſcinditur, q̃ multi ſup. putes plorent talia ſup.dãna:&tales iniurias.&quot agros fecerit iniuria uænales:quaſi dicat plurimi,& plurimos.Sed qui ſermones habẽtur ſup.de auaro.& quę buccina.i.tuba famę fœdę.i.diffamationis.habeť ſup.de te o auare.Ipſe autem auarus ſup.inquit.Quid nocet hoc.ſ.infamẽ eſſe.ego malo mihi tunicam lupini.i.plenam & turgidã auro: ſicut tunica.i.ſiliqua lupini plena eſt grauo. uel dicamus potius abſolute ego malo tunicam.i.ſiliquam & uiliſſimũ integumentũ: quaſi ad nihil utile.lupini.i.illius leguminis.q̃ ſi uicinia laudet me ĩ toto pago .i.uico (ut Galli dicunt uillagio.) ſecantẽ.i.metentẽ pauciſſima farra exigui ruris: hoc eſt pro bona fama nõ darẽ ſiliquas lupinorũ: ſi cum ea pauper ſim. Reſpondere poeta per ironiã ex indignatione dicens. Scilicet.i.ſcire licet:q̃re hoc malis:ꝗ tu carebis morbis & debilitate. & effugies luctum, & curam. & tempora uitę dabũtur tibi meliore fato poſt hæc longã:ſi tu ſolus poſſederis tantũ agri:quantũ popu.Roma. arabat ſub Tatio cõſocio.ſ.Romuli.cũ pop.Ro. adhuc pauper eſſet.quia mox.i.poſtea. uix bina iugera dabantur tandem.i. poſt longam militiam ipſis Romanis etiã fractis ætate.ſ. ſenecta & paſſis prælia punica.i.carthaginẽſia. & Pyrrhũ regẽ Epiri ĩmanẽ.i.ĩmitẽ,& crudelẽ. & gladios Moloſſos.i.Moloſſoꝝ, qui ſub Pyrrho erãt. &hoc ꝓ multis uulneribus. ea merces.ſ.poſſeſſio duoꝝ iugeꝝ,q̃ erat merces ſãguinis,atq; laboris. nullis.i.nõ ullis . non eſt uiſa ullis unquam minor meritis.i.q̃ meruerint. Quidã legũt aut ingratæ.Et eſt ordo: Aut fides illa ſup.nullis eſt uiſã fides curta patrię ĩgratę. Alij haud ſic:Fides ſup.erat fides curta.i.ĩminuta patrię ĩgratę.ſ. tanq̃ a patria ĩgrata.ꝗ talis glebula.i.terra pinguis: ſed modica utpote duũ iugeꝝ. ſaturabat ipſam p̃tẽ. ſ.familię.& turbã.i.familiã ẽt multã caſę.i.exiguę domus.q̃.i.ĩ q̃.uxor iacebat fœta.i.puerpera. & q̃tuor infantes ludebãt.& in qua erat ſup. unus uernula.i.ſeruus, & tres dñi.niſi dicas ĩlloꝝ quatuor filioꝝ unũ,q ultra ius triũ liberoꝝ erat, ut uernã habitũ.qđ nõ placet.potius dicã tres patresfamilias i una domo fuiſſe.Sed altera cœna amplior:& grãdes ollę fumabãt pultibus:q̃bus tũc ueſcebãtur.magnis fratribus hoꝝ.ſ.ĩfantulorũ redeũtibus a ſcrobe.i.foſſa ĩ qua uitis fodiť:& ſulco aratro facto. hic aũt modus.i.hęc mẽſura agri uidelicet duũ iugeꝝ. nõ ſufficit nũc noſtro horto.Valla diceret hortis:ꝗ de uoluptuarijs loq̃tur.Inde.i.ex huiuſmodi luxuria & ſumptuoſitate hortoꝝ &uillarũ ſunt ſup.fere .i.q̃ſi.oẽs cauſę ſceleꝝ. nec ullũ uitiũ hũanæ mẽtis miſcuit plra uenena.i.maiora incõmoda reipu.Aut graſſatur.i.uiolẽter ſęuit ferro .i.armis bellicis ſępius.q̃ ſęua.i.magna & ĩmanis,cupido.i.cõcupiſcẽtia.cẽſus indomiti.i.ſe cõtinere nequeũtis.Nã qui uult fieri diues:uult fieri ſup.diues &.i.ẽtcito.ſed q̃ reuerẽtia legũ:q̃s metus:aut pudor auari ꝓꝑãtis.i.feſtinãtis ad diuitias ẽ unq̃.q.d.nullꝰ & nulla: ꝗ ꝑ fas & nefas ditari uult. &ita neq; Deũ,neq; hoĩẽ uereri uideť.

¶ V I V I T E cõtẽti caſulis:introducit uerba Marſi ſenis,& Hernici,Veſtiniq; ad filios: ut ɔtẽti ſint modicis rebus. Sicq; ex frugalitate antiquoꝝ uitupat ſui tp̃is luxũ,& cupiditatẽ.¶ O pueri:o filij.pueros.n.gręca ɔſuetudine ꝓ filijs poſuit. Sic Horat.Dicã & Alciden, puerosq; Ledę.¶ Marſus:Marſi populi ſunt Sabinis cõtermini quibus abũde diximus in.3.Satyr.illic:Tranſlatus ſubito ad Marſos. ¶ Hernicus:Hernici Lauinio & Albæ uicini erãt:dicti (auctore Macrob.) ab Hernico duce.¶ Veſtinus:Veſtini Sabinis & Marſis uicini ſunt.¶ Laudãt hęc numina ruris:agricolę duodeci hẽbãt Deos, quos p̃cipue colebãt, Iouem & Tellurẽ, Solẽ & Lunã, Cererem & Liberũ,Robigũ & Floram,Mineruã & Venerem,Lymphã &bonũ Euentũ.De his Varro.Sed nũc Libeꝝ & Cererẽ ĩtelligit,quorũ beneficio mortalibus uſus panis & uini datus eſt,cũ antea glãdibus ueſcerẽtur.unde eſt illud Virg. Liber, & alma Ceres ueſtro ſi munere tellus,Chaoniã pingui glãdẽ mutauit ariſta.Bacchus.n.uini uſum primus docuit.Ceres uero frumenta inuenit.eadẽ molere &cõficere in Attica,Italia,& Sicilia, & ob id Dea iudicata.hęc Pli. & Diod. ¶ Nil uetitũ feciſſe uolet:oñdit poeta hoĩẽ,q mediocritatẽ ſeq̃ť,nulla turpi cupiditate deuiciri.¶ Perone tegi:ac ſi dicat,q ĩ uili habitu ãbulat.Eſt.n.po genꝰ calciamẽti ex crudo corio,quo & ĩ bellis utebãť. Vir.Crudꝰ tegit altera po.Perſiꝰ: Naui ſi poſcat ſibi poniatꝰ arator.

IO AN. BRIT.
Hernici
Veſtini
Numina ruris
Pero

¶ Sũmouet

¶ Sũmouet Euros:arcet frigus.¶ Pellibus iuersis.i.pellibus habentibus pilũ ĩ pte exteriore. Oui.in.iii.de Tristibus: Pellibus hirsutis arcet mala frigora braccis. ¶ Peregrina purpura sapiẽter poeta oñdit his,q̃ ambitiose uiuat sũptus magnos esse faciẽdos,& proinde aium ad uarias rapinas ꝯuertẽdũ. ¶ Purpura:uestis purpurea,q̃ ex lõginquo uenit.purpura ãt (ut iã sæpe diximus)est piscis: ex cuius faucibus habet̃ liquor aptus ad uestes tingendas. is autẽ capiebat̃ in mari Tyrio in menynge Africæ,& Getulo littore Oceani ĩ Laconica Europæ.Est ergo sensus: Hõ delectatus luxu uestiũ, ut magnificus uideri poscit,nõ dubitat ut egregias uestes habeat, q̃ una ambitione correptus est, oĩa miscere scelera,& bonis alienis manũ iniicere,oẽsq; rapinas exercet̃. ¶ Hæc pcepta:subaudi dabant: hoc est q̃lia sunt cõmemorata. ¶ Minoribus:filijs & nepotibus. ¶ Post finẽ autũni: iã incipiente hyeme, quo tpe hoĩes incipiũt lucubrare,& uacare studijs. ¶ Cæras:tabellas ceratas, ĩ q̃bus antiqui stilo scribebãt. ¶ Causas age:suscipe causas defendẽdas ĩ foro, ut lucrũ facias. Nã(ut ait Martia.) illic Aera sonãt. ¶ Rubras leges .i.miniatas. Nã capita legũ minio solent notari.Persius. Excepto siquid Marsuri rubrica uetauit. ¶ Vitẽ.Cẽturionarũ.Nã uitis Cẽturionũ erat gestamẽ:qua percutiebant̃ milites.de q̃ pleraq; diximus in Stẽmata q̃d faciũt illic: Frãgebat uertice uitẽ. ¶ Posce.s.ab imperatore. ¶ Libello: supplici quẽ porrigas iperatori. ¶ Sed caput intactũ buxo: fac,inqt, ut Lælius a quo scribẽdus es in militiã, uideat te negligentẽ circa cultũ corporis.nã ita te idoneũ putabit militẽ. Per Læliũ aũt unũquẽq; intelligit iperatorẽ.C.enim Lelius,q̃ sapiẽs usurpatur ptor, fregit & cõminuit Viriatũ Lusitanũ,ferocitatẽq; eius ita repressit,ut facile bellũ reliqs traderet. Socer aũt fuit & Mutij Scæuolæ auguris, & Fanij. ¶ Intactũ buxo.i.pectine,q̃ ex buxo fieri solet. Mar. Multifido buxus,q̃ tibi dẽte dat̃. ¶ Alas grãdes.i. grãdib° pilis hirsutas. Id.n.ĩdiciũ est uirilitatis.q̃bus aũt hirsutæ sunt alæ, hircosi dñr ob fetorem hircinũ.Persius:Hic aliqs de gente hircosa Cẽturionum.

Hircosus Cen.

¶ VIVITE contenti. Laudat parsimoniã priscorum. Ordo est: Marsus, Hernicus, & Vestinus senex.i.quis paterfamilias ex illis populis Italiæ.dicebat o pueri uiuite cõtenti istis casulis.i. domũculis.& collibus.i.paruis & duris agris.& q̃ramus panẽ,q̃ satis est mẽsis.i.uictũ nostrũ.aratro.i.agricultura.numina ruris .s. Tellus & Ceres:quorũ ope & auxilio fastidia .i. aspernationes & nauseæ. ueteris q̃rcus.i.glãdis,q̃ ueteres uescebãtur.cõtingũt.i. occupant hoĩes.post munus.i.donũ & inuentũ aristæ gratæ.i. frumẽti. laudãt hoc.s.aratro panẽ q̃rere.illi sup.nihil.i.nõ aliq̃d: nõ uolet fecisse aliq̃d uetitũ:quẽ nõ pudet tegi p glaciẽ.alto perõe.i. calciamẽto rustico.& q̃ sũmouet.i.depellit a se.Euros.i.uiolẽtos uẽtos. pellib° iuersis.i.lanã,aut uillũ,seu pilũ ĩteriorẽ hñtibus.Purpura pegrina & ignota nobis.s.Romanis:quæcũq; ea ẽ:ducit ad scelus,atq; nefas. hæc.i.huiusmodi pcepta.dabãt sup.illi ueteres.i.seniores.minorib° .i.iunioribus. At.i.sed.pater clamosus.i. assidue clamãs & obiurgans.excitat nũc.i.nostris tpibus.iuuenẽ.s.filiũ suum supinũ.i. neglĩgentẽ & auersum a terrenis bonis de media nocte, post finem autũni.i.in principio hyemis: qñ frigus uiget.& dicit supp. accipe puer ceras.i.ceratas tabulas scribe:uigila: age causas: perlege rubras leges maiorum.i.rubricas:q̃bus cognitis scies ubi ius ĩ uagabis cõsultantibus te.aut posce libello.i.supplicatione:aut carminibus in laudẽ iperatoris scriptis.uitẽ.i.cẽturionatũ.nã Centuriones uitæ milites cogebant. Sed inquit filius aut poeta. Lælius.i.quiuis bonus imperator ut Lælius.annotet.i.consideret anteq̃ uitem det. caput intactum buxo.i.pectine. hoc est impexum.& nares pilosas: & alas grandes:idest setosas: quas ille non habet.

DIRVAN. MAVRIT.

¶ DIRVE Maurorũ Attegias.i.mapalia, & casas quas Mauri, q̃ Numidæ a Romanis appellant̃, sibi extruunt. De his Iosephus lib.vii.de bello iudaico sic scribit:Cũ ad festũ,inqt, diẽ uenisset:quo Attegias in honorẽ Dei cõponi ab hominibus mos est. ꝯtubernia .n.Iudæi singula die festo,q̃ Pascha appellatur, sibi construũt non pauciores q̃ de nos hoĩes capiẽtia ubi epulant̃ cæsis hostijs Iosippo. ¶ Castella: differt castellũ ab oppido.est.n. oppidũ idẽ quod ciuitas.Castellũ uero inferius,ut neq; ciuitas sit,neq; pagus,sed mediũ inter utrũq;.unde Pompo. Mela scribit sic:Cartinna & Carsinna sunt oppida & Ampsa castellũ. Sallust.in Iugur.Castella multa & oppida temere munita, aut sine pſidio capit.a castello fit Castellanus, sicut ab oppido oppidanus,nõ ea significatione,qua aliqui falso crediderũt:hoc est q̃ castello præsit,sed q̃ sit ex eo castello:sicut oppidanus qui ex eo oppido. Vnde Sallust. Iter castellanorũ angustũ admodũ. Qui arci pest arcis custos & pfectus dr̃ nõ castellanus. Castellũ item munitionẽ appellamus quales hodie ẽt fieri uidemus ex terra. uñ Cæsar scribit in.ii.cõmentario:Ab utroq; latere eius collis trãsuersam fossam obduxit circiter passuũ q̃dringẽtoꝝ, & ad extremas fossas castella constituit, ibiq; tormẽta collocauit. Et infra Postea uallo pedũ.xii.in circuitu.xv.milliũ, crebrisq; castellis circũmuniti oppido se cõtinebãt.Cic.li.xiiii.epl'arũ ad Catonẽ sic ait: Vallo & fossa circundedi sex castellis,castrisq; maximis sepsi.Castella itẽ (ut legere est apud Victruuiũ,Frõtinũ,& iuris cõsultos multis locis) denuacula sunt aquæ fluẽtes p formas,& fistulas suas. Vulpianus: Castellũ est receptaculũ quod aquã publicã suscipit. ¶ Brigantũ: Brigantes populi sunt in Britãnia,ut scribit Strabo.Corn. Tacitus: Iam uentũ haud procul mari ad Gybermiã insulã,cũ ortæ apud Brigãtes discordiæ retraxere ducẽ. ¶ Sexagesimus annus:nã tũc missio dabat̃ militi, q̃ honesta dicebat̃. Nã tres g̃nales (ut tradit Marcell° de re militari) fuerũt missionũ causæ,honesta,causaria,& ignominiosa. Honesta est q̃ tpe militiæ impleto & emeritis stipẽdijs datur. Causaria cũ q̃s uitio aĩ uel corporis minus idoneus militiæ renũciatur.Ignominiosa causa est,cũ q̃s pp delictũ sacramẽto soluit̃. ¶ Aquilã locupletẽ .i.militiã ipsam opulentã. Aquila.n.insigne fuit Romanorũ. unde Valer.Flaccus lib.vi.Romanas ueluti sæuissima cũ legiones Tisiphone,regesq; mouet,quoꝝ agmina pilis, Atq; aq̃lis utrinq; micant. De hoc multa supius illic:Da nũc & uolucrem sceptro q̃ surgit eburno. ¶ Aut lõgos:sensus est: Aut si forte labor militaris est tibi molestus:nec potes ferre strepitũ tubarũ: potes negociationem exercere:uñ lucrũ emergat. Sicq; filiũ istruit ad rẽ quãq; uilissimã, ut lucrũ faciat. Ordo aũt est: At pares quod possis uẽdere pluris dimidio,si te piget ferro labores castroꝝ &c. ¶ Soluũt uentrẽ:naturale.n.est ut ex timore soluat̃ uẽter. Cuius rei rationẽ ita exponit Aristo.in pblema.Calor,inqt,ĩsitus nobis,q̃si aĩans est: hic ergo rem quãcunq; timuerit,diffugit: quod cũ extrinsecus ratio cõturbãdi, atq; metuendi inuehat̃,atq; in ima de supis defluat, & e summis ad itima se penetret,efficit̃ ut alui & uesicæ fundant̃, facilesq; reddant̃.uñ & Macro.lib.vii.Satur. Hinc & a laxamẽtũ uẽtris comitatur timorẽ,q̃a musculi q̃bus claudebant̃ retrimẽtorũ meatus fugiẽtis itrorsũ aĩæ uirtute deserti laxãt uĩcula, q̃bus retrimẽta usq; ad digestionis opportunitatẽ continebant̃. ¶ Cornua audita cũ lituis: hoc aũt dixit ex uetere cõsuetudine militiæ.Nã ĩ castris legio habebat tubicines,cornicines,& buccinatores. Tubicines ad bellũ uocabant milites, & rursum receptui canentes reuocabant. Cornicines & Buccinatores erãt ornamẽtũ totius legionis in igressu cõflictus,& eius reditu.quoties pugnabat̃,cornicines,& tibicines canebãt.hinc ergo poeta ait:Cornua cũ lituis.i.cornicines cũ tubicinibus.nã lituus genus erat tubæ ad similitudinẽ litui uirgæ auguralis.Est.n.uirga breuis ĩ pte,q̃ robustior est icurua, qua augures utunt̃.cuius meminit Virgi.Ipse Quirinali lituo, paruaq; sedebat Succinctus trabea. Lituo p tuba usus est Virg. Et lituo pugnas in

Attegiæ
Castellũ
Oppidũ
Brigãtes
Missionũ genera
Aquila
Tubicines
Cornicines
Buccinatores
Lituus

Dirue Maurorum Attegias,castella Brigantum,
Vt locupletem aquilam tibi sexagesimns annus
Afferat,aut longos castrorum ferre labores
Si piget,& trepido soluunt tibi cornua uentrem
Cum lituis audita,pares,quod uendere possis
Pluris dimidio,nec te fastidia mercis
Vllius subeant ablegandæ Tyberim ultra,
Nec credas ponendum aliquid discriminis inter
Vnguenta,& corium. lucri bonus est odor ex re
Qualibet,illa tuo sententia semper in ore
Versetur Diis,atq; ipso Ioue digna poetæ.
Vnde habeas quærit nemo,sed oportet habere.
Hoc monstrat uetulæ pueris poscentibus assem,
Hoc discunt omnes ante alpha,& beta puellæ.
Talibus instantem monitis quemcunq; parem
Sic possum affari dic o uanissime,quis te
Festinare iubet?meliorem præsto magistro
Discipulum,securus abi,uinceris ut Aiax
Præteriit Thelamonem,ut Pelea uicit Achilles.

signis obibat, & hasta. ¶ Nec te fastidia: nec te pudeat contrectare merces etiam dedecorosas: & quæ mitti solent trans Tyberim. intelligit aũt negociationẽ coriorũ. Nã aĩalia exoriabant trans Tyberim. Mart. Et detracta cani transtyberina cutis. ¶ Inter Vnguenta: hoc loco poeta docet, quod uerũ est, unguẽta ea tñ dici, q̃ uoluptatis causa parãt: cũ reliq̃, q̃ ad sanitatẽ spectãt, medecamina, siue mẽdicamẽta dicant. ¶ Coriũ: appellamus oẽm pellẽ nõ mõ pfectã, sed ẽt recens detractã aĩali. ¶ Bonus est odor: hoc põt uideri dictũ ĩ auaritiã Vespasiani, q (ut scribit Trangl.) reprehẽdenti Tito filio, q̃ uectigal ẽt urinæ cõmentus esset, pecuniã ex prima pẽsione admouit ad nares, ĩterrogãs an odore offenderet, illo negante, atq̃ inq̃t e lotio est. ¶ Illa sentẽtia poetæ. s. Ennij. Nã uersus q sequitur Ennianus est. ¶ Hoc mõstrãt uetulæ. tanta, inq̃t, est mortaliũ cupiditas, ut nõ solũ pñes, sed ẽt uetulæ doceant puerulos has sordes: tunc præcipuæ cũ stipẽ aliquam poscãt ad emẽda poma. tũc. n. monẽt uersus Enniani, ut sint parci. Solẽt. n. pueri assem a parẽtibus, & familiarib⁹ poscere. ¶ Ante alpha, & uita: anteq̃ attingãt prima literarum rudimẽta. legendumq; est: & uita, & non Beta: cũ noĩa sint literarũ græcarũ. ¶ O uanissime: o stultissime. alibi: Sic libitũ uano, q nos distinxit Othoni. ¶ Quis te Festinare iubet: quis cogit te tã cito urgere filium ad auaritiã, cũ ad id uitiũ spõte sua sit procliuis. Vñ sequit: Meliorẽ p̃sto magr̃o Discipulũ. ¶ Securus abi: nõ ẽ q̃ dubites q̃n auaritiæ studiũ facile sequat. ¶ Vinceris ut Aiax Præterijt Thelamonẽ: ironia est. Ita q̃dẽ uinceris uirtute a filio tuo ut Aiax & Achilles parẽtis suos uicerũt. ut sit sesus: Vt illi uirtute & p̃claris opibus parẽtes suos uicer, ita uitio auaritiæ filius tu⁹ te supabit. ¶ DIRVE Maurorũ &c. Verba sunt adhuc patris auari ad filiũ. Ordo est Dirue. i. prosterne, &c. Attegias. i humiles pp̃los, aut ciuitate Mauro℞. uel Attegias. i. mapalia: hoc est humiles casas Maurorũ. & castella Brigantũ. i. illorũ pp̃lorũ Britãniæ, q̃ nunc Angliæ dr̃: nõ lõge ab Hybernia. Tacitus in historia: Iam uẽtũ haud procul mari, ubi ad Britãniã espectat: cũ ortæ apud Brigãtes discordiæ retraxere ducẽ. ut annus sexagesimus. i. cũ fuerix sexagenarius. nõ prius. n. a militia missionẽ obtinebãt. afferat tibi aquilã locupletẽ. i. locupletãtẽ eos, q̃bus ut meritis datur. Aut si piget te fere longos labores castro℞. i. in castris militaribus. & cornua audita cum lituis. i. tubis claris bellicũ sonantibus: hoc est sonitus cornuum. & tubarum: quibus acres uiri accẽdũt ab bellũ. soluũt tibi trepido. i. timore trepidãti uẽtrẽ, ut aut mingere, aut cacare cogaris p̃ anxietate. pars. i. exornes quod possis uedere pl̃is dimidio sup. q̃ ualeat. nec. i. & non. & fastidia. i. tædia, aut nauseæ ullius mercis: quã uulgo mercantiã uocãt. ablegandæ. i. trãsmittẽdæ pp̃ fœtorẽ ultra Tyberim: hoc est pelliũ parandarũ. nõ subeãt. i. inuadãt te. nec credas aliq̃d discriminis. i. differẽtię esse ponendũ ĩter unguẽta. & coriũ. i. p̃tiũ unguentorũ & coriorũ. odor. n. lucri est bonus ex q̃libet re, q̃d Vespasianus sẽsit.

illa sentẽtia poetæ. s. Ennij. existẽs digna Dijs sup. reliq̃s atq; ipso Ioue. i. summo Deorum. s. nemo quęrit unde habeas: sed oportet habere: uersetur semper in tuo ore. quod tamen Ennius dixit non pręcipiens ut fiat: sed reprehendens, q̃a fit. uetulæ. s. mulieres mõstrant hoc. i. sic sentire pueris poscẽtibus assem. ut. s. nuces aut placẽtam emãt: & omnes puellæ discunt hoc ante alpha & Vita. aut (ut dñt) Beta. i. añ prima elemẽta literarũ. q̃d nostro more dices ante a. b. c. uel añ alphabetum. ¶ Talibus. Ordo est: Ego possũ affari. i. alloq. quẽcunq; parentẽ instantẽ. i. instigãtem filiũ talib⁹ monitis sic. O uanisime dic quis iubet te festinare. i. añ t̃ps filium aua℞ facer ergo p̃sto. i. p̃beo. discipulũ. s. filiũ tuũ. meliorẽ. i. peritiorẽ magistro. s. te. Abi securus. i. discede ab eruditiõe ampliore. tu uicere a filio tuo ĩ auaritia. i. filius tuus te uincet: ut Aiax p̃terijt. i. excessit ĩ scĩa belli & fortitudine Thelamonẽ p̃rem suũ. aut achilles vicit Pelea regẽ Thessaliæ p̃rem suũ. declinatur autẽ hic Peleus hũc Pelea &c.

Parcendum est teneris, nondũ ĩpleuere medullas
Natiuæ mala nequitiæ, cum pectere barbam
Cœperit, & longi mucronem admittere cultri,
Falsus erit testis, uendet periuria summa
Exigua, Cereris tangens aramq;, pedemq;.
Elatam iam crede nurum, si limina uestra
Mortifera cum dote subit, quibus illa premetur
Per somnum digitis: nam quæ terraq;, mariq;
Acquirenda putes, breuior uia conferet illi.
Nullus enim magni sceleris labor: hæc ego nunq̃
Mandaui dices olim, nec talia suasi,
Mentis causa malæ tamen est & origo penes te
Nam quisquis magni census præcepit amorem,
Et leuo monitu pueros producit auaros,
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem, & totas effundit habenas
Curriculo, quem si reuoces, subsistere nescit,
Et te contempto rapitur, metisq; relictis.
Nemo satis credit tantum delinquere, quantum
Permittas, adeo indulgent sibi latius ipsi.
Cum dicis iuueni stultum, qui donat amico,
Qui paupertatem leuet, attollatq; propinqui,
Et spoliare doces, & circumscribere, & omni
Crimine diuitias acquirere, quarum amor in te est,
Quantus erat patrię Deciorum in pectore, quantũ
Dilexit Thebas, si Græcia uera, Menœceus,
In quarum sulcis legiones dentibus anguis
Cum clypeis nascuntur, & horrida bella capessunt
Continuo, tanquam & tubicen surrexit una.
Ergo ignem, cuius scintillas ipse dedisti,
Flagrantem late, & rapientem cuncta uidebis
Nec tibi parcetur misero, trepidumq; magistrum
In caue magno fremitu Leo tollet alumnus
Nota mathematicis genesis tua, sed graue tardas
Expectare colos, morieris stamine nondum
Abrupto, iam nunc obstas, & uota moraris,
Iam torquet iuuenem longa, & ceruina senectus.
Ocyus Archigenẽ quære, atq; eme, q̃d Mithridates
Composuit, si uis aliam decerpere ficum,
Atq; alias tractare rosas, medicamen habendũ est,
Sorbere ante cibũ quod debeat aut pater, aut rex.

¶ PARCENDVM est teneris: est ueluti r̃nsio parẽtibus cõquerẽtibus puerulos nõ statim esse auaros. ignoscẽdũ, inq̃t, est op̃ puerulis, si forte ea ætate auaritia te nõ uincũt, q̃a mala, inq̃t, huiusce cupiditatis nondũ ĩpleuere medullas: nõdũ penit⁹ ĩfusa est extrema cupiditas. Sed cũ facti erunt grãdiores, tunc te auaritia supabũt, tũc extrema laborabũt cupiditate. falsi. n. erũt testes &c. ¶ Nõdũ ĩpleuer medullas: rõnẽ affert nõ esse mirãdũ, si statim in pueritia auaritiam, non exerceant, nondum enim sunt maturi, ut perfecte auaritiã possint exercere. Nã mala natiuæ neq̃tię. i. naturalis auaritię. q̃ a natura hoĩum insita esse ur̃, nondũ ĩpleuerũt medullas, nondũ p̃fecte puero inhæserũt. q. d. sata q̃dẽ sunt a natura auaritiæ semina ĩ puero, sed nõdũ ad maturitatẽ p̃uenerũt. ¶ Cũ pectere: tũc, inq̃t, cũ barbitiũ produxerit, extrema dabit signa auaritię. falsus. n. erit te &c. ¶ Lõgi cultri: p̃iphrasis est nouaculæ. i. cũ cœperit radere barbã. ¶ Vẽdet piuria: peierabit. ¶ Sũma exigua: modica mercede & lucro ¶ Arã Cereris: illic. n. sanctissimũ habebat iusiurãdũ. ¶ Elatã iã crede nurũ: ita iã unusq̃sq; auaritia flagrat: ut ĩ periculo nouæ nuptæ sint, ne a spõsis tollant, si dotẽ grãdẽ tulerit. ¶ Elatã: extictã. Nã efferri proprię dñr mortui, cũ ad sepulchrũ ferunt. Terẽt. Efferĩmus, ad sepulchrũ uenimus. ¶ Dote mortifera: dote grãdi, ex q̃ ei mors acceleret. ¶ Quibus illa p̃met: cũ q̃dã miseratione p̃nũcianda sunt: q. d. aconito ĩfectis. ueneficiũ. n. ĩtelligit, quod p̃ aconitũ parat. de quo Plin. sic: Cõstat omniũ ueneno℞ ocyssimũ esse acconitum, & tactis quoq; genitalibus fœminini sexus aĩaliũ, eodẽ die ĩferre mortem. hoc fuit uenenũ, quo ĩterẽptas dormiẽtes a Calphurnio Bestia uxores, M. Cecilius accusator obiecit. ¶ Nã q̃ terraq;, mariq;: irrisio est poetæ. Nõ mirũ est si adolescens spõsã aconito necat dormiẽte. nã sic facilius & breuiore itinere sibi cõparabit diuitias, quæ terra, & mari, & lõginq̃s locis acq̃rẽdæ forẽt. sicq; mores sui t̃pis poeta subsannat. ¶ Nullus labor: sentẽtia est catholica, qua pręsenti negocio

apte

IO AN. BRIT.

Efferri

Acconitum

aptè poeta accõmodat, ut ſit ſenſus: Ingẽs ſcelus ſine ullo labore pficí ſolet: ut puta hoiem ueneno, aut ferro tollere, aut domũ incẽdere. ¶ Nã qſquis: rõnẽ affert q̃re filius p auaritiam tot ſcelera exerceat, ut ſit ſenſus & ordo. Quicũq̃, ingt, pcepit & iperauit cupiditatẽ magni cenſus filijs, & pducit pueros auaros. i. erudit, & docet leuo monitu. i. ſiniſtra & parua doctrina: & q ſubaudi extriſecus monet, aut aliqd tale, pr̃imonia cõduplicari p fraudes. ¶ Dat libertatẽ, & totas habenas effũdit Curriculo. i. dat ptãtẽ adoleſcẽti: ut rapiat. i. i cauſa eſt, ut (ſic iſtruẽdo) adoleſcẽs aium ſuũ p ſummã libertatẽ ad auaritiã applicet. ¶ Præcepit amorẽ. i. pcipiẽdo ifudit cupiditatẽ hñdi cẽſus. Sic ante: Mitẽ animum, & mores modicis erroribus æquos. Præcipit. ¶ Et q p fraudes: aliq putat hoc carmẽ nõ eẽ Iuu. nec oino inferendũ. neq̃. n. ſenſum elicias, niſi extrinſecus ſubaudias monet. ut ſit ſenſus: Et q monet pr̃imonia cõduplicari p fraudes. ¶ Totas effudit habenas Curriculo. metaphora ſumpta eſt ab auriga, q currẽtibus eqs i Circo habenas relaxat. i. pr̃ remittit habenas filio. i. oẽm ptãtẽ facit, ut p oẽs auaritiæ cãpos currat, & uagetur. ¶ Currriculo. i. adoleſcẽti p extremas ſordes currẽti. Sic Virg. Currũ p equo poſuit: Infrenãt alij currus. i. equos. Et alibi: Nec audit currus habenas. i. ipſi eq nõ audiũt habenas. & alibi: Domitãt i puluere currus. i. equos ſub curribus. ¶ Quẽ. adoleſcẽtẽ filiũ tuũ. ¶ Si reuoces: ſi uelis reuocare a curſu acgrẽdi. i. ne tãta auaritia laboret. ¶ Subſiſtere neſcit: neſcit finẽ facere. ¶ Rapit: fert pceps i profundã auaritiã. pſtat aũt i trãſlatione aurigæ currẽtis i Circo. ¶ Te cõtẽpto, & metis relictis: te cõtẽpto, q reuoces. nã te cõtẽnit ſi eum dimoueas a curſu ſuo. ¶ Mẽtis relictis: tãto, ingt, auaritię ipetu fert: ut nullũ ſibi terminũ, aut finẽ faciat, ſed oẽs ptereat more aurigæ, q i Circo metas (ut debet) nõ luſtrat, ſed curſu pterit. Nã in Circo duæ erãt metæ. de qbus diximus illic: Spatiũ luſtrabit utrũq̃ metarũ, circũ q̃s ferebant aurigæ. ſeptẽ aũt curricula ludorũ Circenſiũ ſolẽnia fuiſſe docet Gellius libro. iii. capit. x. de quibus ſic Propert. Haud prius infecto depoſcit pmia curſu, Septima q̃ metã triuerit arte roda. Ordo aũt eſt: Et ſpoliare doces, & circũſcribere & cætera. ¶ Cũ dicis iuueni ſtultũ: ſenſus eſt: Pr̃ cauſa ẽ, ut filius nullũ opus liberalitatis exerceat, ſed potius ut ſpoliet, & decipiat, cũ dicit illũ ſtultũ eſſe, q donet amico ſuo, & q ppinquo paupi ſubueniat. ¶ Circũſcribere: decipere. tractũ ẽ uocabulũ ab ijs, q lõgo ſcripturæ amfractu hoiem circũligãt. ¶ Quarũ amor. i. q̃rũ diuitiarũ ſtudiũ eſt in te pr̃e tm̃, quãtũ fuit Deciorũ i pr̃iam. ¶ In pectore Deciorũ: hoc eſt patris & filij, quorũ uterq̃ p pr̃ia ſe deuouit. P. n. Decius pr̃ cõſul bello Latino collega Man. Torquato, poſitis apud Veſcerim fluuium caſtris, cũ utriq̃ cõſuli ſõnio obueniſſet, eos uictores futuros, quorũ dux i plio cecidiſſet, cũ collato cũ collega ſomnio cõueniſſet, ut cuius corno i acie laboraret, ijs Dijs ſe manibus uoueret, iclinante ſua parte, ſecũ hoſtes p Valeriũ põtificẽ Dijs manibus deuouit, ipetu i hoſtes facto, uictoriã ſuis reliqt. P. aũt Dec. filius. iiii. cõſulatu cũ Fabio Maximo. cũ Galli, Sãnites, Vmbri, Thuſci cõtra Romanos cõſpiraſſent, ubi exercitu in aciẽ ducto, & cornu inclinãte exẽplũ pr̃is imitatus, aduocato. M. Liuio põtifice haſtæ iſiſtẽs, & ſolẽnia uerba reſpõdens, ſe & hoſtes Dijs manibus deuouit. Impetu i hoſtes facto uictoriã ſuis reliqt. corpus a collega laudatũ, magnifice ſepultum eſt. ¶ Menœceus: Menœceus Thebanus fuit Creontis filius, q cũ cognouiſſet p Tireſiã uatẽ Thebas ſemp liberas fore, & nũq̃ capi poſſe, ſi ſe uolũtariæ morti exponeret, libẽs e mœnibus tranſfixo pectore ſup hoſtes ſeſe iecit inſcio patre. Hæc ex Papinii li. x. Thebaidos. De cuius nece ſic tradit. Sãguine tũc ſpargit turres, & mœnia luſtrat, Seq̃ ſup medias acies nõdũ enſe remiſſo Iecit, & in ſæuos cadere eſt conatus Achiuos. Ci. i pri. Tuſc. ſic ſcri. Menœceus uero nõ ptermittit, q oraculo edito largitus eſt patriæ ſuũ ſanguinẽ. ¶ Si Græcia eſt uera: hoc tanq̃ fabuloſũ cõmemorat. Nã Græci innumerabiles habẽt fabulas. Vnde illud eſt: Et qcquid Græcia mendax Audet in hiſtoria. uñ Cic. in pri. de legibus. Plin. lib. viii. ca. xxi. Mirũ eſt q̃ pcedat Græcia credulis, nullũ tã ipudẽs mẽdaciũ eſt, ut teſte careat. ¶ In q̃rũ ſulcis: fabuloſã illã Cadmi hiſtoriã tãgit: ut Thebas patriã Menœcei deſignet. Cadmus. n. Agenoris filius cũ poſt raptũ Europæ ſororis in Bœotia deſediſſet, ædificatiſq̃ Thebis quoſdã ex ſocijs miſiſſet, q ad rẽ diuinã aquã afferrẽt. nec ii redirẽt: ipſe pfectus cõperit eos a ſerpẽte iuxta fontẽ ſtabulãte deuoratos, quẽ cũ mirabũdus ſpectaret, audiuit uocẽ fore, ut ipſe quoq̃ ſerpẽs ſpectaret, qđ poſtea accidit i extrema ſenectute. nã ipſe una cũ uxore i ſerpẽtẽ ↄuerſus eſt. occiſo igit eo ſerpẽte, eius dẽtes accepto oraculo ſeuit: ex qbus hoies armati orti ſunt, q oẽs ſtatim ſe mutuis uulneribus cõfoderũt pter ſeptẽ, q Cadmo ſe

Currus [pro] equis

[M]etæ [q]uæ in [Ci]rco

[d]e Deijs

[M]enœceus

[C]adm⁹

iunxerũt. ¶ Tanq̃ & tubicẽ ſurrexerit una: tãto quidem cũ impetu arma iter ſe diſtrinxerũt: ut putes ad id certamen tibicine excitatos fuiſſe. ¶ Ergo ignẽ: ſenſus ẽ: Filius tuus, cui pricipia, & ſemina auaritiæ oſtẽdis, i tãtũ cupiditatis rabiẽ miſſus ẽ, ut oẽs quoſcũq̃ poſſit ſpoliaturus ſit, ſed nec tu ipſe tutus eris. te. n. iterficiet, q̃ſi q cupiditati ſuæ obſtes. ¶ Ignẽ: rabiẽ illã, & ardorẽ acgrẽdi. i. ipſũ filiũ tuũ feruẽti cupiditate accẽſũ. ¶ Cuius ſcitillas: cuius tu ſemina & pricipia dediſti. ¶ Leo alũnus. i. filius tuus, quẽ hoc mõ aluiſti, te magno fremitu occidet. ¶ Trepidũ mag. ſtrũ: alludit ad hiſtoriã ſui tpis. Nã Leo mãſuetus tpibus Domitiani i theatro magr̃um, a quo fuerat educatus, lacerauit. Martia. Læſerat ingrato Leo perfidus ore magr̃um. ¶ In cauea: ſepta, qbus feræ coercent, cauea dñr. Horat. Ac uelut urſus Obiectos caueæ ualuit ſi frãgere clatros, Cic. ad Herẽ. Statim ſicut e cauea Leo miſſus, aut aliq̃ teterrima bellua ſoluta ex cathenis uolutabit, & uagabit. Qua ſimilitudine cauea itẽ appellatur ipſum amphitheatrũ. Apul. i aſino aureo: Venus ecce cũ magno fauore caueæ i ipſo medi tullio ſcænæ circũfuſo pplo, ↄſtitit. Val. Flaccus in. iiii. Argonauticon de Polluce ſic ingt: Nã nec ad Aelei pugnã uidet ora parentis, Nec ſonat œbalius caueæ fauor. Plau. i Amphyt. Vt cõquiſitores ſinguli i ſubſellia eãt p totã caueã ſpectatoribus. ¶ Nota mathematicis: eſt ueluti rñſio poetæ ad patrẽ dicẽtẽ nõdũ mortis ſuæ tp̃s aduenIſſe: ut mathematici affirmauerũt: ut dicat: Scio geneſim tuã notã eſſe mathematicis: ac ſi dicat ſcio lõgã tibi a mathematicis uitã pmitti: ſed moleſtũ eſt filio expectare tantã mortis tuæ dilationẽ, te. n. iterficiet añ tẽpus tibi a fatis ſtatutũ. ¶ Mathematicis: mathematici nõ ſolũ aſtrorũ perit dñr, ſed & q arithmeticæ, muſicæ, & geometriæ rõnẽ callẽt. Nã ſiderali ſciẽtia freti multis futura pdicebãt. μαθήματα. n. græce, diſciplinæ dñr latinæ. ¶ Geneſis tua. i. genitura tua: & qd inde de te futurũ ſit. Nã hi hoium natiuitates & horoſcopũ cõtẽplãtes multa (ut diximus) futura pdicebãt. uñ Trangl. in Tito: Dicit ẽt cognita utriuſq̃ genitura imInere ambobus piculũ affirmaſſe. Idẽ in Caligula: Cõſulenti quoq̃ de genitura ſua, Sulla mathematicus certiſſimã necẽ appropinquare affirmauit. ¶ Tardas color: tardã mortẽ. nã nimis diu uiuere ei uideris, & cupit te añ tẽpus mori. uñ & Ouid. Filius añ diẽ patrios ingrit i annos. ¶ Colos: ſtamina Parcarũ, qbus uita hois diſponit. ¶ Iã nũc obſtas: ipedimẽto es filio tuo qppe, q uidearis diu uiuẽdo bona domeſtica atterere. & ſic oñdit adoleſcẽtẽ iſtructũ auaritia i oẽ ſcelus ruer. ¶ Senectus ceruina. i. lõga, q̃lis ceruis attribuit. Pli. Vita ceruis i ↄfeſſo lõga poſt. c. annos, aliqbus captis cũ torqb⁹ aureis, quos Alexãder magnus addiderat adoptis iã cute i magna obeſitate. ¶ Archigenẽ: hoc eſt medicũ. nã Archigenes nomẽ ẽ medici. de quo ſupra: Aduocat Archigenẽ. p quo oẽm medicũ itelligit. ¶ Ocyus q̃re. i. medicũ cito fac ↄuẽias: ut libi aduerſus filij uenena tradat aliqđ antidotũ. ¶ Mithridates ↄpoſuit. i. antidotũ: q̃le ſibi Mithridates rex Põti cõſiciebat aduerſus uenena efficaciſſimum, eius cõpoſitionẽ i cõmẽtario ipſius manu ſcriptã iuenit Põpeius i eius ſanctuarijs. ut docet Pli. li. xxiii. cap. ix. ex duabus nucibus ſiccis: itẽ ficis totidẽ: & rutæ folijs. xx. ſimul tritis: addito ſalis grano: & q̃ hoc ieiunus ſumat nullũ uenenũ nociturũ illo die. Sed de hoc plura in fine ſextæ Satyræ. ¶ Si uis aliã decerpere ficũ: ordo eſt. Medicamẽ eſt tibi habẽdũ quod, aut pr̃, aut rex debeat ſorbere añ cibũ, ſi uis decerpere &c. ¶ Quod: p q̃le tã debeat bibere pr̃, q̃ rex. nã ita pr̃i timẽdũ eſt aduerſus iſidia filiorũ, q̃ regi aduerſus ciuiũ & domeſticorũ: ut oñdat patres nõ magis eſſe tutos ab inſidijs filiorũ, q̃ q regnũ poſſidet ab iſidijs ciuiũ. ſicq̃ notat ſcelera ſui tẽporis. ¶ Ante cibum: ut remediũ aduerſus uenenũ. ¶ Aliam ficum: ideſt alium autumnum, ac per hoc alium annum uiuere.

Cauea

Mathematici

Antidotum

¶ PARCENDVM eſt. i. tu parcere debes. teneris ſup. liberis tuis. mala nequitiæ. i. auaritiæ, & alterius iniquitatis. nondũ ipleuere. i. nondũ impleuerũt. medullas. i. interiora ſemina, ſiue affectiones naturæ: quas natura ſenibus affert, Cũ. i. ubi, uel poſtquã. cœperit pectere barbã. i. habere barbã tam prolixã: ut pecti poſſit. & admittere ad guttur. ſ. ſuũ mucronẽ. lõgi cultri. i. cultri raſorij, ſeu nouaculæ. ipſe erit falſus teſtis. & uẽdet exigua ſumma. i. modica mercede piuria. tãgens arã & pedẽ Cereris. crede murũ tuã. i. uxorẽ eius. iã elatã. i. ad ſepulchrũ portatã. ſi ſubit. i. ſubintrat tua limina. cũ dote mortifera. i. cuius gratia moriet intoxicata a filio tuo. qbus digitis: qa ueneno cicutæ iſectis pmet illa a marito in membris muliebribus. per ſomnũ. i. dum dormiet. Nã breuior uia. i. ratio, & modus acquirẽdi diuitias. ſ. ueneficiũ. cõferet illi. ſ. filio tuo ea q̃ tu putas acquirenda. i. debere acquiri. terra & mari. i. p terras & maria. Nullus. n. labor eſt magni ſceleris. i. facile eſt magnũ ſce

ASCen.

ſus perpetrare:per quod diuitias acquirat .ſ. uxorẽ dotatam ueneno necare. Tu dices olim.i.in tpe futuro:quãdo audies filium tuũ hoc fecisse:ego nunq̃ mãdaui filio.ſ.meo.hæc.i.ut huiuſmodi faceret:nec ſuaſi talia. Docet poeta ꝙ imo:qa licet expreſſe nõ mãdaſti: tamen cauſa & origo malæ mentis filij tui eſt penes te.i.a poteſtate tua olim deprẽdebat.nam quiſquis.i.quicũq̃ pater ſcilicet:præcepit filio ſuo amorẽ magni cenſus:& pducit.i. paulatim facit. leuo monitu.i. puerſã admonitione pueros.ſ.ſuos auaros. & qui dat libertatẽ cõduplicare.i. conduplicandi patrimonia per fraudes:effudit.&.i.ẽt. curriculo.i.equo currẽti cũ curru, quẽ trahit in curruli certamine. hoc eſt p metaphorã filio ad diuitias pperãti totas habenas.i. liberũ curſum,quem equũ:hoc eſt filiũ ſic currẽtẽ.ſi reuoces.i.reuocare tentes,neſcit ſubſiſtere.i. ſe retinere ut redeat.& rapit.ſ.impetu te cõtempto.& metis.i.terminis conſtitutis,relictis.i. trãſgreſſis .i.ultra quã ſatis eſt poperat. nemo credit.i.ueret ſatis ſup. filiũ delinquere tantum,quantũ permittas.i. quantũ ex modica tua pmiſſione delinquat.adeo.i. intantũ.latius.i.amplius indulgẽt .ſ.filij ſibi,q̃ tu permiſeris. cũ.i. quãdo.tu dicis iuueni ſtultũ ſuppie eſſe,q donet amico.& qui leuet.i.iminuat. ꝙ pro.i. attollat .i.leuiorẽ faciat (ſicut in ſtatera quod leuius eſt,attollitur.& eleuat)pauptatẽ ppinq.i.ꝯſanguinei, aut proximi ſui.tu doces & ſpoliare,& circũſcribere.i. auferre,& decipere, & acquirere diuitias,ſup.cũ omni crimine. quaꝝ ſcilicet diuitiarũ. tãtus amor eſt in te, quãtus amor patriæ erat i pectore Decioꝝ.q ſe pro repub. deuouerũt.& quantũ Menœceus uir Thebanus dilexit Thebas patriã ſuã:pro quarũ ſalute gladio incubuit,& ſe interemit.ſi Græcia uera,q́ ſæpe mẽtita eſt,& q̃ illi h ſtoriæ fabulamẽta adiungit.unde ſubdit.In quarũ.ſ.Thebarũ.ſulcis .i. qui apud Thebas arante Cadmo facti eſſe dicũtur.naſcũtur legiones.ſ.militũ cum clypeis. dentibus.i.ex dentibus.anguis.i.draconis illic ſeminatis.& capeſſunt.i.ineunt.cõtiuuo.i.ſtatim,ut nati ſunt horrida bella, quibus ſe interemerũt.tanquã.i.quaſi uero tubicen,qui eos ad bella incitaret,& accẽderet.ſurrexerit.i.natus fuerit. una.i. pariter cum eis. Ergo quia natura noſtra prona eſt ad malũ:tu uidebis ignem, cuius ipſe. ideſt. tu. dediſti ſcintillas.ideſt. fomata modica. flagrantem.ideſt ardentem late. & rapientem cuncta.i.uidebis filij auaritiam,cuius tu ſemina induxiſti:cũcta uaſtare. nec parcetur a filio ſcilicet:tibi miſero.& Leo alumnus abs te altius tollet.i. dilaniãdo in aerẽ proiiciet magno fremitu.in cauea.i. in eo loco, ubi nutritus eſt te ſcilicet magiſtrũ.trepidũ.i.timore trepidantẽ:hoc eſt filius tuus abs te alitus,& ad auaritiã eruditus tẽpore futuro dilaniabit, aut ueneno tollet te in domo tua in qua eũ aluiſti.ſicut tpe Domitiani qdam Leo domitorẽ ſuũ dilaniauit. Geneſis.i. uitæ tuæ duratio.q́ ex geneſi.i.natiuitatis hora, aut generationis a mathematicis deprehẽditur.eſt nota mathematicis:hoc eſt forte mathematici promittũt tibi longam uitã.ſed graue eſt ſupple filio expectare tardos colos.i.periodũ Parcatũ colo deſignatã. & tu moraris: ideſt impedis.uota.i.deſideria filij tui.ſenectus tua longa & ceruina .i. uiſa tã lõga,q̃ lõga eſt ceruorũ,q́ longiſſima eſt.torquet.i. cruciat. iuuenẽ ſcilicet filiũ tuũ.quære ergo ocyus.i.ualde celeriter. Archigenẽ:ideſt medicũ bonũ:qualis erat Archigenes,uel reuera ipſum Archigenem.atq̃ eme.ſ. antidotũ.i. remedium contra uenenum: quod Mitridates rex Põti cõpoſuit,& ab eo mithridaticum dicit. Si uis decerpere,i.ex arbore digitis tuis colligere aliam ficũ. atq̃ tractare alias roſas.i.uiuere.uſq̃ ad proximũ uer aut forte adhuc dimidiatũ annũ:qa tam ficus,q̃ roſæ biferæ reperiũtur.medicamen eſt habendum tibi.quod pater aut rex.i.quiuis diues debet ſorbere ante cibum.ſ.mithridaticum. ne ſcilicet ueneno inficiatur.

Monſtro uoluptatem egregiam,cui nulla theatra,
Nulla ęquare queas prætoris pulpita lauti,
Si ſpectas quanto capitis diſcrimine conſtant
Incrementa domus,ærata multus in arca
Fiſcus,& ad uigilem ponendi Caſtora nummi,
Ex quo Mars ultor galeam quoq̃ perdidit,& res
Non potuit ſeruare ſuas. ergo omnia Floræ,
Et Cereris licet,& Cybeles aulæa relinquas,
Tanto maiores humana negotia ludi.
An magis oblectant animum iactata petauro
Corpora:quiq̃ ſolent rectum deſcendere funem:
Quam tu, corycia ſemper qui puppe moraris,
Atq̃ habitas Coro ſemper tollendus,& Auſtro
Perditus a ſiculis ſacci mercator olentis:
Qui gaudes pingui antiquæ de littore Cretæ
Paſſum,& municipes Iouis aduexiſſe lagænas:
Hic tamen ancipiti figens ueſtigia planta
Victum illa mercede parat,brumamq̃,famemq̃
Illa reſte cauet. tu propter mille talenta.
Et centum uillas temerarius. aſpice portus,
Et plenum magnis trabibus mare. plus hoĩum eſt iã
In pelago ueniet claſſis quocunq̃ uocarit
Spes lucri, nec Carpathium. getulaq̃ tantum
Æquora tranſiliet,ſed longe Calpe relicta,
Audiet herculeo ſtridentem gurgite Solem
Grande operæpretium eſt,ut tenſo folle reuerti
Inde domum poſſis,tumidaq̃ ſuperbus aluta
Oceani monſtrat,& iuuenes uidiſſe marinos.

Sortiti ingenium, diuinorumqꝫ capaces,
Atqꝫ exercendis, capiendiſqꝫ artibus apti
Senſum a cælesti demiſſum traximus arce,
Cuius egen prona, & terram ſpectantia mundi
Principio indulſit communis conditor illis
Tantū animas, nobis animū quoqꝫ, mutuus ut nos
Affectus petere auxilium, & præſtare iuberet,
Diſperſos trahere in populum, & migrare uetuſto
De nemore, & proauis habitatas linquere ſyluas,
Ædificare domos, laribus coniungere noſtris
Tectum aliud, tutos uicino limine ſomnos
Vt collata daret fiducia, protegere armis
Lapſum, aut ingenti nutantem uulnere ciuem,
Communi dare ſigna tuba, defendier iiſdem
Turribus, atqꝫ una portarum claue teneri.
Sed iam ſerpentum maior concordia, parcit
Cognati maculis ſimilis fera. quando Leoni
Fortior eripuit uitam Leo? quo nemore unquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam, ſæuis inter ſe conuenit urſis.
Aſt homini ferrum letale incude nefanda
Produxiſſe parum eſt, cum raſtra, & ſarcula tantum
Aſſueti coquere, & marris, ac uomere laſſi
Neſcierint primi gladios excudere fabri.
Aſpicimus populos, quorum non ſufficit iræ
Occidiſſe aliquem, ſed pectora, brachia, uultum
Crediderint genus eſſe cibi, quid diceret ergo,
Vel quo non fugeret, ſi nunc hæc monſtra uideret
Pythagoras? cunctis animalibus abſtinuit qui
Tanq̄ homine, & uētri indulſit non omne legumen?

& mitisſima corda. nā ſolus homo manſuetum animal: cætera aut feræ: aut bruta dicūtur: q̄ dedit lachrymas: ut nos mites ſignificemus plorātes mortē, aut caſum ꝓximi noſtri. Hæc aūt ſ. lachrymaꝝ eſt optima. i. maxia pars noſtri ſenſus: qa natura nihil nos docuit præter quam flere: & id ſtatim a uitæ principio. ut docet. Pli. in prin. .vii. lib. Ergo quia ꝓ maximo dono natura nobis lachrymas dedit: ipſa iubet plorare cauſam. i. lachrymis ꝓſequi cauſam amici lugētis. & ſqualorē. i. abiectionē habitus & corporis. neglecti rei. i. accuſati de aliquo crimie. & plorare iubet pupillū. i. orbū parētibus. uocātē. i. citātē. ad iura. i. ad iudicē iuſtitiæ & iuris miſtrum.

IO AN. BRIT. ¶ CIRCVM ſcriptorem: deceptorē a circūſcribo. de quo dictū eſt abūde illic: Quot Baſilus ſocios, quot circūſcripſerit Hirrus. ¶ Cuius. ſ. pupilli. ē autē ordo: Cuius capilli puellares faciunt ora manātia fletu incerta. ¶ Manantia: illud obſeruandum apud auctores talē inueniri locutionē: Aqua dulcis manat ex fonte. Et fōs manat aquā dulcē: ut hoc loco: & alibi i ſexta Saty. Et longā manātia labra ſaliuā. Et fons manat aq̄ dulci. Plinius lib. xxii. cap. xxii. Cauli fractus copioſo lacte manat. Properti⁹: Leuis odorato ceruix manabat oliuo. Abſolute etiā diximus ul cera quæ manāt. ¶ Capilli puellares: ideſt crines lōgi: q̄les ſunt puellis. ¶ Ora incerta: ut nō facile diſcernas mas an fœmina ſit. ¶ Naturæ impio: quæ nobis pietatē indedit. ¶ Virginis adultæ: tūc. n. maxime miſeratione mouemur, cum iā adulte ætate uirgo morit̄. ¶ Et minor igne rogi: hoc autē dicit ex more ueteꝝ, q (ut auctor eſt Plinius libro ſeptimo) infanti niſi ꝑus genito dēte nō cremebāt. Infantē autē dentire tradit Plinius ſeptimo mēſe, poſtquā natus eſt. Minor ergo igne. i. minor q̄ ut cōueniat cremari. Tertia. n. infantes cōdebant: quod poeta his uerbis inuuit: Vel terra clauditur infans. ¶ Quis. n. bonus: hic ſenſus eſt: Quis ē, inqt, bonus & a natura bene informatus: q aliena mala cōmunia eſſe nō putet? iuxta illud Terētianū: Homo ſum: nihil humāi a me alienū puto. Eſt. n. hoīs bone inſtituti (ut docet Cic. in Cat. maiore) & lætari bonis reb⁹, & dolere ꝯtrariis ¶ Et face dignus arcana: periphraſis eſt hoīs pii q̄les oportebat ſacris Cereris itereſſe & miniſtrare: a qbus ſacris impii ēt uocꝑe conis ſumoueant̄. uñ Sueton⁹ i Nerōe: Peregrinatiōe qdē Grɛciɛ Eleuſinis ſacris, quoꝝ imitatiōe ipii, & ſcelerati uoce ꝑconis ſubmouent̄ itereſſe nō auſus ē M. Antoni⁹: ut refert Iulius Capitolinus: ut ſe inocentē ꝓbaret. Cereris tēplum adiit, ſacrariumqꝫ ſolus igreſſus eſt. ¶ Face arcana: hoc eſt myſtica & ſecreta. Nā priſci appellauere ſacra ea arcana, que myſtica Græci hoc eſt ſecreta: q̄ſi quæ ob ſanctitatē aliquā debeant eſſe ſeparata a nobis: q̄lia fuere ſacra Cereris: quæ accenſis facibus nocte celebrabantur a matronis in memoriā Cereris, q̄ Proſerpinā filiam ardentibus faculis q̄ſiuit. Claudianus: Templumqꝫ remugit Cecropidum, ſanctaſqꝫ faces extollit Eleuſis. Ouidius in Faſtis: Hinc Cereris ſacris nunc quoqꝫ teda datur. ꝙ autem nocte celebrarentur docet Iuſtinus lib. ii. his uerbis: Megarenſes matronas Atheni-

Cereris ſacra

enſium in eleuſinis ſacris nocte oppreſſuri, naues cōnſcendunt. Ea ſummo tegebantur ſilentio. unde Apule. lib. yi. Metamo. Et cætera que ſilentio tegit Eleuſis Atticæ ſacrarium. ¶ Separat hæc nos: natura, inquit, que nobis tantam humanitatem dedit, ut alienis incommodis doleamus, ſeparat nos a brutis. ideſt ea eſt, que nos diſſimiles eſſe facit a brutis: cum nobis rationem & intellectum tradidit: quibus malum & bonū cognoſcimus. Bruta autem nullā habentia, nec rerum, nec temporum diſcretionem ſenſu tantum mouentur. & ad id ſolum quod adeſt, quodqꝫ præſens eſt ſe accommodant, paulum admodū intelligentia præteritum, aut futurum, quæ omnia illuc tendūt Aegyptios a brutis non differre: qui rationis terminos obliti, tātam rabiem feruntur: ut ea faciant, que ab omni humanitate ſint penit⁹ auerſa. ¶ Atqꝫ ideo ideſt, ob eā rem, ſcilicet ut a beſtiis differemus. ordo autem eſt: Atqꝫ ideo nos ſoli ſortiti ingenium uenerabile traxim⁹ ſenſum a cæleſti arce. ¶ Sortiti igenium: quo, ſcilicet omnino bruta carent. Eſt enim ingenium uis quedam animæ: qua ſe anima explicat, atqꝫ exercet ad omnium rerum intelligentiam: ut per ingenium intelligas ipſum intellectū & rationē: quæ principales ſunt animi partes. ¶ Capaces diuinorum: hoc uult ſignificare intellectum & rationem, que principales (ut diximus) ſunt partes animi: quaſi communes cum ipſis Diis nos habere, ac per hoc dixit nos eſſe capaces diuinorum. Nam recta intelligentia eſt ipſorū Deorum: quibus nos pares eſſe uult communione rationis & intellectus: quo ſenſu animalia bruta carent. unde eſt illud Ciceronis i Catone maiore: Eſt enim animus cæleſtis ex altisſimo domicilio depreſſus: & quaſi demerſus in terram locum diuinæ naturæ, æternitatiqꝫ contrarium. Pythagoras etiā affirmauit nos ex uniuerſa mente diuina delibatos habere aīos: eoſqꝫ immortales credidit Cicero hoc argumento: cum tanta ſit celeritas eorum: tanta memoria preteritorum: futurorumqꝫ prouidētia: tot artes: tot ſcientiæ: tot inuenta. unde ait poeta: Atqꝫ exercendis, capiendiſqꝫ artibus apri. quod homini non accidit niſi beneficio animi, qui (ut diximus) & cæleſtis nos ad oēs artes facitat aptos. ¶ Indulſit: dedit. ¶ Animas: quibus tantum uiuunt. Nam animam dicimus eſſe, qua uiuimus: animum uero, quo ſapimus. quo animo ipſa bruta carent cum nihil conoſcant, neqꝫ diſcernant. ¶ Illis, ſcilicet brutis. ¶ Nobis animū quoqꝫ hoc dicit nobis animas & animum quoqꝫ eſſe datum. ut ſit ſenſus: Animas tantum brutis eſſe datas, ſed nobis & animas & animos. ¶ Mutuus affectus: mutua caritas. mutuum affectum dicimus, cum par uoluntas accipitur & redditur. ¶ Iuberet, ideſt uellet nos ab aliis auxilium petere: & aliis nos ſubuenire: ob id enim ciuitates conditæ ſunt: ut mutuis homines uiuerent officiis. ¶ Diſperſos trahere in populum. nam homines ab initio in agris paſſim more beſtiarum uagabantur: uictumqꝫ ſibi pomis ſilueſtribus querebant. uerum natura monſtrante intellexerunt ſibi conducibile eſſe, ſi in unum congregarentur locum. Itaqꝫ cœperuut oppida

Ingeniū

Mutuus affectus

pida

pida ædificare: quo ſe relictis ſiluis receperunt. Horati. Oppida cœperunt munire, & ponere leges: Nequis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter. ¶Tutos uicino limine ſomnos: Ordo eſt: Vt fiducia collata daret ſomnos tutos in uicino limine. ¶Collata: coniuncta. ¶Protegere armis: Ordo eſt: Mutuus affectus iuberet protegere: hoc eſt in bellis ciuem ab hoſtibus conſeruare: cum aut lapſus, aut uulneratus fuiſſet. ¶Communi turba: communi claſſico: cum in expeditionem eundum eſt. ¶Sed iam ſerpentũ: ſenſus eſt, Maiore, inquit, concordia oĩa in ſuo genere animalia ferme uiuũt, q̃ homines. quod quidem Pli. lib. vii. tradit in hunc ſenſum: ut alter ab altero mutuatus eſſe uideatur. ait enim: Denique cætera animantia in ſuo genere probe degunt, congregare uidemus, & ſtare cõtra diſſimilia. Leonũ feritas inter ſe nõ dimicat, ſerpentũ morſus non petit ſerpentes, nec maris quidem belluæ ac piſces, niſi in diuerſa genera ſæuiunt. At hercule homini plura ex homine ſunt mala. ¶Sæuis urſis inter ſe cõuenit. i. inter urſos concordia eſt. Dicimus enim ſic: Mulieribus inter ſe conuenit, & inter mulieres cõuenit. Terent. in Hecyra: Neque cõuentũ inter nos poſt hac eſſe arbitror. Et mihi tecũ hoc conuenit. Cicero: Interfectam eſſe matrem ab Oreſte cõuenit mihi cũ aduerſarijs .i. nullla mihi de cæde matris eſt cõtrouerſia cũ aduerſarijs. Et cõueni cũ mercenarijs de pretio: Fabius: Quanti ueheret interrogaui, de pretio conueni. ¶Indica tigris: tigrin nõ ſolũ Indi: ſed & Hyrcani fuerunt animal uelocitatis tremendę. Martia. Tigris ab Hyrcano gloria rara iugo. ¶Aſt homini: per cõparationem priſcæ ætatis, ſcelera ſui temporis amplificat. Eſt. n. ſenſus: Tanta inter ſe, inquit, homines hoc tempore impietate ruunt: ut ad crudelitatẽ exercendam parũ habeant gladios ſibi fabricaſſe, quos antea fabri aſſueti tantum inſtrumentis ruſticis excũbere neſciuerũt: ut aſpiciamus etiã populos, qui nõ contenti hominũ cæde, in eorũ etiã corpora morſus iniiciant: ac ſi diceret ſatis impiũ uideri poterat gladijs rem agi: niſi ẽt hoĩes cæſi comœderentur. ¶Produxiſſe: cudendo extendiſſe. ¶Raſtra: a radenda terra ſunt dicta. ¶Sarcula, & marræ: inſtrumẽta ſunt ruſtica ad effodiendã terrã ¶Laſſi marris ac uomere. i. laſſi cudendo marras & uomeres. ¶Neſcierant excudere: Virgi. in Georgicis: Nec dũ etiã audierãt inflari claſſica, nec dum Impoſitos duris crepitare incudibus enſes. ¶Populos. ſ. Aegyptios. ¶Genus eſſe cibi: tanta eſt impietas & rabies. ¶Quid diceret: per amplificationem deteſtatur rem tam nefanda. Eſt. n. ſenſus Si Pythagoras inquit talia fieri uideret, quid non diceret, aut quo ſibi fugiendũ nõ putaret in tãta rei atrocitate? Pythagorã aũt nominat: ꝙ is cũ ſentiret animas hominum poſt mortẽ i brutorũ, uel hominũ corpora tranſire, carnibus abſtinuit. ne ſcilicet edendo in animas humanas ſæuiret, fabis etiã abſtinuit. uñ ſequit: Et uentri indulſit nõ omne legumẽ. Tradit Gellius ex auctoritate Ciceronis lib. pri. de diuinatione: Pythagoreis fabã interdictã, ꝙ inflationem afferat magnã, eũque cibũ trãquillitatẽ mẽtis quærẽtibus eſſe cõtrariũ. quare Pythagoras ſpiritalẽ eſſe aſſeuerãs, uelut a cognata abſtinuit. undẽ eſt illud apud Horatiũ in Satyris: O quando faba Pythagoræ cognata, ſimulque Vncta ſatis pingui ponent oluſcula lardo. Sed Ariſtoxemus (auctore Gelli.) ſcribit nullo Pythagoram legumine ſæpius eſſe uſum q̃ faba, ꝙ ſenſim aluũ ſubduceret: porculis quoque ſolitũ neſci ſcribit Cic. tamen, & Laertius teſtatur ijs: eũ abſtinuiſſe. Tradit Pli. fabã. exiſtimatã eſſe hebetare ſenſus, inſomnia quoque facere. ob hoc Pythagorica ſententia damnatã: uel (ut alij tradiderũt) quoniam mortuorũ animæ ſunt in ea: quę de cauſa parentando utique aſſumitur. De Dogmate Pythagorico lege Ouidiũ in ultimo Metamorph. Phariſei uero philoſophi Iudæi aiunt (auctore Ioſepho de bello iudaico) animam oẽm incorruptã eſſe: tranſire aũt in alia corpora ſolas bonorũ, ĩproborũ aũt ĩterminabili ſupplicio cruciari. ¶Hæc monſtra: rẽ tam nefandã, ut carnibus humanis ueſcant. ¶Cunctis animalibus: Nam eorũ poeta ſequitur opinionẽ, qui dixerunt Pythagorã cunctis animalibus abſtinuiſſe. De Pythagora multa referunt a Philoſtrato lib. viii. Is enim inquit animalia in terra degere permittens, quæ autem ex terra naſcuntur mũda, puraque eſſe. putans talibus ut ueſcerentur inſtituit: ꝙ aĩæ corporique apte nutriendo cõgruerẽt. ueſtitũ inſuper quẽ plerique ex morticina materia cõfectũ geſtãt, ĩpurũ eſſe autumãs linteis conſtituit, & calciamẽta itidẽ ex arborũ corticibus fieri mandauit.

¶CIRCVMSCRIPTOREM: ideſt deceptorem per iniqua ſcripta. cuius pupilli ora manantia fletu. ideſt lachrymis. capilli puellares. ideſt longi quales habent puellæ. faciunt in certa. id eſt indiſcreta an maris an fœmellæ ſint. Nos gemimus imperio naturæ. i. natura ĩperante: cum fuxus uirginis adultæ: iam ſcilicet nubilis occurrit: uel cum infans: & minor: igne rogi. ideſt q̃ ut ſolenniter comburatur. clauditur terra. ideſt ſepelitur. Quis enim bonus ſup. exiſtens: & dignus arcana face. ideſt caſtus & pius: & talis qualẽ ſacerdos Cereris uult eſſe ſup. uxorẽ eis: ſi feſtis Cereris intereſſe uelit. credat ulla mala. i. icómodo & aduerſa eſſe aliena ſibi quaſi dicat nullus. Et eſt ſenſus: Nemo humanus & bonus poteſt uidere ſiccis oculis malo alterius: tanquam nihil ad ſe pertinentia: quia naturaliter homo homini condolet. unde dicit Chremes Terentianus in tertia Comœdia: Homo ſum, humana nihil a me alienum puto. Et diuus apoſtolus. ii. Corin. xii. Quis ſcandalizatur ut ego nõ uror. Si ergo naturaliter pii & condolentes ſumus: & hoc ſciẽtes rei oĩa faciunt, quibus minimã mereantur: immaniſſimum conuincetur illud facinus Ægyptiorum. nec uult dicere nunc non eſſe piũ aliquẽ, ut Mancinellus aſſerit: ſed nullum eſſe bonum, qui non idẽ pius ſit. ꝙ aũt naturaliter pii ſumus iterum probat dicens: hæc. ſcilicet pietas ſeparat nos a grege mutorum: ſcilicet animalium: quidam legunt motorum: ſed placet mutorum legi. atque ideo nos ſoli homines ſortiti ingeniũ uenerabile: quia pium & manſuetum & capaces diuinorum: ideſt diuinarum rerum. & apti artibus exercendis & capiendis: traximus ſenſum demiſſum ab arte cæleſti. Quia (ut dicit Virg. in. vi.) Igneus eſt ollis uigor & cæleſtis origo. Et Hora. uocat aĩam: Diuinæ particulã auræ. cuius. ſcilicet ſenſus: hoc eſt rationis egent cætera aĩalia prona & cõſpectantia terrã. Vnde Ouid. primo Metamorpho. Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram: Os homini ſublime decit, cælumque uidere iuſſit, & erectos ad ſidera tollere uultus, Communis cõditor mundi. ideſt Deus pater. indulſit. ideſt clemẽter conceſſit. principio. ideſt cũ omnia carerẽt. illis ſcilicet animalibus brutis. tantũ animas. ſcilicet ſenſitiuas, & uitales. ſed nobis indulſit ſupp. quoque. ideſt etiam animum. ſcilicet rationalem. ut mutuus affectus .i. caritas mutua: iuberet nos petere a proximo: & præſtare proximo: auxilium. & trahere in populum. ideſt congregare in ciuitatem diſperſos. ſcilicet ſparſim in ſiluis, & ſpeluncis de gentes. & migrare. ideſt diſcedere cum habitatione de uetuſto nemore. & linquere. ideſt relinquere ſiluas habitatas. a proauis. ideſt a maioribus. ædificare domos: & cõiungere noſtris laribus. ideſt domibus aliud tectum. ut fiducia collata limine uicino. ideſt propter limen uicinum. daret tutos. ideſt non periculoſos ſomnos. protegere armis cinem. ideſt cõciuem lapſum ab ĩmpetu inimici. aut nutantem. ideſt uacillantem: ingenti uulnere. ſcilicet poſtquam ſuſceperit: hoc eſt dirimere litem: & litigantes ſeparare: & læſos, ac ſuccubentes, ne amplius uulneratur, protegere. Dare ſigna ad concurrendum in arma communi. ideſt omnibus nota tuba. defendier: ideſt defendi: hoc eſt protegi iiſdem turribus. atque teneri: ideſt includi una claue portarũ: hoc eſt ad hoc rationem hominibus ſolis dedit: ut inter ſe ſocialiter uiuerent: ſed tantum abeſt: ut ſic uiuant: ut maior ſit inter feras cõſenſio, atque cõcordia: quod & Pli. docet: ut recitat Manci. Ordo eſt. Sed iam maior concordia eſt ſup. ſerpentũ fera ſimilis. ideſt eiuſdẽ ſpeciei. parcit maculis cognatis. i. per naturam communicantibus in ſpecie exteriore. habent enim ut plurimum ferocia animalia maculas. quando Leo fortior eripuit Leoni ſupple debiliori uitã? quaſi dicat nunquam. In quo nemore expirauit unquam aper: ideſt porcus ſilueſter. ictus. ictes: ideſt percuſſus dentibus maioris apri? ac ſi dicat in nullo tigris indica. licet ferox, agit perpetuam pacem cum rabida tigride. conuenit. ideſt pax concordia, & conſenſio eſt: ſæuis urſis inter ſe. At. ideſt in contrarium. parum eſt. ideſt eſſe uidetur homini. produxiſſe incude nefanda. ideſt deteſtãda: propter abuſum: hoc eſt ſabricaſſe ferrum. letale. ideſt mortiferum: hoc eſt arma ferrea. cum ſupple. ita ſit ꝙ primi fabri ſueti. ideſt conſueti. coquere ideſt concludere tantum raſtra, & ſarcula. ideſt inſtrumenta ruſtica ad colendos agros: exiſtentes laſſi. ideſt fatigati uomere, & marris. ideſt alijs inſtrumentis ſuppple cudendis. neſcierint excudere gladios. ideſt enſes & mucrones. nos ſupple tamen aſpicimus populos. ſ. Ægyptios ut patuit: quorum iræ non ſufficit occidiſſe aliquem: ſed crediderint pectora: brachia: uultum. i. ſingula membra humana eſſe genus cibi. quid diceret Pythagoras: uel quo non fugeret? q. d. etiam in ignem fugeret: ſi ipſe nunc uideret hæc monſtra: qui abſtinuit cunctis animalibus tanq̃ homine: & non indulſit uentri omne legumen: quia etiam fabis abſtinuit. de q̃ re tñ latius in Siluis noſtris diſputamus. ubi hanc Satyram fere expoſuimus.

FINIS.

Satyra sextadecima. Quis numerare queat.

IVNII IVVENALIS AQVINATIS

SATYRA SEXTADECIMA.



IN SEXTADECIMA SATYRA IVNII IVVENALIS ARGVMENTVM.

Quis numerare queat. Hac Satyra, quam nonnulli ſuſpicantur non eſſe Iuuenalis, referuntur cõmoda, quæ multa honorificaq; cum leges, tum imperatores (ut eſt legi apud Iuriſconſultos) militantibus ampliter indulſerunt. Illud autem non placet, φ aliqui tradiderunt eum ſcripſiſſe hanc Satyrã in Aegypto: cũ a Paride Pãtomimo illuc fuiſſet miſſus in exilium: cum conſtet Paridem gratia, & auctoritate dumtaxat ualuiſſe apud Domitianum, & Iuuenalem opus ſuum ſub Traiano (ut commemorauimus in uita eius) ſcripſiſſe. Eſt ergo ſenſus: Tanta eſſe militię præmia, & commoda, quanta numerari non facile queant.



Vis numerare queat felicis p̃mia Galle
Militiæ: nam ſi ſubeantur proſpera caſtra,
Me pauidũ excipiet tyronẽ porta ſecundo
Sidere. plus etenim fati ualet hora benigni
Quĩ ſi nos Veneris cõmẽdet epiſtola Marti
Et Samia genitrix quæ delectatur arena,
Commoda tractemus primum communia, quorum
Haud minimum illud erit, ne te pulſare togatus
Audeat, immo & ſi pulſetur, diſſimulet, nec
Audeat excuſſos prætori oſtendere dentes,
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam,
Atq; oculos, medico nil promittente relictos.
Bardiacus iudex datur hæc punire uolenti

IO AN. BRIT.



ELICIS: aut quæ a bellis ciuilibus longe abſit (nã militia illa nullo mõ põt eſſe felix, q̃ belli ciuilis ſanguine reſperſa fuerit) aut in q̃ nõ cõtingerit ſuperari ab hoſte: nec aliquã ferre calamitatẽ. ¶ Nã ſi ſubeantur: ſenſus eſt: Si, inqt, detꝰ ut eamus i caſtra ꝓſpa, i. q̃ a ſanguie ciuili ſint penitꝰ remota: illd̃ optaueri, ut mihi prima militiæ ſtipẽdia auſpicãti benignitas ſiderũ affulgeat. hoc aũt dicit ex diſciplina Ægyptiaꝝ in q̃ plurimũ Petoſiris, & Neceſpſos laborauere. Nã pſuaſum eſt ex aſtrorũ motu nõ modo futura cognoſci, ſed felicitatem, infelicitatẽq; portẽdi. uñ eſt illud Iuue. Diſtat, n. q̃ ſidera te excipiãt modo primos incipientẽ edere uagitus. ſicq; docet poeta oẽm i rebus humanis felicitatem ab aſtris ipſis. & fatis pendere: nec iis aduerſantibus qcq̃ proſperũ eſſe poſſe. uñ ſeqtur: Plus &. n. fati ualet hora benigni. ¶ Excipiet: optãtis eſt. ¶ Pauidũ: epitheton tyronis. ¶ Tyronẽ: tyro dicitur nouus miles. ¶ Porta: nam i caſtris duæ erãt portæ quarum altera p̃toria dr̃, q̃ ad orientẽ ſpectare debet, aut illũ locũ q ad hoſpes reſpicit. ea. n. exercitus in p̃liũ educit, q̃a inicio p̃tores erãt, q nũc cõſules, & ii bella adminiſtrabãt: quoꝝ tabernaculũ quoq; dicebat p̃toriũ. Altera uero decumana appellat: q̃ poſt p̃toriũ eſt: p quã delinquẽtes milites educunt ad pœnam. auct. Vegetius de re militari &c. ¶ Secundo ſidere: benigno Deorũ nutu. ¶ Plus etenim: reddit rõnẽ, quare ſiderũ benignitas ſit optanda ingrediẽti militiã: q̃a momẽtum ipſum ſideris benigni plus inqt ualet ad felicitatem præſtãdam, q̃ ſi Venus p epiſtolã cõmendet nos ipſi Marti: q Deus eſt ipſius militiæ: & q in gratiam Veneris multa faceret. Nã ei cum Venere conſuetudo ſtupri fuit. ¶ Genitrix q̃ delectatur: periphraſis eſt Iunonis, q̃ colitur in Samo. mater. n. fuit Martis, quẽ (ut ſcribit Ouidius in. v. Faſto.) concepit cõtactis genitalibus flore, quem Zephyrus oſtenderat Chloridi uxori, quam latini Florã uocãt, uim generãdi habere. ¶ Samia arena. i. Samo ipſa arenoſa & parũ fœcũda. de q̃ ſic Apuleius: Ruratio oĩs eſt in ſarculo & ſurculo: quorũ prouentu magis fructuoſa eſt inſula, q̃ frugifera. inſula. n. eſt Icarij maris antea Parthenia noiata: φ ibi Iuno adoleuerit: ibiq; etiã Ioui nupſerit. illic. n. eſt tẽplũ nobiliſſimũ, atq; uenuſtiſſimum, & ſimulachrũ in habitu nubentis figuratũ: & ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrantur. Eã Dea ualde dilexit. unde eſt illud Virgilii: Poſt habita coluiſſe Samo: Eſt etiam alia Samos inſula maris Ionii inter Dulychiũ, & Cephalniã. de qua intellexit Ouidius illic: Dulychij, Samiiq;, & quos tulit alta Zacynthos. ¶ Tractemus: oſtẽdamus. ¶ Cõmoda cõmunia, i. q̃ oibus ſunt communiter militibus. ¶ Togatus: militiæ nõ aſcriptus. Nã toga ſemp armis opponit. uñ Cic. Cedant arma togæ. fuit. n. toga Romanorũ, qua oĩs ſexus & cõditio utebatur. uñ Virgil. appellauit Romanos rerũ dños, gentẽq; togatam. ¶ Offam nigrã: tumorẽ nigrũ ex pcuſſione. Nã (ut dixmus ante, & apud Perſium: Aut q̃tas robuſti carminis offas Ingeris.) offa appellat oĩs res i tumorẽ creſcẽs. uñ fruſta carnis dicimus offas. Var. i re ruſtica: Dicebat L. Volũnio ſenatori miſſam eſſe offulã cũ duabus coſtis. Plinius itẽ Res cõtuſas, & in unũ cõuolutas appellat offas, ut eſt illud li. xiii. Pomũ purgatũ tundunt, ſeruantq; eius offas. Et alibi: Amygdalinũ oleũ, quod aliq uocãt neopũ arefactis, & in offam cõtuſis exprimit. ¶ Liuoribus: liuor ꝓprie appellat nigrũ illud, quod apparet in corpore flagellato: metaphoricos aũt ꝓ inuidia ſumitur. ¶ Bardiacus datur: ut intẽdas, inqt, militantiũ cõmoda ſi uolueris accuſare militem a quo fueris uerberatus: miles de milite erit iudex. q. d. q militi fauebit: & q aduerſabit. ut ſit ordo: Bardiachus & calceus & grandes ſuræ dantur tibi iudex uolẽti punir hæc: ut p tria hæc deſcribat ipſum Cẽturionẽ: q geſtare ſolet in caſtris cucullũ bardiacum, & calceũ clauatum, & q magnus, proceruſq; eſt. Nã ex Gallia mittebatur ueſtis, q̃ Bardocucullus ſiue cucullus Bardiacus appellatur. Eratq; ueſtis uilis & apta militibus: in qua ẽt cubarẽt in caſtris: q̃ſi quæ & ſimiis ob breuitatẽ & craſſitudinẽ conueniret. uñ Mart. in Diſtichis: Gallia ſantonico ueſtit te bardocucullo, Cercopithecorũ penula nuper erat. Et in primo: Vrbica lingonicus tyriantina bardocucullꝰ. Alibi poeta: Tẽpora ſantonico uelas adoperta cucullo. De ea ſic & Iulius Capitolinus in P. Heluio pertinace: Auctio ſane rerũ Commodi in his inſignior fuit ueſtis ſub tegmine ſerico, aureis filis inſignior p tunicas, penulaſq; lacernas, & chiridotas dalmatarũ, & cuculli bardiaci. Ergo p bardiacum intelliges cucullũ craſſioris lanæ, quo maxime Galli utũtur. Nã Bardi natio eſt Galloꝝ, q̃ maxime, ut docet Strabo lib. iiii. laudatiõibus, rebuſq; poeticis ſtudet. De quibus Lucanus: Plurima ſecuri fudiſtis carmina bardi. Ex bardo igitur & cucullo fit bardocucullus, ſiue bardiacus cucullus. Abſoluteq; quandoq; ponitur, ut hoc loco: ſicut etiam apud Martialẽ in. iiii. Laſſi bardiacus qd̃ euocati. ſic ẽt abſolute laureã enunciamus: cum etiam dicamus coronã Laureã. & roſaceũ abſolute & oleũ roſaceũ: ſic & multa alia. Bardi ẽt dñr ĩgenio tardi. Nã apud græcos βραδύς tardũ ſignificat. Plaut. in Perſa: Nimis tandẽ eqdẽ ꝓ barda & pro ruſtica reor habitã eſſe abs te. Idẽ in epidico: Me aũt ſic aſſimulabã q̃ſi ſtolidũ,

Tyro

Samos

Toga

Offa

Liuor

Bardiacus

Bardocucullus

Bardi

cum

cū bardū me faciebā.Ci.ī li.de fato. Zophyrus physognomō, q se ꝓfitebat́ hoīum mores,naturāq; ex corpe, oculis,uultu,frōte,pno scere stupidū esse Socratē dixit & bardū,ꝙ iugula cōcaua nō hr̄et.



VIS numerare &c. Videt́ poeta(ut in eius uita di xi) hic potius irridere felicitatē militiæ, q̄ ex aīo laudare.nihil.n.laudis hēt licētia nocēdi. Ordo ē O Galle: quis q̄at numerare p̄mia felicis militiæ:q.d.nullus.Nā si castra subeat́ ꝓspera.i.ꝓspo tpe.porta.i.ītroitus castrorū. excipiet me tyronē.i.nouū militē.secūdo.i. ꝓspero sidere. hoc aūt opus est. Etenim: qa certe hora benigni fati.i.bonæ cōstellationis plus ualet ad euētum belli:q̄ si epistola cōmendatiua Veneris.i. quā Venus amica Martis scripserit. & genitrix Martis.s.Iuno:q̄ delectat́ Samia arena. cōmendet nos Marti.i. Deo belli. Cōmoda &c. Ordo est:Tractemus primū cōia cōmoda:quorum illud erit.haud.i.nō minimū,ne togatus.i.imunis a militia.audeat te pulsare.imo si pulletur a te dissimulet.nec audeat ostēdere p̄tori.i.iudici militantiū dētes suos excussos a te. & ossa.i. frustum carnis.nigrū.i. uibicosum & lipidū in facie sua. cum supple liuoribus.idest,maculis plumbei coloris.timidis.idest. inflatis ex ictu. atq; oculos relictos medico nil promittente de recuperando uisu.

Calceus, & grandes magna ad subsellia furæ,
Legibus antiquis castrorum, & more Camilli
Seruato,miles nec uallum litiget extra.
Et procul a signis. iustissima Centurionum
Cognitio est igitur de milite, nec mihi deerit
Vltio,si iustæ defertur causa querelæ,
Tota cohors tamen est inimica,omnesq; manipli
Consensu magno officiunt,curabitis,ut sit
Vindicta grauior,q̄ iniuria:dignum erit ergo
Declamatoris Mutinensis corde Vagelli
Cum duo crura habeas offendere tot caligatos,
Millia clauorum,quis tam procul absit ab urbe?
Præterea,quis tam Pylades.molem aggeris ultra
Vt ueniat?lachrymæ siccentur protinus,& se
Excusaturos non solicitemus amicos.
Da testem,iudex quem dixerit,audeat ille
Nescio quis,pugnos uidit qui dicere uidi,
Et credam dignum barba,dignumq; capillis
Maiorum,citius falsum producere testem
Contra Paganum possis,q̄ uera loquentem,

AN. IT. ¶CALCEVS: calceum militarē ītelligit, quem alio nomine caligam dixere:qui multis clauis suffigebat.ut diximus. in tertia Satyra. De quo sic Iosephus in bello Iudaico libro septimo scribens de cæde Iuliani hecatontarchi:Calceos namq; habens creberrimis,atq; acutis(ut cæteri solēt milites) clauis fixos: dū strato saxeis crustis solo occurreret labit́. ⁋Grādes furæ.i. magnæ staturæ Cēturio.Nā Cēturiones eligebant́,q & ꝓceri & magnis uiribus essent.uñ & ī.iii.Saty.Magna mox undiq; plāta Calcor:hoc ē plātis magnoꝝ militū.⁋Ad magna subsellia:bñ aūt dixit subsellia.nā tribunalia maiorū sūt magr̄atuū:ut cōsulis & p̄toris. Subsellia uero minoꝝ ut ædiliū,q̄storū.⁋Volēti punire.i. togato uolēti & cupiēti militē castigari p iudicē.⁋Legibus antiqs:subaudi a seq̄ntibus seruatis:ut sit sensus:Nō est mirū si miles militi datur iudex: qa uolūt leges castrorū antiq̄s ₰uari:q̄ nō pmittebāt militē uocari ad iudicia extra uallū:neq; ad aliū iudicē,q̄ ad Cēturionē.⁋More Camilli:nā Camillus īstituit ne miles extra Castra ī ius uocaret́:ut mādatis imperatoris cōtra hostes dimicaturi p̄sto esset:hocq; īter alia militantiū erat cōmoda.de qbus multa apud iurīscōsultos cōmemorātur ī Digestis.⁋Procul a signis.i.a uexillis, & castris ipsis. ⁋Iustissima Cēturionū:ergo inqt, iuste & merito dat́ iudex Cēturio: qn̄qdē ita & legibus & prudētia Camilli cautū est ad cōmodū reipu.ne miles aliq̄ iudicii necessitate euocet́ ex castris:ut sit ueluti r̄nsio:iniquum nō esse si miles de milite iudicet,⁋Nec mihi deerit Vltio:sensus est: Licet,inqt,miles iudex nobis detur:tñ & ego puniar si peccauero: sed tñ hoc unū erit illico accusatori incōmodū: ꝙ tota cohors ei aduersabit́,& strepitu terrebit,ne grauius ī militē q̄rat, q̄ fuit iniuria ipsius accusatoris pcussi.⁋Cohors:decem cohortes erāt in unaq̄q; legione:ut diximus ī pri. Sat.illic:Curā sperare cohortis.⁋Manipuli:manipulū Varro exercitus minimā manū esse tradit: q̄ unū seq̄tur signū.de quo ita Ouid.in Fastis:Illa qdē fœno)sederat reuerentia fœno)Quātā nūc aqlas cernis habere tuas. Pertica suspēsos portabat longa maniplos:Inde maniplaris noīa miles habet. ⁋Officiūt:cōquerēti.⁋Curabitis ut sit: uerba cohortis & cæterorū militū cū reprehēsione:uolētis ne ut grauius de milite sumat́ supplaciū,q̄ sit eius delictū:Poeta phice ostendit iuxta mensurā delicti modū ēt adhibendū plagarū.uñ Cic. in Officiis:Cauendū est ēt ne maior pœna q̄ culpa sit.⁋Vindicta:illud obseruandū uindicta esse noīatiuū:& ultimā produci positione seq̄ntis dictionis,⁋Dignum

ceus taris

bena

bsellia

nipus

erit ergo: Vagellus Mutinēsis fuit tpibus poetæ causidicus audacissimus:q cās uel piculosas suscipiebat defendendas.ait ergo poeta.Poteris profecto diiudicari nō minus temerarius,q̄ Vagellus: si ausus fueris tu togatus offendere accusando tot milites:uū tm̄ tibi imineat piculū.⁋Cū duo habeas crura.i cū possit aliq̄ corporis tui ps uiolari.solēt.n.multi ulciscēdo crura succidere aduersariis suis. ⁋Declamatoris:p̄toris.Declamare aūt est forēses actiōes meditari.⁋Tot caligatos.i.tot milites. Nā a caliga calciamēto militari caligati milites dñr. Trāql.i Augu.Corōas uallares ac murales q̄ honore p̄cellerēt: sæpe ēt caligatis tribuit:uñ Caligula(auctore Trā.)cognomē a castrēsi loco traxit:qa manipulario habitu inter milites educabat́. Ausoni⁹: Caius cognomē caligæ,cui castra dederūt.De caliga plura diximus in.iii.Saty.⁋Millia clauorū:expositio ē. Nā caligæ clauis (ut mō diximus)suffigebātur:q ob hoc caligares nūcupant́. uñ alibi poeta:Clauus mihi militis hæret.In digito.Iusti.li.xxxviii. de caliga mētionē sic facit: Argēti,auriq; tm̄ fuit Antiocho:ut ēt gregarii milites caligas auro figerēt,ꝓ culcarētq; materiā, cuius amore populi ferro dimicaret.⁋Quis tā ꝓcul absit ab urbe:Præterea,qs tā Pylades:sensus est:Quis est ille tā rudis,tāq; rusticus:aut tam amicus,qui uelit cām agere aduersus militē: ut sit sensus:Ille uere iprudēs, & parū peritus dici pōt: q iminente sibi tāto piculo audet hoc agere.⁋Tā Pylades:tā amicus ut uelit subire periculū ꝓ amico:ut Pylades fecit ꝓ Oreste:q eū insanientem in Tauricā usq; regionē comitatus est,multa adiens picula, ut amicus furore liberaret́.nota est fabula.⁋Vt ueniat molē aggeris ultra .i.intra castra ad Centurionē.⁋Lachrymæ siccant́:iudices solent, aut p lachrymas, aut ꝓ amicoꝝ potissimū intercessionem placari. Ait ergo poeta hæc nō esse parāda:qñ nec lachrymæ sint profuturæ:nec amici queant inueniri. Est ergo sensus.Lachrymæ siccentur protinus.i.amoue statim lachrymas:qa tibi nō ꝓderūt. est aūt īperatiuus modus:Nec solicitemus amicos,q ne ueniant se excusabunt.Sicq; poeta ostēdit Paganū & togatū oī genere fauoris esse destitutum,q aduersus militē agat.⁋Da testē:esto, inqt, ꝙ sit tibi dandus testis tuorū uerborū:quē iudex dixerit se accepturū: neminem inuenias,qui audeat testificari,& aperte dicere se uidisse quod uidit.⁋Audeat ille: nō cū interrogatione, sed p permissionē est legēdū.q.d.si audeat testificari credā illū dignū,q īter auos & maiores nr̄os numeret́, q summa fuere seueritate & aī cōstātia. Ordo aūt est:Ille nescio qs,q uidit pugnos militis.s.pcutiētis:audeat dicere uidi & credā dignū &c.i.si audeat dicere credā illū esse antiqua illa seueritate.⁋Barba & capillis: priscis.n. tpibus intonsi & demissa barba incedebāt.⁋Citius:sensus est.Facilius,inqt,inuenias,q falsum dicat testimoniū aduersus hoīem nō adscriptū militiæ.i.nō militantē,q̄ q uerū dicat aduersus militē:ita & dignitatē & potētiā suscipiūt militis.Paganū aūt opposuit hoī militāti: ut sint uocabula ꝯtraria.quod colligas ex iurīscōsultis:Iustinia.in institutionibus li.ii.de militari testamēto:Sed testari qdē & si filiifamiliæ sint pp militiā cōcedit́,iure tñ cōi eadē obseruatione,& in eorū testamētis adhibēda,quā in testamētis paganoꝝ ꝓxime exposuimus. Vulpia.titu.de militari testamēto. Est rescriptū a diuo Pio ī eo,q cū esset paganus fecit testm̄,mox militare cœpit. Tertullius. Oī mō posthumus rūpet testm̄ illius,sed siqdē pagano iā illo facto nat⁹ sit. Quin ēt Paulus sic scribit:Fiat testamētū exēplo eius q paganus fuit:deinde militare cœpit.Cor. Tacitus.Vñ & seditiosa colloqa: & īter paganos corruptior miles.Pli. q̄dā epistola ad Traianū:Apud me & Milites & pagani,a qbus iustitia eius,& hūanitas penitus inspecta est &c. Trāquill.in Galba:Atq; in forum usq; processit,ibi equites quibus mādata cædes erat, cum per publicū dimota paganorum turba equos adegissent. Quibus exemplis liquido appareat pa

Caligati milites

Paganus

ganũ militi opponi:uideturq̧ inde origo uocabuli orta : ꝙ Roma (ut scribit Dionysius Halycarnaseus lib.iiii.) diuisa erat in tribus quatuor,quas pagos uocitabant.in quibus habitantes pagani dicebantur,q in nullã aliã habitationem transferri poterãt.Paganos item appellamus rusticanos.Nam Pagi dñr uici,siue uillæ.πή γη.n. fontem significat eo,ꝙ iuxta fontes pagi cõstitui soliti sint.

mihi expectandus est.Sed si miles litigat:statim & omni amota cũctatione a iudicibus audit̃,expediturq̧.Ordo est: Annus expectãdus erit,qui inchoet lites totius ppl'i si uicinus iprobus ademit mihi cõuallẽ ruris auiti &c. ¶Cõuallẽ:cõuallẽ appellamus planiciẽ, q̃q̃ uersum mõtibus circũseptã. Vallẽ uero q̃ a duobus laterib⁹ sit mõtibus p̃cincta. ¶Aut saxũ effodit.i.si terminũ e ɔfinio euulsit.Nã lapis aut stipes ad finiũ discretionẽ defodiebat̃ ita: ut supra terrã extaret, quẽ terminũ ut Deũ & coronis & uictimis uenerabant̃ unñ Tibullus: Nã ueneror seu stipes hẽt defossus i agro: Seu uetus in triuiis florida serta lapis. Agnus huic imolabat̃. Ouid.in Fastis: Spargit̃ & cæso cõis terminus agno. Dionysius tñ scribit lib.ii.ex istituto Põpilij: Termino quotãnis pultibus,&libis, atq̧ alijs qbusdã fructuũ p̃mitijs sacrificari: ex q̃ cõsuetudine ait poeta:Mea puls annua. ¶Limite:semita, q̃ est i cõfinio agri. ¶Quod.s.saxũ. ¶Puls: pulte lõgo tpe Romani usi sunt uice panis. ea ɔficiebat̃ ex farina cocta cñ aq̃. ¶Debitor:subaudi a supe rioribus si. ¶Sũptos:aut fœnore, aut mutuo. ¶Dicens: cõtẽdẽs. ¶Vana esse.i.mẽdacia.Virgi. Ni frustra auguriũ uani docuere parẽtes. Sallust.in Iugurth. Mauri gen⁹ uanũ. ¶Chirographa: dñr a χὶρ : qd' est manus: & γραφὴ scriptura. ¶Ligni: nã i tabellis ligneis antiq̧ scribebãt. ¶Supuacui:supuacanei & nihil ꝓficiẽtis cũ scripta denegẽtur. & debita: hocq̧ ex ꝑsona poetæ ridentis mores sui tpis.supuacuũ .n. est tabellas i iudiciũ ꝓducere debitore scripta inficiẽte. ¶Lites totius populi : hoc uidetur dicere ex cõsuetudine antiquoꝝ: apud duos in ordine(ut docet Seru.exponẽs illud: Si uno ordine habetis Achiuos) dicebãtur causæ ꝑp multitudinẽ & tumultũ festinãtiũ. causæ.n.audiebãtur p sortẽ ordinatæ.cõueniebãt.n.oẽs,& ex sorte dieꝝ ordinẽ accipiebãt. Alij uero sentẽtiã Seruii ut falsam iprobãtes,talẽ afferũt sensũ: Longũ tp̃s erit tibi expectãdũ quod inchoet lites totius populi: hoc est diutissime tibi expectandũ erit anteq̃ cõueniãt ad iudicãdũ cẽtumuiri.Nã centũuiri ex.xxxv.tribubus iq̃s totus ppl's Ro.erat diuisus,eligebãtur terni ex singulis tribubus,cẽtũ dicti(ut scribit Põpeius)q̃uis essent centũ & qnq̧. Hi iudicabãt de tutelis,agnationibus,deposito, finibus,alijsq̧ ciuilibus causis,q̃les hic cõmemorãtur a Iuuenale: sed lõgis iteruallis ad iudicãdũ cõueniebãt,nec.n facile cẽtũ iudices cogebãtur oẽs,nec ꝑpetuo ius dicebant.Iccirco lites, q̃ apud eos cogebãtur i multã differebãtur diẽ. ¶Sed tũc quoq̧ mille ferẽda:cũ tp̃s ẽt uenerit agẽdæ causæ. ¶Mille moræ:mille cũctationes, cũ difficile sit tot iudices cõgregari. ¶Subsellia: (ut diximus) minorũ sunt magistratuũ auctore Pædiano. ¶Toties tñ sternũtur: sternũtur,inq̄t,sæpe subsellia tantũmõ.nã iudices nõ sedent, cũ maior absit ps absit. ¶Iã facũdo ponẽte lacernas Cæditio: sensus est: Rari ueniũt iudices,& q ueniũt sedẽt otiosi,nec nos audiũt ita:ut iã nos parati ad dicẽdũ discedamus nõ audita cã. ¶Cæditio:nomẽ est iudicis. ¶Ponente lacernas:deponente lacernas dum alios expectas iudices,ueluti uestium onere grauat⁹. Sic.n.i iudicijs iudices uestes deponebãt.quod factum fuisse a Cic.docet. Valer.libro.ix.de moribus nõ uulgaribus sic: C. Licin⁹ repetũdarum reus dum sentẽtiæ dicerẽtur,i Menianũ cõscẽdit, siqdem cum M.Ciceronẽ, q id iudiciũ cogebat p̃textã ponẽte uidisset: misit ad eũ,q diceret,se nõ dãnatum,sed rerum periisse. ¶Fusco micturiẽte:q̃si lõga sedẽdi & expectãdi mora urinã cõtractã emittẽte.Id.n.fieri solitũ docet.C.Tity⁹ i orõne:q̃ legẽ Faniã suasit:notãs mores sui tpis ut tradit Macro. lib.iii.his uerbis.Iudex testes poscit.Ipsus it mictũ,ubi redit, ait se omnia

Côuallis

Vallis

Contra Fortunam armati, contraq̧ pudorem.
Præmia nunc alia,atq̧ alia emolumenta notemus
Sacramentorum,conuallem, ruris auiti
Improbus, aut campum mihi si uicinus ademit,
Aut sacrum effodit medio de limite saxum,
Quod mea cum uetulo coluit plus annua libo,
Debitor aut sumptos pergit non reddere nummos,
Vana superuacui dicens chirographa ligni,
Expectandus erit,qui lites inchoet annus
Totius populi,tunc quoq̧ mille ferenda
Tædia,mille moræ,toties subsellia tantum
Sternuntur, iam facundo ponente lacernas
Cædicio, & Fusco iam micturiente,parati
Digredimur,lentaq̧ fori pugnamus arena.
Ast illis, quos arma tegunt,& balteus ambit,
Quod placitum est, illis præstatur tempus agendi,
Nec res atteritur longo sufflamine litis,
Solis præterea testandi militibus ius
Viuo patre datur,nam quæ sunt parta labore
Militiæ,placuit non esse in corpore census,
Omne tenet cuius regimen pater.ergo Coranum
Signorum comitem, castrorum q̧ æra merentem
Quamuis iã tremulus captat pater,hũc labor æquus
Prouehit,& pulchro reddi sua bona labori,
Ipsius certe ducis hoc referre uidetur,
Vt qui fortis erit, sit felicissimus idem,
Vt læti phaleris omnes,& torquiqus omnes.

ASCen. ¶Iudex bardyac⁹.i. cilicio idutus.& rudis datur togato.s.uolẽti punire hæc.i.hãc iniuriã & læsionẽ.Calceus sup.grãdis & grãdes suræti.ocreæ suraræ grãdiũ sup.pendẽt ad subsellia.i.tribunalia:ubi cã audit̃. & hoc legibus antiqs:& more Camilli dictatoris seruato:ne .s. miles litiget extra uallũ castrorũ. & ꝓcul a signis.i. uexillis. Igit̃ cognitio iustissima de milite est centurionũ,Nec ultio deerit mihi.s.læso: si causa iustæ q̃relæ. defertur ad Cẽturionẽ.s.qa ipse iniustus nõ est.tñ tota cohors.s.alioꝝ militũ est inimica.& oẽs manipl:: pma nipuli: hoc est manipulares milites.officiũt.i. nocẽt petẽti ultionẽ magno ɔsẽsu.Vos igr togati: qi udictã petitis.curabitis.i.p curã facietis ut uindicta quã petitis sit uobis sup.grauior.i.dãnosior.q̃ iniuria prius accepta. Ergo cũ habeas duo.cura sup. tm̃ offendere.i.obstãtes habere.tot caligatos.i.manipulares milites & tot sup.millia clauoꝝ:q sunt i tibialibus militũ obstãtiũ.erit di gnũ corde.i.puerso aio. Vagelli.i. illius causidici temerarij & iniqui declamatoris mutinensis .i.q Mutinis declamãdo docuit falsas causas defendere: quæ dignæ sunt talẽ exitum habere. Quis aũt alius aduocatus, aut causidicus aũt tã ꝓcul ab urbe. quis tã Pylades.i. Pyladis similis: q Orestẽ amicũ nunq̃ derelinq̄t:ut ueniat ultra molẽ aggeris.i.itra uallũ. & ad tribunal Centurionis?q.d.nullus.Ergo nos,inq̄t,togati si sumus læsi.lachrimæ nostrę siccent̃ ꝓtinus : & nõ solicitemus amicos excusaturos sup.se ne ueniãt. Da testẽ.Impũitatẽ militũ rursus poti⁹ notat,q̃ laudet. Ordo est:Da tu,q offẽsus es testẽ sup.fide dignũ,quẽ iudex dixerit. audeat ille nescio qs q uidit pugnos sup.i te iactos dicere:ego uidi pugnos .s. & ego credã illũ dignũ barba & capillis maioꝝ.i.seueritate,quã p̃sci tenuerũt.tu miles possis citi⁹ ꝓducere testẽ falsũ ɔtra paganũ.i.rusticũ læsum,q̃ loquentẽ uera.

IO AN. BRIT. ¶FORTVNAM: potẽtiã. ¶Pudorẽ:dignitatẽ: & cõtra id qd' possit eẽ pudori, & de decori ipsi militi. ¶Sacramẽtoꝝ.i.militũ,q iurẽ iurãdo i militiã sũt ascripti: hi aũt erãt iusti milites,q singuli iurabã ꝓ repu.se eẽ facturos:nec a militia recedebãt nisi cõpletis stipẽdiis.

Sacramẽtum

Tale genus militiæ sacramentũ appellabãt. lege Vegetiũ. de sacramẽto ita meminit Val.i.ii.Po.Ro.operã dabat ne iperatoribus capite cẽsos sacro rogare eẽt necesse. Multi aũt ne sacro militari astringerent̃,fugiebant ex urbe,& tanq̃ serui i ergastulis delitescebant. unñ Trãq̃l.in Tib. Supprimebãt nõ solũ uiatores,sed & quos sacramẽti metus ad hmõi latebras cõpulisset. Sacrum itẽ lõge alia significatione accipit̃.Nã(ut docet Varro)q in iudicio petebat:& qui inficiebat̃,de alijs rebus utriq̧ qngẽtos æris apd' sacrũ põtificẽ deponebãt. Qui iudicio uicerat suũ sacrum a sacro auferebat, uicti ad ærariũ redibat.Ea igit̃ pecunia,q̃ apud sacrũ põtificẽ dponebat̃ ab utroq̧ litigatore,sacrum dicebat̃.unñ locus ille apud Valeriũ i. vii. de testamẽtis rescissis a cõmẽtatoribus male ẽ enarratus:ubi sic scriptũ est:Sacro cũ adulescẽtulo cõtẽdere ausi nõ sunt. Nã sacrum ꝓ iureiurãdo acceperũt. Tu uero ita expone:ut nos monuimus sacro .i.spõsiõe,& pecunia deposita apud sacrũ põtificẽ. ¶Cõuallẽ ruris auiti:si forte,inq̄t,acciderit:ut mihi togato,& nõ scripto i militiã litigandũ sit de fundo,siue finibus ꝑturbatis,aut aliq̃ alia re, annus

Locus Valerij declaratus

oía audiuisse, tabulas poscit, lras ispicit, uix puino sustinet palbebras. Pugnamus: sumptū a gladiatoribus. q in arena dimicāt. ut sit sensus: Descēdimus, inqt, ad certamē & cām agēdā: sed res i lōgū pducit. Nā ut testat i. ii. declamationū: Arena p foro ponit iudiciario: Et ille ideo q i foro primū dicturus Tyro dictus est. pōt etiā ab illud referri q q litigāt mutuis multiplicibusq cōtumeliis se uerberāt. sed por sensus magis placet. Arena: theatrū appellat arena, spargeret, quo facilius ludi celebrarent. Lēta: qa Lēto iudicio cāæ pagātur. Ast illis: sed milites, inqt, ilico ubi uolūt audiūtur a iudicibus. Quos arma tegūt: piphrasis militū. Balteus: cīgulū ppter

alteus

est militare ex corio: licet ab Apuleio capiat p quocūq cingulo ēt muliebri: i de militis depēdebāt arma, bullis aureis plerūq ornabat unde est illud Persii: Sed lato balteus auro Protegit. Diuus Hier. ad Saluinā: Nihil nocuit militāti paludamētū, & balteus. Nec res atterit. i. nec cā progat, nec i lōgū ducit, sed statim expedit. aut res .i. pimoniū nō absumit lōga litis mora. Lōgo sufflamine. longa mora. nā sufflamē appellat qd rotæ obiicit ne currus retro currat: sed sistar. de quo diximus plura i. viii. Saty. Ipse rotā stringit multo sufflamine cōsul. Solis pterea: aliud militis affert cōmodū. Licet, inqt, militi uiuo pre testari, cū cæteris filiis familiæ hoc nō licet. Nā lege puisum ē. ut q i militia eēnt p filiū acqsita, in arbitrio essent & ptatē filii: idq peculiū castrēse dicebat. uñ ita legit apud Iustin. de militari testō: Sed testari qdē, & si filiifamiliæ sint, pp militiā cōcedit. Et paulo infra. Et pcipue militibus, q i ptāte parētū sunt, qbus de eo qd castris acqsiuerūt pmissum est ex cōstitutiōibus principū testm facere: quod qdē ius ab initio tm militātibus datū est, tā ex auctoritate Augusti, q Neruæ, nec nō optimi Impatoris Traiani. Nō esse i corpe cēsus: nō cōmemorari iter bona pris. Ergo: cū ergo, inqt, pr cognoscat i arbitrio filii sui Corani esse, quę p labores militares acqsiuit. blāditiis tētat eū captare, ut ab eo scribat hæres: alluditq ad illū Coranū de quo Horat. i sermon. Captatorq dabit risos Nasica Corano. Signo: uexillorū. Merētē æra. i. stipēdia faciētē. Quāuis iā tremulus: auaritiā sui tpis uotat. licet, inqt, ēt i extrema sit senectute, tn captat filiū. Hūc labor æquus prouehit: nō est inqt, mirū tāto honore militē decorari: æquū. n. est paria labori pmia reddi. ergo labor æquus, i. iustus puehit hūc. s. militē. i. extollit & decorat. Iustū aūt appellat laborē, qa iustū est unicuiq p pria laborare. Et pulchro reddit sua dona labori: hūc ego locū emēdādū sic puto: ut dicat Reddi & ñ reddit. ut sic ordo & sensus: Et hoc ur referre ipsius duci sua dona reddi pulchro labori. i. ut pmia sua habeat pulcher ipsæ militiæ labor. ea rōne. s. ut idē sit felicissimus, q erit fortis, ut oēs lęti sint phaleris & torqbus. Nisi uelim9 ita dicere: Labor reddit sua pmia labori: quod mihi satis inscitū ur: ut dicas labor labori reddit pmia. sensus prior magis placet. Sua dona: propria pmia. Ipsius certe ducis: hic referre ur. Dux, inqt, in rē suā putat esse, ut sui milites, q fortes sint: idē sint & felicissimi & ornatissimi quasi dicat. Imperator ipse gaudet commodis militum, quos & phaleris & torqbus studet, uultuq ornari. Qui fortis erit. s. miles ualidus & strenuus. Idē sit felicissimus: paribus remuneret pmiis. sicq se in felicitate sententia. Vt oēs. s. milites. Læti: subaudi extrinsecus sint. Phaleris: phaleræ ornamenta sunt equo: declinā-

halerae

turq numero tm plurali. gręce τα φάλαρα dñr genere neutro. mutata a i e: sicut τάλαντον: latine talētū dicit. de phaleris Virg. Prim9 equū Phaleris insignē uictor habeto. Et añ Iuue. Vt phaleris gauderet equus. Falluntur aūt q phaleras nō solū equorū, sed et equitū, nobiliūq ornamēta esse crediderūt: fuit tū dicto illo Pliniano q ita scribit lib. xxxiii. ca. pri. Ab ordine eqstri phaleras posita fuisse ex idignatiōe: cū Cn. Flauius esset ædilis curulis: tū illo Liuii scribētis in. vii. Domitia Flauii ædilitia tn habuisse idignitatis, ut pleriq nobiliū aureos annulos & phaleras deponerāt: qsi ipse phalerę essent ēt ornamēta hoium, cū oino tm essent equorū. quā ambiguitatem Vale. lib. ix. tollit his uerbis: Offensi annulos aureos sibimet ipsis, & phaleras eqs sui detractas abiicerūt. a phaleris deducit phaleratus. Terē. Dict. s phaleratis seducis me. Quæcūq igr sunt ad ornamētū eq, phaleras appellari docet Ser. i. vii. illic: Aurea pectoribus demissa monilia pēdēt. Torqbus: torqs ornamēta erāt militū aurea, q circā collū gestabāt sumptū more a Gallis. uñ Man. Torquatus cognoiatus est. Ouid. de Ponto: Nec torquem collo, nec habēs crinale capillis. genere autem masculino & fœminino inuenitur.

ASCen. Vel nota irridendi

CONTRA fortunā. i. piudiciū bonorū. armati. s. militis: aut cōtra pudorē. i. famā eius. Notemus: uel hoc uerbū irrisionis notā habet. Notemus nūc alia pmia, atq alia emolumēta. i. lucra sacramētorū. i. iuratorū militū. Si iprobus uicinus ademit mihi nō militāti. cōualle. i. partē i ualle positā ruris auiti: qd bona fide diu ēt maiores mei possederūt. aut si ademit mihi cāpū. i. locū capacē & planū. aut si effodit de medio limite. i. de cōfinio & termino. sacrū saxū. i. religiose cultū. qd mea annua puls coluit cū uetulo libo. i. qd annuo sacrificio psecutus sum. aut si debitor pgit. i. pseuerat non reddere nūmos sumptos a me. dicens chirographa. i. manu ppria scripta. ligni. i. tabella ligneę & ceratę. supuacui. i. ad nil seruiētis eē sup. uana. i. mēdacia & nullius fidei. annus q ichoet lites toti9 ppli erit mihi expectādus: in urbe. i. sed mille. inumera tædia. erūt ferēda. i. tolerāda. quoq. i. ēt tūc: cū annus uenerit. & mille moræ. i. dilationes erūt sup. ferendę. subsellia. i. loca in qbus iudices sedeant: sternunt toties tm i. ita q nihil agat, cū iudices desint. & hoc Ceditio. i. illo causidico facūdo. ponēte. i. deponēte lucernas qs adduxerat: ut uel noctu audiat. uel ponēte lucernas. i. nō amplius uigilāte ut bene oret cū nō sit locos dicēdi: sed melius priori modo. & Fusco. i. alio causidico iā micturiēte. i. exeūte ut mingat. nos ergo parati agere causas digredimur. & pugnamus. i. certamus. i. in arena .i. exercitio fori. lēta. i. lēte pcedēte & sępe differēte. Ast. i. tps agēdi pstat illis: quos arma tegūt: & quos balteus. s. militaris ambit. i. cingit: hoc est militibus: quod placitū est illis. nec res atterit. i. cōsumit sufflamine. i. dilatiōe lōgę litis: sint sufflamē atterit. lōgo tractu, aut descēsu rota. est. n. qd sub rotis ponit i descēsu. Præterea ius testādi. i. faciēdi testamētū de peculio castrēsi datur solis militibus. uiuo pre. i. existētibus ēt sub ptāte pris. Nā placuit supp. legislatoribus ea q sunt parta labore militiæ. nō esse i corpe cēsus. i. pimonii: cuius pr tenet oē regimē. ergo qūis pr iā tremulus. i. uetulus. captat Coranum (sicut apud Horatium: Nasica captauit Coranū) Coranum dico comitem signorum: & merentem æra castrorum. idest militātē. æquus. i. iustus labor. puehit. i. ad diuitias uehit: hūc. s. Coranū: qa pr nō pōt ipsi iuito auferre. & reddit sua. i. debita dona pulchro labori. Certe hæc uident referre. i. iteresse ipsius ducis. ut is idē, q erit fortis. i. strenuus i bello. sit felicissimus. i. ditissimus. ut oēs sub eo militātes sint læti phaleris. i. ornamētis equo suorū. & torquibus. i. cathenis ex auro intorto: q equitibus iuratis dantur.

Hæc sunt lector optime: quæ quanta maxime potuimus facilitate, atq breuitate literarum tyroni explicimus: ad quem sic perorare lubet.

Ascensius ad literariæ militiæ tyrunculum.

Claude puer faciles (sat prata bibere) carnales:
    Arida iam toto non sitit herba solo.
Vis manifesta loquar? satis explanasse poetam.
    Arbitror: ut desit quod dubitare queas.
Acria mellifluo diluta falerna liquore
    Prominus & liqdis cecuba fluminibus.
Quid dubitas? claris obscura uolumina uerbis
    Explicui: iam me credo nouelle capis.
Cratica cui nullo sapiunt diluto fluento
    Ebibat: his nulli demimus œnophorum.
Tarde quid hic hæres? facilis si nostra Minerua est
    Plus æquo: alterius perlege scripta, licet.
Bina tuis posui (si nescis) pocula mensis
    Hæc præbent liquidum flumen: at illa merum.
Dilue fonte merū, ne sit tibi sinciput egrum:
    Singula ue ut sapiunt illa, uel illa bibe.
Nil capies unquam? duo commentaria iunxi:
    Vt uel utrunq legas: alterutrum ue, Vale.

VENETIIS. Ex Ædibus Francisci Bindoni & Maphei Pasini.
Anno a Virginis partu. M D XXXXVIII.

REGISTRVM.
* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S

Omnes sunt quaterni præter * Ternus.



40